# CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM,

# D. BALDI VBALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, OMNIVM CONCESSV DOCTISSIMI PARITER ET ACVTISSIMI,

## Volumen Primum.

*LEGVM STVDIOSIS, AC OMNIBVS IN FORO verſantibus maxime neceſſarium.*

EX PROPRIO AVTHORIS ORIGINALI TRANSſumptum, nunc verò recens accuratè, & correctè ab infinitis propè prioris Venetæ editionis mendis repurgatum, & ad priſtinum ſuum candorem, nitorémque reſtitutum,

*IN OMNIVM GRATIAM, ET VTILITATEM.*

CVM QVÆSTIONIBVS, ADDITIONIBVS, ET SVMMARIIS diligentiſſimis; Rerumque omnium, ac Sententiarum notatu digniſſimarum, Indice Ampliſſimo.

FAMA *tubas inſlat, factisq; affectat Olympum,*
*Ponè ſequens, cupit hanc prendere nudus* HOMO.



*Sic* ARS *negligitur, neglectaq; mœret vt ales*
*Pictus, vbi turpes aſpicit ille pedes.*

*Aſtat ei P… Quod a… erigit illum, … liber.*

*Inferiùs triſti ſurgit Phlegetontis ab amne*
LIVOR, *& erectum preſſat vtraq; manu.*

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2º. C. 41. N. 3.

ImpreſſumFrancof.ad Mœn.impenſis Sigiſ.Feyrabendii.

M. D. LXXXIX.

# REVERENDO, NOBILIBVS, AT-QVE MAGNIFICIS VIRIS, DN. MARCO VVELSERO SENIORI, PATRVO; ATQVE DDN. ANTONIO, CANONICO ECCLESIÆ CATHEDRALIS FRYSINGENSIS; MATTHÆO,

*Ædili; Paulo, Senatori; Marco Iuniori, Aſſeſſori iudiciario; Iulio, & Hieronymo, literarum candidatis; VVelſeris fratribus: Patricijs Auguſtanis, Mecœnatibus plurimùm obſeruandis,*

εὖ πράττειν.



INTVENTI mihi ſtatum Reipublicæ veſtræ, Viri Ampliſſimi, in mẽtem venit illius, diuinitus imperia quæq; conſtitui, atq; certis cauſis mediantibus, à Deo Opt. Max. vniuerſarum rerum conſeruatore definitis, adminiſtrari: verùm eaſdem accuratiùs inquirenti nõ ſtatim occurrit, quî fiat, quòd vna Reſpublica magis floreat, vel diuturnior, ac felicior ſit altera; qualem ſanè Rempublicam Auguſtanam eſſe, (ſiue felicitatem illius, ſiue florentem diuturnitatem ſpectemus) non niſi iniquus iudex inficiabitur. Nam quoties cogito (cogito autem ſæpius) plurimùm referre, quæ ſit cuiuſq; Reipublicæ politia; quod magiſtratus erga patriã, ciueſq; ſtudium; ac ciuium in magiſtratum ſuum animus: toties fateor, & lubens quidem, Auguſtam Vindelicorum liberam Sacri Romani Imperij ciuitatem ſub Ariſtocratiæ iure, & legibus optato rerum ſucceſſu gaudere: optimates prætereà, & patres Senatores præclaro publicarum rerum munere, indefeſſis laboribus, fungi; mirificoq; ciuium ſuorum amore teneri: deniq; ciues non minus deuota erga Senatum, Populumq; Auguſtanum propenſione animum, etiam in medijs turbis, (quas improuida plebis temeritas ad vnius, vel alterius nutum interdum præter conſilium & rationem excitare ſolet) nunquàm prorſus abiecisse: imò ad facienda magiſtratus iuſſa promptos, paratoſq; nomen ipſius ſacrum ſemper habere, & venerandum.

Atquin vt conceſſerim, Ariſtocratiæ beneficium, magiſtratus fidem, atq; ciuium obedientiam cauſas cenſeri Rerumpublicarum perpetuandarum; tamen remotæ illæ mihi, non propinquiores cauſę eſſe videntur: cùm ad Reipublicæ benè conſtitutæ conſeruationem non ipſius politiæ forma,

non magiſtratus ſtudium, non ciuium parendi obſequium per ſe conſideratum id operetur, vt felix eadem, & diuturna ſit.

Nunquid ergò cœli clementia, & ſyderum influxus, vel loci ſitus amœnitas, fertilitasq́; incolarum ingenium, atq; mores ita conformat, vt partim ad ſuſcipienda rerũ gubernacula aptiores, partim ad obſequendum iiſdem ſtudioſiores reddantur. An verò etiam quotidiana cum vicinis populis commercia, & haud contemnendæ apud exteras regiones ciuium Auguſtanorum negociationes, peregrinationesq́;, (quas nonnihil vtilitatis ſecum ferre quandoq; compertum eſt) nec non frequentes Romanorum Cæſarum ibi conuentus habiti efficiunt, vt cum innata morum integritate maiorem ſibi prudentiam, & manſuetudinem ciues acquirant. Equidem non negarim, hæc omnia & ſingula Rerumpublicarum iamiam legibus ſuis, & moribus patrijs pulchrè compoſitarum magna ornamenta eſſe, & augmenta: attamen longè ſemota ab iſtis cauſis, quas nunc inueſtigamus. Namq; eiuſmodi ſunt, quæ ſi rectè adhibeantur, bona, & ſalutaria; ſin minus, mala & pernicioſa eſſe experimur: præſertim ſi aëris commoditatem, locorumq́; fertilitatem luxus ſequatur; crebras autem peregrinationes, & nimia morum exoticorum affectatio in faſtum, & tyrannidem abeat.

Dum diutius hîc hæreo, & rem ipſam, vt ſe habeat, penitius intueor, cauſas inuenio magis propinquas, virorum magiſtratum capeſſentium pietatem, & prudentiam tum literis, tum longo rerum vſu acquiſitam. Pietas, quę, Eccleſiaſtes autoritate, ſapientiæ initium eſt, & cultus diuini obſeruantia; omnes quidem tangit & ciues, & magiſtratus: ſed penes hos, quàm illos fructuoſiorem, ac clariorem finem, atq; effectum ſortitur. Magiſtratus enim in eum finem potiſſimùm intentus eſſe debet, vt non ipſe ſolùm Pius, & Religioſus habeatur: ſed etiam publicus ſacrarum rerum cuſtos, & tanquàm populi ſui paſtor reuera agnoſcatur: eaq́; re à vate Regio Dauide ij, qui populis præëunt, Dij nominantur; quòd nimirùm iura ſacra, & profana illorum curæ, fideiq́; à Deo Opt. Max. cuius vices in terris obeunt, commiſſa ſint. Quòd ſi fiat, effectus inde duplici modo ſequitur: vno, diuina protectio, rerum benè adminiſtrandarum dexteritas, & conſtans cum laude perenni Rerumpublicarum virtus & potentia: altero, ciuium magna ex Religione obedientia, maior ex mutuo affectu inter ſe concordia, & maxima ex veneratione magiſtratus autoritas, dignitasq́;.

Prudentia verò magiſtratui inprimis conueniens eſt, & propria; quæ videlicet cum experientia, rerum magiſtra coniuncta, effectus hoſce optimè moderatur: ſecundum Platonis, & omnes omnium Philoſophorum ſcholas, verè docentium, tum demùm beatas fore Reſpublicas, ſi & boni, & docti, & ſapientes eaſdem rexerint. Calumniantur quidem literas illiterati, & inſulſis earundem contemptoribus paſſim in ore eſt, eò peruerſiorem quenq; euadere, quò ſit doctior: ſed ab hoſtibus ea proficiſcuntur, & à peruerſo vulgi iudicio; quod ſui ſemper ſimile, ac neſcio qua ſiniſtra ſuſpicione deceptum, eruditionem, atq; huic comitem virtutem deſpectui habet; veluti ſui ſtudioſos, obſeruatoresq́; ad ſumma honorum faſtigia euehentem. E diuerſo idem ſuſpicit, & maximi facit ea, quæ ob ingenij, & morum verſutiam; ſed conſilij, rationisq́; inconſtantiam ad aſſentationem potius, quàm veram ingenuitatem compoſita ſunt. Nos aliud edocti, aliter ſentimus: vt enim aliquando eueniat, literatos quoſdam improbiores fieri, ac ſi Imperij faſces ambiunt, ad tyrannidem aſpirare; certum eſt, naturæ id vitio, non literis aſcribi oportere: quæ poſſidendæ hominibus bonæ obueniunt, atq; degeneres animos plerunq; ad meliorem frugem reducunt, ingenuos nunquàm corrumpunt. Prætereà haud abs re dubito, vtrum ſeuerior magiſtratus erga ſuos ciues coërctio, ſeu mauis tyrannis, plura regna correxerit; an verò diſſoluta Rerumpublicarum diſciplina maiores res euerterit, vel certè publicam earundem vtilitatem, potentiamq́; remorata fuerit: id, quod Hiſtoriæ omnium temporum ſatis luculenter teſtantur. Ego, me hercule, vt verum fatear, tyrannidem ſuo modo (ſiquidem è duobus malis, quod minus eſt, eligendum foret) tolerari poſſe; imprudentiam magiſtratus, populiq́; inconditi captationem in libera Republica nullatenus ferendam eſſe, arbitror. Quæ enim, quæſo, certior Rerumpublicarum pernicies eſſe poteſt hac ἀταξία; vbi ſecundis rebus præter decorum, & æquum animis efferimur, officia neceſſaria remittimus, & occaſiones quaſcunq; rei benè gerendæ negligimus, ne dicam renuimus: aduerſis autem vel turpiter cedimus, vel temerarijs conſilijs, vt in animorum diſtractione fieri ſolet, locum damus; nemine alterius dicta, vel monita audiente? ceu canit Poeta:

*Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.*

Hinc ex

Hinc ex puſillanimitate rerum omnium perturbationes, atq; ex temeritate diſſenſiones, tumultus, extremaq́; pericula oriuntur: illinc inſolentia vicinorum populorum in ſe odium prouocat, ac munerum publicorum remiſſio delinquendi, nec non quælibet vitia, etiã enormia, in Rempublicam introducendi licentiam præbet: vt neceſſum ſit, eiuſmodi Reſpublicas grauiori caſu funditus perdi. Deniq; in liberis Rebuſpublicis (quales Imperiales ciuitates ſunt) tyrannis ita ſæuire nequit, vt vires illius plurium æqualium pari poteſtate non accidantur; maximè, ſi Ariſtocratia penes iſtas cum Democratia quid participet. Sicut enim muliebris fragilitas prudenti virorum conſilio regitur, atque maſculini ſexus animorum vehementia familiari fœminarum conſortio frangitur: ita metuendam optimatum potentiam, ſi quid extra fines ſui officij auſit, populi in conſilium admiſſi æquanimitas ſæpè temperat, ac eiuſdem inconſultæ temeritati potentiorum virorum autoritas frænum plerunq; inijcit. Sed ad propoſitũ. Prudentia, inquam, Reſpublicæ ſtabiliuntur, ciuium concordia perpetuantur: hanc bonarum legum tuitione, illam bonarum literarum acquiſitione diuinitus nobis tribui, quis neſcit? Nónne, vt teipſo iudice vincam, Rerumpublicarum adminiſtratio non cuiuſuis ſortis hominibus, neq; infimæ atq; inerti, rerumq́; ignaræ plebi; ſed ſelectioribus, induſtrijs, & inter cæteros ciues dignitate pollentibus viris haud abſq; ratione, atq; totius plerũq; populi conſenſu demandatur? Atqui perſonarum dignitas nequaquàm vel à corporis ſtatura, vel diuitiarum copia, vel etiam familiæ nobilitate tantummodò pendet: quamuis & hæc tum corporis, tum fortunæ bona nonnihil ad hominis felicitatem, vt vulgus opinatur, & famæ æſtimationem facere ſolent; ſi rectè, ac legitimè poſſidentur. Bona animi his præualent, vitæ integritas, patriæ, virtutisq́; amor, atq; morum grauitas. Neq; verò hæc bona naturæ ſolùm dotes ſunt; raro enim, vel nunquàm contingit, vt ſolida vitæ, morumq́; grauitas nobiſcum naſcatur, & ſimul accreſcat, nulla ope humana accedente: ſed neceſſariò infertur, eſſe indubitata quædam media, quibus veram & apud ſummæ, & infimæ conditionis homines grauitatem nobis comparemus. Media ſunt, literarum tam profanarum, quàm ſacrarum; Bibliorũ inprimis, iuriſprudentiæ, & hiſtoriarum cognitio; mediocris ſaltem, ſi ad perfectiorem venire non datur. Huiuſmodi eruditio homines gloriæ appetentes ad publica munera obeunda habiliores, erga ciues, patriamq́; amantiores, atq; ad res quaſlibet præclarè expediendas alacriores, animoſioresq́; reddit. Siue enim ciues ſuos in officio continendi grauitate; ſiue alienas iniurias, & pericula Reipublicæ imminentia propulſandi animo; ſiue tranquillum Reipublicæ ſtatum conſeruandi, amplificandiq́; conſilio præſenti opus eſt, à viris rerum peritis ea omnia & petenda, & expectanda ſunt, bonum à malo, iuſtum ab iniuſto, honeſtum ab vtili, & æquum ab iniquo reuera diſcernentibus; atq; virtuti ſua præmia, vitijs, ſeu delictis pœnas ſtatuentibus. Adminiſtratio ea ratione ſuſcepta admirationem ſui, & ſtupendã vulgi opinionem excitat: nec non bonorum virorum fiduciam, & haud vulgarem amorem ſibi conciliat; his autem, qui ius, & æquum aſpernantur, atq; moderatam Reipublicæ formam ægrè ferunt, terrorem incutit, vt volentes nolentes parere cogantur. Quis enim, niſi planè ἄθεος, & profligatiſſimæ vitæ homo, magiſtratui optimo, & æquiſſimo reſiſteret? ſi cogitet, eundem à Deo Opt. Max. ſibi præfectũ omnia præſcriptis verbis agere, nihil ex proprij ingenij placito committere. Quòd ita demum fiet, ſi pacis ſtudioſi primates IVSTITIAM ſibi ſemper & vbiq; præſidem eſſe patiantur; non tantùm ciuibus imperantem, verùm etiam magiſtratus facta ad iuris normam reuocantem, dijudicantemq́;. Non enim ſufficit ad Rempublicam in vno, eodemq́; felicitatis ſtatu confirmandam, ciuibus ius dicere, niſi & magiſtratus eidem ſe ſubijciat; ipſa ratione naturali dictante, vt quod quiſq; iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodẽ iure vtatur. Quod ipſum DD. Impp. Romani Seuerus, & Antoninus approbantes, reſcripſerunt, licet legibus ſoluti ſint, (quod nullus magiſtratus præter ſummum principem, cui, & in quem populus Romanus omne imperium ſuum, & poteſtatem contulit) attamen legibus viuere. O diuinam, & verè Imperatoriam vocem. PAX igitur, & IVSTITIA cauſæ ſunt propinquæ Rerumpublicarum & defendendarum, & ſtabiliendarum: cuius locupletiſſimos teſtes habemus Imperialium comitiorum publica Edicta; quæ omnia & ſingula in eum finem diſertis verbis emittuntur, vt PAX, & IVSTITIA in S. Sancto Romano Imperio ſarta tecta conſeruetur. Harum beneficio D. Caroli IIII. Auream Bullam, ſupremi tribunalis Cameræ ordinationem, toties confirmatam, renouatamq́;, atq; pacis publicæ tam Religioſæ, quàm politicæ ſaluberrimã conſtitutionem, ipſius Imperij ſtatuum verè Germanorum indiſſolubile vinculum, vnanimibus votis

¶ 3 amplecti-

ampleđimur. PAX autem, & IVSTITIA inter ſe ita conſociantur, vt abſq; alterius interitu altera ſalua & incolumis eſſe non poſſit. Quemadmodum enim, ſi pace fruimur, iuſtitiæ locus eſt, & Rerumpublicarum tranquillitas floret: ſin minus, eadem vel corrumpitur, vel penitus è curia aufertur, politiarum magno periculo: ſic iuſtitia quoq; vires ſuas exerens pacem alit, & concordiam inter ciues ob æquabilem iuris diſtributionem, tanquàm ſuam, & pacis alumnam, enutrit: ſin eadem à ſede ordinaria relegatur, pax ſenſim diſſoluitur, concordia eneruatur, atq; Reſpublicæ peſſimo exemplo in certum, (niſi maturè iiſdem ſubueniatur) exitium conijciuntur. De pacis encomio pulcherrimè diſſerit, diſertiſſimus literarum vendicator, D. Eraſmus, laudatiſſimæ memoriæ, in ſuis Chyliadibus ſub prouerbio, DVLCE BELLVM INEXPERTIS; quem refert clariſſimus vir Andreas Gaillius, feliciſſimæ quoq; recordationis, in tractat. de pac. publ. lib. 1. cap. 1. num. 4. & 5.

IVSTITIÆ laudes ſatis exprimi nequeunt, multò minus ipſius vſus, & ἐνεργία circumſcribi: tam enim latè patet, vt ad ſingulas Imperij, honorum, munerum, iudiciorum, negociorumq; publicorum partes, ceu corpus in membra, extendatur. Hæc publicam vitæ honeſtatem præcipit, nullius læſionem tolerat, & ſuum cuiq; tribuit; huic etiam vt bonorum ciuium, reiq; familiaris defenſionem, ita malorum, peruerſorumq; hominum punitionem, extirpationémve acceptam ferimus; hac deniq; ſumma infimis, grata rerum harmonia, & infima ſummis conſentiunt, reſpondent, vniuntur; vt ſileam alia innumera eiuſdem commoda, quæ hîc recenſeri præter noſtrum inſtitutum foret. Vnum hoc addam, iuſtitiam per ſe quidem legitimam, & maximè neceſſariam eſſe omnibus Rebuſpublicis; ſed delectum ratione formatũ in ea adminiſtranda adhiberi oportere; vt nimirùm iuſtitiam magiſtratus ita exequatur, ne ex iure iniuria oriatur, æquitate poſthabita: ſed æquitas iuſtitiæ rigorem interdum mitiget, interdum ſuperet, vt tempus, locus, perſonæ, & res poſtulant. Quod ipſum bonus, prudens, literatus, manſuetus, & rerum peritus magiſtratus facilè perficiet, ſi iuſtitiæ, & æquitati pro re nata ſemet accommodabit, ponderatis rerum, factorũq; circumſtantijs.

Ergò PAX, & IVSTITIA, à Deo Opt. Max. ipſæ cauſæ ſunt, quibus Reſpublica veſtra, Viri Ampliſſimi, floruit tandiu, & adhuc floret, & ad ſeram vſq; poſteritatem, numine diuino protegente, feliciter florebit: id quod animo minimè fucato ipſi Reipublicæ, candido Senatui, & ciuibus integerrimis proſperè eueniat, precor. Nam tanta magiſtratus veſtri apud ciues ſuos ex Reipublicæ laudabili adminiſtratione autoritas, tantaq; iuſtitiam impertiendi integritas; vt haud obſcurè appareat, bonis, prudentibus, literatis, manſuetis, peritisq; rerum ex longo vſu comparatarum viris optimatibus Rempublicam veſtram minimè carere. Annales Auguſtani, quos auidè lego, peruetuſtam, & diuturnam nobis politiæ ſeriem exhibent; ea moderatione, & prudentia continuatam, vt non modò à plurimis centenis annis ab Imperio Romano nunquàm diuulſa ſit: verùm etiam tum vicinorum hoſtium importunitati aliquoties fortiter reſtiterit: tum inteſtinos motus, ſeditionesq; ſine ciuium ſuorum ſanguinis profuſione, & abſq; ſummo Reipublicæ detrimento grauiter ſedârit. Ea enim plebis tumultuantis conditio eſt, vt leuitate quadam ad arma concurrat, ſed viribus inde ſuis deſtituta minori difficultate, eadem vt deponat, perſuadeatur: vt Poëta in Æneide ſua proclamat:

*Tum pietate grauem, ac meritis ſi fortè virum quem*
*Conſpexere ſilent, arrectisq; auribus aſtant.*

Nihil enim ad ſedandos ciuiles tumultus commodius eſt, vel vtilius, quàm virorum grauium autoritas ea, quæ Reipublicæ ſalutem ſuo periculo præferat, atq; vitæ, bonorumq; diſcrimen potius ſubeat, quàm ſtationem ſuam deſerat, aut plebis furorem auertere deſinat. Quod ſanè recentiores veſtri tumultus exemplo nobis ſunt; ſed malo, & ob rei nouitatem pernicioſo: eò certè perículoſiores, quòd plebs prætextu religionis inſtigata, ſe vti iure defenſionis videri voluit: verùm de his rebus auditu odioſis plura dicere intermitto. Ἀμνηστίαν, & ciuium cum magiſtratu conciliationem laudo; haud falſa ſpe ductus, poſſe Reipublicæ tranquillitatem, aliquatenus concuſſam, non debilitatam, hinc grauitate, manſuetudine, & prudentia; illinc obſequio, reuerentia, æquanimitate: vtrinq; autem mutuo amoris ſtudio, pari fiducia, & concordia in priſtinum ſuum ſtatum tandem reſtitui. Quod reliquum eſt, liceat mihi, quod Vlpianus I. C. de Phœnice patria ſua gloriatur, id ad Rempublicam veſtram transferre, nimirùm, quòd Auguſta ſplendidiſſima Rhætorum, ſeu Vindelicorum ciuitas libera, & Imperialis ſit, ſerie ſeculorum antiquiſſima, armipotens, fœderisq;, quod

cum Ro-



cum Romano Imperio iam olim percuſſit, tenaciſſima: cui DD. Impp. Romani ob egregiã in Rempublicam, Imperiumq; Romanum inſignem fidem ius ſtatuum, ſeſſionis, & ſuffragiorum in publicis comitijs; necnon regalia, priuilegia, atq; merum, & mixtum Imperium, ſimplicemq; iuriſdictionem dedit. Ea ſub Romani Imperij tutela, ſeu patrocinio præſtantibus ſemper, & magnanimis viris prædita fuit; quorum continua ſucceſſio, virtus, & prudentia ipſam Rempublicam ad ſumma rerum faſtigia perduxit. Conſtat, VVelſeros, Hervvartos, Rehlingeros, Ilſungos, Langenmantellos, Fuggeros, Hoſios, pluresq; alios nobilioris familiæ patricios de patria ſua optimè meritos, atq; in Republica ſpectatiſſimos viros fuiſſe, & hodie non in minori æſtimatione viuere, tum ob induſtriam & fidem, tum etiam ob ſingularem eruditionem, ac ſapientiam. Adhæc Annales Auguſtani perhibent, Henricum VVelſerum, Anno ſalutis humanæ 1246. ſummum ciuitatis veſtræ magiſtratum geſſiſſe; imò, eiuſdem anteceſſorem in adminiſtratione fuiſſe Conradum VVelſerum, magnos veſtræ proſapiæ auos. Summus autem magiſtratus is erat, vel maior, vt mihi videtur, (tum enim temporis ſoli patricij principatum in Republica obtinebant, nondum admiſſa plebe) qui hodiernorum vrbi præfectorum eſt. Inde longa, nec interrupta annorum ſerie, VVelſerorum & pacis, & belli tempore autoritas maximè enituit, domi, foriſq; patriæ ſuæ ſalutem enixè curantium. Anno, mehercule, natiuitatis Domini Ieſu Chriſti redemptoris generis humani, 1548. à D. Carolo v. Romanorum Imp. celſiſſimæ memoriæ, expulſis è Republica tribunorum factionibus, tribubusq; penitus ſublatis, tota politiæ Auguſtanæ forma mutata fuit, ſiue potius ad patricios ſuæ autoritatis præeminentia poſtliminio redijt. In hac noua Reipublicæ (ſub veteri politiæ ſpecie) conſtitutione trium VVelſerorum induſtria, prudentia & fides electa eſt: Bartholomæi, vt Reipublicæ à ſecretis conſilijs eſſet, Antonij, vt conſulatus curam obiret, atq; Chriſtophori, qui adhuc in viuis eſt, vt in Senatum adſciſceretur. Matthæus VVelſerus, parens veſter, Antonij viri conſularis filius patris ſui veſtigia, non ſolùm ponè ſequebatur, ſed etiam longè ſuperabat, Bartholomæo in honoribus haud immeritò ſuccedens. Bartholomæus VVelſerus quoq; non minus ſimilem ſui filium procreauit, Ioannem patruum veſtrum, ſumma nunc in Republica vnà cum Antonio Chriſtophoro Rehlingero, viro incomparabili, rerum poteſtate, ſeu vrbis præfectura potientem. Vos vnius parentis magna ſoboles, eidem viuo oblectationi fuiſtis propter indolem animi minimè obſcuram, defuncto autem honori eſtis ex adeptis in Republica muneribus publicis. Vtrum autem eruditio veſtra plus admirationis, an verò humanitas maiorem vobis exiſtimationem apud ciues Auguſtanos comparârit, non abs re dubito. Nullis enim ſumptibus parens, veſtrûm verè amantiſſimus, pepercit, quò intra & extra patriam literarum, iuris, & hiſtoriarum cognitione inſtrueremini: prætereà viuum parentis humaniſſimi exemplum quotidianum à pueris, vt dicitur, contemplabamini, vt non niſi eiuſdem ſectatores euadere potueritis. Quod omne, & in veſtram laudem, & in Reipublicæ, patriæq; vtilitatem redundat, tuam potiſſimùm, Matthæe, eruditionem rerum experientiam, atq; fidem Senatui, populoq; Auguſtano reipſa ſæpius comprobaſti: tum verò rerum deliberandarum, qua polles, dexteritas, ac eloquentia publicis conuentibus, quibus totius Senatus nomine frequens intereſſe ſoles, ſatis explorata eſt, vt tibi, tuisq; fratribus, minimè obijci poſſit, quod Pomponius I. C. Quintum Mutium Seruio Sulpitio (quo cum Cicero familiariſſimè vixerat) obieciſſe tradit, turpe eſſe patricio, & nobili, & cauſas oranti, ius, in quo verſaretur, ignorare. Verùm ne aſſentationis crimine, à quo alienus ſum, inſimuler, ſi verbis tantummodò encomium veſtrum celebrem, conſtitui, vobis animum meum ſincerum ipſa re, quantum quidem fieri poteſt, declarare: Conſilia, ſeu iuris reſponſa Baldi I. C. omnium ſuffragijs inter iureperitos primas tenentis pro modulo rei meæ familiaris oblaturus. Quod primùm mihi ſuaſit ipſius materiæ excellentia; de iure enim, & æquo agitur, nec commendatore opus eſt. Autor enim ipſe per vniuerſam Europam tam celebris eſt, vt in decidendis cauſis reſponſa eius pro oraculis habeantur: opus autem eò fide dignius, quòd Baldum nullus vel iuris Canonici, vel ciuilis textus latuerit, veluti de eo prædicatur. Deinde perſuaſit antiqua familiæ veſtræ nobilitas, quæ hæreditario quodammodo iure, & ſucceſſione legitima Reipublicæ adminiſtrationem capeſſit, & innata ſibi prudentia, eximiaq; in patriam fide fortunatam eandem facit, & tranquillam. Prætereà, nemini magis conuenit, eiuſmodi opera manibus tractare, quàm ſacris legum, munerumq; publicorum initiatis, quibus iuſtitię cura, & rerum defenſio demandata eſt. Deniq; & hoc me impulit, quòd in iuuentute mea Auguſtæ Vin-

guſtæ Vin-

guſtæ Vindelicorum per aliquot annos, hoſpitij iure exceptus, enutritus, & cumulatis beneficijs, quæ nunquàm referre, gratias ſaltem plurimas ijſdem habere poſſum, affectus fuerim, eaq; re paratiſsimus, Reipublicæ veſtræ, ciuibus, atque vobis pro viribus, & quauis data occaſione, omni officiorum genere inſeruiendi. Dedico autem vobis, Viri Ampliſsimi, hoc meum qualecunq; munus leuidenſe, ceu papyraceum, ſed opus magnum, & admirabile propter Baldi autoritatem, atque rei ipſius dignitatem, vtilitatemq;: ſumma ſpe fretus, vos ea animi beneuolentia id in patrocinium veſtrum cooptaturos, quo candore & animi propenſione à me vobis offertur, ſacratur, dedicatur. Quod ſi fiet, maximi beneficij loco habiturus ſum, & poſthac officijs deuinctus ero, grati mei animi erga vos alijs quoq; in rebus demonſtratione. Valete cum tota veſtra familia, quam Dei Opt. Max. tutelæ committo. Francofurti ad Mœnum, 17. Cal. April. Anno 1589.

*Reu. & Magnif.*

*veſtræ*

*deditiſsimus*

*Sigiſmundus Feyrabendius, ciuis, &*
*Bibliopola Francofurtanus.*



# CONSILIORVM DOMINI BALDI DE VBALDIS DE PERVSIO CELEBERRIMI IVRISCONS. AC SVMMI PRACTICI,

## Volumen primum.

### CONSILIVM I.

1 *Vnio eccleſiæ collegiatæ fieri non poteſt alicui dignitati, niſi tali vnioni conſentiat capitulum dictæ eccleſiæ vnitæ.*
2 *Solus Papa poteſt vnire eccleſias irrequiſito capitulo.*
3 *Quod omnes tangit ab omnibus debet comprobari.*
4 *Eccleſia ſimplex, non collegiata, poteſt vniri irrequiſito capitulo.*

IN Chriſti nomine.
1 Quædã† eccleſia collegiata fuit vnita cuidã dignitati ex rationabili cauſa per diœceſanũ cum cõſenſu capituli ſui; omnib. ſolennitatib. ſeruatis: excepto ꝙ capitulũ dictę eccleſię vnitę nõ cõſenſit, ſed pęnitus cõtradixit, & cõtradicit. Quæritur, vtrũ dicta vnio valeat, necne. Et videtur, ꝙ valeat: quia ex quo vnio facta eſt ex rationabili cauſa, negociũ eccleſię vnitę eſt vtiliter geſtũ: ergo pro rato debet haberi: vt ff. de neg. geſt. l. Pomponius ſcribit ſi negociũ. ſic filius tenetur habere ratũ factũ patris, ſi nõ habet iuſtã cãm cõtradicendi: vt ff. ſol. mat. l. 2. §. volũtaté. & l. doté. Præterea ſatis eſt verbis canonis deſeruire: nec debemus vltra requirere, q̃ requirat lex, vel canon: vt ff. de exercito. l. 1. §. ſi is qui nauẽ. & ff. de publ. l. de precio. ff. de acq. hær. l. ſi ſeruum. §. non dixit. ſed cle. ſi vna. nõ requirit cõſenſum capituli eccleſiæ vnitæ, ergo valet vnio. In cõtrariũ videtur, quia per talẽ vnionẽ mutatˀ ſtatus eccleſiæ vnitæ, & maximè ſtatus capituli eccleſiæ vnitæ: quia ꝑdit ius eligẽdi ꝓlatũ. ſed vbicũq; ſtatus mutatur, ibi neceſſe eſt ꝙ cõſentiat ille, de cuius ſtatu tractatur. Hinc eſt, ꝙ in adoptione, cui ſimilis eſt vnio, requiritur cõſenſus eius, qui adoptatur: vt ff. de adoptio. l. nã ita diuus. etiã ſi tractetur de eius cõmodo: nõ valet, niſi cõſenſus interueniat: dicit lex, ꝙ filius inuitus legitimari nõ põt, & tñ legitimatio ſtatũ auget: vt in Auth. quib. mo. na. eff. ſui. §. & qualiter. col. 7. Similiter dicit lex, ꝙ nemo emancipatur inuitus, ẽt licèt plerũq; interſit filij emancipati. vt ff. de adoptio. l. nõ põt filius. Et bř vbicunq; ſtatus mutatur bona gratia, ſiue abſq; delicto, nunq̃ quis cõpel-
2 litur ſtatũ mutare. † Vnde cũ hic capitulũ perderet ius eligẽdi, & ſtatũ ſuũ: in hoc videlicet iure eligẽdi, de neceſſitate requiritur cõſenſus capituli: niſi talis vnio fieret per Papã, qui põt ius ſuũ inuito auferre, & ſtatũ eccleſiarũ mutare: vt no. in ca. cũ veniſſet. extra de iudi. in nouel. & probatur in l. quæris. ff. de nata. reſtit. præterea vnire capitulũ, eſt in alienã familiã transferre, ergo requiritur cõſenſus eius, cui transfertur: vt ff. de adop. l. in adoptionib. & l. ꝙ nepos. Nõ ob. l. 2. §. volũtate. ſol. mat. cum ſi. quia ibi non verſatur mutatio ſtatus. Itẽ illa eſt potius iuris nati executio, quã iuris noui creatio. Nec ob. cle. ſi vna. quia illa cle. debet intelligi, dũmodo interueniat cõſenſus eorũ, quorũ conſenſus eſt neceſſarius. Declarat aũt quoſdã quorũ cõſenſus non
3 requiritur, nõ tñ vltra procedit: † dicendo, ꝙ ſi eſſent aliqui, de quorũ præiudicio tractaretur, nõ debeant conſentire: dicit. l. q̃d id, ꝙ oẽs tangit, dẽt ab omnib. cõprobari: vt C. de auct. præſtan. l. fi. ad hoc facit cle. ne in agro. §. ad hęc. de ſtatu mona. & ita mihi videtur ſalua ſubſtãtia veritatis. Non ob. gl. quæ eſt in cle. ſi vna, in gl. quæ incipit vocatus: q̃ dicit, ꝙ eṗs eccleſias vnire põt ſine cõſenſu ambarũ eccleſiarũ. per tex. dicti capitul. ſi vna: quia illa gl. nõ loquitur in eccleſia collegiata, ſed in alia. Et rõ doctrinæ eſt, quia vbi eſt collegiũ, ibi eſt dignitas. Sed eṗs nõ põt ſupprimere dignitaté eccleſię: vt no. in c. cum acceſſiſſent. de cõſti.
4 † Itẽ vbi eſt eccleſia collegiata, ibi eſt iuriſdictio, qua nõ dẽt priuari capitulũ ſine facto ſuo. In eccleſia autẽ ſimplici ceſſat iſta ratio: quia nec dignitas ſupprimitur, nec iuriſdictio cõfunditur. Et hoc etiam tenent quidam doct. Mod. in d. c. ſi vna. Ego Bald.

### CONSILIVM II.

1 *Mater an teneatur inſtituere filiam, adeo quod ſi præterijt, teſtamentum dicatur nullum, & nu. 3.*
2 *Neptis non venit nomine filiæ. nu 5*
4 *Statuta locorum æquiparantur ſtipulationibus.*
6 *Dos matris proueniens in filiã, prouenit non iudicio aui: ſed fortuito caſu.*

1 In Chriſti nomine. Verba † ſtatuti. ſtatuimus, qđ ſi aliqua filia, aut filię, nupta, vel nuptæ, dotata, vel dotatæ fuerint à patre, vel à matre, vel ſimul à parentibus, ipſis parentib. defunctis nullũ amplius hẽat regreſſum ad petitionẽ hæreditatis tã paternæ, q̃ ẽt maternæ cõtra fratres, aut hæredes ipſorũ hæredũ defunctorũ: ſed ſint tacitæ & cõtentæ dotib. ſibi datis cuiuſcũq; quãtitatis fuerint: mõ accidit in facto, ꝙ pater dotauit filiam: & ex filia nata eſt neptis: qua filia ſubducta de medio per mortẽ, auus deceſſit teſtatus nepte ꝓterita, excepto, quia legauit ſibi nõ tm̃ iure inſtitutionis, nec de bonis ſuis, ſed de bonis matris puellæ: modo dicta neptis puella vult dictũ teſtm̃ aui infringere. Quæ-
2 ritur nũquid poſſit. Et videtur, ꝙ nõ: & primo, † quia nomine filię cõtinetur neptis ex interpretatiõe expoſitiua vocabuli ſumpta rõne exponendi ab ipſa natura, ẽt ſi verbũ filij, videatur ſtrictius ſumi, in quantũ verbũ ſonat: vt ff. de ver. ſign. l. liberorũ. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iu. l. filiũ diffinimus. Itẽ excluſa filia videtur excludi omnis deſcẽdẽs per filiã, cũ nõ poſſit ſuccedere, niſi quodã adminiculo matris, ar. ff. de colla. bo. l. dedit doté. & C. de nat. lib. l. fi. & hanc doctrinã tradit tex. in c. 1. §. illud notandũ. qui feu. da. poſ. coll. 10. Præterea tria ſunt, q̃ operantur vnũ, & idẽ, i. verbũ, rõ, & mẽs. nã talis vnuſquiſq; in mẽte ꝓſumitur, qualis ꝑ cãm diſpoſitionis oñdit: vt ff. de excuſ. tut. l. ſcire oportet. §. & ſi maximè. & no. in c. in ar. ff. de reg. iu. li. 6. per Dy. vñ dicimus, ꝙ ex rõne eiuſdẽ legis oritur auxiliũ directũ: ſed ex rõne alterius legis ꝑ totũ à ſimili oritur auxiliũ vtile: vt elegãter no. Bar. in l. 1. ff. vti. poſſ. ſed rõ, q̃ mouit legislatorẽ in filia: eadẽ ratio mouit, & mouere debuit in nepte: ergo perinde eſt, ac ſi ſtatutũ exprimeret de nepte. vt ff. de pac. l. tale pactũ. §. fi. & no. per Nic.

 de Mat.

3 de Mat.& Cyn.C.quæ ſit lõga cõſuet.l.1. † In contrariũ vř.quia
iſtud ſtatutũ continet quandã exhæredationẽ filiæ,vt ff.de hær.
inſt. l. qui volebat. tũc ergo licitũ eſt arguere de verbis legis,ad
verba teſtatoris,& ecõuerſo: vt ff.de manu.teſt.l.ſi ita.§. fi.ſed ſi
teſtator đt,exhr̃do filios meos,nõ includuntur neptes:quia iſta
odia ſunt ſtricti iuris:vt ff.de ven.in poſſ.mit.l.1.§.quare.& ff.de
4 lib.&poſth.l.cũ quidã. ergo idẽ in ſtatuto dici dẽt. † Itẽ ſtatuta
locorũ æquiparantur ſtipulationib. vt not.C.de decre. decu.in
rub.nã fiunt per interrogationẽ,& rñſionẽ:vt ff.de leg.1.l.1.Sed
ſtipulationes ſunt adeo ſtricti iuris,ꝙ nõ recedimus à verbis, ẽt
ſi æquitas ſuadeat extendi:vt legitur,& no.in l.fi.ff.de condi.ob
turpẽ cãm,& leges ſunt vulgares.ff.ſol.ma.l.ſi vero.§.de viro.ff.
de ver.ob.l.quicquid aſtringẽdæ.& hoc dicit illa.l.no.ff. de acq.
hær.l.ſi ſeruũ.§.nõ dixit p̄tor.Itẽ lege cauetur, ꝙ ꝓhibitio facta
ad filiũ non extenditur ad nepotẽ. Iſte eſt tex.& gl. ſingularis in
Auth.de reſti.fideic.§.manifeſtũ. ad hoc facit.ff.de excuſ.tu. l.2.
vbi iuriſcõſultus dicit, ꝙ ex ſignificatione ſumpta à voce nõ eſt
idẽ,eſſe filij,& nepotis. idẽ no.inſt.qui da.tut.poſ.§.fi. Itẽ priui-
legiũ conceſſum filijs nõ extenditur ad nepotes: ergo nec odiũ:
vt C.ad Treb.l.iubemus. Itẽ eadẽ ratione extenderetur ad pro-
nepotes,& oẽs deſcẽdentes, vt ff.de poſtulando.l.1. in fi. cum l.
ſeq.ꝙ falſum eſt:vt in Auth.de nõ alie.§.emphyteuſim. Præter-
ea filius eſt prima perſona deſcẽdẽs; nepos ſecũda; ꝓnepos ter-
tia,&c.vt ibi tex.dicit.ſed ꝙ prima perſona ſit ſecũda,& ecõtra,
5 implicat impoſſibilitatẽ naturæ.† Quare de primo ad vltimum,
cõcludẽdo nõ videtur neptis ſignificari, ſed ego puto in iſto ſta-
tuto, neptẽ ſignificari, licet .n. ſtatutũ de filia faciat mentionẽ:
tñ & de parentib. meminit, ꝙ eſt verbũ generale. vt ff. de in ius
voc.l.quiq;.§.parẽtes.& ideo extẽditur ſignificatio filiorũ ꝑ an-
nexionẽ parentũ:vt ff.de iur.& fac.ign.l.regula.§.fin.Itẽ hoc ꝓ-
batur ꝑ rationẽ abſurditatis euitãdæ. pone .n. ꝙ auus paternus
dotauit neptẽ. filia .n. dotata nõ rumpit teſtm̃: & neptis ex filio
rumpet filio p̄mortuo, ꝙ eſt valde abſurdũ, quia nõ dẽt plus cõ-
cedi vlterioribus, q̃ prioribus: vt C.de bo.ma.l.ſi viua matre. vñ
de mẽtali neceſſitate ſtatuti neptis includitur. Itẽ quia non dẽt
diſpoſitio legis eſſe imperfecta: vt C.ad Silla. l.pen. ſed hic ad-
uertẽdũ, ꝙ mulier excludit̃ qñq; rõne fœmineitatis, quia mu-
lier:vt ſi ſtatutũ diceret, ꝙ filia fœmina nõ ſuccedat: & tũc inclu
deret neptẽ, ꝙ põt eſſe fauore venientiũ ab inteſtato. Itẽ fauore
hr̃dum inſtitutorũ, vt nõ infringãt teſtm̃. maior .n. fauor dẽtur
teſtamẽto, quã legitimis hr̃dibus: vt no.ff.de lib.& poſth.l.Gal-
lus.§.inſtituẽs. ſed interdũ ſtatutũ nõ excludit filiã ſimpliciter,
ſed dotatã filiã. & tunc nõ excludit filiã indotatã: quia qualitas
dotis nõ ineſt nepti:nec hẽt vllã prouidentiã ab auo, qua poſſit
dici ſuccedere loco legitimæ. & iõ ſecundũ ea, q̃ proponuntur,
dicta neptis hẽt ius rũpendi. dicet aliquis, iſta neptis ſuccedit in
dote mr̃na: ergo eſt dotata ẽt inuita mr̃e: quia filiafa. nõ põt te-
ſtari, & excludere filiã ſuã. ita ſecundũ Bar. iſta neptis dẽt impu-
tare ſibi iſtã dotẽ in ſua legitima deducenda de bonis aui:vt ipſe
6 no.ff.ad l.fal.l. in quartã. † quia certè hoc non prouenit iudicio
aui:ſed caſu fortuito: vt ff.de leg.3.l.ſed ſi ſic.& ideo ꝓ dicta ne-
pte cõcludo, ꝙ quia p̄terita, p̄t rũpere teſtm̃ licèt Bar.in quodã
loco dicat, ꝙ in linea mr̃na non req̃ritur, ꝙ relinquatur iure in-
ſtõnis:vt ſic iura codicis in linea mr̃na remaneãt incorrecta: q̃a
mr̃ nõ dr̃ ꝓpriè p̄terire:vt inſti.de inoff.teſt.§.mr̃.Sed contrariũ
eſt verius,ꝑ §.aliud quoq; capitulũ.in Auth.vt cum de appe.co-
gno.quia mr̃ ẽt hodie dr̃ p̄terire,& reddit̃ teſtm̃ nullũ. Ego Bal.

CONSILIVM III.

1 *Stipulatio duplæ,an & quando, & qualiter locum habeat.*
2 *Venditor non tenetur in ſe ſuſcipere iudicium litis motæ emptoris animo nouandi iudicium.Et etiam de hoc in conſilio 23.*

In Chriſti nomine. Titius vendidit Seio ꝓ
certo precio quoddam
prædiũ, ꝙ promiſit dicto emptori defendere, & diſbrigare ſuis
ꝓprijs expẽſis,ſub pœna dupli:mota prima qõne dicto emptori
per quẽdam creditorẽ dicti venditoris ſuper hypothecaria, di-
ctus vẽditor ꝑ procuratorẽ ſuum aſtitit liti: nõ tñ ſuſcepit iudi-
ciũ in ſe,& fuit lata ſentẽtia cõtra emptorẽ, qua ſentẽtia lata di-
ctus vẽditor cum creditore cõcordauit, vt dictum prædiũ apud
emptorẽ liberè remaneret. agit emptor ad pœnã dupli ob rem
1 nõ defenſam expenſis proprijs dicti vẽditoris.† Quæritur,quid
iuris.Rñdeo,natura ſtipulationis duplex eſt hæc, ꝙ non cõmit-
titur ſtipulatio, ſi poſſeſſio remanet penes emptorem; vt ff.de
euict.l.hr̃e licere.ad hoc optimè facit.ff.de excep.doli.l.fideiuſ-
ſor euictionis. & ff. mand.l.fi. Et ideo duplũ precij non põt peti
virtute dictæ ſtipulationis relatæ ad rẽ ipſam venditã. Sed certe
nec ꝓpter ſumptus nõ ſubminiſtratos cõmittitur ſtipulatio du-
plæ reſpectu totius rei: vt legitur,& no.ff.de procu.l.qui abſen-
tem.& C.de euict.l.1. id enim iniquum eſſet, ſi res magni valo-
ris,puta,mille, eſt vendita, & expenſæ ſunt 10 ꝙ venditor tene-
retur in duobus millibus: vt ff.de ſen.quæ pro eo.l.vnica.§.fi.itẽ
iſte venditor conſiderato fine defendiſſe,& diſbrigaſſe videtur.
Et ideo ꝓpter ſolas expenſas non cõmittitur ſtipulatio duplæ,
arg.ff. de lib. leg.l. petitor. itẽ licet expen. poſſint peti nomine
intereſſe non põt tamẽ ad duplum agi: quia hoc nõ eſt de natu-
ra cõtractus, nec ẽt de mẽte cõtrahentiũ. nam ſtipulatio duplæ
cõcepta eſt ſub cõditione, ſi res non defendatur. Sed hic res eſt
defenſa: quia hypothecaria eſt ſublata: vt ff.de pig.l.ſi fundus.§.
ſi pluris. plus dico, ꝙ ſi venditor noluiſſet ad defenſionẽ com-
parere, tñ rem liberaſſet emptori, ſoluẽdo, & ſatisfaciẽdo cre-
ditori: quia nõ intereſſet emptoris, niſi ratione expenſarũ litis,
nõn cõmitteretur ſtipulatio, niſi in expenſis: iuxta no. ff. de ver.
ob.l.ſtipulatio iſta.& in ſimili mat.ff. de iureiu. l. nam & poſtea.
& l.alias,in magna gl. Ex quibus apparet, ꝙ ſtipulatio duplæ nõ
cõmittitur, niſi re principali euicta, ita ꝙ exacta: quia caſus eſt,
in d.l.hẽre licere. Item nemo dubitat, ꝙ dolo facit emptor, qui
rem hẽt,& duplum petit:vt ff.de condictio.ſine cauſa.l.ſi fullo.
amplius tractare hic, an venditor debeat in ſe ſuſcipere iudiciũ
animo nouandi, necne, nõ eſt expediens quantũ ad propoſitũ,
ſed veritas eſt, ꝙ non tenetur, nec põt inuito actore: vt no. ff.de
ſol.l.ſolutionem. niſi cum ex perſona ſua habeat ius excipiendi:
quia tunc actor tenetur ipſum recipere quantũ ad hũc effectũ,
vt poſſit excipere: vt ff.de peti. hære. in l.ſed ſi lege. §. ſed ſi res
diſtraxerit. loquor in exceptione peremptoria, non in declina-
toria iudicij: vt ff.de iud.l.venditor. & ita debet intelligi, quod
no.ff.de neg.geſt.l.liberto.§.fi.ff. de pact.l.ſi cum fundum.& C.
2 vbi in rẽ actio.l.1. † ex hoc apparet, quod non tenetur venditor
ſuſcipere iudiciũ animo nouandi, quando nõ poteſt: quia actor
non conſentit, & ſi poſſet, adhuc nõ tenetur: ſed ſatis eſt, quod
aſſiſtat liti,& faciat ſumptus in lite: vt ff.de euict.l.ſi plus.§. mo-
ta.& l.1.C.vbi rem actio. & ita in pluribus locis notaui in lectu-
ris meis tam antiquis, quàm modernis.& facit.ff. de euictio.l.ſi
rem.§.quolibet. & quod no. ff.de verb. obl. l. venditores. & ff.
de procur. l. ſi actor malit. Conſidera etiam, quod ſi teneretur
iudicium animo nouandi in ſe transferre, cogeretur litem con-
teſtari, quod nullo iure cauetur: antecedẽs probatur per l.in iu-
dicio.ff.famil.erciſ.& facit.ff.de procu.l.licet.§. ea obligatio.&
quia non habet ius declinandi forum, ideo non comparet no-
mine proprio tantum, ſed nomine emptoris, licet pro proprio
intereſſe: vt l.2.§.ſed ſi alius.ff.quando app.ſit. Ego Bal.

CONSILIVM IIII.

1 *Fideiuſſores renunciando omnibus beneficijs, an intelligantur renunciare beneficio epiſtolæ diui Adriani: Et quid operetur renunciatio generalis beneficiorum ſibi competentium, vel in contrarium operantium.*
2 *Clauſulæ ſpeciales practicantur, vt intelligatur, quod clauſulæ generales non ſufficiant.*
3 *Breuiloqua renunciatio generalis tantum valet de rigore iuris, quantum renunciatio ſpecialis.*

1 In Chriſti nomine. Quæritur, † vtrũ fide-
iuſſores, qui renuncia-
uerunt generaliter omnibus beneficijs, poſſint opponere be-
neficium epiſtolæ diui Adriani. Item quæritur, nunquid plures
debendi rei inſolidũ renunciando generaliter omnibus bene-
ficijs, & nõ expreſſo ſpecialiter aliquo beneficio, intelligantur
renunciaſſe beneficio nouæ conſtitutionis de duobus reis: &
beneficio cedendarũ actionum.& videtur, quod dicta renũcia-
tio ita generaliſſima non valet: vt l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi
quis cau. In cõtrariũ videtur: quia tantũ operatur genus, quo ad
genus, quantum operatur ſpecies, quo ad ſpeciem: vt l. ſi duo.
ff.de admin.tut. Item certum eſt, quod iſtis beneficijs poteſt re-
nunciari: vt no.in l.pen.& l. niſi.ff. de pac.& in Auth. de fideiu.
in prin. ſunt enim beneficia iſta ſatis nota ipſis cõtrahentib. ab
ipſo principio. ita quod bene potuerunt præuidere. & ſic non
obdictus.§. quæſitũ. quia ibi loquitur in exceptionibus, quæ à
principio præuideri nõ potuerũt: ſed poſtea ex fortuitis caſibus
emerſerũt. itẽ ibi loquitur in iudicijs, in quib. benignius agitur
æquitate p̄toria.eo.ti.l.& ſi poſt tres.& l.ſi ſeruus.§.ſi pluriũ. dici
poteſt,



poteſt, ꝙ valeat renũciatio generalis, niſi ſit minor, vel mulier,
qui debet de ſuis bñficijs certificari ſpecialiter: & nõ p̄ſumũtur
certificati, niſi appareat: vt legitur, & no.ff.de ver.obl.l. ſciẽdũ.
& facit ad prædicta illa regula generalis, ꝙ vnicuiq; licitũ eſt re-
nunciare iuri pro ſe introducto: vt C.de pac. l. ſi quis in cõſcri-
bendo. In cõtrariũ tñ facit.l.1.ff.ſi quis in ius voc. nõ ierit, vbi vi-
detur tex, ꝙ requiritur, ꝙ exprimatur qualitas bñficij: puta re-
nũciauit bñficio fori: bñfi. de fideiu.&c. nã & illa.l. ſi quis in cõ-
ſcribendo. hoc idẽ ſentit. Itẽ habemus ſimile. C.qñ mulier tut.
officio fungi põt. Auth.matri & auiæ. & in Aut. vt ſine prohibi.
ma.deb.& cred.§. quia verò. & cõſuetudo notariorũ ſic ſe hẽt,
ꝙ in inſtrumẽtis apponũtur clauſulæ ſpeciales: & deinde ſubij-
ciuntur clauſulæ generales. ad l.ſi duo. rñdetur, ꝙ eſt ſpeciale in
renũciatione beneficiorũ, ꝙ verba omnino generalia nõ ſuffi-
ciãt, de materia dicti.§.quæſitũ. no.Cy.in l.1. C.cõmo. & iſta eſt
tutior opinio, ꝙ aliquod bñficiũ ſit ſpecificatũ ad hoc, vt clauſu-
la generalis aliquid operetur, & tũc operatur de ſimilib. ad ſi-
milia: nõ de maiorib. vt ff.de contrah.empt.l.fiſtulas.§.frumen-
ta. & ar. ff.de fun.inſt.l.fi.§.cui dulcia. & põt hoc defendi à con-
2 trario ſenſu cõis practicæ.† ideo .n. practicãtur clauſulæ ſpecia-
les, vt à cõtrario ſenſu detur intelligi, ꝙ clauſulæ omnino gene-
rales nõ ſint ſufficiẽtes. Spec.in tit.de renunc.& cõcluſione, in
1.col.ver.pone ergo. multa verba dicit, vtrũ valeat dicta renun-
ciatio generalis, necne. & finaliter inclinat, ꝙ non valet renun-
ciatio: ſed bene valet pactũ. poſtea in eo.tit.ver.& quoniã de re-
nunciatione. dicit, ꝙ quotidie in inſtrumẽtis publicis renũcia-
tur quatuor beneficijs ſingulariter nominãdo. ſ.bñficio epiſto-
læ, D.Adriani: beneficio nouæ cõſtitutionis de fideiuſſo. bene-
ficio nouæ cõſtitutionis de pluribus reis debendi, & beneficio
cedendarũ actionũ. & quia iſtæ renũciationes ſunt multũ præ-
iudiciales, ideo per cõſuetudinẽ introductum eſt, vt ſpecificen-
tur, & declarentur: ne ambiguitas,& incertitudo ſermonis ca-
piat ſimplices homines. arg.ff.de tranſact.l.cũ aquiliana.& in c.
1.de noua forma fidel. col.10.& ff. de min.l. illud.§. ſi talis. & ff.
de proc.l.Pomponius.in princ.& in d.l. ſed & ſi quis.§.quæſitũ.
3 cum ſi.s̃.alleg. iſta opi.eſt æquior.† ſed de rigore iuris tantũ ope-
ratur breuiloqua renunciatio generalis, quantũ ſpecies ſingu-
latim enumeratæ, ar.C.de præſcr.30.ann.l.omnes. Ego Bald.

CONSILIVM V.

1 *Paupertas excuſat aliquem, qui non appellat, vel non proſequitur appellationem, adeo quod poteſt appellare, vel appellationem proſequi.*
2 *Paupertas an ſit excuſabilis, vel non, relinquitur arbitrio iudicis.*
3 *Non læditur ex temporis curſu, qui negligens non fuerit.*

1 In Chriſti nomine. Quæritur, † vtrum vi-
duæ, & pauperi currãt
tempora fatalium appellationis. & videtur ꝙ ſic: quia ita ſumus
viduis in iuſtitia debitores, ꝙ alijs iniuſtitiam facere non debe-
mus, vt extra de foro compet. ex tenore. licet .n. habeant præ-
rogatiuas iudicum: vt C.quãdo imperator inter pupillos, & vi-
duas.l.vnica. tñ non habẽt prærogatiuã temporũ: quia nulla lex
h.d. imo dicunt iura, ꝙ debet mulier ſtare iuri cõi excepta cauſa
Velleiani: vt C.de iu.& fac.igno.l.fi. vbi eſt tex.no. In cõtrarium
videtur ratione paupertatis: quia nõ intelligitur eſſe negligens
ille, qui propter paupertatẽ non appellat, vel non proſequitur
appellationẽ. iſte eſt tex.not.ff.mand.l.idem.§. ſi ignorans. hoc
tenet expreſſe Inn. extra de appel. c. ex ratione. & Guil. de Cu.
2 in Aut.hodie. C.de app.† Solutio. Arbitrio iudicis cõmittitur,
quæ paupertas excuſet, & quæ non: vt ff.de excu.tut.l.pauper-
tas. ita ꝙ in caſu, in quo cõſtet de penuria, ſubueniatur ratione
3 paupertatis:† quia nõ læditur ex tp̃is curſu, qui negligẽs nõ fue-
rit. vt no.in Aut.de ap.poſt prin. coll.8.& facit.ff.de ſtatuli. l.cũ
hæres, in pri.& ff.de hær.inſt.l.ſuus.§.puto. & ff.de ver.ſig.l.Ne-
pos Proculo.& ꝙ no. in l. ſuccurritur.cũ l.ſeq.ff.qui.ex cau.ma.

CONSILIVM VI.

1 *Feriæ faciũt dormire cõpromiſſum ſtãte ſtatuto, quod feriæ ſint in iudicijs ordinarijs, & extraordinarijs, & in quacũq; cã excedẽte certã ſummã.*
2 *Verba, procedere diebus feriatis, & non feriatis, quid operentur.*
3 *Iuri publico renunciari non poteſt.*
4 *Coram arbitratore omnes dies ſunt vtiles.*

In Chriſti nomine. Statuto ciuitatis Papiæ
dicit̃, ꝙ ſint feriæ meſ-
ſiũ, & vindemiarũ certis menſib. anni in iudicijs ordinarijs, &
extraordinarijs, & in quacũq; cauſa excedente certã ſummam,
ſiue ſit ordinaria, ſiue extraordinaria, & proponitur, ꝙ partes
ſe cõpromiſerũt in arbitrũ,& in arbitratorẽ, ſpecialiter de cer-
ta quæſtione, & cauſa adijcientes, ꝙ arbitrator poſſit procede-
re, cognoſcere, & terminare diebus feriatis, & non feriatis, etiã
ad honorẽ Dei. volentes, ꝙ dictũ compromiſſum debeat dura-
1 re 40. diebus vtilibus computatis à die acceptationis.† Quæri-
tur vtrũ tempus meſſiũ, & vindemiarũ debeat deduci ita, ꝙ in-
terim nõ currat tempus meſſiũ 40. dierũ.& videtur, ꝙ ſic: quia
tempus feriarũ non eſt tempus vtile: vt ff.de ferijs.l.1. cum ma-
teria ſua. Itẽ licet arbiter habeat poteſtatẽ diebus feriatis, & nõ
feriatis, ob vtilitatẽ hominũ: vt ff.de ferijs.l.ſi feriatis, tñ nõ põt
cõpelli: quia nõ potuerũt partes in præiudiciũ arbitri renũcia-
re ferijs: vt no.in Spec.de arb.§ fi.circa fi.ver.ſed nunquid tene-
bitur.& no.in c.ſæpe.de ver.ſig.in cle.in gl ord. ſuper verbo va-
leat. cum igitur arbiter poſſit allegare ferias: ergo ſunt feriæ: er-
go tẽpus nõ eſt vtile. & ſic interim dormit cõpromiſſum, & nõ
2 labitur tẽpus. † In cõtrariũ videtur: quia arbiter acceptauit cõ-
promiſſum cũ iſtis clauſulis: ergo cõſenſit renũciationi feriarũ.
& ille, qui cõſenſit, nõ põt ferias allegare: cũ talib. ferijs poſſit
renũciari expreſſe,& tacitè, in l.1.ff. de fer.in prin. iſta ſola ratio
ſufficit: vt no. Pau.de Leaza. in d.cle. Præterea certũ eſt, ꝙ tem-
pore feriato potuit procedere: vt no. Spec.vbi s̃. ſed ad hoc, vt tẽ-
pus ſit vtile, ſufficit, ꝙ poſſit de iure procedi: vt l.2.§.dies.ff.quis
ordo in bon. poſſ. ſerue. præterea debuit pars, cuius intererat,
requirere ipſum arbitrũ, ꝙ procederet.& ſi proceſſiſſet, bene
quidẽ: ſi nõ proceſſiſſet, tunc erat pars excuſata. ſed ſi nõ requi-
ſiuit eum, non excuſatur: vt ff.qui.ex cau.ma.l.ſed & ſi per præ-
torẽ.§. 2. præterea ſi iſte arbiter habebat iuriſdictionẽ ex forma
ſtatuti nõ videtur, ꝙ poſſet allegare ferias: quia nullo iure caue-
tur, ꝙ ille, qui iuriſdicendo præeſt, poſſit allegare ferias meſſiũ,
vel vindemiarũ: quia hæc allegatio datur litiganti nõ iudici: quũ
iuriſdictio ſit poteſtas de publico introducta cũ neceſſitate iu-
riſdicendi: vt no.in l.1.ff.de iuriſ.om.iud. licet Spec. dicat cõtra-
riũ in d.ver. tñ non probat per aliquã legẽ, nec per aliquam ra-
tionẽ. dicit enim ꝙ hoc pactũ nõ ligat arbitrũ, vel iudicẽ. ſed iſta
ratio nihil valet: quia iſta obligatio eſt legalis. nã ex quo põt ius
3 dicere, debet dicere, vt extra de foro comp.c.ex tenore.† Item
reddit aliã rationẽ: quia iuri publico renũciari nõ põt. ſed illud
eſt verũ, qñ eſt ius publicũ auctoritate, & vtilitate: ſed iſtud eſt
vtile priuatũ, & de re familiari, vt no.in Aut. vt ſine prohibitio-
ne matres debitrices. §.quia vero. alias ſequeret̃, ꝙ dictis ferijs
nõ poſſet renunciari: ꝙ eſt fatuũ dicere. Præterea ſtatutũ loqui-
tur in iudicijs ordinarijs & extraordinarijs. ſed hic nos non ſu-
mus in iudicio, ſed extra iudiciũ, & corã arbitratore, corã quo
4 dies ſunt † vtiles: excepto ſi de facto quis eſſet impedit⁹ morbo,
vel alia de cauſa, vel caſu, maximè cõtingẽte in perſona iudicis.
Cũ igitur nõ ſit dare ferias, ergo non debet fieri detractio feria-
rũ, quæ nullæ ſunt. caſus videtur expreſſus in l.fi.C.de fer. & ibi
per Bu.& no.in Spec.de ar.§.fi.ver.ſed nunquid amicabils com-
poſitor.& ibi, amicus debuit videre. Concludendũ eſt igitur cũ
loquamur in arbitratore, ꝙ dies feriarũ meſſium non fecerunt
cõpromiſſum dormire: quia iſtæ feriæ non ſunt feriæ in cõpro-
miſſis habẽtibus vim tranſactionis, vel quaſi: quia, vt dixi, nõ eſt
ibi iudiciũ, nec rediguntur ad inſtar iudicij: vt no. Inno. extra de
iureiur.c.Quintaual.& ita tu, qui fulminaſti cõſiliũ meũ, nõ in-
tellexiſti. licet gl.in l.1.ff.de fer. dicat, ꝙ ratio occupationis non
eſt ratio totalis, gl.tñ ſequens, quæ incipit libellus, dicit, ꝙ iu-
dex inuitus cogitur recipere libellũ die feriata. Sed ad hoc poſ-
ſet reſponderi, quod datio libelli eſt actus momentaneus. quic-
quid tamen dicat: veritas eſt, quod dixi. Ego Bald.

CONSILIVM VII.

1 *Dos matris ſoluto matrimonio per mortem viri, & poſtea mortua matre an reſtituatur patri, an filijs ipſius mulieris.*
2 *Pater tenetur conſeruare dotem filiæ ſibi reſtitutam, vel penes ſe reſidentem in caſum ſequentis matrimonij.*

1 In Chriſti nomine. Petrus † maritauit filiã
ſuã, & promiſit ei mille
in dotẽ, quæ filia ſuſcepit filios, & mortuo viro redijt ad domũ,
& ibi deceſſit: dicti filij tanquã hæredes matris ſuæ petunt iſtã
dotẽ ab auo: auus dicit ſe nõ teneri: cum & ſi ſoluiſſet, repetere
poſſet; econtra allegatur cõſuetudo, de qua in l.dos à patre. Re-
ſpondetur, ꝙ illa conſuetudo diſponit, qñ filia decedit in matri-
monio, ſed hic ſuperuixit viro. vnde nõ ſumus in cõſuetudine,


ſed in

ſed in iure cõi. de iure autẽ cõi certũ eſt, ꝙ actio dotis ꝓfectitiæ
mortua filia cõſolidatᷣ patri, & ecõtra, mortuo patre conſolidatᷣ
filiæ: vt l. 2. & l. poſt dotẽ. ff. ſol. mat. & d. l. dos à p̃re. vbi dicit tex.
dos à p̃re ꝓfecta ad p̃rem redire dẽt. & C. de rei vx. act. auth. ſed
q̃uis. & C. cõia vtriuſ. iud. l. fi. vnde videtur abſq; dubio dicẽdũ,
ꝙ cum cõſuetudo non loquatur in terminis nr̃is, qñ filia ſuper-
uixit marito, ſed in terminis cõtrarijs, qñ maritus ſuperuixit v-
xori: & ius cõe diſponit pro patre: ꝙ ſtandũ eſt diſpoſitioni iuris
cõis: quia nõ debemus extẽdere cõſuetudinẽ vltra caſum ſuum,
vbi ius cõe diſponit contrariũ: vt ff. de leg. l. de quib. & ar. ff. ſol.
mat. l. ſi verò. §. de viro. quia ſicut lex corrigẽs aliã legẽ nõ corri-
git, niſi in caſu ſuo: ita cõſuetudo derogans legi derogat, niſi in
caſu expreſſo ab ipſa cõſuetudine, ẽt ſi eadẽ rõ videretur ſubeſ-
ſe: vt no. C. de ſacroſ. eccl. auth. quas actiones. Itẽ caſus omiſſus
habetur ꝓ omiſſ. ff. de li. & poſth. l. cõmodiſſimè. & ff. de cõd. ob
cãm. l. ſi extraneus. & l. ſi cum dotẽ. in ff. ſol. mat. & ad hoc opti-
me facit. ff. ꝓ ſoc. l. ſi ſocius ꝓ filia. ver. verũ in propoſito. & ff. de
pac. dotali. l. 2. ſol. Fatendũ eſt de iure cõi, ꝙ iſta dos, penes patrẽ
dẽt reſidere: ſed attẽta rõne cõſuetudinis, q̃ diſponit, ꝙ filij ſuc-
cedãt in iſta dote tanq̃ hr̃des, magis vr̃ dicendũ, ꝙ iſti filij ſucce-
dãt matri ſuæ: qa rõ conſuetudinis intuẽda eſt, ar. C. de indic. vi-
dui. l. fi. & l. de quib. ff. de leg. & ſic in iſta dote filia habebit hr̃des
2 filios ſuos. † Certè iſtud non eſt ſine dubio: qa pater nõ tenetᷣ ad
aliud, niſi vt cõſeruet iſtã dotẽ filiæ in ſequẽs mr̃nium, ergo ma-
trimonio non ſequuto remanet penes ipſum patrẽ, ar. d. l. ſi ex-
traneus, in fi. & eſt hoc vtile ſcire ad aliã q̃ſtionẽ, nunq̃d iſti ne-
potes teneantᷣ imputare ſibi iſtã dotẽ in legitima debẽda de bo-
nis aui materni. & dicendũ eſt, ꝙ nõ: quia non ꝑtinet ad eos nec
ſuccedũt in ipſa. Hæc vera ſunt, ẽt ſi eſſet dictũ, ꝙ pp liberos dos
retineretᷣ: quia illud pactũ nõ valet in caſu, quo mulier ſuperui-
uat viro, niſi matrimoniũ ſolueretᷣ diuortio: vt ff. de pact. dota. l.
proponuntur cum materia ex qua agitur,non ſit apta,nec ordi-
nata ad crimen committendum , ſed potius ad nullitet contra-
hendum,nec non fraus debeat intelligi cum effectũ damni , vt
in l.1.ff.de ſtatulib.& hic nihil erat,quod ordinaretur ad damnũ
alterius,neq; fuerit aliquod damnum ſecutum , vt proponitur,
nulla pœna criminalis imponi poteſt. nec eſt nouũ,quòd quæ-
2 dam inhoneſtè fiant,& tamen vltionem non habent: † quia nõ
omne punitur illicitum,ſed id demum quod lex ſtatuit eſſe de-
lictum, vt legitur, & not. ff.de rel. & ſũmpti. fune. l.at ſi quis.§.
diuus autem Marcus. vbi eſt text. ſingularis, qui facit ad mate-
riam,quæ legitur,& no. ff.de his, qui no.infa. l.furti. §. contra-
ria.& in prooemio inſtitutionum,in princ.& inſtit. de pœna te-
mere litigan.§.fi.& ff.manda. l.fideiuſſo. §.in omnibus non ob-
ſtat,quia ibi lis exigit. Ego Baldus.

CONSILIVM XVI.

*1 Feudum an poſſit alienari proximioribus inuito domino , & ſi alienatum fuerit, & proximior tacuerit per annum, & non reuocauerit, ius, quod habebat,perdiderit. & nu.2.*

1 In Chriſti nomine. † Facti euidentia ꝓpo-
nitur, vt infra videlicet,
Titius filios habẽs,ac Sempronium fratrem , Caium patruum,
& Damam cõſanguineum germanum, feudum antiquum alie-
nauit non precio , ſed alio modo Seio remotiori agnato proxi-
mioribus minimè conſentientibus, immo penitus abſentibus:
eamq; alienationem Caius patruus Titij infra annum reuoca-
uit,proteſtans ſe ei nolle conſentire,immo penitus nullam eſſe
debere : quinimmo infra annum inueſtiturã petijt fidelitatem
iuramento domino offerens pro re, vt ꝑmittitur alienata. Sem-
pronius Titij frater tacuit per annum , quamuis publica vox,&
fama alienationis factæ proceſſiſſet continuè: quo anno finito
deceſſit Caius ſuperſtitibus ſibi filijs cum agnatis , de quibus s̃.
quæritur ad quem eorũ pertineat huiuſmodi feudũ etiam pro-
auitum,& mouet q̃ſtionem:quia talis feudi alienatione facta a-
gnato remotiori ꝑ vaſallum filios habẽtem etiã eo viuo agnato
proximiori deuoluitur feudum:niſi ſciens tacuerit per annum,
vt in vſibus feudorũ.ti.ſi de feu.fue. controuer. inter do. & vaſ.
c.Titius filios habens.vbi eſt expreſſum. Conſequens igitur vr̃,
cum Sempronius frater anno cõpleto,& diu vltra tacuerit, nec
inueſtituram petijt,& ita ſe ſua culpa feudo deuoluto priuaue-
rit ꝙ ex ordine ad Caium patruũ tunc proximiorem agnatum
fuerit deuolutũ: quo fit , ꝙ alienationem illã iure interdictã re-
uocauerit.Regula datur,ꝙ feudi alienatio prohibetur.fallit re-
gula,quando vaſallus vendit agnato ꝓximo,q̃ ſucceſſurus eſt in
re feudali,vt in c.1.§.ſed & res,ꝑ quos fiat inueſtitura, & ꝑ quos
recipiatur.Item ſub regula cadit,ꝙ agnato vlteriori non poteſt
vendi etiã de conſenſu domini, niſi ꝓximior agnatus cõſentiat,
vt in c.1.de alie.pr̃.Ex his infertur,ꝙ alienatio,de qua quæritur,
niſi forte eſſet facta ti.feudi annuente,vel ſciente domino , fuit
facta cõtra ius: ita quod prior agnatus poteſt rem alienatã qua-
tenus de facto fuit alienata,reuocare : & ꝑ vtilem rei vẽdicatio-
2 nem,vt in dictis capitulis. † Modò ſequit videre, ſi prior agna-
tus tacuit per annum ex quo ſciuit, quòd non reuocauit,an ius,
qđ habebat,perdiderit. & dicendũ eſt , quod ſic, vt in c. Titius.
in fi.ſi de feudo fuerit controuerſia. Hic eſt aduertendũ , quòd
illud anni ſpacium videtur præfixũ,quando ille agnatus, in quẽ
facta fuit alienatio, erat ꝓximus poſt reuocantem : nam fauore
recipiẽtis hoc ſtatutum eſt.arg.C.de fideicom.l.voluntas.ſi au-
tem ille,in quẽ facta eſt alienatio,eſſet extraneus,vel remotiſſi-
mus agnatus,quem plures in gradu p̃cederent,vt eſt in quę ſtio-
ne noſtra;quia extraneum intelligo omnem,q̃ feudum poſſide-
re,non poteſt,tũc gl. quæ eſt in d. §. Titius. ſentit,quod ille,qui
eſt proximior ante omnes, non excludatur per taciturnitatem
anni:quia iniquum eſſet priorem agnatum excludi,& ſequentẽ
ad reuocandũ admitti.& gl.dicit,quod hoc facit ſentẽtia, & an-
ni tranſcurſus , & agnatio illius,q̃ poſſidet , ſed ſi poſſeſſor eſſet
omnino extraneus , cui non poſſit acquiri ius per tranſcurſum
anni in retentione feudi,tunc prior agnatus poſſit reuocare et-
iam anno elapſo:quia iſta prę ſcriptio anni eſt introducta ſolum
fauore poſſeſſoris. vnde ſi non poteſt patrocinari ei fauor iſte
annalis, p̃ſcriptio non currit proximiori agnato. Breuiter ego
dico etiam de mente glo.quòd ſi vaſallus alienauit in agnatum,
quem duo forſitan p̃cedunt ordine ſucceſſiuo, primo datur ius
reuocandi agnato proximiori : & ille excluditur per lapſum
anni

anni alterius, ex quo ſciuit, ꝙ ſecūdo anno elapſo poſſeſſio con
firmabitur poſteriori, qui eſt tertius in ordine agnatorū, & ſic
de cæteris, vt ff. de ſuc. edicto. l. 1. §. largius. & §. ſed videndū. nam
ꝙ iſta tēpora currant, eſt fauor poſſidentis agnati. cui per negli-
gentiā præcedentiū ipſum in ordine feudū cōfirmat̃: nā ſi eſſet
alienatio in extraneū, ipſe tertius haberet ius reuocandi, ergo
eū alienatio facta eſt ſibi, fortius hēt ius retinendi, ar. ff. de cōd.
in d. l. frater à fratre. in pr. ff. de ſuperficiebus. l. 1. §. quod ait. & ff.
de reg. iu. l. inuitus. §. cui damus. hēt ergo ius ſucceſſorium locū
in iſto tēpore labendi anni, & iſta eſt veritas, pp quod ſecūdum
ea, q̃ ꝓponunt̃, q ſecūdus in ordine excluſo priore potuit inue-
ſtiturā petere, ſecus ſi iā petijſſet an̄ tp̄s excluſionis: q̃a tūc nō va
leret petitio, nec agnatio, vt C. q adm. ad bo. poſ. pn̄t. l. fi. & ff. d̄
bo. lib. l. ſi filius. C. de ca. l. nec nos. & de acq. hær. l. q ſuperſtiti.

*An feudatarius poſsit alteri infeudare.*

1 † Porrò ſi feudatarius non alienādo, ſed ſimili lege alteri infeu-
dauerit, tūc, vt dixi, dubitari poſſet, vtrū iſta ſubinfeudatio fue-
rit licita necne. nam vaſallus de ſuo feudo poteſt aliū vaſallū ac-
quirere, & quia non deſinit primus ex toto eſſe vaſallus, arg. eo-
rum, q̃ no. ff. ad trebel. l. ex aſſe. valet ſubinfeudatio, vt in c. im-
perialem. §. illud quoq; de prohi. feu. alie. per Fed. dici poteſt, ꝙ
ſi vaſallus, qui infeudauit alteri, deceſſit cum hærede, agnatus
non poſſit reuocare. nam in ius patris ſucceſſit filius: videlicet
in vaſallatico paterno, vt in c. 1. an filius vel agnatus. col. 10. &
quoties aliquæ reliquiæ remanent primi gradus ſequens gra-
dus reijcitur, ſi illæ reliqæ ſunt alicuius effectus, vt l. fi. ff. de ſuc.
edicto. & l. ſi duo patroni. in prin. ff. de iure. dicet aliquis, q̃ reli-
quiæ poſſunt eſſe iſtæ, cum vaſallo alienante omne ius ſuū trāſ-
eat in ſequentē, quādo per viā feudi, vt no. ff. commo. l. ſi vt cer-
to. §. ſi duobus vehiculū. immo ſolutiones certę ſunt magnę re-
liquiæ; quia vaſallus vaſalli mei nō eſt vaſallus meus quò ad ob-
ligationem perſonalē, ſed tenetur ſuo inueſtitori immediate ad
ea, q̃ veniunt in iuramēto fidelitatis: & gl. dicti §. ſi duob. dēt in-
telligi quo ad naturalē poſſeſſionē, & ius cōmoda. vnde cōclu-
dit̃, ꝙ deſinit eſſe vaſallus ille, q acq̃ſiuit aliū vaſallū, vt ff. de hær.
inſ. l. tale. §. fi. Si aūt vaſallus deceſſiſſet ſine hr̄de, eēt apertū feu-
dū ꝓximiori agnato, in quo haberet locū ius ſucceſſoriū de gra
du in gradū: ſi aūt nulli eſſent agnati, reuerteret̃ ad dn̄m de rigore
iuris, q̃a reſoluto iure datoris reſoluit̃ ius acceptoris, vt ff. de pi.
l. lex. vect. & in c. 1. §. rurſus. qui. mo. feu. ami. ſed de æquitate be-
nignè recep. eſt, ꝙ tunc ſecundus vaſallus recognoſcēdo à dn̄o
dēt feudū retinere: vt c. 1. §. ſi autē. qualiter poterat olim feudū
alie. & eo. ti. §. porrò. Sed hoc dictū debet intelligi, vbi nō ſunt
agnati, vel ſunt, ſed excluſi. Sed vbi ſunt agnati proximiores, illi
præferētur ſubfeudatario remotiori; quia agnatus agnato præ-
iudicare non poteſt, vt in d. c. 1. de alie. feu. pater. Et ſi vnus con-
ſentit, & alius diſſentit, totū accreſcit diſſentiēti, vt C. de fideic.
l. quoties. & ff. de leg. 2. l. cum pater. §. liberis. Ego Baldus.

## CONSILIVM XVII.

1 *Iudex in cauſa vſurarum quis ſit.*
2 *Vſurarius manifeſtus qualiter quis dicatur, & quomodo eius teſtamen-
tum annulletur, vel pronuncietur validum.*

In Chriſti nomine. Factum, ſuper quo con
ſilium expoſcitur, tale
eſt. Titius condidit teſtm̄, in quo certos hr̄des vniuerſales inſti-
tuit: poſt mortem teſtatoris venientes ab inteſtato collaterales
cōtra hr̄des inſtitutos ad æternā rei memoriā ꝓduxerūt certos
teſtes, ad volendū probare dictū teſtatorē fuiſſe publicū, & ma
nifeſtum vſurariū: qui depoſuerūt, quia dictus teſtator mutua-
uit ſub vſuris certis pſonis certā pecuniæ quantitatē: demū ob-
tulerunt libellū cōtra inſtitutos, petendo hr̄ditatē ab inteſtato,
ꝓduxerunt certos teſtes ad probandum teſtatorē fuiſſe vſq; ad
tp̄s mortis eius publicū & manifeſtū vſurariū, qui teſtes depo-
ſuerunt, ꝙ viderūt teſtatorē mutuaſſe pecuniā ſub vſuris certis
pſonis: cōtra capitula ꝓducta fuit oppoſita declinatoria iudicis
incōpetentis: quia cognitio cauſæ vſurariæ ſpectat ad iudicē ec-
cleſiaſticū. Ex prædictis quærit̃, & primò, an exceptio declina-
toria oppoſita cōtra capitula ꝓducta ad ꝓbandū teſtatorē fuiſſe
vſurarium manifeſtū publicū, habeat obſtare necne. Secundò,
quia nō eſt ꝓbatum dictū teſtatorē tp̄e eius vitæ tenuiſſe altare
paratū, nec fuiſſe confeſſum corā iudice ſuo, nec etiam in teſta-
mento ſe fuiſſe vſurarium, nec cōtra ipſum fuit lata ſentētia ſu-
per vſuraria prauitate, nec cōuictus tp̄e eius vitæ, ꝙ exercuerit
vſuras, ſed tm̄ ꝓbatum eſt poſt eius mortem cōtra inſtitutos, ꝙ
tp̄e eius vitæ aliquib. pſonis mutuauit ſub vſuris: an ex his ꝓba-
tionibus teſtm̄ annullet̃, vel declaretur nullum tanq̃ teſtm̄ vſu-
1 rarij manifeſti? Cauſa † vſurarum qn̄q; eſt ita eccleſiaſtica, ꝙ iu-
dex ſecularis nō poteſt cognoſcere, ſed debet cognoſcere iudex
eccleſiaſticus; vt qn̄ dubitatur de qualitate pſonæ, cum alius di-
cat eum vſurariū, & ipſe negat, nam de iſto dubio cognoſcit e-
piſcopus, vt no. extra de fo. comp. c. licet in ſuſcepto. & 11. q. 1. in
ſumma, qn̄q; non eſt cauſa merè eccleſiaſtica, vt nō agit̃, an quis
ſit vſurarius, quia cōſtat, ꝙ eſt vſurarius, ſed agit̃ de quātitate v-
ſurarum extortarum: tunc. n. iudex ſecularis cognoſcere poteſt.
ad hoc facit, qd̄ no. in c. diſpendioſam. de iudi. in cle. nec reperi-
tur in hoc ius ciuile correctum p canones, vt ff. de condi. inde-
biti. l. ſi non ſortē. in pr. ſecundum Bart. q ita no. in l. Titia. ff. ſol.
mat. qn̄q; non agitur de qualitate pſonæ viuentis, ſed poſt mor-
tem dr̄ eius teſtm̄ non valere: quia factū ab vſurario manifeſto,
& tunc de inualiditate teſtamenti poteſt principaliter cogno-
ſcere iudex ſecularis, & incidenter poteſt cognoſcere an fuerit
vſurarius manifeſtus necne: quia cauſa vſurarū nō eſt cauſa ſpi-
ritualis, vt C. de iu. l. quoties. nec cauſa validitatis teſtamenti:
quia nulli dubium eſt, ꝙ de validitate, & inualiditate teſtamen-
ti poteſt cognoſcere iudex laicus, & ꝓnuntiare teſtm̄ eſſe nul-
lum, vel aliquod, nec reperitur lege cautum, ꝙ incidenter non
poſſit iudex ſecularis cognoſcere de vſuris, licet principaliter
nō poſſit, niſi ſecundū diſtinctionem p̄dictam. Item non repe-
ritur aliqua decretalis, quæ hanc incidētem q̄ſtionem reſeruet
ep̄o, ergo eſt ſtandum regulæ ciuili traditæ, vt no. in c. qd̄ cleri-
cus. extra de fo. comp. & in c. diſpendioſam. de iudicijs. in cle. &
hoc de primo puncto. Cautius tn̄ eſſet, & ita conſulerē antè fa-
ctum, ꝙ articulus vſurarum remitteretur ad ep̄m cauſa dubita-
2 tionis tollendæ. & ita vidi multoties ſeruari. † Venio ad ſecun-
dum punctum, & p̄mitto, ꝙ tria ſunt, quorum vnum non eſt al-
terum. ſ. eſſe vſurarium, nō apparendo, vtrum ſit manifeſtus, vel
nō manifeſtus: Aliud apparendo, ꝙ non ſit manifeſtus: & tertiū
apparendo, ꝙ ſit manifeſtus: hoc. n. ꝙ ſit manifeſtus, eſt q̄dam
qualitas adiectiua, q̃ habet in ſe infamiam facti, & apparentiam
delicti. & ad ꝓbandum, ꝙ ſit manifeſtus, requiritur, ꝙ in pecca-
to publicè ſit deprehenſus coram populo, vel corā magna par-
te hominum, vt C. de accu. l. ea quidē. & quod ibi per Cyn. & in
l. 2. ff. de furtis. per Bat. & ar. ff. de adult. l. quod ait. §. fi. vel ꝙ præ-
cedentib. ꝓbationibus, & infamia ep̄s eum mandauerit vitari
tanq̃ vſurarium. vt ext. de vſuris. c. quia in omnib. & c. cum tu. &
eo. tit. c. 1. & 2. lib. 6. vel ꝙ ipſe ſit cōfeſſus in iudicio, & ſic publi-
cè, vel in teſtamēto fortè coram ſacerdote, vel notario, qui ſunt
publicæ pſonæ, vel in multitudine hominum: iuxta not. p Inn.
extra de coha. cle. & mulier. c. tua. & in ſumma illud eſt manife-
ſtum, qd̄ nec poteſt excuſari neq; celari, quin ad publicā noti-
tiā pueņerit, facit, qd̄ not. in c. ſtatuimus. de offi. deleg. in 6. per
Inn. & alios. Cum ergo pondus inualiditatis teſtamenti ſtet in
qualitate manifeſti, & iſta qualitas non eſt ꝓbata, in dubio ſte-
tur teſtamēto, vt legitur, & no. C. de iu. & fact. igno. l. ſi poſt di-
uiſionem, merito pronuntiandum eſt pro teſtamento, & viri-
bus ipſius. & ad hoc facit, quod plenè dixi de qualitate proban-
da in d. l. Titia. Ego Baldus.

## CONSILIVM XVIII.

1 *Donatio quomodo, qualiter, & quando, & quibus ex cauſis reuocetur.*
2 *Conuentio non debet claudicare.*
3 *Pactum per quod dolus futurus remittitur, non valet.*
4 *Donatio diuiſa in plures, ne excedat ſummam inſinuandi, an valeat.*
5 *Ingrediens religionem, an poſsit bona ſua dare in fraudem religionis, quam
ingreſſus eſt.*
6 *Spes futuræ ſucceſsionis fratrum viuentium donari non poteſt.*
7 *Pœna appoſita in laudo peti poteſt.*

1 In Chriſti nomine. † Notiſſimū eſt, ꝙ rati-
one ingratitudinis do-
nationes reuocari poſſunt. inter maximas aūt cauſas ingratitu-
dinis eſt, pacta nō ſeruare, vt C. de reuocan. dona. l. fi. & in c. 1. §.
item ſi id, pp quod. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. col. 10. vbi
text. dicit, ſed nec eſt alia iuſtior cauſa beneficij, auferendi, q̃ ſi
id, pro quo datum fuerit, facere recuſauerit. quod intelligo, ſi-
ue in eodem inſtrumento, ſiue in alio incontinenti pacta inſer-
ta ſint: quia quæ incontinenti fiunt videntur ineſſe, vt ff. ſi cert.
pet. l. lecta. §. dicebā. Sed quid eſt, qd̄ facit dubiū in inſtrumēto
pactorum:



pactorum: adijcitur, ꝙ donatarij promiſerunt dicta pacta tene-
re, & obſeruare ſub refectione damnorum, expenſarum, & in-
tereſſe, rata ſemper manente donatione. & ideo nō videtur ex
hoc capite poſſe donatio reuocari. non obſtat, quod not. ff. de
tranſac. l. qui fidem. quia ibi illa clauſula fuit appoſita pro ſtipu-
latore: hic pro ꝓmiſſore, oportet tamē, ꝙ donatarius eligat al-
terū duorum: quia propter iſtud pactū ad ſuam electionē con-
uertitur. ſ. ꝙ aut impleat promiſſa, aut reſtituat donata, vt C. de
pact. l. cum proponas. C. de tranſa. l. ſiue apud acta. ff. loca. l. quę-
ro. §. inter locatorem. etiamſi iuramentum fuiſſet appoſitum:
quia iuramentum accedit ad robur conuentionis hinc inde ſer
2 uandæ. † Non autē debet claudicare conuentio, vt vnus tenea-
tur eam ſeruare, alter non, quia quod claudicat, iuſtum non eſt,
vt ff. pro ſocio. l. ſi ſocius pro filia. & ff. de actio. emp. l. Iulianus.
§. ſi quis à pupillo. & l. 1. C. de reputa. quæ fiunt in iudicio. ff. de
accepti. l. fi. Aliud dubium eſt de alijs cauſis ingratitudinis, vtrū
propter alias cauſas notatas in iure, vel aliquam earū poſſit do-
natio reuocari. & hic etiam non eſt dubium, ꝙ poteſt reuocari,
quod ſtatutum eſt in finibus donationis. ſed quid ſi eſt actum, ꝙ
non poſſit reuocari propter aliquam ingratitudinem, vt eſt in
caſu noſtro; hic ſunt opiniones. Quidā enim dicunt, ꝙ non po-
teſt reuocari. alij dicunt, ꝙ imo poteſt: vt not. in Spec. de dona.
ver. quid ſi actum eſt in donatione, ne propter ingratitudinem.
Ego dico, ꝙ aut ingratitudo cōmittitur delinquendo dolo ma-
lo, vt probatur in caſu noſtro; quia nihil obſeruant de promiſ-
ſis, & cōpromiſſis: ſed potius illudunt, & derident: & poteſt re-
3 uocari, quia † non valet pactum, per quod dolus futurus remit-
titur, vt ff. de pact. l. ſi vnus. §. illud nulla. aut ingratitudo cōſiſtit
in alio, q̃ in dolo, & delicto: & tunc ſtandum eſt pacto, vt ff. de ę-
dil. edic. l. quæritur. §. ſi venditor. ad hoc extra de dona. c. fi. nam
quia grauem iacturam inficiunt, & cum dolo à pœna ingrati nō
4 poſſunt excuſari. † Tertio dubitatur, vtrū donatio vltra quin-
gētos aureos valeat, ſi actū eſt, quòd nō ſit vna donatio, ſed plu-
res: videlicet tot, quot per ſingulas poſſunt capere legitimam
ſummā. & de hoc ſimiliter ſunt opiniones: vt ponit Spe. in d. tit.
de dona. ver. qd̄ ſi aliquis dat. nam quidā dicunt hanc cautelam
valere. Quidā dicunt nō valere. iſta ſecunda opin. placet Iac. de
Are. ne lex circumſcribat̃. C. de do. l. ſancim⁹. & eſt veritas; quia
iſtud eſt quoddā pactū diſtributiuum vnius ſortis, & in fraudē
legis fiat, ſiue diſtributiuè, ſiue cōplexiuè. facit ff. de contrahen.
empt. l. fundi partem. & ff. de actio. empt. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. nā
ita fit fraus, ſi eodem tp̄e fiat donatio per ſingula, ſicut ſi per v-
niuerſum: quia omnia copulata excedūt, ar. eius quod not. ff. de
leg. 3. l. nomen. §. filio. cum ipſa donatio in prin. ſit vniuerſalis, &
5 integralis tota, & ſub vno principali ſtructu verborū. † Quartò
dubitatur, vtrū ille, qui debet ingredi religionem, poſſit omnia
bona ſua donare in prȩiudicium religionis, quā ingreſſurus eſt,
& dicendū eſt, quod religio poteſt reuocare debitum bonorū
ſubſidium tanquam filius, niſi nominatim ei renunciet: vt C. de
inoff. teſt. l. ſi quando. §. fin. & C. de ſacroſan. eccle. Auth. ſi qua
mulier. ſecus in donatione ob cauſā de futuro: quia ille eſt con-
tractus innominatus, & non cōtinet cauſam merè lucratiuam,
6 arg. ff. ſi quid in frau. patro. l. non vſq; adeo. † Quæritur vlterius
vtrum quis poſſit donare ſpem futurę ſucceſſionis fratrū viuen
tium. Et dicendū eſt, ꝙ non, vt C. de cap. l. nec nos. niſi ipſis fra-
tribus conſulentibus, & in conſenſu vſq; ad mortē perſeueran-
7 tibus, vt C. de pac. l. fi. † Vlterius quæritur, ſi non eſt obtempe-
ratum laudis arbitratorum continentibus quantitatem p̄ſtari,
vtrum pœna poſſit peti. Et videtur, quòd non; quia eſt adiecta
quantitati: vnde videtur adiecta in fraudem vſurarum, vt C. de
vſuris. l. cum allegas. contrarium eſt verum: quia hæc pœna eſt
adiecta ratione contemptus, & quia non ſumus in contractu
mutui, & quia vbi eſt alia præſumptio, ceſſat præſumptio frau-
dis vſurarum. & breuiter eſt exemplum ff. de verbo. obliga. l. 5.
§. ſi ſortem. Ego Baldus.

## CONSILIVM XIX.

1 *Societas qualis dicatur contrahi inter fratres cohabitantes, & quæ diuiſio
ſit fienda inter eos de donis ſuper lucratis per aliquem eorum tempore
cohabitationis.*

In Chriſti nomine. Caſus eſt talis, tres ſunt
fratres, A. B. C. moran-
tes, & viuentes ſimul in eadem domo, ad vnum panem & vinū,
habētes omnia bona eorum communia, & indiuiſa, & agentes
omnia eorum negotia communiter. Modò accidit, quòd vnus
ex dictis fratribus, puta A. volēs mercari, & habens animū mer-
candi, videns facultates ſuas, & fratrum ſuorum ad illud agen-
dum non eſſe habiles, nec competentes; quia mobilia non ha-
bebant, adiuit quendam amicum ſuum: & ab eo mutuam pecu-
niam rogauit: dixit, amice, ego ſum contentus tibi mutuare pe-
cuniam, quam tu à me mutuo petis: ſed ego volo eſſe ſecurus de
dicta pecunia concedenda. Iſte A. hoc audito redijt ad ſuos fra-
tres B. & C. & eis prȩdicta narrauit: ipſi fratres ambo reſponde-
runt ipſi A. fratri ſuo, quod ipſi aliquo modo nolebāt bona ſua
obligare, reuerſus ad amicum mutuam pecuniā accepit: & di-
ctum amicū fecit ſecurum de bonis ſuis tantū, & eius bona tan-
tùm amico obligauit. Conuentū eſt inter iſtos contrahentes, ꝙ
medietas lucri, quod accederet ex ipſa pecunia dicto A. mutuo
data, eſſet ipſius A. alia medietas eſſet illius amici pecuniā mu-
tuo dantis. hoc acto iſte A. mercatus fuit de iſta pecunia tantū,
quantum mutuo accepit: & ex ea pecunia certam denariorum
quantitatem ſuperlucratus fuit, puta mille, hoc facto, iſte A.
idemq; debitor, & inſolidum adiuit amicum ſuū, à quo mutuā
pecuniam acceperat: & ei dixit, amice, verum eſt, quod ego ſu-
perlucratus fui mille ex ea pecunia, quam mihi mutuo dediſti:
& ideo ego volo me liberare à te, & dare tibi debitū, videlicet
ſortem pecuniæ tuæ, & etiam medietatē lucri, ſcilicet mille. di-
xit amicus, ego ſum contentus: & ita factum fuit, quia reddidit
amico totam ſortem, & medietatē lucri, videlicet mille: de qui-
bus mille contigerunt cuilibet ipſorum quingenta. modò iſte
A. idemq; frater adhuc mercatus fuit de his, quæ ſibi contige-
runt in partem ſuam, puta 500. & adhuc valde ſuperlucratus
fuit. & ita mercando, & ſic procedendo de vno lucro ad aliud,
magnam pecuniæ quantitatem ſuperlucratus fuit iſte. Fratres
modò volunt venire ad diuiſionem A. B. & C. Ex prædictis quę-
ritur, nunquid in diuiſione iſtorum fratrum debeat venire il-
lud, quod ſuperlucratus fuit A. idemque frater ex pecunia an-
tedicta: & ſi debet venire, an debeat venire totum, an pars. Ad
1 † intelligentiam huius quæſtionis præſciēdum eſt, quòd quan-
doque fratres acquirunt aliquid viuo patre, & iſta non eſt ma-
teria noſtra, ſed pertinet ad l. cum oportet. C. de bonis quæ li-
be. Quædam acquiruntur per fratres mortuo patre, & tunc
ſunt diſtinguendi quatuor caſus: nam interdum inter eos eſt
contracta ſocietas expreſſa, & tunc ſtamus conuentioni, vt ff.
pro ſocio. l. coiri. & l. 2. & 3. & inſtit. pro ſocio. per totum. & ff.
de pact. l. 1. §. conuentionis. interdum eſt contracta ſocietas ta-
cita: quia ſocietas conſenſu etiam tacito contrahitur, qui taci-
tus conſenſus præſumitur ex actibus conſonantibus ſocietati:
vt quia ſimul habitant, quæſtus, & lucra ſimul participant, da-
mna communiter tolerant: & ſunt habiles ad ſocietatem con-
trahendam, & tunc non eſt dubitandum, quòd actiuè & paſſi-
uè ſunt ſocij: quia ſocij communicant ſibi actiones, & paſſio-
nes, niſi ſint ex delicto, vt ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. damna.
& ff. ſi certum petat. l. ſi ſocius. interdum eſt certum, quòd non
ſunt ſocij, vt quando ſeorſum habitant, & ſeorſum negotian-
tur, & tunc non eſt dubium, quod nihil inuicem conferre de-
bent, vt ff. pro ſocio. l. itaque. Quartus caſus eſt, quando eſt du-
bium, vtrum ſint ſocij necne: vt quando ſimul habitant, & ſi-
mul conuiuantur: nam ex qualitate affectionis præſumitur ſo-
cietas, vel non præſumitur: ſed in dubio cum ſocietas ſit facti,
& animi, ex ſolo conuictu, vel habitatione communi, vel hæ-
reditate communi paterna, vel materna non præſumitur,
quia non probatur hoc eſſe, quod facile, & frequenter con-
ſtat abeſſe, vt ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. ſi fratres. eo ſaluo,
quòd ſi vnus fratrum aliquid emeret de pecunia communi,
vel de rebus communibus acquirere præſumitur, quod quan-
tùm ad hoc ſunt ſocij: & debet communicari ſocijs, vt not. Spe.
in titu. de iudicijs. §. generalia. ſi ergo non quærit de commu-
nibus, ſed ex propria induſtria, ſibi quærit, ſicut econuerſo ſi
ſe obligat, ipſe ſolus tenetur, vt ff. de muner. & honor. l. &
qui originem. §. fin. & C. de decurionibus. l. licet indiuiſa.
libro 10. nam non præſumitur frater, qui ex induſtria ſolus
lucratur, velle ſuum iactare, & fratribus donare, qui nihil
ſibi contribuunt, niſi forte eſſet quid modicum, & frater-
na charitas id induceret, vt ff. de donatio. inter virum & v-
xorem. leg. ſi ſeruus communis. tamen iſtud eſſet donum,
non ſocietas, & ideo reuertendo ad quæſtionem noſtram,
dico,

dico, ꝙ in diuiſione iſtorũ fratrũ illud, quod ſuperlucratus fuit A. idemq; frater ſuis laborib. & ſua pecunia, vel acquiſita, nullatenus venit communicandũ, niſi probaretur, ꝙ ſocietas eſſet contracta inter eos tacitè, vel expreſsè. nam ſi non cõmunicantur quæſita in vita patris, vt C. de colla. l. fin. ergo multominus quæſita poſt mortem patris, qñ acquirentes ſunt ſui iuris. niſi eſſent quæſita cõi nomine, & hoc probaretur, vt ff. de admi. tuto. l. Titium & Mæuium. §. altero. & l. qui negociationẽ. in prin. & C. communia vtriuſq; iudicij. l. ſi patruus. Ego Baldus.

## CONSILIVM XX.

1 *Elapſo termino, infra quem cauſa appellationis erat expedienda, non eſt pronuntiandum ſuper meritis, ſed dicendum eſt ſimpliciter appellationem deſertam, cum per iudicem non ſteterit.*

1 In Chriſti nomine. † Decreto illuſtris Domini Marchionis Montisferrati cauetur. Itẽ ꝙ dictæ queſtiones ciuiles terminentur p dictos noſtros vicarios & iudices, vel ipſorũ aliquẽ per diffinitiuam ſententiã infra 6. mẽſes à die petitionis oblatæ: appellationũ verò cauſæ diffiniãtur, & cognoſcantur in ciuilib. infra tres menſes à die oblatæ petitionis coram iudice appellationũ numerandos: in criminalib. verò &c. Quæritur, vtrũ elapſis dictis tribus menſib. appellationis appellatio ſit deſerta? & indubitanter dicẽdũ eſt, ꝙ ſic: quia oẽs termini appellationũ deciſiui ſunt fatales, & ideo eis elapſis deſerta eſt appellatio, cũ per iudicẽ nõ ſteterit, vt legitur, & no. ff. de dol. l. arbitrio. §. pe. Cum. n. in decreto D. Marchionis non fiat aliqua mẽtio de reparatione appellationis, iſti tres menſ. ſuccedunt nõ ſolùm loco anni, ſed loco biennij præfixorũ de iur. cõmuni, nec valet proteſtatio facta appellatione deſerta: quia proteſtatio debet præcedere, nõ ſequi, vt C. de his, qui per metũ iudicis non appellarunt. l. fi. & C. de temp. app. l. fi. §. illud. ibi, in ſumma ope &c. nec debet iudex pronunciare bene, vel malè appellatũ, vel iudicatũ, ſed ſolummodo appellationẽ deſertã, vt C. quo. & qñ iudex. l. ſi præſes. Ex his apparet, quòd teſtes ammodo non poſſint recipi lite iam mortua, vt l. cum lite mortua. ff. iu. ſolui. Ego Bald.

## CONSILIVM XXI.

1 *Expenſæ factæ per aliquem ſtantem in communione, vel in ſtudio, vel aliter, qualiter compenſetur ſibi in diuiſione.*

1 In Chriſti nomine, Amen. † Quinque q̃runtur. Primò de expenſis conſumptis factis in nepote ex filio, vtrum debeant imputari in portionẽ patris? Et dicendum eſt, ꝙ non, ſi expenſæ fuerunt conſumptæ in vita aui, ſed illę, quæ fuerunt conſumptę in vita patris, debent imputari in portione patris, & per conſequẽs in portione ipſius nepotis ſuccedentis ex perſona patris: quia viuo auo onus pertinebat ad auum, vt ff. de colla. bo. l. dedit dotem. mortuo auo onus redit ad patrẽ nepotum, vt ff. fa. er. l. ſi maritus. & ideo patrui non tenentur ad hoc onus conferre, ſicut nec ad onus alimentorũ. Secundum dubiũ eſt de expenſis factis, & non cõſumptis, vt de expenſis librorũ, qui extant. Et dicendum eſt, ꝙ ſcholaris, qui eſt in ſtudio, nõ lucratur hos libros: quia non ſunt quaſi caſtrenſis peculij, ſed debent cõmunicari cum cohæredib. etiã ſi eſſent extranei, vt ff. fa. er. l. quæ pater. Tertium dubiũ eſt de expenſis factis poſt mortẽ aui, & patris, & dicendum eſt, ꝙ quatenus portio ſcholaris ſufficit, de eius parte debent fieri, vt ff. de peti. hær. l. fi. & ff. fa. er. l. ſi filia. §. idem ſcribit. & §. ſeq. & C. de decu. l. licet indiuiſa. li. 10. Quartum dubium eſt de expẽſis doctoratus poſt mortẽ aui, & patris aſſumpti, & cibariorum. Et hic diſtinguendum eſt: nam expenſæ modicæ cibariorum præſumuntur factæ de communi: quia ſic fieri conſueuit inter eos, qui ſimul habitant ad vnum panem, & vnum vinum, ſed aliæ magnæ expenſæ debent imputari ad ipſum, qui doctoratum aſſumit, ar. ad hanc diſtinctionẽ. ff. de do. inter vir. & vxo. l. ſi ſeruus cõmunis. Quintum dubium eſt de expenſis factis in ducenda vxore, & in hoc idem dicendũ eſt, quod in expenſis doctoratus, vel militiæ, vt legitur, & no. ff. de mun. & hon. l. & qui originem. §. fi. & ſecundum prędicta debet intelligi, quod notari conſueuit in l. 1. §. ſed an id, quod. ff. de colla. bo. & C. fa. er. l. filiæ cuius. & per Spe. in ti. de iud. quarta parte. §. ſequitur videre. ver. quid ſi aliter ex cohæredib. cum multis ver. ſeq. Quod dixi de patruo, non eſt ad interrogata: quia hic quęrimus quid iuris inter ipſos nepotes. Et dicendum eſt, quod viuo patre expenſæ conſumptę non computantur dicto ſtudenti: quia diſpenſarunt de bonis patris eo viuo, vt ſuperius in auo probaui. Vltimum dubium eſt de lucris, quę iſte doctor fecit poſt doctoratum. & iſtud eſt quaſi caſtrenſe peculiũ, vt l. cum oportet. & de iſtis non eſt dubiũ, ꝙ non tenetur communicare fratrib. neq; iure aliquo, neq; æquitate ſcripta: ſed ſi de vera charitate, & burſali æquitate vellet reddere æquipollẽs patruis ſuis, eſſet laudandus. Idem ſi patrui ſui vellent conſimiliter portare onera in communi: tamen ad hoc nulla eſt obligatio hinc vel inde, vt ff. pro ſoc. l. cum duob. §. ſi fratres. & C. com. vtri. iud. l. ſi patruus. & ff. de admi. tut. l. Titium, & Mæuium. §. altero. Ego Bald.

## CONSILIVM XXII.

1 *Teſtamentum ſecundum inter liberos præualet primo facto cum clauſulis, quod non poſſit reuocari, etiamſi in ſecundo non ſit factamentio de dictis clauſulis.*

2 *Fratres prædicatores poſſunt eſſe teſtes de eo, quod relinquitur ordini.*

3 *Iuramentum non impedit reuocationem teſtamenti.*

In Chriſti nomine, Amen. Quidã fecit teſtamentũ, in quo inſtituit fratres prędicatores ipſis fratrib. prędicatorib. adhibitis teſtib. & quibuſdam alijs, & fuit inſtituta filia in aliqua portione ſub conditione non poteſtatiua, appoſitis ex induſtria clericis, ꝙ teſtm̃ ſit irreuocabile, & appoſito iuramento de nõ reuocando, & ſi cõtingeret reuocari, ꝙ non valeret reuocatio, & ſi valeret reuocatio, quod eſſet donatio inter viuos, & ſi nõ valeret vt donatio, rogauit hæredes inſtituendos in ſecundo teſtamento, ꝙ reſtituãt hæreditatẽ dictis fratribus prędicatorib. tandẽ dictus teſtator fecit ſecundũ teſtamentum, quod vltimũ eſſe decreuit, non adiectis alijs verbis derogatorijs: in quo inſtituit hæredem vniuerſalẽ dictam filiã, & dictis fratribus reliquit quoddã prædium. Nunc inter dictos fratres prædicatores, & filiã orta eſt materia quæſtionis: quia fratres prædicatores volũt totã dictam hæreditatẽ iure inſtitutionis, vel ſaltẽ iure donationis, vel ſaltem iure fideicommiſſi: filia verò dicit primũ teſtamẽtum cum omnib. ſuis cautelis, & cum omnib. donationib. & fideicommiſſo reuocatum eſſe, & dicit ſecundum teſtamentũ totaliter præualere; & obijcit dictis fratrib. primò eorũ incapacitatẽ, ſecundò obijcit, ꝙ teſtamentum non põt ſic fieri, ꝙ non poſſit reuocari, & ſicut reuocatur teſtamentũ, ita donatio eius loco ſubrogata. Item ꝙ dictũ fideicommiſſum relictũ ab inſtitutis in ſecundo teſtamẽto non debetur
1 tanquã turpe appoſitũ in defectũ reuocationis primi. † Quæritur quid iuris. Et vr̃, ꝙ dictũ ſecundum teſtamentũ nullo modo valeat pp dictam clauſulã derogatoriã appoſitã in primo teſtamento, quæ tollit mentẽ teſtatoris à ſecundo teſtõ, vt l. ſi quis in prin. teſtamẽti. cum ſuis iurib. vulgarib. In contrariũ eſt veritas: nam illud teſtm̃ præualet, quod vltimũ cõprobatur, vt C. de teſt. l. omnium. Sed ſecundum teſtamentũ vltimum cõprobatur ex verbis & mente. dico ex verbis: quia teſtator expreſſit. Item ex mente: quia inter liberos ſufficiunt indicia voluntatis, adeo ꝙ illud, qđ non valet inter extraneos, plerunq; valet inter liberos, vt l. fin. C. fa. er. ff. de contratab. l. ſi duob. §. ſi prius. & l. hac conſultiſſima. in §. ex imperfecto. & §. ſi quis aũt. & in auth. de teſta. imperfe. in prin. & in §. nos omnia igitur clara. Item teſtamentũ primũ fuit ipſo iure nullũ conſiderata qualitate conditionis appoſitę, vt l. filius. ff. de cõd. inſtit. & C. de inſti. & ſubſt. l. ſi pater. Item qui vult Deum inſtituere, & filiũ exhæredare, alium quærat, q̃ Auguſti num. l. ſi quis ad declinandam. in gloſ. ſimili modo. C. de epiſc. & cler. Item res de facili redijt ad ſuã naturã, & maximè paterna pietas. Itẽ probantur hęc per l. ſtipulatio hoc modo. de ver. obl. Item loco clauſulæ derogatoriæ ſatis ſunt illa verba, ꝙ voluit eſſe vltimũ teſtamentũ, vt not. in c. 1. de conſt. lib. 6. in nouel. & ideo omnibus conſideratis puto filiam fouere iuſtitiam, non obſtantibus dictorum fratrum cautelis. & præſuppono, quòd fratres ſint capaces propter eorum pri-
2 uilegium, quod vocatur mare Magnum. † Item præſuppono, ꝙ fratres poſſint eſſe teſtes in eo, qđ relinquitur ordini, vel cõuen-
3 tui, vt extra de teſti. c. cum nuncius. † Illud enim dico ſecundum veram opin. ꝙ iuramentum non impedit reuocationem teſtamenti, licet ſecundum quoſdam ſit periurus, quod non fateor: quia non valet iuramentum. Item dico, quòd dicta donatio non valet tanquam contra bonos mores, licet Dyn. dicat contrarium per dict. l. ſtipulatio hoc modo. & ibi per Barr. Illud autem, ꝙ me facit plus dubitare, eſt fideicommiſſum relictum ab hæredib. ſecundi teſtamenti: quia videtur teſtator codicillatus ad ſcdm teſtm̃: ſed ad hoc rñdeo, ꝙ teſtator iſtius codicillationis pœnituiſſe cenſetur, cum nec huic clauſulæ codicillari adiecerit verba derogatoria, vt quia prouidẽdo in ſecundo teſtamento fratrib. de aliquo, vr̃ receſſiſſe à promiſſione de toto. arg. ff. de vſur. l. in fideicõmiſſi. §. cum Pollidius. Ex quib. omnibus concluditur, ſalua ſubſtãtia veritatis, dictos fratres pdicatores iniuſtam litem fouere tam de iure quam contra omnem æquitatem naturalem, vt l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum Ego Bald.



## CONSILIVM XXIII.

1 *Stipulatio duplæ quando committitur, & qualiter, & quid important illa verba, promiſit defendere, & disbrigare. & vide de hoc ſupra in hoc volumine, conſilio tertio.*

1 In Chriſti nomine, Amen. † In quodam inſtrõ ſic cõtinetur. Titius venditor Seio emptori promiſit dictam poſſeſſionem defendere, & diſbrigare in placito, & extra placitum, ſiue euicta fuerit, ſiue non, ſub pœna dupli precij conuenti. Modo actum fuit hypothecaria, & venditor non defendit, quin ſententia ferretur contra emptorẽ, ſed lata ſententia disbrigauit poſſeſſionem, ita ꝙ remanſit penes emptorem, agitur ad duplam. Quæritur qđ iuris. Rñdeo illa verba, defendere, & disbrigare, ſunt infinitiui modi. Et ideo ſufficit defendere, & diſbrigare, anteq̃ res corporaliter euincatur: nec ante committitur pœna dupli: quia cum dicta pœna ſuccedat loco precij, & precium non debeat reſtitui emptori: quia bona fides non patitur, vt emptor precium repetat, & rem poſſideat, vt ff. de ac. empt. l. bona fides. meritò & abſq; dubio repellitur à petitione pœnæ. quinimmo ipſa pœna eſt pro ſimplo formali precio conuento, qđ repeti non poteſt: vt d. l. bona fides. vbi eſt caſus expreſſus: & huic rõni non videtur, ꝙ poſſit rñderi. Item dolo facit, qui rem poſſidet, & pœnã petit, vt ff. de exce. do. l. apud Celſum. §. Labeo. Itẽ ad hoc optime facit. ff. de pig. l. ſi fundus. §. ſi plures. ff. de leg. 1. l. ſi fundum per fideic. ff. de exce. do. l. ſi fideiuſſor euictionis. ff. de euic. l. hr̃e licere. vbi videtur, quod hr̃e licet, ergo res non eſt euicta: porro non dicitur indefenſa, necnõ disbrigata, ex quo venditor ſoluit iudicatũ, arg. ff. de pc. l. ſed hæ. §. defendere. & ꝙ no. eo. tit. l. non ſolum. §. ſi ſtatus. ſed etiam quia deſinit intereſſe, vnde deſinit actio cõpetere. Item fruſtra de pœna laborat negocio tranſacto, vt l. 2. poſt princ. ff. ſi quis cautio. & iſta addo ad confirmationem conſilij per me lati, ꝙ eſt tertium in ordine, quod fuit, & eſt ipſa veritas, & ipſa æquitas. porro propter expenſas litis non committeretur ſtipulatio, niſi ad ipſas impenſas, vel ad duplum expenſarum, vt legitur, & no. ff. de procu. l. qui abſentem. item ad prædicta facit. l. 1. C. ſi ſeruus extero. item cum emptor ratificet liberationem, & teneatur eam hr̃e ratam, vt ff. de neg. ge. l. Põponius. meritò non poteſt directo, vel indirecto contrarium allegare, vt l. 1. C. de fur. & ff. de ſol. l qui hominẽ. §. fi. itẽ ſtipulatio duplæ nõ cõmittitur li. pend. ff. de rei ven. l. vtiq;. & verba contractus referuntur ad iuris diſpõnem. ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus. item non debet quis habere preciũ, & rem. ff. de cond. ſine cã. l. ſi fullo. Item paria ſunt aliquem abſolui ſolutione, & aliquem abſolui per ſñiam iudicis, vt no. ff. de exce. rei iud. l. ſi quis cũ totũ. §. plane. & C. ad l. Aquil. l. ex morte, ſed ſi fuiſſet emptor abſolutus per ſñiam, proculdubio non poſſet petere duplam, quia fruſtra petit, quod intus habet, vt C. de re iudic. l. 1. nec etiam illud, ꝙ adijcietur nomine pœnæ, ſicut accidit in ſtipulatione duplæ.

## CONSILIVM XXIIII.

1 *Adoptio eſt prohibita ſtantibus filijs proprijs: & ſi inſtituitur adoptiuus, inſtitutio caſſatur.*

2 *Statutum faciens mentionem de filijs, ſeu fratribus, non extenditur ad filios, ſeu fratres adoptiuos.*

1 In Chriſti nomine, Amen. † Statuto ciuitatis cauetur, ꝙ fœmina maritata, & dotata non faciat partem cum fratrib. nec cum filiis fratrum in hæreditate pr̃na, vel materna. Modo quidã vult ſibi conſtituere filium adoptiuum, & eum inſtituere. Quæritur, nunquid iſte pater poſſit iſtum filium inſolidum inſtituere, taliter ꝙ filia maritata legitima, & naturalis non poſſit venire ad ſucceſſionem bonorum patris, & etiam eam excludere à legitima virtute dicti ſtatuti. Præmitto ad euidentiam, ꝙ ei, qui hẽt filium legitimum, & naturalem, & maximè ſi hẽt plures liberos, non permittitur extraneum arrogare: ne illorum, quos ex iuſtis nuptiis procreauit, diminuatur ſpes ſucceſſionis, quam ſpem vnuſquiſq; liberorum obſequendo patri debet ſibi cõfirmare, vt ff. de adopt. l. nec. enim. §. præterea. niſi hoc faceret ex ſpãli authoritate principis, vel ex ſpãli eius commiſſione. Secundo præmitto, ꝙ ſi talis arrogatus de facto inſtitueretur hæres tanq̃ filius arrogatus, vel adoptatus, ipſo iure non valeret inſtõ eius, tex. eſt vnicus in iure. C. de fideic. l. eam, quam. Sed ſi non inſtitueretur tanquam filius, ſed tanquam omnino extraneus, bene valeret inſtõ ſalua legitima liberorum: nam & amicos noſtros ſic hæredes inſtituere poſſumus, ſi filios noſtros legitima non priuemus, vt in authen. de
2 trien. & ſemiſ. §. 1. † Tertio præmitto, ꝙ vbi ſtatutum facit mentionem de filiis, vel fratrib. nunq̃ intelligitur de adoptiuis. nam filij adoptiui ſunt filij ficti, & fictio non hẽt locum in ſtatutis, vt no. ff. de ne. ge. l. 3. §. hæc verba. Præterea ſi non cõprehenduntur naturales tm̃, ergo multominus legitimi tantũ, vt C. de inſti. & ſubſt. l. generaliter. §. fi. ff. de cond. & dem. l. fideicommiſſum. ff de leg. 2. l. ſi ita quis. § is cui. C. de his, qui ve. æta. impe. l. fi. C. de na. li. l. legem Anaſtaſij. Et ex his patet ſolutio ad quæſita: primo quia adoptio prohibetur. Secundo quia ſi inſtitueretur vt adoptiuus, inſtitutio caſſaretur. Tertiò, ꝙ ſtatutum non intelligitur de iſtis filiis fictis, & non veris. Ego Bald.

## CONSILIVM XXV.

1 *Libellus alternatiuè conceptus an valeat.*

2 *Creditores non comparentes tempore proclamationum, ſi quis velit ſibi ſatisfieri, an amittant ius ſuum.*

3 *Excuſſio an ſit neceſſaria, quum conſtet non conſtare de bonis.*

4 *Secundus creditor an poſſit venire contra venditionem factam à primo creditore.*

5 *Nomen debitoris an veniat in hypotheca bonorum, & an, & quando extingui poſſit.*

6 *Intellectus l. omnes. & l. bene à Zenone. C. de quadriennij præſcriptione.*

7 *Obligatio an poſſit fieri procuratori: & an ſufficiat oblatio verbalis. nu. 8.*

In Chriſti nomine. In qõne vertente inter D. Catherinam de Fulgeriis relictam quond. Marcelli filij quon. D. Gaſparis de Brachi fortis, ſeu eius dominæ procuratoris ex vna parte, & Philippum, & Federicum fratres de Brachi fortis ex altera parte, commiſſa nobilib. & prouidis viris Hectori Angoſſolæ, Corrado Letericorno, & Gulielmo de Fornicib. tanq̃ tribus bonis viris per dñm ptãtem Placentiæ, cui commiſſio fuit facta per Magnificum dominum Do. Galeatiũ Vice comitem virtutum Me. &c. Imperialem Vicarium generalem infraſcripta vertuntur dubia. Super quib. ſapientes viri D. Paulus de Arzonibus, & Ioannes de Carnago legum doctores conſilium ſuum dederunt. & primum dubium eſt, an libellus productus pro parte d. D. Catherinæ procedat, an ne, & ſine allegationibus prædicti do-
1 mini conſultores dicunt, & conſulunt, ꝙ † libellus procedit: quia poſſeſſor pignoris faciendo alterum de duobus alternatiue, videlicet relaxando pignora, vel ſoluendo debitum, conſequitur abſolutionem, per l. ſi fundus. §. in venditione. ff. de pig. & ſolutio pecuniæ non eſt in obligatione, ſed in ſolutione, ſeu in facultate ſoluendi, per l. Paulus. in fi. ff. quib. modis pignus, vel hypotheca ſoluitur. & talis ſñia fertur, in qua quis condemnatur ad ſoluendum id, quod eſt in obligatione, vel faciendum ꝙ eſt in facultate ſoluẽdi: vt l. miles. §. 1. ff. de re iudica. Ergo eodem modo poteſt peti ſic alternatiue, ad quod facit, quod not. text. in c. ex literis. de pignoribus. & no. Bart. in d. §. in venditione. Secundum dubium eſt, an dictus proceſſus valeat non obſtante proceſſu, & lite, quæ debet pendere inter dictas partes coram D. Bartholomæo de Placentinis, & Rizardo de Villanis. Et breuiter dicti conſultores dicunt, & conſulunt, quod dictus proceſſus factus corã dicto dño poteſtate Placen. & dictis trib. bonis viris valet, nõ obſtante dicta exceptione pendentiæ litis: qm̃ non apparet aliquam litem pendere inter dictas partes coram dictis dñis Bart. & Rizardo, quæ faciat præiudicium huic liti, cum nihil appareat niſi quædam cõmiſſio facta per præfatum Magnificum dñm præfatis dominis eius cõſiliarijs, continens, ꝙ præfatus dñs qõnem vertentem inter dñm Brancham de Fulgoſijs, auum, & adminiſtratorẽ, Catherinæ vxoris quondam Marcel. de Brachi fortis pro vna parte, & Philopponum,

& Federicum fratres de Brachifor. ex altera parte, commiſit
cognoſcendam dictis dominis Bartholomeo, & Rizardo, &c.
& quoddam præceptum citationis perempto. factum per di-
ctos dominos ad audiendum ſententiam. ita quod ex iſtis nihil
apparet de pendentia alicuius litis, quæ præiudicium faciat liti
2 præſenti. † Tertium dubium eſt, an dicta domina Catherina
perdiderit ius ſuum in dictis bonis, de quibus eſt qõ: eo quia vi
deatur remiſiſſe ius pignoris ex eo: quia non cõparuit, vt dici-
tur, tempore proclamationum factarum mandato dñi poteſta-
tis Placen. in executione literarum quondam bonæ memoriæ
Magnifici domini, domini Galeatij Vicecom. &c. per l. ſi tem-
pore. C. de remiſ. pig. & certe dicti conſultores dicunt, qđ non.
& ratio eſt iſta: quia in caſu noſtro non habet locum. l. ſi eo tem-
pore. cum ibi ad inſtantiam poſteriorum creditorum vendere
volentium pignus fiat proclama generale, vt ſi qui creditores
eſſent, cõparerent, vt ipſis poſſet ſolui. vnde ibi merito ne em-
ptor fraudaretur, creditores non comparentes videntur ius
pignoris remiſiſſe: ſed in propoſito noſtro fiebat proclamatio
ſolum ad effectum extimationis fiendæ, vt bona acciperentur
inſolutum pro debito cameræ præfati quondam Magnifici do-
mini domini Galeatij, pro quo debito volebat præfatus dñs cæ
teris anteferri, & aliis creditoribus ſilentium imponi in eo, qđ
datur inſolutum. ita quod nõ hẽt locum, l. ſi eo tempore. Item
etiam ad certum actum æſtimationis, ſeu dationis inſolutum
adfuit procurator dictæ do. Catherinæ. Item ceſſat effectus di-
ctarum literarum præfati quõdam magnifici. vt ĩ. dicetur. Me-
3 rito ergo ceſſat iſtud dubium. † Quartum dubium eſt, an dicta
domina debeat obtinere non obſtante exceptione excuſſionis:
& circa iſtud dubium dicunt, & conſulunt dicti conſultores, ꝙ
ſi eſſet verum, quod conſtaret non adeſſe bona alia dicti quon-
dam Marſilij, ſuper quibus poteſt fieri excuſſio per dictam do-
minam, quod deberet obtinere non obſtante dicta exceptio-
ne, per no. per Bart. in l. decem. ff. de ver. ob. & l. ſi. ff. ſi cer. pe. &
dato ꝙ non conſtaret, dicunt, quod ex quo dicti frẽs de Brachi
fortis remanerẽt ſolum creditores, vt ĩ. declarabitur, quod ſe-
cundus creditor, videlicet dicta domina Catherina offerens
pecuniam ipſis fratribus, confirmat ſibi pignus: & ipſi fratres
tenẽtur pignus relaxare, & etiam iura ſua eidem cedere, & per
conſequens non poſſunt ipſi fratres exceptione excuſſionis ſe
4 iuuare. † Quintum dubium eſt, an ipſi fratres ſint tuti: eo quia
antiquior creditor vendit: per l. 1. C. ſi antiquior creditor. &
breuiter dicti conſultores dicunt circa hoc dubium, quod non
habet locum in caſu noſtro. l. prima prædicta: quia ibi creditor
ex ptãte ſibi conceſſa per debitorem vendit. vnde res videtur
exiſſe de bonis debitoris vſque tempore conceſſionis. vnde ſu-
praſcriptus ſecundus creditor non habet ius offerendi: quia fi-
ctione iuris non cadet in obligatione ſua. Sed in propoſito no-
ſtro non eſt ita: qm̃ præfatus quondam dominus, licet foret
creditor quondam domini Gaſparis de Brachifortis, & hẽret
tacitam hypothecam in bonis ſuis, & dẽret præferri doti dictæ
dominæ, per l. primam. C. de priuilegio fiſci. tamen non habet
pactum vendendi à debitore. & ſi tanquam fiſcus potuiſſet, de-
bebant ſolennitates iuris ſeruari traditæ in l. 1. C. de fide inſt. &
iure haſtæ fiſcalis. li. 10. & ſi diceretur ſolẽnitates ſunt ſuppletæ
per literas præfati quondã Magnifici domini, dicunt dicti con-
ſultores, quod effectum dictarum literarum tollit Magnificus
dñs, dñs comes in conceſſione facta domino poteſtati Placen.
in cuius executione factus eſt proceſſus quæſtionis præſentis,
vt ĩ. dicetur. Sextum dubium eſt, an dicta domina habens õbli-
gata bona dicti Marſilij poſſit venire ad dicta bona vigore dotis
matris dicti quondã Marſilij. & certe dñt dicti conſultores, ꝙ
5 non, ratio eſt: quia † licet nomen debitoris cadat in obligatio-
ne bonorum, vt l. nomen. C. quæ res pig. obl. pñt. tamen extin-
gui põt nomen debitoris in præiudicium creditoris, antequam
ſit denunciatum per creditorem, tñ nomen eſt obligatum, vt
d. l. nomen. Modo in propoſito noſtro Marſilius, antequam fa-
ceret dotem vxori, fuit hæres patris, & per conſequens fuit per
confeſſionem extinctum ius dotis mřis, ergo non cadit in obli-
6 gatione dotis vxoris. † Septimum dubium eſt, an dicti frẽs de
Brachifortis ſint tuti vigore venditionis, & dati inſolutum fa-
cti eis per literas præfati quondam Magnifici domini, per l. o-
mnes. & l. bene à Zenone. Co. de quadrien. præſcr. & bene di-
cunt dicti conſultores, ꝙ ex hoc ſunt tuti dicti frẽs. & ratio eſt
iſta, quia præſuppoſito ꝙ præfatus Mag. dñs vteretur, ſeu gau-
dere poſſet iure Imperij, vel iure fiſci: & ſic hr̃e in alienationi-
bus ſuis locum. l. omnes. & l. bñ à Zenone. C. de quadr. præſcr.
tamen in caſu noſtro nõ habet locum diſpõ illarum legum: qm̃
in caſu noſtro Magnificus dominus p̃fatus per ſuas literas tunc
mandauit poteſtati ſuo Placẽ. in effectu, ꝙ faceret extimari bo-
na dicti domini Gaſparis, & dari inſolutum dictis fratribus de
Brachifortis, &c. prout latius in ipſis literis continetur: ita ꝙ
ex inſpectione ipſarum literarum, & ipſarum extimationum,
& dationum inſolutum apparet euidenter, quod ipſi fratres de
Brachifortis ſciebant ipſa bona fuiſſe dicti quondam dñi Ga-
ſparis, & dicti quondã Marſilij: & non acquiſiuerunt tanquam
præfati domini, ſed tanquam bona prædictorum de Brachifor-
tis voluerunt habere inſolutum pro ſatisfactione debiti, quod
ſoluerunt cameræ præfati Magnifici domini: & voluerunt ha-
bere beneficium à præfato domino, quod præferrent aliis cre-
ditoribus, & quod aliis creditoribus imponeretur ſilentium,
& ita habuerunt verum, quia modo per literas p̃ræfati Magni-
fici domini comitis debet fieri ius non obſtantibus literis præ-
fati quondam Magnifici domini genitoris ſui, nec ſuis, viden-
dum eſt, an debeat remanere firmus effectus ſcriptus virtute
dictarum literarum. Et certe dicunt dicti conſultores, ꝙ ſubla-
tus eſt omnis effectus beneficij dictarum literarum, ꝙ benefi-
cium non habuiſſent dicti frẽs circumſcriptis literis: quoniam
verba debent intelligi cum effectu, vt l. ſi. §. dotem. ff. ne qs eũ,
qui in ius vocatus non ierit. Cum ergo dñs comes dicat fieri ius
non obſtantibus literis, etiam vellet tollere effectum literarũ.
inquantum beneficium afferant vni, & ius tollatur alij. Sic er-
go dicta domina Catherina, licet poſterior creditrix, poteſt of-
ferre dictis fratribus creditum ſuum, & pignora reuocare: cum
ipſi fratres circũſcripto effectu dictarum literarum ſolũmodo
remaneant creditores: cum non fuerint ſeruatæ ſolennitates, q̃
de iure cõmuni debent ſeruari in donationib. in ſolutum: & ſic
concludunt dicti conſultores, ꝙ in caſu noſtro non habet lo-
7 cum diſpõ dictarum legum omnes. & bene à Zenone. † Octa-
uum dubium eſt, an ſufficiat oblatio facta per dictã dominam,
ſeu per procuratorẽ partis aduerſæ? & breuiter dicunt ipſi con-
ſultores, ꝙ in iudicio bene poteſt fieri oblatio per procurato-
rem ad litẽ, per ea, quæ hñr in l. ſi reus. ff. de procur. licet nõ põt
fieri ſolutio ipſi procuratori ad litẽ, per legem hoc iur. ff. de ſol.
8 † verum quia non apparet, ꝙ ſit facta aliqua oblatio pro parte
dictæ dominæ niſi verbalis, quæ non ſufficit de iure, dicunt, qđ
debet per dictos commiſſarios fieri abſolutio, abſoluendo di-
ctos frẽs de Brachifortis, & eos qui comparuerunt in iudicio, à
libello eis porrecto pro parte dictæ dominæ, & à contentis in
eo. Et hoc, quoniam ipſi fratres habent retentionem dicto-
rum bonorum pro dicta quantitate ſoluta cameræ p̃fati quon-
dam Magnifici domini pro debito dicti quondam do. Gaſparis
de Brachifortis, & pro melioramentis, & ſecundum contenta
in dictis literis: & hoc in caſu, quo non apparet, niſi dicta obla-
tio verbalis: ſed ſi apparet oblatio realis dictæ quantitatis dicti
debiti, & in caſu, quo dicti fratres de Brachifortis recuſarent
recipere pecuniam prædictam oblatam, & fieret pro parte di-
ctæ dominæ conſignatio, & depoſitio dictæ quantitatis dicti
debiti, tunc deberent dicti commiſſarij, condemnare dictos
fratres de Brachifortis, & quamlibet perſonam, quæ pro eis
comparuit in iudicio ad relaxandum dicto procuratori dictæ
dominæ, & dictæ dominæ dicta bona, facta prius per ipſam
dominam ſolutione, ſeu parata cum effectu facere ſolutio-
nem dictis fratribus melioramentorum factorum in ipſis bo-
nis. & hoc dicunt ipſi conſultores pro tanto, quoniam in
hac cauſa non ſunt probata dicta melioramenta. vnde non
poteſt imputari dominæ prædictæ, ſi non obtulit quantita-
tem melioramentorum, nec ipſi fratres debent perdere me-
lioramenta ex quo in libello ipſa obtulit ſoluere, & vltra quod
dicti fratres nunquam habuerunt neceſſe alias defenſiones
facere ex quo eis non fiebat oblatio realis, vel ad ſoluendum,
vel faciendum infraſcriptã ſolutionem dictæ dominæ quan-
titatis dotis, & donationis ante nuptias ipſius dominæ: quia li-
cet pro donatione ante nupt. non habeat ipſa domina obligata
bona mariti, niſi forte ex forma ſtatuti Placent. tamen ex pro-
miſſione facta in inſtřo dotis hoc poteſt colligi, qđ ipſa habet
obligationẽ. & ita dico, & conſulo debere fieri per dictos com-
miſſarios



miſſarios in quolibet caſu prædictorum, vt ſupra continetur:
ſaluo ſemper meliori conſilio. Ego Baldus.

CONSILIVM XXVI.

1 *Recuſatio iudicis quando & quomodo fieri poteſt: & quid operetur ipſa recuſatio, & nu. 2.*
3 *Iudex delegatus ſi optet beneficium, ſuper quo lis erat coram eo, an poſſit poſtea de eo cognoſcere, & nu. 5. & 6.*
4 *Iudex ſi inſtituatur hæres ab vna partium deſinit eſſe iudex.*
7 *Feriæ ſolennes non impediunt curſum fatalium dierum.*

In Chriſti nomine. Dum lis, & quæſtio
verteretur coram dño
Vicario epõ Placentini inter dñm Gulielmũ de la ſilua, clericũ
ſancti Olderici in Placentia ex vna parte occaſione cuiuſdã ca-
nonicatus, & præbendæ, quam dicebat dictus Gulielmus de la
ſilua ad ſe pertinere vigore cuiuſdam permutationis per ipſum
factæ de canonicatu prædicto cum quodam Franciſchino de
Macagnis clerico Cremonenſi, ad quem dicti canonicatus, &
præbenda ſpectauerant ex canonica collatione, & prouiſione
per executores apoſtolicos ſibi facta: & dominum Gul. de Ze-
nariis dicentem dictum canonicatum, & præbẽdam ad ſe per-
tinere vigore cuiuſdam optationis per ipſum rite factæ de ca-
nonicatu, & præbenda prædictis. ex parte altera lata fuit ſen-
tentia per dictum dñm Vicariũ contra dictum Gul. de la ſilua, à
qua ſententia ipſe dñs Gul. ad ſedẽ Apoſtolicam appellauit, pe-
tens apoſtolos ſibi dari, quibus nõ habitis, nec ad eos accipien-
dũ per dictum dñm Vicarium termino ſibi dato, & appellatio-
ne nõ obſtante, dictus dominus Gul. de Zenarijs, pro quo ſen-
tentia lata fuit, poſſeſſionem ipſius canonicatus, & præbendæ
accepit: & fructus percepit de mandato dicti domini Vicarij:
his peractis ad impetrationem dicti domini Gul. de la ſilua, cã
dictæ appellationis cõmiſſa fuit à ſede Apoſtolica domino V-
berto Deterano præpoſito maioris eccleſiæ Placen. de qua cõ-
miſſione conſtat per reſcriptum apoſtolicum. Qui D. Vbertus
tanquam delegatus apoſtolicus proceſſit in cauſa ad inſtantiam
dicti domini G. de la ſilua, multis oppoſitis exceptionibus, &
maxime ſuſpicionis, & recuſationis contra dictum Vber. per
dictum dominũ Gul. Zenarium aduerſarium, quib. & lite pen-
dentibus deceſſit dictus D. Gul. Zenarius, poſt cuius deceſſum
dictus dominus delegatus canonicus dictæ eccleſiæ optauit di-
ctos canonicatum, & præbendam inquantum ſibi de iure de-
beatur, quos etiam ſilenter optauit d. Florentinus de Saluis ca-
nonicus Placen. antiquior, & prior in optando, qui dictus do-
minus Vber. delegatus, vt ſ. his non obſtantibus dictus D. dele-
gatus citauit per edictum in foris eccleſiæ affixũ quemcũq; pu-
tabat ſua intereſſe, quouſq; ad certum terminũ cõpareret oc-
caſione p̃dictæ delegationis, & commiſſionis in cauſa verten-
te, ſeu quæ verſa fuerat inter ipſum D. Gul. de la ſilua, & dictum
D. Gul. Zenarium ſupra ſcriptos. infra quem terminũ cõparue-
runt quidam aſſerentes ſe procuratores dicti D. Florentij præ-
tendentes ſe nõ habere copiam dicti domini præpoſiti coram
capitulo maioris eccleſiæ Plac. allegantes optationem factam
per ipſum D. F. quo facto dictus do. præpoſitus exiſtens in ſtu-
dio Papi. ſubdelegauit ad inſtantiam dicti D. Ful. duobus ſub-
delegatis, & cuilibet inſolidum, cauſam vertentem inter ipſum
do. Gul. & do. Floren. quam aſſeruit ſibi cõmiſſam, & nullam in
ipſa ſubdelegatione mentionem de dicto do. Gul. Zenario fe-
1 cit. Quæritur, † nunquid dictus D. Vbertus ſiue per ſe, ſiue per
alium poſſit ſe intromittere de cauſa p̃dicta. & in effectu dici-
tur, ꝙ non potuerit, allegantur tria pro parte dicti do. Floren.
primo recuſatio facta per D. Gul. Zenarium, qua durante non
poteſt delegatus p̃cedere, per id, ꝙ habetur, & no. in c. iudex,
de offic. del. lib. 6. ſecundo, ꝙ per optationem per ipſum. D. de-
legatum nõ poteſt eſſe iudex in cauſa prædicta. tertio: quia di-
ctus do. Vber. ſuppoſito quod eſſet verus delegatus, non ſub-
delegauit cauſam ſibi cõmiſſam: ſed cauſam vertentem inter D.
Gul. de la ſilua, & D. Floren. ad materiã facit. c. 2. vt lite pen. lib.
6. ꝙ induci poteſt ad pro, & contra. vtrum lite pendente bene-
2 ficium litigioſum poſſit optari, vel nõ, ſequitur reſponſio. † Ad
primum reſpondetur, quod prædicta recuſatio nõ obſtat, quia
non fuit rite facta, nec proſequuta: eo quia libellus recuſato-
rius debebat offerri coram ipſo recuſato, & arbitros peti, &
cõfidentes in ſcriptis dari per recuſantem, & ipſe recuſans co-
ram recuſato offerre debebat ſe probaturum cauſas ſuſpicio-
nis allegatas coram arbitris nõ laicis de confidentibus ipſarum
partium ꝙ minime factum fuit. & ſic ipſi recuſationi videtur ta-
cite renunciatum, maxime deficiente ipſo recuſatore per ea,
quæ no. per Ioan. And. Hoſti. Arc. in c. legitima. de appel. lib. 6.
3 † Ad ſcdm reſpõdetur, quod optatio facta per dictum D. Vber.
delegatũ nõ habet nocere: eo quia alius antiqor aſſeritur eum
præcedere, videlicet ipſe D. F. & quia ſub tali conditione fuit
facta dicta optatio, quæ dicta conditione deficiente nõ valet,
nec tenet. ar. l. ſub condõne. ff. de condi. inde. & l. multum. ff. de
condi. & dem. ſed nec ſponſalia conditionalia dicuntur induce-
re publicam honeſtatis iuſtitiam, vt in c. 1. de ſponſa. lib. 6. Pro
quo facit gl. ma. ſi. in c. cum plures. de offi. deleg. eo. lib. Sed al-
legantes dictam optationem per talem modum videntur ſibi-
ipſis contrariari, quia aut optatio dicti d. delegati valebat, & nõ
valet optatio dicti domini Florentij, ſuper qua ſe fundant: quia
duæ optationes non valent reſpectu eiuſdem p̃bendæ. aut non
valebat dicta optatio dicti domini delegati. quomodo tunc po-
teſt dici amiſiſſe iuriſdictionem per optationem, quæ non va-
4 lebat: nec obſtat l. Iulianus, la 2. ff. de iudic. † vbi dicitur, quod ſi
iudex inſtituatur hæres ab vna partium, quod deſinit eſſe iudex
quia nemo rei ſuæ iudex exiſtit, quod debet intelligi, vbi iudex
inſtitutus fuit hr̃s, & adiuit hæreditatem in re illa, ex qua iudex
erat, quod apparet ex ratione legis cõiuncta gloſſa, quia fuiſſet
iudex ſuæ rei, vt ibi dicitur. & ſic obſtante titulo, ne quis in ſua
cauſa. non potuit amplius eſſe iudex: ſed in caſu noſtro dictus
dominus delegatus non dicitur, nec dici poteſt iudex ſuæ rei,
quia optationem per ipſum factam non proſequitur, nec de
ipſa ſit quæſtio, cum non valeat: quia ſi de ipſa fieret quæſtio,
procedere videtur dicta l. quinimo ipſe vrbaniter agens miſit
edictum ad inſtãtiam dicti domini Guiliel. per quod ſatis vide-
tur receſſiſſe ab optatione prædicta, & non valens intendere
delegationi: quia propter ſtudium occupatur, dictam cauſam
ſubdelegauit, vt ſupra: & ſic non obſtat ſecundum. Non obſtat
tertium, quia ex forma primarum literarum, ſcilicet ſuæ dele-
gationis, & auctoritate ſecundarum, ſcilicet ſubdelegationis,
ipſi ſubdelegati, vel alter ipſorum habent procedere, iuxta ea,
quæ not. Innoc. in cap. Quia V. extra de iudiciis. vbi bonus text.
de hoc. & in capitulo ex parte. extra de arbitris. Et etiam quia
dictus dominus Florentius per prædictam comparitionem in
caſu, in quo aſſerti eius procuratores ſint veri procuratores
quo ad litem, videtur ſubrogatus loco dicti domini Guiliel. Ze-
narij. per clementin. 1. §. ſi vero alter moriatur. vt lite penden-
te. & ſic vigore dictæ delegationis dictus dominus delegatus
per ſe, vel ſubdelegatum habuit procedere, & terminare inter
ipſos dominus Guil. de la ſilua, & Guil. Zenarium, & quemli-
5 bet ei ſubrogatum in lite prædicta. † Ex prædictis omnibus
optationibus, permutatione, impetratione, recuſatione, dele-
gatione, & ſubdelegatione quæritur, quid iuris videatur: nun-
quid cum per dictum dominum Guil. de la ſilua non ſteterit,
quo minus intra terminum proſequendæ ſuæ appellationis
fecerit ipſam terminari in iſtis feriis Paſchæ primæ tranſactis,
adhuc poſſit terminari non obſtante lapſu anni, ſeu biennij, &
videtur, quod ſic, per not. in ca. ex ratione. & ibi per Innoc. ex-
tra de appellatio. Item videatur, nunquid aliqua producta per
ipſum dominum Guil. de la ſilua ſibi noceant: & videtur, quod
non vllo modo. Non repetendo allegationes prudentiſſimẽ
factas, ſed veniendo breuiter ad quæſita præmitto, quod per
recuſationem ſuſpecti in iudicio propoſitam non eſt eneruata
iuriſdictio iudicis delegati, ſed ſuſpenſa, donec cauſa ſuſpi-
cionis terminetur, vel per ſententiam hominis, vel per ſen-
tentiam iuris. nam ſi recuſatio circunducitur, iudex recuſatus
remanet iudex cum effectu. nam ſi cauſa ſuſpicionis propoſita
eſſet vera, ſtatim eneruata eſſet iuriſdictio: non eſſet opus co-
gnoſcere cauſam ſuſpicionis. hoc patet expreſſe in c. cum ſpe-
ciali. ver. cauſa. extra de appel. Quia modo ita eſt, quod cum
dominus Guliel. Zenarius, qui propoſuit libellum recuſatio-
nis, clauſerit diem extremum, & recuſatio iudicis ſit in perſo-
nam, & non in rem, ſtatim fuit circunducta quæſtio ſuſpicio-
nis, quia deſiit dicti recuſantis intereſſe, vt ff. de ſuſpe. tutor. l.
poſt finitam. & ex hoc concluditur, quod cum dicta recuſatio
ſit ſopita, dicta ſubdelegatio tenuit: quia facta ab eo, qui iuriſ-
6 dictionem reſumpſerit ipſo iure. † Item non obſtat, quod iſte
delegatus optauerit pro ſe: quia in ſua cauſa non poteſt quis

 dicere

dicere ius ſibi. Sed ſi duo tertij litigarent inuicem, bene poſſet ius dicere inter illos.in c.ſuborta.§.fin.de re iudic.& quod not. ff.de rei vendi.l.inter officium. & inſtit. de teſtamen.§. legatariis.Item euidentiori ratione, quia iſta optio fuit abuſiua, & ex ea non fuit aliquod ius quæſitum,& per actum iure nullum iuriſdictio non finitur:cum ſit actus extrinſecus, & ad finiendam iuriſdictionem non pertinens : & ipſa iuriſdictio ſit neceſſarium officium.hæc enim eſt regula, quod vtile per inutile non vitiatur.& quod nullum eſt,non tollit id, quod valet de iure: & præſertim quando continet ius neceſſarium, vt in regula vtile per inutile.& inſtit.quibus modis teſt. infirmen.§. poſteriore. & ff.de leg.3.l.ſi iure. Item quia optio, quam quis proſequutus non eſt,pro infecta habetur,vt ff.de fideiuſſ.l.ſi ſtipulatus es opus.vbi eſt melior text. qui reperiatur in iure. illud eſt certum, quod reſcriptum durat, licet moriatur vnus de litigantibus, de beneficio lite pendente vt ſuſpectus , ſiue ſubrogatus ad eundem iudicem remittendus eſt,vt in d.cle.§.ſi vero.& argu.ff.de inoffic. teſtamen. l.filius non impeditur. & extra de iudic.cap. quia V. & ff. de his,qui not.infa. l.ſeruus. fuit enim ſubrogatus dominus Florentius à iure quodam ordine , vt prætendit ſucceſſiue, hoc probatur per illam l.not.ff.de re iudic. l.ex contractu. & tamen, vt dixi, non fuit ſubrogatus in articulo ſuſpicionis: quia perſonalis eſt. Et ſic concludo breuiter, quod ſubdelegatio valuit , & tenuit. Sequitur videre de alio paſſu , vtrum appellatio ſit deſerta.ſed in hoc paſſu acta loquuntur,& iſte articulus determinatur per l.2.in fi.§.illud. C.de temp. ap.vide in
7 Authen.ei,qui.eo.tit. † Dicendum eſt enim, quod feriæ ſolennes non impediunt curſum fatalium dierum,ſed quæſtio recuſationis pendens impedit,ne currat,quandiu penderet,vt ff.de minor.l.intra vtile tempus. Ego Baldus.

CONSILIVM XXVII.

1 *Clauſula præſentes literas per quæſtuarios mitti diſtrictius prohibemus, quid importet.*
2 *Quæſtuarij qui dicantur.*
3 *Nuntij vere miſſi quæſtuarij minime dicuntur.*
4 *Ementes necnon conducentes quæſtum à fratribus minoribus, ac etiam ipſi fratres illis vendentes, vel loquentes, quæſtuarij ſunt cenſendi.*
5 *Officium pietatis gratis impendere, & rem propriam procurare, diſcrimen inter ſe non modicum habent.*
6 *Ex deſcriptione legis ff. de publicanis. l. quantæ. conſtat, quanta ſit publicanorum audacia, temeritas, & auaritia.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, in quodam priuilegio per dominum Papam conceſſo pro reparatione,ac conſeruatione fabricæ eccleſiæ , & domus Sancti Franciſci Aſſiſinatis, & fratrum ibidem commorantium ſubuentione, &c. eſt inſerta
1 † clauſula, præſentes autem literas mitti per quæſtuarios diſtrictius inhibemus: ſi ſecus actum fuerit,carere viribus decernentes. quæritur modo,ſi fratres ſic miſſi per ſuos prælatos,vel ad exequendum ea, quæ continentur in priuilegio, directe di-
2 ci debeant quæſtuarij. Quæſtuarij † dicuntur illi,qui quæſtum
3 ſibi referunt, vt ff. pro ſocio.l. ſed ſi adiiciatur. nuntij † autem, qui vere mittuntur , & idonei ſunt ad pia opera eleemoſynarum conſignari, non dicuntur quæſtuarij : alias quomodo res expedietur,niſi forte per diœceſanum loci receptor aliquis poneretur, qui deberet recipere, & conſignare eleemoſynas: videlicet fidelis,& probus auctoritate diœceſani approbatus, illius ſcilicet diœceſani, in cuius diœceſi eleemoſynæ colliguntur. ſed hoc ex abundanti eſt,nam ſatis eſt,quod ipſi fratres minores ad hoc deſtinatim eligant iſtum collectorem, præſertim cum auctoritate generalis miniſtri, vel prouincialis : hæc probantur extra de pœn.& remiſſ.c.cum ex eo.in aliis,quam in fratribus minoribus, non eſſent neceſſe cauſæ à contactu pecuniæ , ſed de iſta materia , & de conſuetudinibus ipſorum fratrum ipſi fratres ſunt melius informati: ſufficit dicere,quod iſti
4 non ſunt quæſtuarij. ſed † illi eſſent quæſtuarij , qui emerent, vel conducerent dictum quæſtum à fratribus,& ipſi fratres ve-
5 nientes, vel loquentes. Aliud † eſt enim pietatis officium gratis impendere,aliud ſuam rem procurare, vt ff.de neg.geſſ.l. qui ſine vſuris. gratuitam certe, integram, & abſtinentem omni lucro fidem præſtare debent, vt ibi text. eleganter dicit. alias
6 redigerentur ad inſtar publicanorum , qui † quantæ ſint audaciæ , & temeritatis , auaritiæ, conſtat ex deſcriptione legis. ff. de publica.leg. quantæ. Et ita veriſimile eſt Papam intelligiſſe. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM XXVIII.

1 *Inſtrumentum depoſiti, in quo inſunt iſta verba, in præſentia Titij deponentis Mæuius confeſſus fuit habuiſſe depoſitum &c. an poſſit dici falſum, cum re vera nullum tunc actuale fuerit factum depoſitum, & an aliquid probet tale inſtrumentum cum teſtes ſolum deponant de confeſſione. nu. 2.*

In Chriſti nomine. In quodam inſtrumento cauetur. ad inſtantiam Titij ibidem præſentis , & deponentis Mæuius fuit confeſſus ab eo ex cauſa depoſiti habuiſſe, & recepiſſe à dicto Titio mille quingentos florenos auri.quos idem promiſit reddere,& reſtituere,&c.quod quidem inſtrumentum tanquam ſuſpectum,& non veriſimile in dubium reuocatur, & dicitur falſum.productis itaque teſtibus hincinde , & nõnullis coniecturis probatis contra inſtrumentum , & quod notarius alias erat diffamatus de alia falſitate: tamen ad confirmationem dicti inſtrumenti econtra tres teſtes deſcripti in dicto inſtrumento dicunt,& deponunt,quod dictus Mæuius dixit ſe habuiſſe, & recepiſſe à dicto Titio in depoſitum , & gubernium de denariis ipſius Titij florenos mille quingentos auri: de anno , & menſe non recordantur,interrogati, ſi ipſi viderunt numerari aut dari dicto Mæuio aliquam pecuniæ quantitatem , reſponderunt, quod non : ſed quod audiuerunt confeſſionem prædictam.
1 † Modo quæritur , vtrum per dictum inſtrumentum aliquid probetur,& videtur,quod ſic: nam dictum inſtrumentum duas habet clauſulas,prima eſt aſſertiua numerationis,dum dicit, ad inſtantiam dicti Titij præſentis , & deponentis. nam iſtud verbum, deponentis, verum , & naturalem actum ſignificat temporis tunc præſentis. & not.Cod.de non numerata pecun. lege ſi ex cautione. & Codic. ſi certum petatur.lege ſi ex pretio. licet enim quando iſta verba quis profert contra ſeipſum in propria ſcriptura ſunt verba confeſſionis,vt lege Publia.§.finali.ff.depo.tamen quando notarius profert iſta verba , ſunt verba viſus , & ſenſus ipſius notarij : ſicut quando talia verba proferuntur à teſte.nam notarius, & teſtis idem ſunt , id eſt vterque teſtificatur,vt ff. de teſtib. lege Domitius Labeo, & teſtificando de vero actu hominis non poteſt teſtificari,niſi de viſu vt eleganter no.dominus Dyn. in lege prima.ff. de aqua plu. arc. ſecunda clauſula dicti inſtrumenti eſt clauſula confeſſionis,& iſta confeſſio percipitur auditu , nec requiritur viſus alicuius numerationis interuenientis,vt Codic. de non numerata pecun. leg. in contractibus. §. 1. Itaque dictum inſtrumentum , prout refertur ad actum naturalem , teſtificatur de viſu, ſed prout refertur ad actum verbalem , teſtificatur de auditu. quæſtio ergo noſtra ſtat in hoc, vtrum reprobato vno actu, ſcilicet viſus , reprobetur alius actus , ſcilicet auditus.& videtur, quod non, quia iſta ſunt diuerſa,& ideo non infertur de vno ad reliquum,vt in toto titu. Codic. de non numerata pecunia & de dote cau.non num.per totum. Item quod interuenerit numeratio,eſt mere negatiua,quæ per rerum naturam non videtur poſſe probari, vt Codic.de proba. leg. actor quod aſſeuerat.& plene not.extra de renun.cap.ſuper hoc. cum ſua vulgari
2 materia. † Item in depoſito probare veram numerationem eſt ſuperuacuum,& ex abundanti:quia ſufficit in ſcriptis facta confeſſio,vt d.l.in contractib.ver.ideoq; ſancimus.& quando probatio eſt ſuperflua,licet illa tollatur de medio,ſufficit,quod remaneat alia ſpecies probationis valida,quia vtile per inutile non vitiatur,vt ff.ſi cert.peta.l.certi cõdicto.§.quoniam.& quia ſuperflua omiſſa non viciant , vt C.de teſta.l.teſtamentum nõ ideo.Item ſi non valet vt probatio inſtrumenti, valet vt probatio teſtium,quia diuerſæ ſunt ſpecies probationum : & ideo licet inſtrumentum ſit falſum , tamen ex veris teſtibus põt probari obligatio,vt C.ſi ex falſis inſtrumentis.l. falſas quidem. Sed hic per teſtes confirmatoris inſtrumenti apparet de confeſſione depoſiti,ergo ſaltem ex virtute teſtium probatur debitum. ſed in contrarium videtur, quia in iſto inſtro tria ſunt ponderanda, ſ.obligatio,eius cauſa naturalis.i.numeratio, & eius cauſa ciuilis.i.confeſſio,vt no.ff.ſi cer.pet.l.2.§.fin. Item conſiderandum eſt,quod dicta confeſſio præſupponit pro fundamento actum naturalem : & ipſum actum naturalem ibidem,id eſt in ipſo inſtrumento interuenientẽ,vt verba inſtrumẽti dicunt.Mõ tolle

actum



actum naturalem , ſtatim apparet impedimentum actus ciuilis:quia ſibi inuicem cohærent , & vno ſcilicet potiori ſublato alterum tolli neceſſe eſt,vt ff.de condi.& demon. l.cum tale. §. falſum. & ſic ſtipulatio annihilatur , ſi numeratio reprobatur, vt ff.ſi cer.pe.l. qui pecuniam.Item inſtrumentum falſum in vno redditur falſum in quolibet dependenti ex eo. vnde falſum in cauſa redditur falſum in effectu,vt plene legi. & no. ſupra de tranſact.l.ſi ex falſis. nam ſicut pura, & ſimplex , & ſine macula debet eſſe teſtium depoſitio , ita & diſpoſitio inſtrumenti , vt plene not.per Innoc.extra de hæred.c. fraternitatis. quapropter veritas eſt, quod dicto inſtrumento ſic eliſo nulla debet dari fides,& ita referendum eſt magnifico comiti : non tamen dico, quod notarius ſit puniendus. nam & in teſtibus contingit,quod quandoq; ſaluantur per diſtinctionem, & ſuppletionem, ſeu ſubauditum intellectum, tamen nõ probant,vt extra de teſtib. c.cum tu fili.Et ſic non ob.quod no.Bart.ſi cer.pet.l. ſingula.& ff. de acqui.poſſ.l.prædia. Videamus aliquid de dictis Bart.vtrum bene dicat,vel non.verba Bart. in l.ſingularia. hæc ſunt,ſed quõ dixit notarius in inſtrumento,quod talis fuit confeſſus habuiſſe centum , & habuit, & recepit in præſentia mei notarij,& teſtium:debitor ad reprobandum inſtrumentũ produxit teſtes , qui dicunt, quod pecunia bene fuit ibi, &c. iſtud dictum Bart.nihil facit ad propoſitum,quia non apparet,quod hic pecunia fuerit ſolutioni parata: & ſi apparet, tamen in depoſito nihil hic operaretur, quia ſpeciale eſt in mutuo, ergo in contrarium eſt ius commune,vt no.gl.in d.l.ſingularia. itẽ Bar. in alia quæſtione dicit, ſi notarius dicit, talis mutuauit, ꝙ verificatur in ficto mutuo, adhuc iſtud dictum Barto.nihil facit ad propoſitum:quia mutuum recipit fictionem, depoſitum , non item & in mutuo. forte non dicit verum: quia notarius nõ poteſt conficere inſtrumentum de actu inuiſibili, aſſerẽdo actum ſic eſſe,ſed ſic dici à partibus.tamen quicquid ſit, dicta Barto.in d.l.ſingularia. nihil faciunt ad propoſitum noſtrum. ad prædicta facit, quia notarius, & teſtes intelliguntur deponere de actu viſibili,& non de inuiſibili:vt no.in l.ſtipulatio iſta.§. hi quoq;. ff.de ver.oblig. vbi no.quod teſtis intelligitur deponere de depoſitione naturali, quæ viſibilis eſt, non de ciuili ; niſi etiam de naturali deponat. ideoq; de inuiſibili mutuo nõ videtur loqui, neque tabellio, neq; teſtis, alioquin ſequeretur, quod ſi tabellio,vel teſtis conficeret inſtrumentum , quod verificaretur per fictionem poſtliminij:& non verificaretur per rerum naturam, quod inſtrumentum tabellionis eſſet verum, quod nemo ſanæ mentis diceret,vt ff.de capt.l.in bello.§.factæ. Venio ad Bart.in l.prædia.cuius verba ſunt hæc,dicit inſtrumentũ,dedit, & vendidit Titio fundum pro pretio centum,quod pretium dedit,& ei numerauit:teſtes, qui interfuerunt inſtrumento , dixerunt, quod nulla pecunia interuenit: an inſtrumentum poſſit redargui de falſo. Iaco. Butr.diſputauit hanc quæſtionem , & determinauit , quod iſta verba verificantur ex actu ficto ſicut ex vero. & ideo licet non interuenerit actus, ſcilicet numeratio vera, tamen interuenit actus fictus, ſcilicet quia fuit confeſſus ſe habuiſſe,& recepiſſe. & de hoc eſt caſus hic,licet ipſum non allegat Barto. conſiderat autem Bartol.aut vult arguere ex text. cum gloſſ.& tunc aut conſtat de anteriori datione , & inſtrumentum poſſet ſuſtentari, niſi inſtrumentum diceret , & tunc dedit & numerauit. vel diceret, ibidemq; dedit, & numerauit: quia aſſereret numerationem tempore inſtrumenti , & abnegaret eam per prius. vnde impoſſibile eſt, quod loquatur de aliqua numeratione,niſi de ea, quę tunc fuit.ſed iſta eſt falſa,ergo notarius male loquitur. & hoc dicit gloſſ. ordin.in d.l.prædia. in 2. gloſſ.alias ſequeretur , quod ſi iuramento cauetur , quod talis mutuauit , & numerauit Titio centum , & inſuper Titius fuit confeſſus ſe habuiſſe,& recepiſſe,quod iſtud inſtrumẽtum nihil probaret: quia æquiuocum ad naturalitatem , & fictionem,& ſic ad mutuum naturale, & ciuile: vel quod probaretur ciuile, & non naturale, quod ridiculum eſt dicere & erroneum valde. item quia verba tabellionis debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi, & ſecundum quod cadunt in intellectum teſtium adhibitorum ad validationem inſtrumenti: ponderandum eſt ergo aduerbium ibi, quod eſt in inſtrumento: quia ſignificat tunc,& illud, quod adiicitur de confeſſione, non refertur ad actum naturalem numerationis: ſed ſignificat, quod deponens, vel mutuans depoſuit, vel mutuauit propriam pecuniam, quod quidem dictum eſt inuiſibile. vnde non probatur per tabellionem, & teſtes. & ideo vtilis, & multum efficax eſt confeſſio,vt no. extra de teſti. c.cum cauſam. ſi vero Bar. arguit ex diſputatione Bur. certe Butriga. loquitur, quando inſtrumentum ita dicit, Titius fuit confeſſus ſe habuiſſe, & recepiſſe à Seio dante, & numerante ex cauſa mutui, &c. Nam illi ablatiui,dante,& numerante, veniunt in conſequentiam confeſſionis, & ſunt verba partis : ſecus ſi non ponantur in conſequentiam,ſed principaliter, & per ſe notarius aſſerat numerationem,vel depoſitionem. quia nunquam Butr.dixit,quod notarius poſſit iſta verba apponere, niſi viderit numerationem, vel depoſitionem, vt ff.depoſi.l.1.§. ſi ciſta. Quatuor ergo ſunt caſus,aut notarius atteſtatur ſoli numerationi , aut ſoli confeſſioni,aut vtrique principaliter, & coæqueue: aut apponi ablatiuum, dante,& ſoluente,in conſequentiam confeſſionis. primo & tertio caſu inſtrumentum mentitur, vel ſaltem eſt ſuſpectum,& iſta interpretatio eſt humanior: ſed ſecundo,& vltimo caſu inſtrumentum nulla ſuſpicione laborat , & idem in teſtibus eſt dicendum,vt Co.de fide inſtrum.l.in exercendis.vt ipſe clare ponit in d.l.ſi ex cautione. in lec.in 6. oppoſito, quæ incipit,item oppono à diuiſione. Concludo ergo, quod dictum inſtrumen.nihil probat, nec debet ei dari fides. Ego Baldus.

CONSILIVM XXIX.

1 *Donatio inter virum, & vxorem an confirmetur iuramento? & ſit ratio prohibitionis inter ipſos.*
2 *Impoſſibile quot modis dicatur.*
3 *Iuramentum, vbi poteſt ſeruari ſine detrimento ſalutis æternæ; quomodo ſit ſeruandum, & qualiter intelligatur.*
4 *Si de donatione inter virum & vxorem, fuerit compromiſſum adhibito patre vxoris, ſi in præſentia arbitri, & arbitratoris fuit dicta donatio confirmata, vel in aliquo immutata; an dictum compromiſſum; & laudum teneat.*

In Chriſti nomine. Caſus.vir donauit vxori prouentus quatuor milium librarum Ianuenſium, quam donationem firmauit iuramento ſolenni.Hic primo quæritur, vtrum donatio inter virum & vxorem, poſſit iuramento confirmari, adeo vt reuocari non poſſit? vel ſi moritur primo donataria, quàm donator, do-
1 natio reuocetur? † Et videtur primo, ꝙ iſta donatio confirmetur iuramento: quia tale iuramentum ſeruatum non vergit in detrimentum ſalutis æternę: ergo eſt ſeruandum, vt in c.quamuis.de pactis.li.6.de iureiu.c.mulieres. & c.debitores. cum ſuis ſimilib. Item ſi firmat contractum adulti, vt in Auth.ſacramenta puberum. ergo multo fortius firmat contractum mariti, qui eſt ætatis perfectæ: item quia donatio inter virum & vxorẽ proprie loquendo non eſt prohibita , quia ſi eſſet prohibita , non confirmaretur morte: ſed eſt potius præter.l. nec enim tanquã inter infeſtos legibus huiuſmodi donationes recipiendæ ſunt, vt ff.de do.inter virum,& vxorem.lege prima. & l.cum hic. & l. ſi prædia. vnde apparet, quod iſta prohibitio non eſt odioſa, ſed fauorabilis : fauetur. n. donatori, ne mutuo amore ſe ſpolient, non odio donatarij, vt ff.de don.inter vi.& vxo.l.hæc ratio. iura ergo, quæ videntur loqui prohibitiue, non ſignificant propriã prohibitionem: ſed hoc ſonant, quod lex talibus donationibus ſuum fauorem non adhibet, nec vult, vt ciuilibus obligatio naſcatur, vt ff.de do.inter virum, & vxo.l. Papinianus. vel ſi largo modo dicamus eſſe prohibitum, talis prohibitio eſt fauore donatoris, nõ odio receptoris. nihil enim deliquit, propter quod dignus ſit odio: tunc arguo ſic, iuri introducto in fauorem proprium, quis poteſt cum iuramento renunciare , etiam ſi alias non poſſet propter periculum periurij euitandum, vt probatũ eſt in iuribus ſuperius alle.vt plene.le.& no. extra, de fo. comp. c.ſi diligenti. ergo de primo ad vltimum concludendo iſtud iuramentum facit hanc donationem irreuocabilem; nam iurans debet cogi ad obſeruantiam huius iuramenti, quod licitum eſt de iure naturali, & diuino, quia non vergit ad delictum iurantis, nec ad aliquod, cuius executio ſit pctm̃ veniale , vel mortale. hoc tenet Bart. expreſſe de fideiuſ.in l.cum lex. In cõtrarium videtur, quod dicta donatio per dictum iuramentum non firmetur, quia ſiquidem dicta donatio eſt contra legẽ , non valet iuramentum contra vim, & auctoritatem legum, vt ff.de leg.1. l.ſi quis inquilinos.§.fi. præſertim quia auctoritas legum habet æquitatẽ naturalem. prima ne ex quadam luxuria corporis , & animi inter vir. & vxo. inducatur paupertas. nã ex luxu corporis

 facile

facile prouenit cum luxuria, & bonorum profuſio, & prodiga-
litas, vt not. inſtit. de ſucceſſ. ſubla. Item contra bonos mores, ꝙ
in matrimonio ſunt venialia, & quod detur occaſio diuortij, vt
Codi. de inſtitu. & ſubſtit. leg. reprehendenda. & d. l. 3. de do. in-
ter vi. & vxor. & ff. de ver. oblig. leg. ſi ita. §. ſi tibi nupſero. nam
denegata donatione inter virum, & vxo. interueniret rixa, &
odium, & inde ꝓueniret diuortium. vnde attento eo, quod de
facili ſequi poſſet, & veriſimiliter eueniret, licet dicta donatio
non ſit contra bonos mores in ſubſtantia, tamen eſt contra bo
nos mores in occaſione, & circumſtantiis: & nõ ſolum aliquid
reprobatur propter ſe, ſed propter accidens, & non ſolum à
malo principaliter, ſed etiam à malo incidenter abſtinendum
eſt, vt in l. 1. in princip. ff. ad maced. tunc arguo, ſiue donatio ſit
contra bonos mores vere, ſiue iuris interpretatione: quia bo-
nos mores accipimus mores ciuitatis nrã. i. Romanæ, iuramẽ-
tum nõ eſt validatorium, neq; obligatorium, quia impoſſibile
nõ validatur, nec in obligationem deducit̃, vt in regula iur. nõ
2 eſt obligatorium. † Quatuor enim modis dicit̃ impoſſibile. ſ. de
iure, de natura, de facto, & contra bonos mores: & nullum im-
poſſibilium põt eſſe poſſibile, quia ſicut poſſibili poſito in eſſe
nullũ ſequitur impoſſibile: ita econtrario, vt inſti. de ver. oblig.
§. impoſſibilis. & ff. de actio. & oblig. l. non ſolum. Item prohi-
bitum eſt, ne fideiuſſores dotium dent̃, ne ꝑfidia inter virum, &
vxo. oriat̃, nec firmatur iuramento, vt no. in l. 2. C. ne fideiuſ. do.
den. ergo ita in propoſito. Item diuortia vñr eſſe contra publi-
cam vtilitatem, quibus de facto aperiretur via, ſi poſſet donari
cum iuñ o: ergo non valet, arg. in l. 1. ff. ſol. mat. Item ſi iuramen-
tum poſſet omnia iura ciuilia reſcindere, fruſtra talia iura occu
parentur membranis. Item ſequeretur, ꝙ donatio vltra legiti-
mam ſummã valeret ſine inſinuatione, ſi apponeretur iuñum,
ꝙ eſt falſum, & ideo maior eſt lex, quàm iuñum: quia poteſt re-
ſcindere iuñum. Sed iuramentũ non põt reſcindere legem, niſi
lex vltra procedat ipſum iuñum approbando. Nam ſicut in iu-
ramento ſemper intelligitur eſſe excepta auctoritas ſuperioris.
i. principis: ita & fortius auctoritas legis, vt legi. & no. ff. de iure
3 pa. leg. adigere. §. fin. & extra de iureiurand. c. venientes. † Non
ob. illa regula, iuramentum poteſt ſeruari ſine detrimento ſa-
lutis æternæ: ergo debet ſeruari, quia iſta regula non debet ſic
formari, ſed debet formari iſto modo: iuñum poteſt ſeruari ſine
detrimento ſalutis æternæ, & non ſeruatum vergit in detrimẽ-
tum ſalutis æternæ, ergo eſt ſeruandum. ſed ſi poteſt ſeruari ſi-
ne detrimento ſalutis æternæ, tum non ſeruatum non vergit
in detrimentum ſalutis æternæ, nõ eſt neceſſe, ꝙ ſeruetur, vt C.
de legi. l. non dubium. & no. Cod. de colla. l. pactum. & C. de iu-
re do. l. ſi prædium. & ff. qui ſatiſd. cog. l. qui iuramento. eſt ve-
rum, quod in quibuſdam caſibus iura ciuilia diſcordãt à tex. iu.
canonici. & tunc ſeruandum eſt ius canonicum, non ius ciuile.
ſed reducendo nos ad propoſitum, nullus textus iuris canonici
dicit, quod donatio inter virum & vxorem, validetur iuramen-
to. ergo in hoc debemus ſtare iuri ciuili. Solutio, iſtam queſtio-
nem determinat d. Cy. & Pet. de Bellaperti. C. de ſac. ſanc. eccl.
leg. 1. & dicitur, quod aut iſta donatio fit concedendo, aut pro-
mittendo: ſi concedendo, poteſt reuocari: ſi promittendo, quia
de futuro obtemperandum eſt iuramento, ſed in hac diſtinctio
ne Pet. non ſtat Cy. nec tamen clare, vel intelligibiliter loqui-
tur. nec certe iſta diſtinctio valet, quia eadem ratio eſt in con-
feſſione validanda, quæ eſt in prouiſione obſeruanda, ſi valida-
ri poteſt ego firmiter teneo, quod donatio inter vir. & vxo. ha-
bet naturam vltimæ voluntatis: quia iſta natura eſt attributa ſi-
bi à lege, vt ſit liberum arbitrium reuocandi vſq; ad mortem. &
ſic iuramentum non poteſt facere, quin vltima voluntas poſſit
reuocari. Item non poteſt iuramentum hoc facere, ne iſta do-
natio, quæ debet eſſe liberi arbitrij, poſſit reuocari, vt Cod. de
pact. l. ſi ver. niſi. videtur enim hæc clauſula irreuocabiliter eſſe
contra bonos mores, vt no. C. de tranſact. l. cum donationis. &
contra ipſius actus naturam: & ſi diceremus, ꝙ iuramẽtum va-
lidaret, ſequerentur omnes abſurditates, quas legiſlator voluit
euitare. porro argm̃ ab abſurdo validiſſimum eſt, vt ff. de nego.
geſt. l. Pomponius ſcribit. cum ſi. Teneo igitur, quod dicta do-
natio non validetur iuramento, & quod ſi primo decedit dona-
tarius, expiret: quia non poteſt tranſire in vltimam tacitam vo-
luntatem: idem ſi reuocetur expreſſe vel tacite, alias confirma-
retur iſta conceſſio, vel aſſignatio, quia vim haberet ceſſionis
incorporalis, vt not. ff. de do. leg. penulti. & quia annui redditus
inter immobilia computantur: & eorum poſſeſſio quaſi habe-
tur, & quaſi traditur: & præſertim ſi aliquoties donataria exe-
git redditus. nam ſtatim conſtituitur in quaſi poſſeſſione, argu.
extra de cauſa poſſ. c. cum eccleſia ſutrina. & de elect. c. quere-
lam. & Cod. de ſac. ſan. ecl. l. iubemus nulli. & in Authen. de non
4 alienan. §. vult enim. † Secunda quæſtio eſt, ſi de dicta materia
fuit compromiſſum inter virum, & vxo. adhibito etiam pr̃e v-
xoris, & per ſententiam arbitri, & arbitratoris fuit dicta dona-
tio cõfirmata, vel in aliquo immutata, vtrum dictum compro-
miſſum, & dictum laudũ teneat de iure? Videtur ꝙ ſic, quia qui-
libet contractus eſt permiſſus inter virum, & vxo. excepto con-
tractu donationis, qui præſumitur etiam alio cõtractu celebra-
to, quatenus oſtendit ex rei qualitate: & tunc eatenus vitiatur,
non in totum, vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. ꝙ autem. §. ſi mari-
tus. ſed compromittere eſt contrahere: quia ſe obligant com-
promittẽtes adinuicem ad parendum ſnĩæ arbitri, & arbitrato-
ris, vt no. in Aut. vt differen. iu. col. 9. ergo iſte contractus valet.
Item inter virũ, & vxo. nullo iure ꝓhibetur iudicium, vel quaſi,
imo inuicem pñt litigare de quacunq; re excepta dote, quę no-
cent in caſu conſignationis in tut. hoc probatur. C. de fu. l. ma-
nifeſtiſſimi. §. fin. & ff. de re iud. l. non tm̃. valuit igitur compro-
miſſum & laudum inde ſecutum. In contrarium videtur, quia ſi
non valet principale, non valet, ꝙ ex eo ſequitur, vel ob id dico,
ꝙ non valet, quod ex eo ſequitur immediate, nec ꝙ ob id ſeq-
tur. ſ. mediatè, vt C. de legi. & conſti. l. non dubium. & ideo ſi in-
teruenit tranſa. inter virum, & vxo. ſuper donatione ꝓcedente,
etiam cum auctoritate prætoris, tranſactio eſt nulla ipſo iure.
primum probatur, ff. de tranſa. l. cum hi. §. ſed cum lex. ſecundũ
probatur, quia arbiter, qui ſuccedit loco prætoris, non põt de-
cernere, vt valeat donatio iuri contraria, vt ff. de act. & obl. l. a-
ctiones, quæ non propriis viribus. tertio hoc probatur: quia
tranſactio quædam donatio eſt, qñ ei liberalitas ineſt, text. eſt
not. in l. 1. §. ſed ſi rem. ff. ne quid in frau. patro. quarta, & vltima
ratio eſt, quia abſurdum eſt, ꝙ legis authoritas poſſet per com-
promiſſum circunueniri: ꝙ argm̃ ab abſurdo ſumit̃ à diſcretio-
ne naturali, quæ eſt immutabilis. & hoc argumẽto vtitur legiſ-
lator. l. Põponius ſcribit. ff. de nego. geſt. & in infinitis locis in
iure. nec perſona patris adhibita, etiam ſi pater ſe obligaſſet, qđ
quam operaretur, vt ff. qua. re. actio non da. l. 1. §. exceptiones.
& quia inter ſoceros eadem eſt prohibitio, quæ inter vir. & v-
xor. ad hoc facit. ff. de condi. & dem. l. hæres meus. §. qđ in frau-
dem. Vnde de primo ad vltimum cõcludendo, cum debeamus
recurrere ad radicem, & originem, & ſi illa eſt vicioſa, totum eſt
vicioſum, vt ff. de fideiuſſ. l. tutor. ff. de don. l. qui id quod. Item
quod ratione caret, extirpandum eſt, vt dictum decretum, &
decretalis dicit, quod non debet etiam iuſiurandum illius pa-
ctionis informari, vt extra de fo. compe. cap. ſi diligenti. §. fina.
& facit ff. de legi. leg. fraus. cum tota ſua materia. & ita teneo.
Ego Baldus.

CONSILIVM XXX.

1 *Statutum loquens, quod filia dotata non ſuccedit, an extendatur ad filiam filij mei.*
2 *Statutum excludens fœminas dotatas extantibus agnatis habet locum extantibus agnatis: & ſic an ſtatutum laicorum proſit clericis.*
3 *Statutum loquens de patruis, an extendatur ad nepotes.*
4 *Statutum loquens de fratre an extendatur ad fratrem vterinum.*

In Chriſti nomine. Præſuppoſito ſtatuto,
quod filia à pr̃e dotata
1 non ſuccedat dotanti, vel alij deſcendenti ex eo. † Quæritur,
vtrum ſi dotaui filiam filij mei viuentis, vel præmortui, intelli-
gatur ſtatutum de ea loqui? & videt̃, quod non, quia in ſtatutis
licitum eſt loqui ab enumeratione perſonarum facta per ſtatu-
tum, vnde perſonæ, quæ non enumerantur, neglectæ videntur
à ſtatuti prouidentia, & etiam econuerſo à ſtatuti odio, vt ff. ſo.
ma. l. ſi vero. & §. de viro. & inſti. de bon. poſſ. in 2. col. & Cod. de
ſec. nup. l. 1. & C. de natu. lib. l. 1. in ſi. ff. de inoffic. teſtam. l. 1. ff. de
don. inter vir. & vxor. l. 3. ſed ſtatutum non loquitur de dotata
ab auo, ergo non diſponit de ea: quia quod non mutatur, ſtare
non prohibetur, vt Codi. de teſtamen. l. ſancimus. nam in cor-
rectione legum opus eſt verbis legis municipalis: ex coniectu-
ris enim tacitis, quæ ex interpretatione verborum non proue-
niunt, legum correctio non fit, vt C. de fur. l. apud antiquos. &
no. de ſac. ſan. eccl. auth. quas actiones. In contrariũ ꝓ iſta parte
facit:



facit: quia licet auus dotet neptẽ contemplatione filij ſui, vt ff.
de colla. bon. l. dedit dotem. tamen hoc eſt per quandam fictio-
nem, ꝙ id, quod facio, ego interpretor factũ à filio meo, vt not.
ff. de vi. & vi ar. l. 1. §. quoties. ſed ſtatuta non recipiunt fictionẽ,
quoties poſſunt diſponere ſuper caſu vero, vt no. ff de neg. geſt.
l. 3. §. hæc actio. niſi expreſſe diſponãt de caſu ficto: & tũc omnia
alia iura, quę loquuntur de caſu vero, trahuntur ad fictum, vt ff.
ſi cert. pet. l. ſingularia. & l. nam & ſi fur. ad l. Fal. §. lex Falcidia,
& facit ff. de lib. & poſthu. l. filio, quem pater. C. de his, qui ve.
æta. impetra. l. ſi. In contrarium videt̃, quia nihil refert, vtrum
aliquid fiat à me, vel ab aliquo ꝓ me, vt ff. de ver. ob. l. cũ ſeruus.
vnde dotata intelligitur ab aliquo, quæ eius contẽplatione do-
tata eſt à quocunque, vt ff. de iu. do. l. profectitia. in prin. dico de
contemplatione immediata, & proxima, vt ff. de vulg ſub. l. ſed
ſi plures. §. in arrogato. & hoc operatur intellectus facientis, &
recipientis, vt ff. de hære. l. quidam cum filium. nam intellectus
transfert factum in ius, & transfundit de perſona in perſonam
in his, quæ non cohærent perſonæ, ſed cauſæ: vt in regula iuris,
qui per alium, vt C. de ca. tol. §. ne autem. hoc apparet tali de-
monſtratione, ſi primo morior, quàm filius meus, deinde mo-
ritur filia eius, filio meo conſolidatur actio dotis profectitiæ,
vt ff. ſol. mat. l. 2. ergo vere, & realiter dotata eſt à filio meo: quia
quod ego feci, ad eum transfuſum eſt. Solutio: ſi filius meus de-
ceſſerit me viuo, iſta nõ eſt dotata à patre, nec habet locum ſta-
tutum: quia non poteſt intellectus accipere, quod à præmor-
tuo ſit dotata, vt ff. de oper. li. l. qui libertinus. §. poſthumus. ſed
ſi ego primo deceſſi, iſta dicitur propriè dotata à filio meo, quia
realitas dotationis ab auo in filium, & à filio in filiam eius vide-
2 tur eſſe transfuſa. † Quæritur vtrum ſtatutum, quod excludit fi-
liam dotatam exiſtentibus agnatis, vẽdicet ſibi locum, ſi agnati
ſunt clerici? & videtur, ꝙ non: quia in ſtatutis laicorum non
continentur clerici, vt extra de conſti. c. eccleſia S. Mariæ. quia
ipſi non ſunt de corpore laicorũ. 12. q. 1. c. duo ſunt genera Chri-
ſtianorum. adeo ꝙ etiam ſtatuta fauorabilia ſuper rebus eccle-
ſiarum facta non tenent, vt 91. diſt. c. bene quidem. In contrariũ
eſt veritas: quia ita continent̃ clerici in fauoribus, ſicut laici. 16.
diſt. c. ſi in adiutoriũ. nã vbi eſt eadẽ ratio, ſicut eſt hic ipſa agna-
tio, non debet clericatus obeſſe, ſed prodeſſe, vnde pariter in-
cluduntur clerici ſicut laici, vt legi. & no. ff. de iu. do. l. promit-
tẽdo. in prin. ad hoc facit extra de fo. cõp. c. dilecti, vbi expreſſe
habetur, quod priuilegium conceſſum populo prodeſt cleri-
cis, nec mirum ſi commoda eis conferre poſſumus, quibus gra-
uamina inferre nequimus: vt not. C. vbi ſena. vel cla. l. quoties.
& no. ff. de reg. iur. l. nemo qui condemnare. vbi eſt optima gl.
de clerico comprehendendo in fauoribus ſtatutorum, & in o-
diis non comprehendendo, licet gloſſ. illa in iudiciis conten-
tioſis non ſit vera, vt extra de iudi. c. at ſi clerici. & extra de foro
3 comp. c. ſi diligenti. † Secundo quæritur, pone, quod ſtatutum
dictat, ꝙ frater dotantis excludit filias dotatas: modo ſupereſt
frater, & filius alterius fratris. Quæritur, vtrum filius alterius
fratris ſuccedat vna cum patruo ſuo, & videtur, quod ſic: vt in
auth. vt fratrum filij. in rubro & nigro. & C. de leg. hæ. aut. poſt
fratres. nec reperitur, ꝙ ſtatutum dictet cõtrarium. ſed videtur,
ꝙ filius fratris nõ ſuccedat: quia beneficiũ ſtatuti dirigitur ſoli
fratri dotantis, & iſte frater eſt ille, qui aduocat hæreditatem
fœminis: & ſi frater non eſſet filius fratris, non excluderet eas:
ergo filij fratris non faciunt ex patruo patrem, cum non vocen-
tur. beneficium enim ſtatuti de ſolo fratre loquitur, non de fi-
liis fratris, vt ff. de inoffi. teſt. l. 1. & C. de inoffi. teſt. l. fratres. ſta-
tutum enim habet non ſolum virtutem excluſiuam filiarũ, ſed
habet virtutẽ applicatiuã hæreditatis ad fratrem. igit̃ frater ſo-
lus inſolidum ſuccedit. Porro edictum ſtatuti non ſic aperitur,
quemadmodũ aperitur edictũ prætoris. nã nec illud aperiretur
niſi pręṫor dixiſſet, vt ff. de cõtrata. l. ſi poſt mortẽ. §. fi. & ad hoc
facit ꝙ leg. & no. ff. de inof. teſt. l. pater filiũ. ſecundũ illã lectu. ꝙ
pr̃ veniat ꝑ querelã inofficioſi: & ſic ꝑ filiũ ꝑteritũ nõ aperit̃ cõ-
tra tabulas patri. ita dico in ꝓpoſito, ꝙ via inteſtati nõ aperit̃ ꝑ
patruũ nepotibꝰ de qbus ſtatutũ nõ loquit̃, vt C. de colle. l. illã.
ibi, eo ꝙ nulla cõſtitutio, &c. Nã illud eſt validũ, ar. l. nõ cauet̃.
ergo iuſte nõ petit̃, vt in auth. de trien. & ſemiſ. §. cõſideremus.
Itẽ ꝙ vni cõcedit̃, aliis vr̃ denegatũ, vt C. de teſt. mil. l. ſicut cer-
4 ti. † Tertio quæritur, ecce, ꝙ trãſuerſales paterni ꝑferunt̃ in pa-
ternis, & materni in maternis, vt no. in d. auth. poſt fratres, & ſic
bona, q̃ ſunt vnita in ꝑſonam defuncti, diuiſionem recipiũt in
ꝑſonam hæredẽ: ꝙ eſt contra naturã vnionis. ff. de ſepara. bo. l. 1.
§. ſciendũ. ff. de vulg ſubſti. l. ſed & ſi plures. §. filio. Pone ergo,
ꝙ ſupereſt frater cõſanguineus: tantũ iſtarũ filiarũ dotatarum,
& vterinus tantum, nunqd vterinus ſuccedit in vterinis bonis?
Reſpondeo, ſi ſtatutũ loqueret̃ de fratre ſimpliciter, fieret diui-
ſio modo ꝑdicto: ſed ſi loquitur de agnato, ſolus cõſanguineus
eſt agnatus frater aut vterinus agnatus nõ eſt: quia iura agnatio-
nis per fœminas nõ oriuntur, qa nec iura familiæ. i. poteſtatis,
vt ff. de adop. l. q in adoptionem datur. nõ ob. C. de legi. hære. l.
meminimus. §. ſed nec fratrem. quia ibi loquitur de iure cõmu-
ni. hic nos ſumus in iure municip. pręterea, nec ibi dicit, ꝙ vte-
rinus ſit agnatus, licet interdum habeat iura agnatorum, ſtatu-
tum autem de agnato loquitur, & nõ ſequitur, habeo ius agna-
ti, ergo ſum agnatus. Reſpondeo ego ad quæſtionem iſtius cle-
rici, quod iſte clericus ſuccedit in beneficio ſtatuti: & quod ſuc-
cedit in omnibus excluſis filiabus dotatis ſecundum formam
ſtatuti, quia ſtatuta facta à laicis proſunt clericis. 10. diſt. ca. ſi in
adiutorium, & ita cõſuluit Oldr. & ſi mulieres iſtæ dotatæ ſunt
in poſſeſſione, non poſſident iuſte inſpecto ſtatuto municipali.
& ideo tenetur petitione hæredi. & ad poſſeſſionem rerum hę-
reditariarum reſtituendam. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXI.

1 *Statutum volens, quod quilibet emptor, & venditor teneatur ſoluere tale quid, an habeat locum quando quis emit ab eccleſia? & quid iuris ſit, quando eccleſia venit res, pro quibus ipſa non ſoluebat gabellas, an emptor ipſe teneatur ſoluere & nu. 2.*

In Chriſti nomine. Stat. ciui. Aſtẽſis caue-
tur, ꝙ quilibet vẽditor
& emptor inſolidum teneatur ſoluere certam gabellam. modo
1 quidam ſubditus ſtatuentiũ emit ab eccleſia. † Quęritur, vtrum
gabella debeatur? & certum eſt, ꝙ eccleſia non tenetur: quia
non eſt ſubiecta ſtatuentibus. nã ſtatuta condere eſt iuriſdictio-
nis, vt patet ex diffinitione iuriſdictionis. ff. de iuriſdi. om. iu. l. 1.
& ſtatutum fit quandoq; iure principatus, & appellatur conſti-
tutio: vt ff. de conſti. prin. in rubro, & nigro. interdũ fit iure po-
li: & appellatur ſtatutum municipale: vt ff. de decre. ab ord. fa.
l. municipali. interdum fit iure magiſtratus: & appellatur edictũ
prætoris. vnde & conſtitutio epiſcopi edictum prætoris eſt, vt
C. quod quiſque iur. l. 1. §. qui magiſtratum. interdum fit iure
congregationis licitę, & appellatur ius ciuile illius corporis, vel
collegij, vt ff. de conſti. prin. l. 2 in fi. à quocunque tamen fit ſta-
tutum validũ, dicitur fieri ex iure iuriſdictionis in genere ſum-
ptæ. cum igitur laici in clericos nullam habeãt iuriſdictionem,
vel poteſtatẽ, nõ poſſunt aliquã ſtatuere cõtra eos, vel in ipſos,
vt extra de cõſti. c. eccleſia S. Mariæ. libertas. n. clericorũ tanta
& talis eſt, ꝙ nõ poteſt ſubijci legibus laicorũ: quia ſcriptum eſt,
nolite tangere Chriſtos meos. ſ. nec in perſona, nec in bonis, vt
no. in aut. de non alie. §. vult enim. hoc probatur expreſſe etiam
de iure ciuili. C. de ſa. ſan. eccle. l. placet. Item probatur per no-
uiſſimas conſtitutiones Federici Imperatoris. C. de ſa. ſan. eccl.
Auth. caſſa, & irrita. & C. de epi. & cle. Authen. item nulla cõ-
2 munitas. † Modo ſequitur videre, licet eccleſia non teneatur,
vtrum laicus teneatur? Et primo inquiramus de mente ſtatuti.
Secundo de potentia, præſuppoſita mente pro certa. & redeo
ad primum: & videtur, ꝙ mens ſtatuti non fuerit obligare niſi
contrahentes, qui pariter poſſunt obligari, vt ff. de vulg. ſub. l.
hoc iure. §. ſed ſi alter. & C. de impu. & aliis ſub. l. quamuis, in
cõtrariũ vr̃. ꝙ ſi duo rei inſolidũ cõſtituũt̃, vnus vtiliter alter in-
utiliter, vel duo fideiuſſores, vtile ꝑ inutile nõ vitiat̃. vnde q põt
obligari, obligat̃: & q nõ põt obligari, nõ obligat̃. vt ff. de fideiuſ.
l. ſi Titius, & Seia. vr̃ in ꝓpoſito, ꝙ obliget̃ ſubditus, & nõ obli-
get̃ eccleſia. Solutio: prima facie hæc queſtio vr̃ terminari ꝑ ca-
ſum ad literã. ff. de publica. l. licitatio. §. mercatores. vbi dicit̃, ꝙ
ſi aliquis emit à fiſco, licet fiſcus nõ teneatur ad vectigal, tenet̃,
tñ ipſe emens, hic eſt cõſiderãdũ. Nã aut onus gabellę eſt anne-
xum cõtractui, aut cõtingit ex actu ſeparato: puta emi frumen-
tum ab eccleſia, & illud exporto ꝑ loca, in quibus gabella col-
ligitur. primo caſu non videtur ſtatutum loqui de contractibus
celebratis cũ eccleſia, qa per indirectum eſſet contra liberta-
tem eccleſiæ, nam tanto minus eccleſia venderet rem ſuam,
quantum eſt illud onus: pluris enim venditur res libera, quam
res onerata: nam lege vel pacto iſta ratio ſubtiliter ponitur.


ff. de

ff. de ſer. expor. in l. ſi venditor. Si autem iſtud onus contingit ex
facto ſeparato, ꝙ nihil habet cõmune cum origine contractus,
tũc emptor tenetur ſoluere licet eccleſia nõ teneẽ ſoluere: qa
factũ emptoris nihil habet cõmune cum facto eccleſiæ: vt d. §.
mercatores. licet Bart. dicat ibi, ꝙ munera extraordinaria talis
emptor non tenetur ſubire, cum habet titulum ab eccleſia. Er-
go ſi emo fundum ab eccleſia, quæ non ſoluebat decimas, &
collectas extraordinarias, & arbitrarias, nec ego tenebor ſolue-
re etiam pro tempore futuro. Quod ſalua reuerentia doctoris
mei verũ non eſt, quia mutato ſtatu perſonæ rei ſtatum conue-
nit immutari, vt C. de impo. lucra. deſcrip. l. 1. lib. 10. Et quod ob
reuerentiam clericorũ, vel eccleſiæ conceditur, eos non egre-
ditur, vt ff. ſol. ma. l. alia. §. elegãter. vnde colonus partiarius be-
ne ſoluet decimas de ſua parte, licet monaſterium, à quo con-
duxit, nõ ſolueret de ſua portione, quia diuerſitas perſonarum
ſeparationem recipiunt, arg. C. ſi vnus ex pluribus ap. l. 1. in ra-
tione literæ. porro in vno caſu poſſet ſaluari, ꝙ vbi eccleſia non
ſoluit pedagium, nec emptor. ſ. quando emptor ex pacto tranſ-
portaret merces expenſis eccleſiæ, arg. ff. loc. l. pe. §. nauem. Ex
prædictis apparet, quod etiam ſi clara eſſent verba ſtatuti: quia
loquerẽtur tam de perſonis ſubiectis, quam de non ſubiectis:
tamen nec plus nec minus deberet ſolui gabella, quam vt ſupe-
rius dixi. Et multum commendo ſubtile conſilium in iſta ma-
teria latum per I. V. doc. dominum Manuelem de Aſt, chariſſi-
mum meum. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXII.

1 *Ius patronatus an veniat in venditione vniuerſitatis. & nu. 3.*
2 *Appellatione bonorum an veniat ius patronatus.*
4 *In poſſeſsione iuris patronatus qualiter quis eſſe dicatur.*

In Chriſti nomine. Quidam nobilis habe-
bat ius patronatus in
eccleſia ædificata per ſuos anteceſſores: eratque in poſſeſſione
iuris patronatus, & præſentandi ibi rectorem pro tempore prę-
ſentandũ. Qui nobilis habebat latũ territoriũ, & terras, intra
quorũ fines erat dicta eccleſia patronalis, cũ nõnullis poſſeſſio-
nibus aſſignatis dictæ eccleſiæ à dictis fundatoribus, quarũ re-
rum dicti nobilis cum ſuis honoribus pro quarta parte fuit data
ꝑ iudicẽ ſecularem, vel ꝑ pactũ inſolutũ quarta portio cuidam
1 alteri nobili. † Modo q̃ritur, nunquid ius patronatus ad dictũ
nobilẽ, qui accepit inſolutum, tranſierit aliquo modo? & vide-
tur, ꝙ ſic: quia ius patronatus eccleſiæ videtur eſſe ius reale: &
ideo tranſit cum vniuerſitate p̃diorum vendit. inter quorũ prę-
diorum fines eſt dicta eccleſia: iuxta illam regulã, ꝙ q̃dam tranſ-
eunt cum vniuerſitate, quæ per ſe vendi, vel permutari nõ poſ-
ſunt, etiam ſi ſint ſacri, vel religioſi iuris, vt ff. de contrah. emp.
l. in modicis, & l. quædam. ff. de acq. re do. in cõtrarium vr̃, quia
ius patronatus eſt eccleſiæ ius annexum ſpirituali: & ideo per
contractum laicorum transferri non poteſt: nec per dationem
inſolutum factam à iudice ſeculari: vt extra de iud. c. cæterum.
2 † Quæritur etiam vtrum appellatione bonorum contineatur
ius patronatus, & dico, quod non: quia eſt magis onus quam
honor: vt plenè leg. & no. 16. q. vlti. c. piæ mentis, vel ſaltem eſt
quid mixtum, quod continetur appellatione ſimplicium, vt ff.
3 de leg. 3. l. hoc legatum. † Solutio, ius patronatus eccleſiæ tran-
ſit cum vniuerſitate ad hæredem vniuerſalẽ: quia tranſit ex ne-
ceſſitate, vt d. l. quædam. ſed tranſit ad emptorem vniuerſalem,
qui emit non ſolum res corporales, ſed iura, vt ad emptorem
caſtri, & villæ cum iuribus, & pertinẽtijs, vt extra de iure patro.
c. ex literis, ſed non tranſit ad emptorem rerum corporalium
tantum: quia ius patronatus incorporale eſt: & licet adhæreat
eccleſię, q̃ eſt corporalis materiali modo, tamen eccleſia eſt ex-
tra commercium, vt ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram.
& eccleſiæ quæ eſt extra commercium, ius patronatus accedit.
vnde ſi nõ venit principale. i. eccleſia, nec acceſſoriũ. Nõ dico,
ꝙ eccleſia poſſit aliquo modo vendi, vel alienari: ſed ipſum ius
p̃ſentandi, ſi vniuerſitas vẽderet, trãſit cũ vniuerſitate: qa vni-
uerſitas cõtinet in ſe corporalia, & incorporalia: vt le. & no. ff.
de ver. ſig. l. rei appellatione. & ff. de hær. vel actio. vendi. l. 2. §.
ſed ſi vendiderit hæreditatem. & l. vẽditor ex hæreditate. Con-
ſideranda ergo ſunt verba contractus, vtrum venditio ſit facta
ſub forma vniuerſitatis, in qua contineantur corporalia, & in-
corporalia. & tunc ius patronatus continetur, aut ſunt venditæ
res corporales tantum, & tunc ius patronatus non continetur,
dico autem, quod ſi ſub nomine territorij eſt facta venditio cõ-
tinentur iuriſdictiones, ergo & incorporalia, ſi vero ſub nomi-
ne prędiorum deſcriptorum, & confirmatorũ, tunc non conti-
netur ius patronatus, vt no. Inno. in d. c. ex literis, de iure patro.
& probatur. ff. de actio. emp. l. fundum nihil. & ideo lector in-
ſtrumenti ex hoc habet ſolutionem quæſiti: vt C. de proba. l. ad
ꝓbationem. ff. de fidei. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro Au-
relio. & facit, quod ſcripſi in c. 1. de ca. qui cu. vendi. col. 10. & ꝙ
no. per Dy. in l. ergo. ff. de acq. rer. do. Si autẽ epiſcopus cõcede-
ret mihi caſtrũ, non intelligeret mihi cõcedere decimas, ſed tẽ-
poralia tantũ, vel tẽporalibus annexa, ſecundũ In. Porro omne
vniuerſale collectiuũ eſt: nã ſub vno nomine colligit in ſe cor-
poralia & incorporalia iura, vt hæreditas, bonorũ poſſeſſio, pa-
trimoniũ, peculiũ, territoriũ, & caſtrũ, cui iuriſdictio ineſt. no-
mina autẽ rerũ corporaliũ, q̃ ſuis finibus circunſcribuntur, nõ
ſunt vniuerſitas, nec q̃d vniuerſale, vt inſt. de fideic. her. §. ſi quis
4 vna. & plenè leg. & no. ff. de tran. l. cõtrou. † Illud etiam nõ eſt o-
mittẽdum, ꝙ ꝑ vnicũ actum p̃ſentationis acquiritur quaſi poſ-
ſeſſio p̃ſentandi de cauſa poſ. cum eccleſia. niſi p̃ſentatio ſit re-
iecta ꝑ ſuperiorẽ: quia tunc expulſus ab actu per talẽ actum poſ
ſeſſionẽ acquirere nõ poteſt ſicut expulſus à fundo nõ poſſidet
fundum. Itẽ eodẽ modo in incorporalibus, cum eorũ quaſi poſ-
ſeſſio nõ acquiratur, niſi per patiẽtiã, vt ff. de ſerui. l. quoties. ex
quo ſequitur talis cõcluſio, ꝙ ſi non eſt admiſſus, neq; repulſus,
vel eſt oppoſita cõditio, de cuius veritate incerti ſumus. ꝙ talis
præſentans per talem præſentationem non incipit poſſidere,
nec tanquam poſſeſſor poteſt præſentare deinceps, niſi denuo
poſſeſſionem nanciſcatur. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXIII.

1 *Pactum de non probando ſolutionem, niſi per inſtrumentum publicum, &*
*finem faciens non obſtat quin etiam per teſtes probari poſsit. & nu. 4.*
2 *Mala grammatica non habet vitiare, quando conſtat de mente contra-*
*hentium.*
3 *Teſtes quando dicantur ſingulares, & varij.*
5 *Compenſatio non eſt probatio.*

In Chriſti nomine. Verba inſtrumenti. di-
ctus Nicolinus fuit cõ-
feſſus habuiſſe, & recepiſſe mille à Titio, renunciando omni
probationi ſolutioni ſiue inſtrumento inciſo, vel alio fini omni
iuri, & legum auxilio. & ad ſic obſeruandum conſul iuſtitiæ cõ-
demnauit, & iurauit non cõtrauenire. accidit, ꝙ mortuo dicto
Nicolino vxor quondam dicti Nicolini, & tutrix teſtamentaria
communium filiorum recepit à quondam debitore dicti Nico-
lini dictas mille lib. quę ſtatim peruenerunt ad manus dicti cre-
ditoris, & quas ſecum exportauit, vt probatum eſt per teſtes,
obijcitur, quod dictis teſtibus non eſt ſtandum: quia renuntia-
tum eſt probationi teſtium: & ſolummodo reſeruata eſt proba-
tio per dictum inſtrumentum inciſum vel aliud inſtrumentum
1 ſimile finem faciens. Quæritur quid iuris. † Et hic ſunt tria cõ-
ſideranda, primo, an potuerit renũciari, & gl. in Aut. vt ma. de-
bi. & cre. §. quia vero. dicit, quod non. quæ glo. poſſet intelligi,
quando debitum contractum probatur per teſtes, ſed quando
probatur per publicum inſtrumentum, videtur valere renun-
ciatio, ſeu pactum, quod ſolutio non poſſit probari, niſi per in-
ſtrumentũ debiti inciſum, vel aliud inſtrumẽtum publicũ: vt C.
de non nu. pec. l. generaliter. & ff. de ſo. l. prout quiſque. ff. de re.
iur. l. nihil tam naturale. Secundo eſt videndum: quia ſcriptura
non videẽ hoc dicere. nam illa verba, vel alio fini. ſunt obſcura:
non enim dicunt, vel alio inſtrumento finis. Porro finitum dici-
tur debitum, ꝙ ſolutum teſtibus cõprobatur: vt C. de tranſa. l.
fratris. Itẽ video, ꝙ licet ſententia feratur in ſcriptis, tamẽ ſolu-
tio poteſt ꝓbari per teſtes: quia ſatis eſt, ꝙ hoc nõ ſit iure ꝓhi-
bitum, vt C. de fide inſtr. l. in exercẽdis. Itẽ appellatione inſtru-
mentorũ cõtinentur teſtes, niſi adijciatur, inſtrumentorũ pu-
blicorũ, vt ff. de ver. ſig. l. notionẽ. §. inſtrumẽtorum. Itẽ ad hoc
faciat: quia mulier ſoluit, cui licitum eſt ignorare apices iuris,
prętertim cum tractetur de damno vitãdo, vt ff. de ꝓba. l. cũ de
indebito. Item quia fuit ſolutum nomine pupillorũ, cum quo-
rum iactura nõ debet creditor locupletari. nec ob. iuramẽtum,
quia iurans erat mortuus, vt no. Inn. extra de iureiu. c. veritatis.
In contrarium videẽ, quia illud, ꝙ eſt ordinarium, & cõuentum
cum defuncto, & maxime quãdo eſt iuramentũ ſtabilitum ſer-
uandũ eſt: ẽt ſi pupillus hæres exiſtat, vt plene le. & no. ff. de mi-
no. l. Emilius Largianus. nec imperitia tutricis, vel pupilli tollit
ius pu-



ius publicum. nec ob. ꝙ illa verba, vel alio, ſint imperfecta: quia
ſunt imperfecta voce, ſed non conſenſu, vt ff. de leg. 2. l. cum pa-
ter. §. cum imperfecta. Itẽ verba trahenda ſunt ad intellectum,
non intellectus ad verba, vt C. de lib. præt. vel exhæ. l. 3. erit ergo
ſenſus iſte, vel alio, ſupple inſtrumẽto. fini. i. finis. & hoc proba-
tur ſic, coniunctio diſiunctiua, vel, inducit tacitam repetitio-
nem, vt plenè no. ff. de leg. 3. l. in repetẽdis. cum ergo dictum ſit
ſupra de inſtrumẽto, ergo intelligitur repetere ſimiliter de in-
ſtrumento: & maxime, cum verba debeant aliquid operari, vt
ff. de vſu. l. ſi ſtipulatus. & in l. 1. ff. ad municip. & ff. ad Trebel. l.
baliſta. & ff. de leg. 1. l. ſi quando. in prin. Item diſiunctiua, præ-
ſumitur poni inter paria, vt ff. de reb. dubiis. l. 1. & cõiunctio in-
ter ea, quæ ſunt eiuſdem qualitatis, & rationis, vt ff. de vino leg.
l. fi. §. cui dulcia. & ff. de penu le. l. nam quid liquidæ. §. ſi cui. & ſi
aliquis diceret, ſi ſubaudias alio l. inſtrumẽto, eſſet mala gram-
3 matica, contra l. Plaucius. de auro & argen. leg. † Reſpondeo,
cum conſtet de mente cõtrahentiũ, mala grãmatica non habet
vitiare: quia leges noſtræ non ſubiacẽt Priſciano, vt C. de teſta.
l. quoniam indignum. allegatur etiam, quod teſtes ſunt varij, &
ſingulares. circa quod dicendum eſt, ꝙ aut teſtes referunt ſe ad
diuerſos terminos, aut ad vnum communem terminum. primo
teſtes ſunt ſingulares, ſecũdo non, vt no. ff. de teſt. l. ob carmen.
§. fi. in fi. & per Bar. in l. 1. in fi. ff. quemad. teſta. ape. & ideo eſt ma-
4 teria noſtra: quia pręſuppono, ꝙ teſtes ſint conteſtes. † Quęſtio
ergo noſtra debet ſic ſolui: aut tu quæris, vtrum teſtes probent
exceptionem ſolutionis. & non probant: aut exceptionẽ com-
penſationis, & probant, quia pactum cõuentum non loquitur
de compenſatione: ſed ſolum de fine, & refutatione. verũ eſt, ꝙ
ille qui compenſat, ſoluit. ſ. facta compenſatione: ſed tunc fiet
inde inſtrumentũ publicum, quemadmodũ enim in iudicio of-
ferre pecuniam ſufficit debitori, ita ſufficit ſi in iudicio offertur
compenſatio, vt ff. de conditio. & demonſt. l. Iul. el. 1. item com-
5 penſatio non eſt ſolutio proprie, † & ideo pactum de probanda
ſolutione non eſt pactum de non probanda compenſatione:
quia ſunt diuerſa, licet cõcurrant finaliter in eundem finem, vt
ff. de neg. geſt. l. debitor. item eſt conſiderandum, ꝙ minor ad-
uerſus omiſſionem inſtrumenti poſſet in integrũ reſtitui: nam
per in integrum reſtitutionem interdũ ſequitur, vt non factum
habeatur pro facto, vt ff. de minori. l. ſi ex cauſa. §. nunc viden-
dum. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXIIII.

1 *Bannitus per ſex menſes ipſis elapſis poteſt impune redire: & punitus ali-*
*quali pœna minori, licet maiorem meruerit, non poteſt iterum puniri*
*maiori pœna. & nu. 2.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, Guido
de publica inq̃ſitus fuit
per dominum Vicecomitem Limiſanæ poteſtatem terræ Sara-
zanæ: & repertus culpabilis, eo ꝙ ad eius notitiã ꝑuenerat, qua-
liter germanus ipſius Guidonis tractabat ꝓdere Sarazanã. eo ꝙ
dictus germanus ei p̃dictũ tractatũ ꝓpalauerat: qui dictus Gui-
do ei cõſentire noluit, immo fortiter increpauit, quod nunquã
aliquis de eorum domo ꝓditor fuerat: & quod ab his penitus
deſiſteret: tamen quia nõ reuelauit officialibus ac dicto domi-
no Vicecomiti: per eum fuit relegatus extra territorium ꝑ ſex
menſes. Ex prædictis quæritur de duobus, primo, an prædictus
Guido poſt terminum ſex menſium poſſit libere ad locum ei
temporaliter interdictum redire, ſecundo ſuppoſito quod ſic,
an de iſto delicto poſſit amplius puniri, & queri, eo quod le-
uiori pœna fuerit punitus. Quamuis huius primi dubij modi-
ca ſit dubitatio, immo nulla: tamen quia de facto conſultus re-
ſpondere cogor: † & dico ꝙ quandoq; quis eſt relegatus ſim-
1 pliciter vel in perpetuũ hoc expreſſo, & iſto caſu pœna eſt per-
petua, vt ff. de leg. l. fi. & C. de pœnis. l. ſeruus. & iſte non eſt caſus
noſter. Quandoq; quis eſt relegatus ad beneplacitum iudicis:
puta dixit iudex, relego te quouſque voluero, vel quouſq; mi-
hi placuerit, vel quouſque te reuocauero. & dic, vt no. Bar. ff. de
verb. oblig. l. centeſimis. §. fin. quandoque quis eſt relegatus ad
tempus termino non expreſſo, & intelligitur tempus decen-
nij. Iſte eſt caſus vnicus in iure, & notabilis. ff. de pœn. l. ſine prę-
finito tempore. & ſimiliter iſte non eſt caſus noſter. quandoq;
quis eſt relegatus ad tempus eo expreſſo, & declarato: puta vſ-
que ad biennium, vel triennium, vel quinquẽnium: & iſte eſt
caſus noſter, in quo ſine dubio dicendum eſt, finito tempore
ſex menſium pœnam eſſe extinctam, & libere poſſe redire ad
locum temporaliter interdictum. nam vno tempore prohibi-
tum alio tempore videtur ipſo iure conceſſum: vt ff. de leg. 2. l.
ſtatuliberum. §. ſtichum. ff. de poſtulando, l. imperator. & de
iudi. l. cum prætor. cum ſimili. Nam ſententia temporalis non
trahitur ad perpetuitatem, vt C. de his qui no. infa. l. & ſi ſeue-
rior. vbi eſt expreſſum, vt alibi dicimus in pacto. ff. de pac. l. epi-
2 ſtola. §. fin. † Circa ſecundum dubium an iterato poſſit de iu-
re puniri: eo quia iudex non impoſuit pœnam delicto conue-
nientem, & videtur quod ſic: quia videtur, ꝙ iudex non poſſit
minorare pœnam legalem. l. 1. §. calumniatoribus, ff. ad Turpil.
Præterea iſtud videmus in ciuilibus. nam non licet iudici muta-
re in ſententia, quod petitum eſt in libello. ergo ſimiliter mu-
tare non poteſt pœnam deſcendentem ex delicto. Præterea iu-
dex iurauit ſeruare leges, vt C. de iudi. l. rem non nouã. quibus
rationibus videtur dicendum, quod iudex non potuiſſet mino-
rare pœnam. In contrarium puto de iure dicendum. ſ. quod iu-
dex poſſit pœnam minuere ex cauſa, vt ff. de pę. l. hodie. & not.
per doc. ff. de his, qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. Cau-
ſa autem in caſu noſtro potuit eſſe ratione euentus non ſequu-
ti, licet iuris rigore eadem pœna debuerit imponi ratione attẽ-
tati, vt no. ff. de pœnis. l. aut facta. §. euentus. & ibi per Iacob. de
Are. & maxime in caſu noſtro: cum iſte, de quo quæritur, forte
& veriſimiliter fuerit cauſa delicti non conſumati, ſed ſanguinis
coniunctio eum ad taciturnitatem conduxit: & ſimiliter & pie
tas. ex quibus cõcludo ratione huius delicti non poſſe amplius
de iure puniri, ſeu moleſtari. & quotidie ita de iure videmus
practicari, ergo &c: argum. ff. de extraor. cri. l. ſaccularij. §. ſunt
quidã. & eſt expreſſum vbi ex cauſa maieſtatis quis fuit relega-
tus. ff. de pœnis. l. eorum. Ego Baldus. & Iacobus de Iſolanis.

CONSILIVM XXXV.

1 *Intelligitur fieri mentio de cauſis, eo ipſo quod fit mentio de proceſſu.*

1 In Chriſti nomine. † Si ſumus in iure com-
muni, & ſentẽtia iudi-
cis facit mentionem de cauſis, & eſt lata per modum diffiniti-
uæ, conſulo in omnibus, & per omnia, vt ſuperius continetur:
per l. & rationes prudentiſſime allegatas: conſiderata etiam ra-
tione ſanguinis, iuxta not. in l. 1. ff. de receptatoribus. cum ſimil.
& intelligitur fieri mentio de cauſis, eo ipſo quod fit mentio de
proceſſu, & in proceſſu apparent cauſæ, vt l. in ſumma. de re iu-
dic. Ego Bald.

CONSILIVM XXXVI.

1 *Agens hypothe. quo ad petito. & poſſeſſorium quid teneatur probare.*
2 *Poſſeſſor quis præſumatur, cum agitur de poſſeſsione præſumenda.*

In Chriſti nomine. Factum ſic ſe habere vi-
detur, ꝙ quidã Bono-
nius vendidit quandam domũ, de qua in actione fit mẽtio, cui-
dam Petro de Loſana pro flore. auri, ãn. domini 1383. demũ an-
no domini. 1388. vendidit vna cũm Ioanne de Brixia cuidam al-
teri Petro de Fabriano pro precio. 35. flo. aur. & eſt verum, pro-
ut in actis apparet: ꝙ dictus Petrus de Fabriano ſecundus em-
ptor dictam domum cuidam Franciſchino mala charne. vendi-
dit pro precio flor. 37. anno 1388. Item eſt verum, quod quędam
domina Catherina vxor domini Petri de Loſana poſſedit. item
eſt verum, quod dicta alia domina Catherina vxor Franciſci tã-
quam hæres dicti Franciſci poſſidet dictam domum, contra
quam dicta domina Catherina vxor quõdam dicti Petri de Lo-
ſana agit hypothecaria, dicens, quod dicta domus eſt ei obliga-
ta pro quantitate contenta in inſtrumento dotali. Econuerſo
dicta Catherina conuenta dictam domum ad ſe pertinere con-
tendit. Modo quæritur quid iuris: viſis & conſideratis actita-
tis in cauſa: vtrum videlicet dicta domina Catherina conuen-
ta debeat condemnari ſuper dicta hypothecaria, vel abſolui, &
1 non poterimus errare, ſi faciamus fundamentum reg. iur. † cõ-
ſtat enim, quod agens hypothecaria debet probare debitum
ſubſiſtere, rem hypothecatã eſſe ex pacto, vel ex lege, & ipſam
rẽ fuiſſe tẽpore obligationis in bonis debitoris. & hęc ꝓbantur
expreſſe. ff. de ꝓba. l. ante omnia. & no. in Spec. de obli. & ſolu
§. 1. verſ. ſed quid debet creditor ꝓbare in hypothecaria. itẽ eſt
præmittendum, ꝙ quando agitur hypothecaria cõtra tertium
poſſeſſorem, debet probari, quod res in bonis debitoris ſit ta-
liter, quod ipſi debitori competeret vendicatio, vel publi-
ciana, vel aliud ſimile remedium euincendæ poſſeſſionis
puta;

puta condictionẽ ex l. ſi coloni. C. de agri & cenſi. lib. 11. vel of-
ficium iudicis, vt ff. de cond. fur. l. & ideo. §. Neratius. hæc enim
regula quoad petito. probatur per illam no. l. ſi ab eo. de pigno.
at quo ad poſſeſſorium probatur per ea, quæ ſubtiliter not. per
Iacob. de Aret. & Cyn. C. ſi res alien. pigno. data ſit. l. cum res. i-
tem eſt præmittendum ad euidentiam, ꝙ quando res venditur
duobus ab eodem venditore, res efficitur in bonis illius, cui pri
mo traditur. vt C. de rei vendi. l. quoties. & plene legi. & nota-
tur. ff. de publ. l. ſinautem. §. ſi duobus. eſt enim ad rem incor-
porandam in bonis alicuius regulariter neceſſaria traditio, vel
quaſi: vt ff. de rei vendica. l. ſi ager. C. de pac. traditionibus, & ſi
nulli traditur, in nullius bonis eſt res: ſed actio perſonalis tan-
tum, quæ non datur contra tertium poſſidentẽ: quia actio per-
ſonalis non ſequitur fundum, vt ff. ad Treb. l. 1. §. ſi hæres. & quia
non inuenio probatum per acta cauſæ, ꝙ dictus Petrus de Lo-
ſana poſſederit dictam domum aliquo tempore, nec fuit arti-
culatum, quod ex dicto titulo poſſederit, vt ff. de publica. l. eum
qui. §. penul. nam præſumptio l. 2. C. de acq. poſſ. releuat à pro-
bando, ſed non à proponendo: & maxime non apparet proba-
tum, quod priuſquam dictus Franciſchinus poſſederit, niſi per
vnum teſtem, qui non ſufficit in cauſis grauis præiudicij, maxi-
me cum non fuerit petitum ſacramentum in defectum proba-
tionis: vt C. de teſti. l. iureiur. in fi. & ille vnus teſtis vocatur O-
tinus. & etiam non deponit de prioritate poſſeſſionis. ſequitur
de neceſſitate, quod non eſt probatum, quod dicta domus fue-
rit in bonis dicti Petri de Loſa. & per cõſequens dicta Cathari-
na quondam vxor ipſius deficit in probatione quoad iſtum ar-
ticulum, quod res fuerit in bonis dicti Petri de Loſana. & ideo
præſuppoſito quod dicta Catharina actrix haberet ius in hære-
ditate, ſed non cõceſſo: quia non apparet mihi: quia non appa-
ret proba. ſuccedit regula iuris, quod actore nõ probante reus
abſoluitur: & in expenſis ſecundum rigorem iuris veniret con-
demnandus victus victori: tamen faciat iudex id, quod æquita-
tis ſuæ videtur. Sunt & alia plura, quæ quantum ad ſubtilitatem
2 iuris non videntur probata, quæ non proſequor. † item cum a-
gimus de poſſeſſione præſumenda, præſens poſſeſſio potior eſt
præterita: quia de præſenti poſſeſſione conſtat per veritatem;
de alia non facit, quod nõ. C. de edic. diui Adri. toll. l. edicto. ex-
penſas autem taxo in quatuor flo. quos recepi pro ſalario meo
à nuncio Catharinæ conuentæ, de aliis autem mihi non con-
ſtat. & ideo ipſarum taxationem relinquo arbitrio iudicis, qui
habet iudicare, nec decretum domini fuit mihi præſentatum:
nam ſi illud vidiſſem, cõmiſſionem huiuſmodi nõ ſuſcepiſſem:
quia nunquam iuraui in aliquo conſilio, etiam in commiſſio-
nibus magnis ſæpiſſime mihi factis. Ego Baldus.

## CONSILIVM XXXVII.

1 *Inſtrumento confecto de antiquo magis creditur, quam duobus teſtibus cõtradicentibus. & num. 5.*
2 *Teſtes quare dicantur ſingulares.*
3 *Semiplena probatio non ſufficit ad torturam.*
4 *Pro inſtrumento publi. & ſolenni præſumitur vehementer.*
6 *Obliuio præſumitur ex curſu decennij.*

1 In Christi nomine. † Quidã tabellio ſcri-
pſit quoddã inſtrumẽ-
tum, ſeu quandam ſcripturam in membrana, & in forma con-
ſueta obſeruari in publicis inſtrumẽtis, in qua tali ſcriptura cõ-
tinetur, & dicitur, quod A, fuit profeſſus ſe nomine venditio-
nis habuiſſe, & recepiſſe ſexaginta octo ducatos pro precio cu-
iuſdam venditionis, & ꝙ eos habuit, & recepit in preſentia dicti
notarij & teſtium. deſcripti autẽ ſunt quatuor teſtes, quorũ duo
non viuunt, ſed alij duo q viuũt, deponunt, ꝙ nunq̃ interfuerũt
dicto inſtrumẽto, nec dictæ venditioni, nec dictæ numerationi
pecuniæ. vnde cum dictus notarius ſit accuſatus de falſo, quæ-
ritur, an debeat condemnari? Præſuppoſito quod alias dictus
notarius ſit bonæ famæ, & cætera ſua Inſtrumenta ſint vera, &
legalia, & quod dicta aſſerta ſcriptura fuerit facta iam ſunt 18.
anni, vel circa. & videtur, quod dictus notarius omnino debeat
condemnari: cum crimen videatur probatum plene per duos
teſtes deſcriptos in inſtrumento, vt not. Bal. in l. 1. in fi. ff. quem-
2 ad. teſt. aperian. † Nec obſt. ſi dicis, quod dicti teſtes ſunt ſingu-
lares: quia immo ſunt conteſtes in vnum finem rei tendentes;
id eſt, in ipſam falſitatem inſtrumenti, vt C. de pen. l. cum reis. &
Bar. dicit in d. l. 1. quod iſti teſtes non ſunt ſingulares. item nec
proſunt tabellioni indicia, quia ad id recurrẽdum eſt in dubio,
non cum expreſſa falſitas comprobatur: quia veritas omnem
præſumptionem excludit. nam in incertis non certis locus eſt
coniecturis, vt ff. de verbor. oblig. l. continuus. §. cum ita. & ff.
de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. in contrarium videtur, ꝙ
dicti teſtes ſunt ſingulares: quia ſic deponunt, quod neſcit vnus
de altero, vnuſquiſque dicat de ſe ſolo non interfuiſſe. nam ita
eſt, quod quandocunque teſtis deponit de priuatiua ſenſus: pu-
ta non vidi, non audiui, de neceſſitate ſequitur, quod eſt in ſuo
dicto ſingularis: non enim deponũt iſti teſtes de negatiua actus.
ſ. quod contractus non fuerit celebratus: ſed ſolum de negati-
ua ſenſus: quia dicunt ſe non interfuiſſe. id eſt, non audiuiſſe,
nec vidiſſe, & quod iſti teſtes ſint ſingulares, eſt expreſſum, ex-
3 tra de elect. c. cum dilecti. in fin. † Sequitur ergo, cum dicti te-
ſtes ſint ſingulares, quod ſumus ſolum in ſemiplena probatio-
ne. ſed ita eſt, quod ſemiplena probatio poteſt elidi per contra-
ria indicia, adeo quod nec ſufficit ad torturam, vt notari con-
ſueuit. C. ad l. Iul. maie. l. ſi quis. quod autem hic ſint indicia ve-
hementia pro tabellione, apparet ex cõtinua poſſeſſione præ-
nominati emptoris à die celebrati dicti inſtrumenti: quia qui
poſſedit tanto tempore ſcienti veteri domino, præſumitur ha-
bere titulum allegatum, vt plene legi. & not. ff. de vſu. l. cum de
in rem verſo. & C. communi diui. l. penul. & ponderet hæc iu-
dex, qui habet iudicare. Item per hoc facit id, quod no. in Spec.
de inſtrum. edi. §. nunc dicẽdum. ver. quid ſi dum atteſtationes
4 publicantur. † Item pro inſtrumento, quod eſt publicum, & ſo-
lenne in ſui figura, vehementer præſumitur, niſi plene contra-
rium probetur. affirmatiua autem eſt illa, quæ probatur plene;
nõ negatiua, vt no. ff. de arbi. l. idem proferre. §. ſi plures. niſi te-
ſtes reſtringant negatiuam, & reddant eius cauſam, ita quod
ſint conteſtes, vt no. in l. fi. C. de errore aduoca. Præterea ad hoc
5 facit temporis longinquitas. † Dicit enim Speculator, quod
temporis conſideratio habenda eſt: nam cum res, vel factũ an-
tiquum probatur, magis eſt credẽdum inſtrumento, quam te-
ſtibus: ſecus ſi ſit factum recens, vt not. in d. verſi. quid ſi vnus. in
fi. ff. de proba. l. cenſus. & per Cy. C. de fi. inſtru. l. emancipatio-
6 ne. & l. dicit, † quod ex curſu decennij præſumitur obliuio. ff. de
vſucap. l. furtum. §. fi. cum l. ſeq. & not. inſti. de vſuca. §. quod au-
tem. Item ſi diceremus inſtrumentum eſſe ſuſpectum, & veni-
endum ad torturam, ſi hoc iudici videretur, vtraque pars, & di-
cti teſtes debent torqueri: præſertim ſi eſſent perſonæ viles, &
ſuſpectæ, & notarius ſit homo notæ auctoritatis, vt ff. de falſis.
l. vbi. nam teſtes, qui contra inſtrumentum deponunt, debent
eſſe omni ſuſpicione, & omni exceptione maiores. vt l. optimã.
C. de contrahen. & commit. ſtipũ. Item accuſator, qui tanto tẽ-
pore diſtulit, præſumitur diſtuliſſe dolo malo, vt copiam pro-
ba. aduerſario ſubtraheret, & morte teſtium, qui poſſent con-
firmare inſtrumentum, expectata, vt ff. ad l. aquil. l. in l. aquilia
ſi deletum. & C. de vſur. pupilli. l. fi. Tormenta autem in quibuſ-
dam debẽt eſſe potius terrores cum quadam afflictione carnis.
In quibuſdam debent vſq; quaſi ad conſumptionẽ corporis ex-
cluſiue, vt in l. 1. ff. de queſtionibus. Solutio, iſtud multum pen-
det ex arbitrio iudicis, quanq̃ nos dicamus, quod inſtrumẽtum
ꝑ duos teſtes realiter non reprobetur, quãdo alij ſint deſcripti,
qui poſſunt inſtrumentũ ſubarrare, extra de fide inſtru. c. cum
Ioannes. & plene no. inſti. de inuti. ſti. §. itẽ verborũ. & C. de fid.
inſt. l. in exercendis. inſpiciẽda etiam ſunt mature ſtatuta in ac-
cuſatione falſi, & etiã accuſatoris inſcriptio. Ego Baldus.

## CONSILIVM XXXVIII.

1 *Feudum an poßit alienari, vel diuidi per vnum ex conſortibus in præiudicium tertij conſortis.*
2 *Feudum eſt vſusfructus cohærens perſonæ.*
3 *Non poteſt præiudicari habenti ius in re, vel in ſpe.*
4 *Ius accreſcendi an locum habeat in feudis in cõiunctis coniunctione legali.*
5 *Quis non poteſt gratificari de alieno, ſed de ſuo.*
6 *Inueſtitura verbalis ſufficit.*
7 *Curſus temporis non nocet non negligenti.*

In Christi nomine. Dominus Thomas de
Scarampis Aſten. tria
quarteria loci mõtis alti, qui locus eſt de ꝓprietate, & dominio
cõmunis: retẽto vſufructu, & retẽtis domibus tradidit inſolutũ
dño Mattheo eius fratri, ac cõparticipi feudi, cũ tñ dictus dñs
Thomas haberet alios fratres ſimiliter feudi cõparticipes, qui
1 dñs Tho. deceſſit ſine filiis. † quærit̃, nũqd dicta datio inſolutũ
ꝑiudicet aliis agnatis in iure ſucceſſorio, cũ ſit feudũ antiquũ,
vel in iure accreſcẽdi deſcendẽte ex natura feudi, & videt̃, ꝙ ſic.
nam ſicut poteſt fieri diuiſio rerum feudaliũ, & hominũ feuda-
torum iuriſdictionis territoriũ diuidẽdo, & ꝓpt iuriſdictio in-
hæret territorio, vt in c. imperialẽ. §. præterea. de ꝓhi. alie. feu.
per Fed. nedum cum ſit ex neceſſitate: puta quãdo alter ꝓuoca-
tur ad diuiſionẽ ab altero: vt l. & ideo ff. de condi. fur. ſed etiam
quãdo ſit ex mera concordia, & voluntate cõfeudaliũ: quia ini-
quum eſſet, quem cõpelli ad perpetuam cõmunionem, vt ff. de
cond. ind. l. ſi non ſortem. §. ſi centũ. & ff. cõmuni diui. l. in hoc
iudicio. §. ſi conueniant. Itẽ de natura cõſequutiua cõmunionis
in actu eſt diuiſio in potentia: ergo ſicut cõmunio eſt de natura
feudi inter conſortes, & diuiſio ſequens, & ſic eſt permiſſa: quia
de natura hoc ponit gl. C. fa. er. l. ſi familia. vnde à ſimili ſic di-
cam, quod inter conſortes feuda. ſit permiſſa quælibet aliena-
tio, quæ ſit propter neceſſitatem iudicij, vel rei familiaris, vt ff.
de leg 2. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 3. §. 11. §. ſi rem. item hoc vi-
detur expreſſum in ti. per quos fiat inueſti. & per quos recipiat.
c. ſed & res. in tex. ibi, ſed & res, cuius alienatio ꝓhi. nec per be-
neficium dari conceditur, niſi agnato proximiori, proximior
autem agnatus dicitur ille, quem nemo præcedit, licet ſint alij
eodẽ gradu: vt inſti. de leg. agna. ſuc. §. ꝓximus. & l. qui duos, in
prin. ff. de re. dub. ad idẽ facit. c. 1. de alie. feu. pater. nã feudũ pa-
ternũ põt alienari in quẽlibet proximũ agnatũ. & hoc cum fiat
auctoritate conſuetudinis, non dẽt ex ſuperueniẽti caſu retra-
ctari: ꝙ legitime factũ eſt, alioquin deciperẽtur cõtrahẽtes au-
ctoritate legis: ꝙ eſt incõueniens, vt C. de his, qui ve. æta. impe.
l. 1. itẽ quia res facta eſt alienabilis, vt ff. de leg. 3. l. pater. §. quin-
decim. item in habentibus ſimbolũ facilis eſt tranſitus, ad hoc
facit, quod no. Guil. de Cu. ff. de trãſ. l. cũ hi. §. ſed ſi plurib. item
& ſi concederet̃ aliis agnatis aliqua reuocatio, deberẽt reſtitue-
re prætiũ illi agnato, q bona fide emit iure ꝑmittẽte, vt in c. Ti-
tius. ſi de feu. fue. cõtro. nec imputarentur fructus ꝑcepti in il-
lo ꝑcio, vt ff. de rei ven. l. emptor. in prin. In cõtrarium ꝓbatur:
manifeſtè certũ eſt, ꝙ de re ad tẽpus eſt bona argumẽtatio. vt ff.
de teſt. mi. l. miles in hæredẽ. §. ei. qa diximus. ſed ille, q hẽt par-
tẽ rei, nõ poteſt transferre totã rẽ, ſed ſolũ partẽ ſuã: vt ff. de leg.
1. l. ſerui electione. §. cũ fundus. ff. de acq. here. l. duo fratres. ff. de
acq. re. do. l. traditio. ergo idẽ ſi habet partẽ tẽporis: qa poſt tẽ-
pus ad ſe ꝑtinens, nõ põt de re diſponere. vt C. de leg. l. pe. & ff.
de pig. l. lex vectigali. ff. de pac. l. epiſtola. §. fi. cũ igit̃ iſte aliena-
tor nõ haberet ius niſi in vita ſua. ergo poſt mortẽ ſuã, cũ deceſ-
ſerit ſine filiis, alienare nequit: & hoc eſt, qđ dixit illa relatio vul
garis in vſibꝰ feudorũ, finito iure datoris finit̃, & nõ extẽdit̃ ius
ſucceſſoris, ad hoc facit ff. de le. 2. d. l. peto. §. ꝑdiũ. & inſt. de vſuf.
2 §. finit̃. nã † feudũ eſt vſusfructꝰ qdã, q cohæret ꝑſonæ, & nõ trãſ-
mittitur, niſi quatenus cõſuetudo feudi diſponit. vt ff. de noua.
l. ſi vſusfructus. Præterea ſi vlterior agnatus, & nõ ꝓximus rece-
piſſet iſtã alienationẽ, reuocaret̃, vt patet in d. §. ſed & ſi res. à cõ
3 trario ſenſu illius verbi, ꝓximioris, & in c. 1. de alien. feu. pr̃. † &
eſt ratio, quia nõ potuit præiudicari ꝓximiori agnato nec in re
nec in ſpe, cum ſpes ſit debita iure cõtractus, vt in l. 1. ff. ſi quid
in frau. patro. itẽ nec dominus debet habere aliũ vaſallũ, q̃ eum,
cui debeat̃ ex natura feudi. itẽ nec ſubditi alium dominũ, vt le-
4 gitur, & no. ff. de fideic. libe. l. inuitus. † Itẽ ꝓximus agnatus eſt
cõiunctus cõiunctione legali, ex qua ſola, & nõ ex verbali ꝓce-
dit in feudis ius accreſcẽdi, vt in c. cum vero Corradus. qui feu.
da. poſſ. licet à cõtrario tradatur regula in legatis. ff. de condi. &
demon. l. mulieri, & Titio. & eſt ratio differentiæ: quia coniun-
ctio legalis in feudis appellatur natura feudi: non poteſt ergo
aliquis feudatarius præiudicare alteri in hoc iure accreſcendi.
Nam ſi Titius habet ius accreſcẽdi: ergo Seius in hoc eſt remo-
tior eo immo non tam remotior: quam nullus: quia impertinẽs
quo ad iſtam portionem accreſcentem. vnde de primo ad vlti-
mum concludendo neceſſario videtur dicẽdum, quod factum
dicti D. Thomæ iuribus aliorum præiudicare nõ potuerit, nec
5 valet arg. de gratificatione, † quia de ſuo, non de alieno poteſt
gratificari, vt ff. de leg. 2. l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos. & ff. ad
ſilla. l. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes. & C. de ſec. nup. auth. lu-
crum hoc. Item certum eſt, quod non poteſt quis de alieno lar-
giri. nec ob. quod factum fuerit legitime, quia fuit factum legi-
time ad tempus, non perpetuo, vt ff. locati. l. ſi quis domum. §.
huic. faciunt ad prædicta regulæ iur. quibus eſt ſtandum etiam
in feudis: niſi contrarium inueniatur ſpecialiter conſtitutum,
vt in c. Vbertus. §. ſtrenuus. de feu. cogni. dictant enim regulæ
iuris, quod res, quę ſubiacent reſtitutioni ex diſpoſitione legis,
vel teſtatoris, non poſſunt alienari in præiudicium eius cui de-
bet fieri reſtitutio, vt in Authen. de nupt. §. quoniam infirmas.
col. 3. & C. communia de leg. auth. res, quæ. ita igitur eſt in feu-
dis, quatenus ſubiacent reſtitutioni in perſona agnatorum. v-
nuſquiſque enim ſuo iure debet eſſe contentus, nec expetere
6 rem iuris alieni, vt C. finium reg. l. ſi cõſtiterit. † Nec etiam ob-
ſtat lapſus anni: quia fecit ſe intra annum inueſtiri. ſufficit enim
in hoc inueſtitura verbalis, quod nõ poſſit argui de negligentia
7 taciturnitatis. nam † ille, qui non eſt negligens, non læditur ex
temporis curſu, vt legi. & no. in Authent. de appel. §. 1. col. 8. &
extra de elect. cap. eis, quibus. & in cap. quia diuerſitatem. de
conceſſ. præb. & ſi hoc non diceret aliqua l. vel conſtitutio. di-
ctat naturalis ratio, quæ ad cuncta recte reſpondit, ff. ſi cer. pe.
l. ſi me & Titium. & vix reperitur aliquid contra rationem na-
turalem, & diſcretionem, quod non remordeat conſcientiam,
vt no. ff. de tritica. l. in hac. in magna gl. Item forma nõ eſt aliud,
niſi impreſſio in materia: ſicut figura Cæſaris impreſſa ferro,
quam non poteſt hæres immutare: cum ab origine in perpe-
tuum deriuetur, argum. ff. ad l. Falcid. in ratione. §. ſi filio. ff. de
verbo. obliga. l. 2. §. ex his. cum ſimilibus. Ego Baldus.

## CONSILIVM XXXIX.

1 *Teſtator reliquit filiæ natæ quingenta, & naſcituræ, quingenta cum conditione, quod ſi contingat dictam filiam natam, & naſcituram decedere, antequam maritarentur, vel religionem ingrediantur, tunc dicta legata erogentur pauperibus. poſthuma non naſcitur, filia nata moritur in pupillari, quæritur, an dicta legata debeantur, & quæ, & quanta.*
2 *Pronon ſcriptum inſtitutionis in certa quantitate an dicatur pronon ſcriptum hæreditatis, an legati, an medium.*
3 *Pronon ſcriptum an accreſcat cum onere.*
4 *Pupillo an poßit ſubſtitui per fideicommiſſum.*
5 *Pater impuberis an poßit relinquere fideicommiſſum à legitimo hærede pupilli.*

In Christi nomine. Teſtator habens vnicã
filiam natam pupillam
reliquit ei quingenta iure inſtitutionis; & credens vxorem eſſe
prægnantem reliquit poſthumæ naſcituræ ſimiliter quingenta
iure inſtitutionis: & inſtituit fratrem carnalem hæredem vni-
uerſalem: & ſubiecit hanc clauſulam. Item volo, ſtatuo, & ordi-
no, ꝙ ſi contingit dictam Maſſinam filiam meam, & naſcituram
ex ventre dictæ vxoris meæ, ſi grauida fuerit, vt ſ. decedere, an-
tequam maritentur, ſeu religionem intrent, ꝙ tunc & eo caſu
prædicta mea legata eis facta, vt ſ. diſpenſentur, & erogentur
pauperibus Chriſti per infraſcriptos erogatores meos inferius
nominatos in remedio & mercede animæ meæ, & defuncto-
rum meorum &c. prout in teſtamento plenius cõtinetur. Mo-
do accidit, ꝙ poſthuma nõ eſt nata, & ꝙ dicta Maſſina, quæ na-
ta erat, deceſſit in pupillari ætate, quæritur, vtrum dicti mille
flor. in totum, vel in partem, vel in nihilo veniant pauperibus
1 diſpenſandi, & erogandi? † Et videtur quod non veniunt in a-
liquo diſpenſandi pauperibus, & hoc ex virtute copulæ, & ar-
guo ſic: poſthuma putatiua fuit coniuncta dictæ Maſſinæ iam
natæ, per hæc verba, ſi contingat dictam Maſſinã, & naſcituram
decedere, antequã maritarentur, ſeu religionẽ intrarẽt. Sed de
natura copulæ eſt, quod requirit veritatem cõiunctionis. & ra-
tio eſt: quia ſumitur ex vniuerſo copulato, & non ex aliquo, vt
ff. de condi. inſtit. l. ſi hæredi plures. Item in iſta ſubſtitutione
copulata fuit appoſita conditio, quæ quantum ad verba requi-
rit, quod vtraque moriatur. Sed ille qui non naſcitur poteſt
mori, vt nota. ff. de manumiſſionib. teſtament. l. qui duos. Er-
go ſaltem quantum ad legatum dictæ poſthumæ deficit lega-
tum tanquam pronõſcriptum: tunc arguo ſic, pronon ſcriptum
vadit ad coniunctum, vel ſubſtitutum ſine onere, vt C. de cadu.
tol. §. in primo. Ergo legatum dictæ poſthumæ accreuit ſorori
ſine onere, & per conſequens hæres ſororis, id eſt, patruus non
tenetur ad iſta quingẽta. Nec obſt. ſi dicatur, quod aut pronon-
ſcriptum legatum vadit ad coniunctum, vel ſubſtitutum, & tũc
ſine onere: aut eſt pronon ſcriptum hæreditatis. & tunc cum
2 onere, vt ff. de legat. 1. l. ciuitatibus. §. Lucius. † Et hic eſt ad-
uertendum, vtrum pronon ſcriptum inſtitutionis in certa
quantitate dicatur pronon ſcriptum hæreditatis, an legati, an
medium inter hæc. Et videtur, quod dicatur pronon ſcriptum
hæreditatis: quia iure inſtitutionis. In contrarium, quod pro-
non ſcriptum

non ſcriptum legati, vt C. de hære. inſti. l. quoties. in cõtrarium,
ꝙ medium inter hæc, ſeu neutrũ: & ſic iſte caſus non reperitur
3 determinatus in iure, † vtrũ accreſcat cũ onere, necne, & in du-
bio potius vr̃ adhærendũ liberationi, q̃ obligationi, vt ff. de reg.
iur. l. fauorabiliores. niſi quis dicat contra fauorẽ vltimæ volũ-
tatis, & pię cauſę. arg. in l. locũ. in prin. ff. de vſufr. & ff. de reg. iur.
l. in teſtamentis. ſed certè de iſta q. videt̃ caſus legis. Sciendũ eſt
enim ꝙ nata fuit ſubſtituta ſub cõditione, ſi naſcetur, & morie-
tur. ſed iſta verba cõprehendũt caſum, etiã ſi non naſcatur, vt ff.
de ven. inſpic. l. qui ventri. vnde in dicto legato poſthumæ ſuc-
ceſſit nata tanquam vulgariter ſubſtituta, ſed ita eſt, ꝙ vulgari-
ter ſubſtitutus poſthumo dẽt legata à poſthumo. caſus eſt. ff. de
leg. 1. l. ab hęreditate. §. fi. itẽ ſciendũ eſt, ꝙ poſthumo, q non na-
ſcitur, nulla legitima debetur, vt l. vlt. ff. de aſſi. lib. vnde ex per-
ſona poſthumæ de dicto legato nihil poteſt detrahi, ſed totum
debet pauperibus diſpenſari. Breuiter iſtã partẽ puto verã quo
ad teſtatoris voluntatẽ, vt ff. ad Treb. l. hæredes mei. §. cum ita.
4 † tamen eſt cõſiderandũ de teſtatoris poteſtate, qui non poteſt
ſubſtituere fideicõmiſſum filio in legitima, in qua non tenet a-
liquod grauamẽ etiã ad pias cauſas, vt C. de fideic. auth. hoc am-
plius. & ff. de vulg. ſubſti. l. cohęredi. §. cum filiæ. & patet expreſ-
ſe in c. ſi pater. à cõtratio ſenſu. de teſta. lib. 6. Et no. in c. Ray. §.
in eo vero, extra de teſta, in gl. q̃ incipit. no. ergo. licet pater poſ-
ſit filio impuberi teſtari, & pupillariter ei ſubſtituẽdo, vt d. §. cũ
filio. & eo. ti. l. ſed & ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ſed hic non fecit
ſubſtitutionẽ pupillarẽ, quia per verba obliqua, & in re certa,
id eſt in mille florenis, vt ff. ad Treb. l. cogi. §. generaliter. & ibi
p Dy. & Bar. & ꝙ dicta ſubſtitutio eo modo, quo facta eſt, ſit fi-
deicõmiſſaria, eſt caſus. C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. in prin.
non obſt. ff. de vulg. & ſubſti. l. cohęredi. §. fi. vbi cõſtitutio facta
in re certa trahitur ad vniuerſum, & eſt directa: quia ibi directo
pupillariter ſubſtituit: hic oblique, & fideic. cũ nec verba fue-
rint directa, nec cõditio pupillaris ſubſtitutionis, quę expiraret
pubertate, fuerit adiecta. & ideo ſi dicti mille floreni nõ tranſcẽ-
dunt tertiã partẽ omniũ bonorũ, q̃ eſt legitima dictæ Maſſinæ,
dictum legatũ non debet diſtribui inter pauperes. ſi autem eſ-
ſet aliquid ſupra legitimam, illud debet diſtribui. Sed hic eſt du-
bitãdum, quia lex dicit, quod pupillo debet ſubſtitui per fidei-
commiſſum, vt ff. de leg. 1. l. quod fideicommiſſ. Iſtum paſſum
examinat Cy. C. de inoffi. teſta. l. ex tribus. Sed reſpondeo ad d.
l. quod fideicommiſſo, aut fideicommittitur impuberi, & non
valet in legitima: aut hæredi impuberis: & tunc ſic. ſed ſecun-
dum ea, quæ proponũtur, ab hærede, qui fuerat impuberi ſub-
ſtitutus, nihil eſt diſpoſi. vnde remanet onus, quod non valet, &
ideo ille, qui ſuccedit impuberi ab inteſtato ad legitimam im-
pube. non impube. nec tenetur, quia legitima debetur filio, et-
iam contra teſtatoris volũtatem, vt C. de inoffi. teſt. l. quoniam
in prioribus. Iſte autem, qui ſuccedit impuberi, eſt frater patris,
qui non eſt grauatus in reſtitutione iſtius legitimæ: ſi enim fuiſ-
ſet grauatus teneretur ex perſona ſua propria, vt d. l. quod fidei-
commiſſ. demonſtro, ſi dictus hæres teſtatoris intelligeretur
rogatus ab alio puta matre impuberis exiſtente hærede, tene-
tur matri tanquam hæredi pupillæ in illo iure tranſmiſſionis,
& pauperibus in aliis nullo iure alterius fideicommiſ. & ſic gra-
uatus in mille teneretur ad duo millia, ꝙ eſt impoſſibile. con-
cluditur ergo, quod dictus hæres generalis nulli alij eſt graua-
tus, quam pupillæ: & pupilla pauperibus, quæ non potuit eis
grauari in tertia debita iure naturæ, & ideo conſilium prædi-
ctum verum eſt de iuris neceſſitate, & facit. ff. de leg. 3. l. ſi fuerit.
& l. ſi ſic. illud eſt certum, ꝙ filia legitimam ſibi legatam tranſ-
mittit ad hæredem ſuum: quia in tranſmittendo cenſetur lega-
taria, vt no. Bar. in l. ex facto. ff. de hære. inſti. facit, quod. no. ff. de
ac. & obli. l. is, cui. nõ ob. c. cum tibi. extra de teſt. quia ibi non e-
rat inſtitutus alter hæres vl'is. Item verbum, diſtribuatur, adie-
ctum certæ quantitati importat legatum, non ſubſtitutionem
pupillarem. vt ſi teſtator diceret, ſi filius meus deceſſerit in pu-
pillari ætate, volo mille diſtribui pauperibus. nam non eſt iſta
5 ſubſtitutio pupillaris directa. † Et cum quæritur, an à legitimo
hærede pupilli, ſiue ſit legitimus hæres ex forma iuris commu-
nis, ſiue ex forma iuris municipalis pater impuberis poſſit re-
linquere fideicommiſſum, dicendum eſt, aut quod relinquit
ab eo tanquam ab hærede impuberis, & ſub nomine appellati-
uo hæredis: & poteſt, vt d. l. quod fideicom. & ff. de lega. 3. l. ſi ſic.
aut relinquitur ab impubere, & non ab hærede impuberis: &
non poteſt, vt C. de inoffi. teſt. l. ex tribus. ſecundum Bar. qui ita
not. in d. l. quod fideicommiſſ. & eſt ratio doctrinæ, quia in pri-
mo caſu reperitur hæres impuberis immediate grauatus ex-
preſſe ex ſua perſona, non ex perſona impuberis: ſed in ſecundo
caſu nõ poteſt teneri ex ſua perſona impuberis tantum, & ideo
in legitima pupilli non poteſt dici grauatus: quia in nihilo eſt
grauatus, vt ff. de leg. 3. l. 1. in fi. & ff. de vulg. ſubſti. l. cohæredi. §.
cum filiæ. Et iſta eſt veritas omiſſis ambagibus: hoc ſcio euidẽ-
tiſſimum eſſe habẽtibus iudicare: quia ſunt in iure peritiſſimi,
vt credo. Et ita dico & conſulo. Ego Baldus.

## CONSILIVM XL.

1 *Condemnatus an poſſit poſt condemnationem vxori ſuæ reſtituere dotem.*
2 *Vitium litigioſi non habet locum, vbi agitur actione perſonali: & maxime vbi agitur ad vindictam.*
3 *Cauſa dotis præfertur obligationibus ex delicto.*
4 *Donatio propter nuptias præfertur fiſco.*
5 *Vitium litigioſi non habet locum, vbi agitur actione perſonali, vel officio iudicis.*
6 *Creditor ex delicto an poſſit offerre dotem, & petere ſibi tradi res, poſito quod vir condemnatus ipſam dotem reſtituere poſſit.*
7 *Bona an ſint tacite obligata propter maleficium poſt condemnationem rei.*
8 *Aeſtimatio ſit officio iudicis.*

In Chriſti nomine. Martius ex delicto cõ-
demnatus cuidã extra-
neo in magna quantitate, quæ pœna totum eius patrimonium
abſorbet, poſt dictam condemnationem dedit inſolutum vxo-
ri ſuæ pro eius dote certa prædia: eo quod male inchoauerat vti
ſubſtantia ſua. † Primum quæritur an poterit poſt condemna-
1 tionem hoc facere, & videtur, quod non, quia bona ipſius du-
pliciter ſunt affecta. ſ. per vitium litigioſi. & ꝙ fortius eſt, per
ſententiã condemnatoriam. igitur talium bonorũ prædicto vi-
ro non competit adminiſtratio, & per conſequens nec contra-
here ſup eis, vt C. de litigioſis. auth. litigioſis. & l. chirographis.
ff. de admi. tut. Itẽ non poteſt maritus impedire executionẽ ſen-
tentiæ cõtra ſe latæ: q̃a dicta ſentẽtia habet paratam executio-
nem, vxor autem pro dote non habet paratam executionem,
ſed debet offerre libellũ, litem cõteſtari, & ad ſententiã perue-
nire, vt ff. ſol. ma. l. ſi cum dotem. §. eo autẽ tẽpore. & C. de ſen-
ten. quæ ſine certa quantitate. l. fi. Item ꝙ vir vtatur male ſub-
ſtantia ſua, debet hoc probari, anteq̃ reſtitutio dotis fiat, vt C.
de col. auth. ꝙ locum. Item iudex omiſſa hac probatione non
poſſet dictam dotẽ iubere reſtitui, ergo nec priuata perſona. i.
maritus. præterea lex expreſſe dicit, quod iſta reſtitutio marito
condemnato debet fieri per fiſcum, vt ff. ſol. mat. l. ſi marito pu-
blico iudi. damnato. ergo non per maritum: quia transfuſa eſt
obligatio, & ſolutio in fiſcum, vt ff. de fideiuſſor. l. inter eos. §.
bonis. & C. ad l. Iul. de vi. l. tutoris tui. Solutio, dicendum eſt, ꝙ
aut bona iſtius condemnati ſunt vtiliter confiſcata: & tunc fi-
ſcus debet ſoluere dotem: & maritus nõ poteſt reſtituere eam,
qui nudus exulat, & nulla bona in ciuitate relinquit, vt ff. de
noua. l. quoties. §. fi. ff. de capi. dimi. l. tutelas. §. ſi libertate, aut
non ſunt bona ad fiſcum confiſcata, ſed ſolummodo eſt condẽ-
natus priuatæ perſonæ tantum, vel etiam fiſco in quantitate,
non in vniuerſitate bonorum: & tunc dictus maritus potuit di-
ctam in ſolu. dationem facere bona fide iuxta menſuram dotis:
2 quia non deſiit eſſe debitor vxoris. † nec obſt. quod opponitur
de vicio litigioſi: quia non habet locum, vbi agitur actione per-
ſonali: & maxime vbi agitur ad vindictam: vt legitur, & no. per
Gul. & alios. ff. de in integr. reſti. l. abſtinendi. Item hæc aliena-
tio eſt neceſſaria, & ideo permiſſa. vt ff. famil. erciſc. l. alienatio-
nes. Item non oportuit de hoc argumen. ſ. quod vteretur male
ſubſtantia ſua, fidem fieri, quia fides debet fieri iudici, non pri-
uato, vt C. de eden. l. is, apud quem. Item hoc erat notoriũ per
ſententiam, vnde non indiget probatione, vt l. emptorem. ff.
de actionib. empt. Item non prohibetur vir agnoſcere bonam
fidem, vt l. quintus. ff. mandati. & ff. de admi. tu. l. quoties. §. ſic-
3 ut. † Item certum eſt, quod cauſa dotis præfertur obligationi-
bus ex delicto. vt extra de pignoribus. c. ex literis. & extra de
conſuetudine, cap. ex parte. vt legitur, & not. ff. de bonis dam-
4 natorum. l. quinque legibus. † Item & donatio propter
nuptias præfertur fiſco. vt C. de donation. inter virum & vxo-
rem. l. res, & ff. eod. l. ſed interim. item poteſt vir permutare
dotem cum vxore de pecunia ad prædia, vt ff. de iure dotium,
l. ſi con-



l. ſi cõſtante. & in hac donatione inſolutum ineſt quædam per-
mutatio, ſi hoc expedit doti, vt ff. de ſolut. l. qui res. in princ. vel
quędam tacita emptio, & venditio, vt ff. quibus ex cauſis in poſ-
ſeſſionem eatur. l. fi. vel eſt titulus pro ſe, qui accedit diſtractui
potius, quam contractui, vt ff. pro ſoluto. l. 1. & per totum. & de
5 hoc non curo, qualiter accipiamus, † cum non ſit contractum
vicium litigioſi, quod nõ habet locum, vbi eſt actio perſonalis,
vel officium iudicis, vt no. Innoc. extra de conſuetudine. c. cum
M. Ferrarienſis. & hoc de officio iudicis non reperitur alibi, quã
per Inno. Item propter prærogatiuã dotis. C. de litigioſis. l. 1. in
6 fi. † Sequens quæſtio eſt, poſito quod valeat datio inſolutum,
vtrũ prædictus creditor ex delicto poſſit offerre dictæ vxori do-
tem, & donationem, & petere ſibi tradi res, & videtur, ꝙ ſic: q̃a
bona ſunt tacitè obligata pro maleficio poſt condemnationem
rei ſecundum verã opinionem, vt ff. de pac. l. reſcriptum. C. pę-
nis fiſcalibus creditores præferri. l. vnica. lib. 10. vnde creditor,
qui habet hypothecam, habet ius offerendi, vt C. ſi antiquior
7 creditor. l. fi. & ff. qui potio. in pigno. habeantur. l. mulier. † Di-
cendum eſt, ꝙ priuato non ſunt bona obligata tacitè propter
maleficium, & ideo ſi non poſſidet, non habet ius offerendi, vt
no. C. de ſolu. l. obſignatione. & hoc poſtquam bona facta ſunt
creditoris, niſi quatenus plus eſſet in valore bonorũ, quam in
dote, & donatione, vt in l. fi. C. de iure dominij impetrando. &
C. de iure deliberandi. l. fin. §. licentia. ſed antequam bona eſ-
ſent effecta mulieris, haberet locum ius offerendi. ff. de ſolutio-
nibus. l. qui dotem. §. 1. & eſt in electione mulieris, quando fa-
cta eſt domina, ſupplere iuſtum precium, vel recipere dotem,
& donationem, & dimittere res, vt ff. quæ in frau. patroni. l. 1. §.
8 quis in fraudem. & ſic eſt reſponſum ad omnia quæſita. † Æſti-
matio autem non fit per optionem, vel per tertium miſſum à
parte parti, ſed iudicis arbitrio, vt plene not. in l. 2. C. de reſciſ.
vend. Et ita dico, & conſulo. Ego Baldus.

## CONSILIVM XLI.

1 *Socii omnium bonorum an teneantur redimere vnum ex eis captũ ab hoſtibus de bonis communibus? & quid ſi eſt captus vnus captiuus per vnum familiarem dictorum fratrum, ſi præſentatus vni tantum cenſeatur communis aliis fratribus?*
2 *Captiuum capiens alteri conſignans, qui taleam impoſuit, an talea ſit conferenda cum aliis fratribus.*

In Chriſti nomine. Tres erant fratres om-
1 nium † bonorum ſo-
cij, & commilitones: vnus fuit captus, & de communi patrimo-
nio redemptus: deinde alter frater fuit captus, & pactus pro re-
laxatione precium ſub fide ſecundum morem armorum. diui-
ſerunt bona, poſt diuiſionem petitur, vt alij fratres conferant
ad ſoluendum dictam promiſſionem de communi patrimo-
nio. quæritur quid iuris: & videtur, quod non debeant confer-
re, primo: quia dicta ſocietas non videtur licita: nam delicto-
rũ turpis, ac fœda communio eſt, vt ff. pro ſocio. l. quod autem.
turpe autem eſt, quicquid per vim eripitur: nam cum cogna-
tionem quandam inter homines conſtituit, hominem homini
inſidiari nephas, vt l. vt vim. ff. de iuſt & iur. In contrarium vide-
tur, quia cum vterque ſit homo armorum, non poteſt alter al-
teri obijcere reatum, vt C. de inoffi. teſt. l. in aream. & C. de hæ-
re. l. quoniam. §. inter ſe. eſt & alia ratio: quia ſicut ſibi deſidera-
uit conferri, ita econtra debet conferre, vt ff. pro ſo. l. quod e-
nim. eſt & tertio ratio; quia communis error facit ius, ſed ſi er-
ror eſt in iſtis factis armorum, eſt error communis. eſt & alia ra-
tio: quia cum de armis loquimur, ſecũdum vſum armorum lo-
qui debemus: & tota die videmus ſocietates huiuſmodi con-
trahi, & non conniuentibus oculis debemus præſupponere,
quod valeat. Porrò ſi eſſet licitum bellum, non haberet dubita-
tionem iuris, vel facti, valeret enim abſque dubio, vt plene not.
Innoc. extra de iureiur. cap. ſicuti. hoc ergo præſuppoſito dico,
quod dicti fratres contribuere tenentur ad dictam taliam ſol-
uendam, vt ff. de condi. ind. l. frater à fratre. verſicu. idque ma-
xime. & ver. igitur. nec obſtat, quod in diuiſione non fuerit hoc
commemoratum, vt C. de colla. l. ſi ſoror. Sequens quæſtio eſt,
quidam familiaris dictorum fratrum, dum eſſet cum vno eo-
2 rum, cepit vnum † captiuum, quem præſentauit dicto vni eo-
rum. ille, cui fuit præſentatus exegit taliam: vtrum teneatur fra-
tribus conferre, & videtur, quod non: quia ille, cui fuit præſen-
tatus, & impoſuit taliam, debet conſequi totum commodum.
Contrarium eſt verum: quia quod per ſeruum communem, vel
communem geſtorem quæritur, vtriq; quæritur. & poſtquam
initiata eſt acquiſitio, non poteſt ſeruus deteriorem conditio-
nem domini facere, vt C. per quas perſonas. l. fi. C. de acq. poſſ.
l. fin. C. de pact. l. ſeruus. & l. vlt. ff. de ſtipulatione ſeruorum. &
hæc eſt veritas ratione ſocietatis, quia ſocij erant, vt præfertur,
omnium bonorum. Non obſt. in 10. col. de fratribus. de nouo
bene. inueſtitis. c. ſi duo fratres. verſic. quod ſi cũm equis. vbi
quæſitum cum equis, & armis communib. non tamen eſt com-
mune, quod ibi loquitur in feudo, in quo inſpicitur voluntas
domini, ne habeat aliũ vaſallum, quod ſenſerit ſe habere. Item
equi, & arma carent ſenſu, & ideo per ea non acquiritur, ſed
ſeruus, vel familiaris habet ſenſum, & eius conſenſu quæritur
dominis, & ſic non ob. Concludo, dictam taliam communicari
debere, ſicut econtra dixi in diſpendijs: nam contrariorum ea-
dem eſt diſciplina, vt ff. de reg. iu. l. ſecundum naturam. Ego Bal.

## CONSILIVM XLII.

1 *Compromiſſum factum in tres cum hoc, quod ſi duo erunt concordes, tertius locum non habeat; modo tres concordes iudicarunt; an valeat laudum, & an vtile per inutile vitietur.*

In Chriſti nomine. † Compromiſſum fuit
1 in tres, quorum vnus
erat frater minor: hoc acto, quod ſententia duorum valeat? &
quod vbi duo fuerunt in concordia, tertius locum non habeat.
pronunciauerunt omnes tres in concordia, quęritur, vtrum va-
leat laudum, & videtur, quod non; quia inhabilis adiunctus ha-
bili vitiat actum, vt extra de offi. deleg. c. cũ ſuper abbatia. item
quia licet duo habuerint poteſtatem: tamen noluerunt ea vti,
quia duo ex his non erant alias pronunciaturi ſine tertio. pote-
ſtas enim, qua quis vti non vult, non firmat actum ſuum, arg. ff.
de fideiuſ. l. ſtipules opus. & ſententia non valet circa mentem
iudicantis, vt l. qualem. in princ. ff. de arbitris. In contrarium eſt
veritas; quia nemo videtur in dubio eligere viam ad ſua iudicia
impugnanda, vt l. 3. ff. de mili. teſt. & quia vtilis perſona per inu-
tilem perſonam nõ viciatur niſi aliud interueniat, puta vicium
formæ, vt ff. de arb. l. Pedius. §. in ſeruum. cum l. ſeq & l. 1. §. idem
Pompo. ff. quod fal. tut. auth. Non ob. c. cum ſuper. quia ibi non
erat alias pronunciaturus, niſi cum collega inutili, & ibi patet
in litera. Item quia ibi loquitur in iudicibus deleg. qui repre-
ſentant vnam perſonam, ſcilicet delegantem. ff. de offi. eius, cui
mandata eſt iuriſdi. l. 1. §. qui mandatam. & ideo ibi vtile poſſibi-
le viciatur per inutile poſitum in actu: quia circa vnam, & ean-
dem perſonam, vt ff. de verbo. oblig. l. 1. §. cum adijcit. Præterea
hic in compromiſſo fuit expreſſum, quod vbi duo fuerunt in
concordia, tertius locum non habeat, ergo de facto fuit com-
promiſſum in iſtum fratrem minorem: & ideo non tam eſt in-
utilis, quam nullus; quia extra compromiſſum: cuius dictum,
vel factum non habet viciare: quia impertinens, & extraneus,
& remotus ab actu, arg. ff. de leg. 1. l. ſi duob. §. hæredes. Et ita di-
co, & conſulo. Ego Bald.

## CONSILIVM XLIII.

1 *Scriptura facta per notarium an dicatur publica contra eum, quando eſt manu propria ipſius.*

In Chriſti nomine. Quædam ſcriptura cu-
iuſdam tabellionis re-
peritur facta in facto proprio ipſius tabellionis in forma, quæ
ſequitur, ſignumq; dicti tabellionis apparet figuratum in prin.
ipſius ſcripturæ: cuius à latere tenor talis eſt, videlicet. 1285. in-
di. 6. die 25. menſis Aprilis. ego Ioannes filius Nicolai olim Ia-
cobutij de Sarezana habui, & recepi, & habuiſſe, & recepiſſe
cõfiteor ab infra ſcriptis perſonis infra ſcriptas pecuniæ quan-
titates cauſa eas implicandi, ſeu implicari faciendi in vno naui-
gio cum officialibus in ipſo opportunis, & eorum ſtipendijs in
præſentia teſtium infra ſcriptorum, primo videlicet à magiſtro
Perro phiſico quondã domini Ioannis de Sarezana flore. cen-
tum auri; à Franchinello quondam Petri de Sarezana flore. du-
centos auri. & à fratribus quondam Ser Iacobi de Sarezana flo.
ducentos auri renunciando exceptioni non habitæ, non rece-
ptæ, & non numeratæ ſupra ſcriptæ quantitatis pecuniæ, pro-
mittẽs dictas quantitates implicare, ſeu implicari facere in vno

 naui-

nauigio: aut eas dictis magiſtro Petro Franchinello, & Federi-
co dare, & reddere intra vnum menſem proxime futurum ſub
pœna dupli totius eius, de quo cõtrafacere volens ex pacto ex-
preſſo, quod pro infraſcriptis quantitatibus ad inſtantiam ſu-
praſcriptorum non ſeruatis promiſſis poſſem conueniri reali-
ter, & perſonaliter, Ianuæ, Piſis, Florentiæ, Lucæ, Sauonæ, & v-
bique locorum, & ſub quocunque magiſtratu tam eccleſiaſti-
co, quã ſeculari: mihi auferens auctoritatem poſſendi allegare
aliquem locum, aut iudicem ſuſpectum: ſed ſub eo, & eiuſdem
loci conueniri volo poſſe realiter, & perſonaliter, ac ſi locus ille
foret ſolutioni ſpãliter deputatus, vel ibi pñtem promiſſionem
feciſſem renunciando omni iuri, & legũ auxilio contra ſubſcri-
pta, vel contra ſubſcriptorum aliquid introductum, in quorum
omnium pręmiſſorum teſtimonium ſignum mei tabellionatus
hic appoſui conſuetum, actum Sarezanæ in apotheca ſpeciarię,
quam tenet Iacobus quondam Ser Thomæi de Sarezana: præ-
ſente ipſo Iacobo Franchinello de Sarezana: Iacob. quondam
Iauinij de caſtro Sarezanæ, teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis à
1 domino Ia. quondam Cibaldini iudice, &c. † Quæritur, an di-
cta ſcriptura valeat necne, & videtur, quod non valeat, quia ta-
bellio debet eſſe rogatus, vt in auth. de tabellio. §. nos. ſed ne-
mo poteſt rogare ſeipſum: quia nemo ſibiipſi mandat, vt ff. de
arb. l. pen. item quia nemo poteſt fungi duarum perſonarũ nu-
mero, niſi nomine alieno, vt ff. de pact. l. ſi plures. item quia ne-
mo poteſt eſſe iudex in cauſa ſua, vt C. ne quis in ſua cauſa. l. vni-
ca. & ff. de iur. om. iud. l. qui iuriſdictioni. In contrarium eſt ve-
ritas: nam in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, poteſt quis
fungi officio publico, & priuato, vt plene legitur, & not. ff. de
adop. l. ſi conſul. & ſtandum eſt contra ſe propriæ ſcripturæ, vt
ff. de teſt. tute. l. ex ſententia. verſic. nec admittendam. & ff. de
contratabulis. l. non putauit. §. ſi quis ſua manu. item in hoc in-
ſtrumento omnia adſunt, quæ adeſſe debent, vt in ipſo inſtru-
mento apparet, vt in auth. vt pręponã. nomen impera. in princ.
& no. Inſt. de pu. iu. & C. de tabellionibus. l. ſi. nec ob. quod non
fuerit rogatus: quia imo fuit rogatus à contrahente ſecum: &
ſufficit interdum alterum ex contrahentibus rogare tabellio-
nem, vt dicit gloſ. no. in d. c. nos autem. item ex quo interuenit
ſcriptura, præſumitur partium præſentia: & præſumuntur o-
mnia ſolenniter acta, vt Inſti. de inuti. ſtipu. §. ſi ſcriptum. C. de
contrahen. & commit. ſtipul. l. 1. ff. de verbo. oblig. l. ſciendum.
cum ſua materia vulgari. ex his ſequitur, quod dictũ inſtrumen-
tum tanquam publicum eſt ſequendum, & obſeruandum in ſuis
viribus, nec ob. quod dicta ſcriptura nõ ſit ſcripta in membra-
na, ſed in papyro: nam etiam in papyro poteſt publica ſcriptura
ſcribi, vt ait Spe. & probatur in l. 1. in pr. ff. de bo. poſſ. ſecundum
tabulas. conſulo tamen quod interrogetur prius, vtrum ſit ſua
manu, vel non. Ego Baldus.

## CONSILIVM XLIIII.

1 *Literæ principis non ſunt ſemper exequendæ, ſed reſcribendũ eſt principi.*

In Chriſti nomine. Dominus Bailardinus
fauentibus dominis de
la ſcala cępit tenere duas villas, in quibus extorquebat decimas
ex inueſtitura epiſcopi Vicentini, ex aduerſo dicitur per epiſco-
pum Veronenſem, quod dictæ decimæ ſunt iuris ſui, & de ſuo
territorio. lite autem pendente ſuper hoc emanauerunt literæ
Principis ſecularis contra ruſticos, quod deberent ſoluere di-
ctas decimas hæredib. dicti domini Bailardini, nulla facta men-
tione de dictæ litis pendentia: vigore quarum literarum fuit fa-
ctum eis præceptum de ſoluendo quod petitur reuocatur tan-
quam factum de facto, & ſine cauſæ cognitione: quæritur quid
iur. præſuppoſito, quod princeps habeat poteſtatem in hoc.
1 † Et ad euidentiam eſt præmittendum, quod quandoque prin-
ceps mandat aliquid præcipi ante cauſæ cognitionem: & tunc
antequam fiat pręceptum, debet cognoſci de cauſa, vt C. ſi con-
tra ius, vel vtilitatem publicam. l. ſi cognitio. & ſi contineretur
in literis principis. quod nõ cognoſceretur de cauſa, præſume-
retur, quod litteræ non emanaſſent de principis conſcientia, vt
in c. 2. extra de reſcr. interdũ emanant poſt cauſæ cognitionem:
& tũc literis principis eſt obediendum, & fienda executio: cum
per cauſæ cognitioné appareat exequendum: alioquin illuſoria
eſſet decreta: & ideo executor de cauſa non cognoſcit, quia co-
gnitum eſt, vt ff. de iud. l. cum prætor. in prin. & extra, de re iud.
c. de cętero. Item pmitto, quod ſi in reſcripto non ſit mentio de
litis pendentia, reſcriptũ non tenet in effectu: quia præſumitur
ſubreptitium, vt C. vt lite pen. nulli liceat impera. ſupplica. lib.
1. & extra de reſcrip. c. cæterum. Ex his apparet, quod cum non
ſit neceſſe, debeat de intentione ſcribentis mandare, quod or-
do iuris non ſeruetur, quod dictum mandatum ſine cauſa exe-
quendum non eſt, quia Papa dicit, aut mandatum noſtrum re-
uerenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non
poſſis, rationabilem cauſam prætendas, quia ſuſtinemus, ſi non
feceris, quod praua nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum. vt ex-
tra de reſcri. ſi quando. facit. eo. ti. c. ſuper literas. & c. plerumq;.
cum multis ſimilib. Conſalo igitur, quod ſine cauſæ cognitio
ne, executio non fiat: ſed reſcribatur principi, vt not. ff. de re
iudi. l. Neratius. ſi autem per cauſæ cognitionem conſtat, quod
dictus dñs Bailardinus fuerit in poſſeſſione cum titulo habito à
poſſeſſore, non poſſunt ruſtici ſubtrahere penſioné hæredibus
ſuis, donec de pprietate iudicetur, vt C. de agri. & cenſi. l. litib.
li. 11. vbi articulꝰ iſte determinatur. & facit Inſti de interdictis. §.
cõmodũ. extra de ele. c. querelã. idé ſi iſti ruſtici pmiſiſſent ſol-
uere, vel recognouiſſent ſe eſſe debitores, vt ff. de cond. ind. l. ſi
vrbana ſola auté ſolutio non facit qué debitorem, præſertim ſi
eſt informis, vt l. ſi certis annis. & l. cum de in rem verſo. de ex-
cepti. doli. & ff. de offi. proconſulis. l. obſeruare. §. ſi. Ego Bald.

## CONSILIVM XLV.

1 *Iniuria non eſt dicere, tu mentiris. ad ſui defenſionem.*
2 *Statuto caueri poteſt, quod credatur ſacramento accuſatoris.*

In Chriſti nomine. Statuto Papię cauetur.
ſi quis dixerit verba in-
iurioſa daciarijs, videlicet occaſione eorũ officij, puniatur in 25.
lib. & credatur de verbis iniurioſis ſacrõ daciarij. modo dixit da-
ciarius cuidam hoſpiti, ꝙ fraudauerat gabellam, ille reſpondit
daciario, ꝙ ille daciarius mentiebatur per gulam, qui daciarius
petit puniri illum de fraude: & inſuper accuſat eum de verbis
iniurioſis. de fraude non eſt plene probatum, de verbis iniurio-
1 ſis eſt probatum per ſacrũ accuſatoris. † Modo quæritur quid
iuris? & dicendum eſt, quod à libello fraudis debet abſolui, vt
C. de edendo, l. qui accuſare. ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo,
nam ex quo ſtatutum non diſponit, qualiter fraus probetur,
ſtandum eſt iuri cõmuni, vt C. de noxalibus. l. 2. & extra de con-
2 ſue. c. cum dilectus. † ſed dubium eſt de libello iniuriarum. nam
ſtatutum põt diſponere, ꝙ ſtetur ſacrõ accuſatoris, vt not. Iaco.
de Are. & Cyn. in l. 1. C. ſi aduerſus libertatem, facit C. vnde vi. l.
ſi quando. & quod no. Inno. extra quod metus cauſa. c. ſi. in qui-
bus iuribus cauetur, quod in certis caſibus iurõ ſtatur inſpecta
qualitate iuram. & præſertim ſi eſſent duo daciarij iurantes, ar-
gu. extra de proba. c. quoniã contra falſam. videtur igitur, quod
de verbis iniurioſis accuſatus debet condemnari. In cõtrarium
videtur, quia iſta verba non ſunt verba iniurioſa, ſed iniuriam
repellunt, quia licitum eſt mihi dicere, ſi quis dicit me furem,
vel fraudatorem, tu mentiris: niſi ipſe probet ſe verum dicere.
ff. de procur. l. quæ omnia vero reſponſum. & ibi per Butr. imo
daciarius fuit ille, qui dixit verba iniurioſa. ff. de iniurijs. l. item
apud Labeonem. §. condi. & ideo dictæ cauſæ ſunt ita connexæ,
quod oportet aut in vtraque condemnari, aut in vtraque abſol-
ui. Nam abſolutoria fraudis prætermiſſæ requiritur, quod da-
ciarius fuerint mentitus, & ideo licitum fuit dicere ei, tu men-
tiris, vt ff. de iniurijs. l. eum qui nocentem. in prin. ff. de bonis li-
bertorum. l. qui cum maior. §. libertus. ſic non eſt ergo iniuria
verum dicere ad ſuæ innocentiæ defenſionem. Ego Bald.

## CONSILIVM XLVI.

1 *Subſtitutio quando dicatur euaneſcere, & in conſilio ſeq. nu. 1.*
2 *An quis repudiando hæreditatem videatur repudiare ius fideicommiſſi vniuerſalis, & in conſilio ſeq. nu. 2.*
3 *Fideicommiſſo vniuerſali, cuius dies ceſſit, renunciari poteſt.*
4 *Ceſſio actionis facta per exiſtentem in pupillari ætate, an valeat?*
5 *Excluſis proximioribus ſubſtitutis, an veniant ſequentes.*

In Chriſti nomine. Verba inſtitutionis ſic
dicunt, dominum Ana-
ſtaſium, Thiberucium, & Macrobium filios ſuos legitimos &
naturales ſibi hæredes vniuerſales inſtituit, & fecit æquali por-
tione: & ſi contingeret, quod alter, ſeu aliquis ipſorũ filiorum
ſuorum decederet ſine filijs legitimis & naturalibus, tunc, & eo
caſu adueniente voluit, & legauit. quod alius, ſiue alij ſuperui-
uens, ſeu ſuperuiuentes ſuccedat, ſeu ſuccedãt portione æquali
dicto tali. ſeu talibus præmorientibus in omnibus, & ſingulis
bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, & ra-
tionibus ipſius teſtatoris. Itẽ legauit, quod in caſu, quo omnes
dicti filij maſculi ipſius teſtatoris decedant nullis relictis filijs
legitimis & naturalibus, tunc, & eo caſu adueniente fecit, & in-
ſtituit ſibi hæredes vniuerſales in omnibus, & ſingulis ſuis bo-
nis mobilibus, & immobilibus rationibus duos antiquiores de
domo, & progenie illorum de Calcaneis. deinde mortuo teſta-
tore deceſſerunt omnes eius filij poſt aditã hęreditatem, & ſine
1 liberis. † Quæritur, vtrum dicta ſubſtitutio euanuerit. Et vide-
tur, quod ſic, quia dicta ſubſtitutio fuit facta verbis ciuilibus, &
directis. nam nullum verbũ eſt magis directum, & magis ciuile
in iure, quã verbum, inſtituo hæredem. & hoc procedit ex mo-
do ſignandi attributo à iuris intellectu ipſi verbo, inſtituo. &
ipſi nomini, hæres. vt patet. ff. & C. de hæ. inſt. per to. & inſti.
eo per to. & inſt. de bon. poſ. §. quos autem. ſed tunc arguo, ſub-
ſtitutio facta à pagano verbis ciuilibus, & directis interdum ſit
impuberi, cui poteſt pupillariter ſubſtitui: interdum ſit pube-
ri, & impuberi copulatis ad vnũ ſenſum verborum. Interdum
ſit puberi tãtum. primo caſu in pupillari ætate valet iure pupil-
laris: poſtea nullo modo. in ſecundo & tertio caſu poſt aditam
hęreditatem expirat, vt hoc legitur, & no. ff. de vul. ſubſ. l. verbis
ciuilibus. Non ob. illud verbum. Item legauit. nam ratione ad-
iuncti verbi inſtituit hæredes, generat hæredis inſtitutionem,
vt ff. de verb. ſig. l. verbis legis. & eſt gl. ſingularis, extra de teſt. c.
Rain. in gl. quæ incipit, Item quod dicta ſubſtitutio fuerit merè
directa, & ſic expirauerit. ſecundum Bar. ff. ad tre. l. recuſare. §.
Titius. & in l. Centurio. In contrarium videtur, quod in dicto
teſtamento eſt verbũ commune, fecerit, & intelligitur, ſcilicet
per fideic. & inſtituit, intelligitur ſcilicet directo. Et ſic duplex
eſt ſubſtitutio, ne ſit fruſtra geminũ vocabulum. ff. de vſuris. l. ſi
ſtip. Item & dictio, hæredes, eſt apta impropriari, ſiue obliqua-
ri. nam & fideic. vniuerſalis recte à teſtatore dicitur hęres, quaſi
cui conuenit diffinitio, & diffinitum: ſed diffinitio hæreditatis
conuenit fideic. vniuerſali, vt ff. de fideic. hæreditatis peti. l. 1. nã
hæreditas ſibi applicatur: ergo dicitur hæres ſecundarius, licet
non principalis: nec vitiat voluntatem defuncti rigor verbo-
rum; quia potius debemus inſpicere pondus voluntatis, & ſen-
tẽtiæ teſtatoris, vt ff. de cond. & dem. l. pater Seuerinam. §. con-
ditionum. & l. in conditionibus, primũ locum. non. n. debemus
ire per apices verborũ ad ſubuertendũ teſtatorum cõgruas vo-
luntates: quia intellectus, & prior, & potior eſt, quã verba, vt ff.
de ſupellectili leg. l. Labeo. §. nec mirum. & C. de liberis præte-
ritis, vel exhęre. l. 3. vnde non euanuit pubertate. C. de fideic. l. ſi
frater. & hoc verum, vt in c. ſi pater. de teſtamentis. lib. 6. Et hoc
dictat diſcretio naturalis, & cõſcientia cuiuſlibet recte iudican-
tis. Dico igitur, ꝙ illa verba debent intelligi, put poſſent de iu-
re, & ẽt de facto. i. de volũtate teſtatoris, vt ff. ad tre. l. qui filium.
in prin. & C. de hær. inſti. l. ſi. vnde verba trahi debent ad quali-
tatem actus. vt certe actus valeat, & non pereat: quia idcirco in-
uentæ ſunt interpretationes, vt per eas actus roboretur, & non
perimatur, vt ff. de manumiſ. teſt. l. ſi. ſequitur ergo, ꝙ dicta ſub-
ſtitutio tanquã fideicommiſſaria exiſtente eius conditione vi-
goré aſſumpſit. Ité id, ꝙ cępit dominus ex pupillari ſubſtitutio-
ne fratrum, venit reſtituendũ ex trebellianico; quia primo pu-
pillariter ſubſtituit, ſecundo rogauit, vt ff. ad treb. l. ita tñ. §. qui
ſuſpectam. ſed ad hoc poteſt reſponderi; quia nõ eſt verũ, quod
rogauerit: ſed ſolummodo directo ſubſtituit. nec ob. illa adie-
ctio, ſine liberis. & dict. lex. continu. quicquid gl. dicat in l. pre-
cibus. nã illam gl. omnes reprobant, & licet hęc opinio ſit valde
rigoroſa, & cõtra menté teſtatoris ex imperitia notarij, qui ne-
ſciuit melius verba cõponere: tñ ſcriptura ſic loquitur, & quan-
quã dura, ſeruanda eſt. Sed quia hoc remordet conſcientiam, &
naturalé æquitatem, & ẽt eſt contra iuris veritaté ppter verbũ
generale, facit. & maxime quia filia teſtatoris eſt in medio, vide-
tur interpretanda dicta ſubſtitutio in pupillari ætate: & poſt fi-
deicommiſſaria: quia vnica. Sequẽs qõ, duo antiquiores proxi-
miores de dicta domo dictã hæredé mortuis dictis hæredibus
principalibus, vt aſſeruerunt, ſibi delatã tanquã damnoſam, re-
pudiarunt, deinde poſt anni ſpacium adiuerũt. Quæritur quid
iuris, cum ſuperſit filia teſtatoris, quæ dicit dictã hæreditatem
ad ſe pertinere tanquam ad proximiorem dictorum fratrũ ſuo-
2 rum ab inteſtato. † iſta quæſtio ſtat in hoc, vtrum repudiando
hęreditatem intelligantur repudiaſſe ius fideicommiſſi vniuer-
ſalis. Et videtur, quod non, quia putabant dictam hæreditatem
ad eos deuolutam recta via, vnde non videtur renunciaſſe iuri,
quod ignorabant ſibi competere, vt ff. de inoff. teſt. l. mater de-
cedens. §. præterea. & ff. de acqui. hær. l. Clodius. in contrarium
videtur, quia ſimplex renunciatio omnibus nocet: & quia præ-
ſumitur ſcire ius: ex quo ſciunt teſtamentum. primum pbatur
ff. de pactis. l. emptor. §. Lucius. ſecundum probatur in l. 1. ff. de
3 iur. & fac. igno. † Certum eſt auté, quod fideicommiſſo vniuer-
ſali, cuius dies ceſſit, põt renunciari, vt plene legitur & no. C. de
pac. l. 1. & ff. de ver. obl. l. qui Romæ. §. duo fratres. pręſertim qui
corã notario recipiente pro ipſis, quorum intereſt, vt hic fuit,
vt ff. de adop. l. his verbis. Ex quo enim adita fuerat hęreditas, &
extiterat conditio fideicõmiſſi, competebat actio ex teſtamen-
to, vt reſtitueretur hæreditas, quæ actio erat quæſita cõmuta-
biliter, non auté incommutabiliter. & ideo poterat repudiari.
Sed ad hoc reſpondeo in facto, quod repudiationem præceſſe-
rat agnitio. & ideo non poterat repudiari; quia infixum erat fi-
deicommiſſum. Econtra replicatur, quod non fuit ſimplex re-
nunciatio, ſed pactum de non petendo, quod poteſt facere et-
iam qui adiuit, vel acceptauit. C. de rep. hæredi. ſicut in hoc o-
portet videre verba inſtrumenti, an contineant promiſſionem,
& pactum, an non. & viſo inſtrumento continetur pactum de
non veniendo contra renunciationem, & ideo excluſi ſunt re-
nunciantes: & hæc eſt finalis concluſio: niſi forte quis dicat,
quod non fuit hoc de intentione renunciantium, qui putabãt
ſibi cõpetere ius adeundi, non ius agendi actióne ex teſtamen-
to. ſed iſtud eſt diuinare; quia in inſtrumẽto repudiationis ſit
mentio ſcientiæ, quod eſt intelligendum de ſciẽtia iuris, & fa-
cti. & iſta renunciatio in dubio debet aliquid operari: & qui ef-
fuſo ſermone loquitur, in promptum incidit periculum, vt l. ſi.
in ſi. C. de dotis promiſſione. & quia in inſtrumẽto repudiatio-
nis ſunt hæc verba, repudiauerunt omni modo, via, iure, & for-
ma, quib. melius poſſunt. vnde ſi non valet ꝙ ago, vt ago, valeat
vt valere poteſt. Sed cõtra hoc opponitur, quia in dicta renun-
ciatione eſt facta reſeruatio pro debitis depoſitis, & legatis, in
teſtamento ſuperius nominato contentis: ergo ius fideicom-
miſſi eſt reſeruatum: quia legata, & fideicommiſſa ſunt ſynoni-
ma, vt C. cõmunia de le. l. 1. & l. 2. hic oportet videre, an in ipſo
teſtamẽto contineantur alia legata, quæ ſint ſine onere, ad quæ
poſſit referri dicta reſeruatio, vt ff. mandati. l. hæreditatem. ff.
de leg. 2. l. miles. §. pro parte. ff. de leg. 1. l. & quidem totum. & l.
legatum eſt. hæc omnia dubia ceſſant, tenendo communem o-
pinio. quod iſta ſubſtitutio ſit ita directa, quod nõ obliquetur:
nam tunc expiraſſet pubertate: & tunc nõ poſſet hæreditas adi-
4 ri nec repudiari; quia euanuit pubertate. Tertius † articulus
eſt de quadam ceſſione actionis facta per dictam ſororem eo
tempore, quo dicitur fuiſſe in pupillari ætate, & non potuiſſe
adire hæreditatem fratrum. quod ſi eſt, ceſſio non valuit, nec
aditio, vt ff. de appel. l. cum in vna. §. tutor. & quod no. per Dyn.
5 in l. potuit. ff. de auct. tut. Quartum dubium † eſt, excluſis pro-
ximioribus vtrum veniant ſequentes poſt eos. & dicendum eſt,
quod non, quia tempore mortis nõ erant proximiores, vt ff. de
rebus dubijs. l. ſi cognatis. & ar. in l. 1. in ſi. ff. de leg. 3. Ego Bald.

## Ad idem. CONSILIVM XLVII.

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt. D. An-
driolus de Calcagnis
quatuor habens filios maſculos, & aliquas fœminas, videlicet
dominum Anaſtaſium, Tiburum, & Macrobium, ipſos maſcu-
los hæredes inſtituit, & ſi contingeret, quod alter, ſeu aliquis
ipſorum filiorum decederet ſine filijs, voluit, & legauit, quod
alius, ſeu alij ſuperueniens, ſeu ſuperuenientes ſuccedat, ſeu
ſuccedant talibus præmorientibus in omnibus, & ſingulis bo-
nis, iuribus, & actionibus, &c. deinde ſequitur ſubſtitutio per
hæc verba. Item legauit, quod in caſu, quo ipſi filij maſculi ipſi-
us teſtatoris decedant nullis relictis filijs legitimis & naturali-
dus, tunc, & eo caſu adueniente fecit, & inſtituit ſibi hæredes
vniuerſales in omnibus ſuis bonis duos antiquiores de domo,
& progenie ſua de Calcagnis cum hoc onere, & grauamine,
quod dicti antiquiores tenerentur, &c. Item filiabus reliquit
certam quantitatem iure inſtitutionis. mortuus eſt dictus te-
ſtator ſuperſtitibus dictis filijs pupillis: deinde mortui ſunt tres

ex dictis filijs in pupillari ætate ſupuiuente dicto dño, ꝙ poſtea
deceſſit in ętate 18.an.vel circa ſine li.demum illi duo de Calca-
gnis dicentes hr̃ditates dicti teſtatoris ad eos ptinere ipſam hæ-
reditatẽ adiuerunt. deinde repudiauerunt tanq̃ damnoſam re-
ſeruatis ſibi debitis,& legatis in dicto teſtamento:& ꝓmiſerunt
cõtradictam renunciationẽ non venire. Item eſt verum,ꝙ vna
ex dictis filiabus viuit: & renunciauit omni iuri, qđ ſibi cõpe-
teret reali, & ꝑſonali in omnib. bonis ẽt iuribus, & actionibus
realibus,&ꝑſonalibus,ac ẽt reb.pr̃nis,& mr̃nis. Queritur,vtrũ
in bonis pr̃nis,&mr̃nis,&fraternis dicta filia ius habeat necne?
qđ iuris de ſubſtõne ꝑdicta? † Et vr̃, ꝙ dicta ſubſtõ euanuerit
1 pubertate,ꝗ fuit facta verbis mere ciuilibus, & directis, caſus
vr̃.ff.de vul.& pup.l.Centurio.nõ ob.gl.in l.precib.quia illa re-
probatur per omnes doct.dum dicit,quod ſubſtõ facta per ver-
bum,hæres eſto. trahitur ad fideic.pp adiectam cõditionem li-
berorum.In contrarium,quod illa gl.ſit vera,& ꝙ verbum, in-
ſtituo,inſerta illa conditione trahatur ad fideic.inſpecta mente
teſtatoris, qui cogitando de liberis cogitauit de pubertate. &
ẽt poſt vr̃ caſus iuris nouiſſimi,in c. ſi pater.de teſtamentis.li.6.
non obſt.l.Centurio.quia debet intelligi,qñ conſtat,ꝙ teſtator
præciſe voluit ſubſtituere directo,& non per fideic. ad hoc. C.
de fideic.l.ſi frater.item hic dixit, fecit, & inſtituit. quod expo-
no,ne verba ſint ſuperflua.&.i.per fideic.dum dixit,fecit, & et-
iam directo dum dixit, inſtituit: quia ad augendum appoſuit
verbum inſtituit: non ad diminuendum, & ſic duplex fuit in-
ſtitutio,vt not.Bar.ff.ad tre.l.recuſare.§.Titius.& hanc partem
puto æquiorem,vt voluntas teſtatoris non corruat,vt ff.de ver.
ſig.l.verbis legis. † Sed præſuppoſito hoc videamus,vtrum di-
2 cta renunciatio dictorum duorũ antiquorum euanuerit? & vr̃,
quod non: quia adire,& repudiare ꝓprie ſpectat ad hæredem:
nõ ad fideic. vniuerſalem.Sed dico contra ꝗ etiã fideicommiſ-
ſum repudiari dicitur.dicet aliquis,primo acceptauerunt,ergo
nõ potuerunt repudiare. Reſpondeo, immo quia non fuit vox
repudiantis tantum,ſed paciſcentis,vt C.de repu. hære. l. ſuus.
quia promiſerunt contra repudiationẽ non venire.itẽ dicet ali-
quis reſeruauerunt ſibi legata: ſed reſpondeo,iſta legata nõ re-
periuntur in teſtõ,ſed reperitur ſolum ſubſtõ vniuerſalis,& re-
ſeruatio nihil operatur,ſi non eſt reſeruabile, vt ff. de lega.1.l.ſi
quis ita legauerit.excep. vineis, dicet aliquis,immo nõ videtur
renunciatum fideicommiſſo; quia legata, quod fideicommiſſa
ſunt ſynonima: & ego dico,quod immo: quia voluerũt renun-
ciari ſubſtitutioni,quæ habebat onus annexum,vt patet in illis
verbis conſiderantes dictam hæreditatem eſſe potius damno-
ſam,&c.nam oneribus noluerunt implicari,ſed ſola commoda
ſentire,vt ff.mãdati.l.hæreditatem.rurſus dicet aliquis, filia re-
nunciauit reb.paternis:ſed reſpondeo,quod ex quo erant quę-
ſita fratribus,iam nõ erant bona paterna,ſed fraterna: ꝗ com-
mixta eſſe cęperunt,vt ff.de vul.& pup.l.ſed & ſi plures. §. filio.
& C.de dona.l.ſi auia.& iam repudiatio nõ ob.ff. de tranſactio.
l.qui cum tutorib.in prin.& quod no. C. vnde lib. l. qui ſe pr̃is.
& ff.de acq.hæ.l.Iul.& l.quæſitum. & ideo cõcludendum vide-
tur pro dicta filia. item quia erat pupilla,iuſtum non valet tanq̃
ad cõtractus firmitatem, & rerũ immobilium alienationem.&
iſta ratio eſt clarior, quam prima.Item & ſi fuiſſet adulta, non
fuit certiorata de beneficio reſtitutionis in integrum, de quo
debet fieri mentio ſingularis, argu.ff. de mino.l. illud.§.ſi talis.
facit quod not.Dyn.in l.ſciendum.ff. de verbo.obliga.& eſt iſta
communis opin.quam etiam tenet Ioan. And.licet quidam do-
cto.ſint in contraria opin. Ego Baldus.

CONSILIVM XLVIII.

1 *Præſcriptio an currat iacente hæreditate.*

In Christi nomine. Inter cætera † q̃ritur,
vtrum iacente hæredi-
tate currat præſcriptio? & breuiter dicendum eſt, quod aut eſt
præſcriptio cõuentionalis: & currit,ſiue cęperit currere à per-
1 ſona defuncti, vt quia debitum erat purum: ſiue non; vt quia
viuo defuncto,conditio, vel dies nõdum extiterat, quæ extitit
hæreditate iacente: quia inter defunctum, & præſcribentẽ ita
conuenit.& hæreditas ſuſtinet perſonam defuncti, vt ff.de ver.
ob.l.ad diẽ.& ar.ff.de min.l.Emylius. idẽ in præſcriptione, quæ
ſumeret originẽ ex teſtamento. quia teſtm̃, & vltima voluntas
ęquiparantur:ita intelligitur.ff.qui.ex cau.ma.l.Iulia.vel ibi in-
cepit à præceſſore. idem ſi tempus ſit appoſitum à lege, tamen
in conſequentiam contractus,vt in biennio,vel triennio,quod
datur emphyteutæ ad ſoluendum canonem.vt C.de iur.emph.
l.fi. nam hoc tempus pars quædam tacita eſt ipſius contractus,
vt ff.de eden.l.1.§.diem. & ideo non receditur à contractu, niſi
per beneficium reſtitutionis in integrum, per quam cõtractus
non reſcinditur: ſed miſerationis,vt ita dixerim cauſa pœna in-
dulgetur, vbi nulla culpa reperitur, aut loquimur de prouiſ-
ſione,& pœna legali,vel de prouiſione,& præſcriptione legali,
quæ ſumit originem mere ab ipſa lege: & tunc aut præſcriptio
incipit tempore defuncti, & currit hæreditate iacente, ſed da-
tur reſtitutio in integrum,ſi iuſta cauſa interueniat: quia hæres
erat in vtero,vel erat pupillus,vel adultus, vt ff. de min. l.etiam
ei.la picola. aut incepit ab ipſa hæreditate iacente: & tunc re-
fert, aut nõ poteſt imputari hæredi mora hæreditati adeundæ:
& non currit præſcriptio,vt plene legitur,& no. C. de temp.in
integ.reſt.l.ea, quæ. aut poteſt imputari mora, vt qui ſciens. j.
tempus deliberandi non adiuit: & tunc non reſtituitur: quia
adeundo retro fingitur hæres:& ſic contra eum præſcriptio in-
choata vr̃ iuris fictione, & iura non ſubueniunt negligentibus
de aliquo beneficio temporali,& extraordinario,vt ff. quib. ex
cau.ma.l.non.n.tempus igitur negligentiæ hæredi imputãdum
eſt,vt C.ad Velleia.l.pe.ſane vno caſu ꝑſcriptio conuentionalis
nõ currit hæreditate iacẽte.ſ.quando ex forma cõtractus ꝑſcri-
ptio debeat incipere ab hęrede,vt ff.de ſtip.ſer.l.ſi ſeruus hęre-
ditarius.alij dicunt,quod ꝑſcriptio vſurpatiua domini nũquam
incipit hæreditate iacente:ſed ibi ꝑſcribitur,exceptio ſit, adeo
quod interdũ currit ꝑſcriptio,& tamẽ nõ eſt,qui ꝑſcribat, neq;
contra quem ꝑſcribitur,vt ſi debitor,& creditor deceſſerit ſine
hærede: nam ſolũ tempus ꝑſcribit, & corrodit efficaciã actio-
nis,quod nõ credo verum:quia tps non eſt modus, &c. vt ff. de
act.& ob.l.actionum fere.§.placet.reuertendo igitur ad q̃onem
amici mei,patet ſolutio, vtrum iacẽte hæreditate curreret effi-
caciter ꝑſcriptio,necne,licet alij indiſtincte dicant,qđ cũ ſemp
in ꝑſcriptionib. requiratur negligentia, qđ contra dominium,
vel actionẽ nunq̃ incipit ꝑſcriptio hæreditate iacente,ꝗ hęre-
ditas iacens nunquam poteſt eſſe in mora, niſi forte eſſet datus
curator hæreditati iacenti: quo caſu curreret præſcriptio illa
quæ currit minori.i. præſcriptio longiſſimi temporis: quia cu-
rator repreſentat hæreditatẽ eſſe adultam. & ideo præſcriptio
longiſſimi temporis non curreret ipſo iure. & facit l. ſi ſeruus.
de diuerſis,& temporalibus præſcrip. Ego Baldus.

CONSILIVM XLIX.

1 *Conſuetudo, & priuilegium æquiparantur, & pariter iuriſdictionẽ dant.*

In Christi nomine. In ſacro Abbatis San-
1 ctæ Chriſtinæ dico,† ꝙ
ſtandum eſt priuilegio,& conſuetudini: quia tam conſuetudo,
quam priuilegium dant iuriſdi. & etiam territorium aſſignant,
& iura territorij ampliantur,vt in cap.ſuper quibuſdam.§.præ-
terea.de verb.ſig.& C.de diuer.off. l.viros. lib. 12. cum infinitis
ſi. Ego Baldus.

CONSILIVM L.

1 *Creditor, qui verbaliter obtulit primo creditori creditum ſuum, & non ef-
fectualiter, & ideo ſuccumbit, an poſt rem iudicatam poſſit iterum age-
re, & effectualiter offerendo an poſſit obtinere?*

2 *Reus abſolutus, quia conditio nõ extitit, an poſſit denuo conueniri extante
conditione, quod agens perdat cauſam.*

In Christi nomine. Secundus creditor ha-
bẽs ius offerendi prio-
ri,cũ prior creditor eẽt in poſſeſſione hypothecæ,egit hoc mõ.
qđ aut ſibi debitũ ſolueret, aut pignus relaxaret, cũ eẽt paratus
debitũ ſoluere,& offerre priori creditori cũ nonnullis expenſis
factis p creditorẽ in reb. hypothecatis. & quia poſtea nõ obtu-
lit,prior creditor fuit diffinitiue abſolutus à libello,& cõtentis
in eo. Nunc poſt multos annos dictus ſecundus creditor offert
1 debitum,& expenſas, obijcitur ei exceptio rei iudicatæ.† Quę-
ritur quid iuris: & videtur, quod obſtet exceptio rei iudicatæ:
nam nos dicimus, quod ſententia diffinitiua lata, quia non pro-
batum, parit perpetuam rei iudicatę exceptionem,vt ſit litium
finis,vt plene not.ff.de cond. inde.l.Iul. ſed hic non fuit proba-
ta oblatio, quæ intentabatur, ergo obſtat exceptio rei perpe-
2 tuo iudicatæ.In contrarium videtur, quod iſte caſus ſimilis eſt
agenti pendente conditione † nam ſi reus eſt abſolutus: quia
conditio non extitit, põt denuo conueniri extante conditione,
vt ff.de



excep.rei iud.l.ſi mater.§.eandem.licet gl.dicat, ꝙ per-
dat cãm.ff.ſi cer.pe.l.pecuniam.quæ gl. cõiter non approbatur
per doc.ſed illa gl.nõ loquitur, ꝙ perdit cãm eo ipſo, quod agit
conditione pendente.& in hoc dicit male, vt l. bouem. §. ſi ſub
conditione.ff.de ędil.edi.& in l.ſi rem.§.fi.ff.de pig.act.ſed non
dicit,ꝙ ſi conditio,quæ erat poteſtatiua pendente iudicio, non
adimpleatur,& ideo ſequatur abſolutio,ꝙ poſt ſententiã poſſit
iterato agi.Ego conſidero,ꝙ terminus offerendi eſt vſq; ad ſen-
tentiam,vt d.l.ſi rẽ. §. fi. Itẽ conſidero, quod ſecundus creditor
bene habet hypothecariã, licet prior ei præferatur, tamen ſua
hypothecaria non eſt.Itẽ conſidero, quod ius offerendi eſt ipſi
hypothecariæ natæ annexum acceſſorium,& eius executiuum:
Quapropter abſolutoria tollit ipſam hypothecariam iam natã,
nec eſt ammodo locus iuri offerendi.& ſublato principali tolli-
tur acceſſorium.& facit.ff.de dam.infe.l.ſi finita. §. poſtea. qua-
propter dico ſaluo conſilio ſaniori poſt dictam ſentẽtiam diffi-
nitiuam non eſſe locũ iuri offerendi.Itẽ non eſt mirum, ꝙ con-
ditiones poteſtatiuæ temporis præſcriptione tollantur,vt ff. de
condit.&dem.l.hæc conditio.la picola. Item mora ſua cuilibet
eſt nociua,& facit.ff.de hære.inſti.l. ſi quis inſtituatur. Itẽ quia
offerendo verbaliter ſe aſcripſit ad offerendũ realiter: qđ non
fecit re integra.i.pendẽte iudicio,& tempore congruo. Et ideo
ſibi imputet,vt l.habebat.de inſtitoria. cum ſi. Itẽ poſt conclu-
ſum in cauſa nõ habet locum oblatio, vt extra de cã poſ.& pro-
prieta.c.paſtoralis. vbi dr̃, quod nihil mutari poteſt in iudicio,
nec etiam poteſt allegari ſecundũ Inno. ergo multominus poſt
abſolutoriam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam: niſi
ius offerendi eſſet reſeruatum in ſententia, vt C. de ſent. & in-
terlo.l.cum eo.& ar.C.de col.l.ſi ſoror. Ego Baldus.

CONSILIVM LI.

1 *Venditor an teneatur de euictione, ſi emptor ſuperlucratus ſit pretium, li-
cet poſtea res fuerit euicta.*

In Christi nomine. Titius vendidit Seio
quoddam pręedium pro
precio centũ librarum: ꝙ ꝑcium dẽt ſolui A.& B. creditoribus
dicti venditoris pro ipſius venditoris liberatione.& aliter de e-
uictione dictus venditor nõ teneatur:modo dicti creditores iu-
ra crediti donauerunt dicto emptori. demũ dicta res eſt euicta
1 à quodã tertio. Quæritur,† vtrũ de euictione poſſit agi: & vr̃,ꝙ
non: ꝗ dictum debitũ nõ fuit ſolutum creditoribus:& ſic non
extitit conditio, ſub qua concepta eſt euictionis ꝓmiſſio. nihil
.n.ſoluit,qui gratuito liberatus eſt,vt ff.de ſo.l.ſolutam pecuni-
am.& vbi deficit conditio non competit actio, vt ff.ſi cert. pe.l.
certi condi.in prin.& ff.de verb.ſig.l.cedere diem.Contrarium
dico;quia debitor ſuccedens creditori videtur ei ſoluere, licet
gratuito ſuccedat,ſi hoc ei expedit,vt ff de ſol.l.Stichum.§.adi-
tio. Item quia ſatisfactum dr̃, quemadmodum creditor volue-
rit,vt ff.de pig.act.l.ſolutum.§.ſolutam. Itẽ iſtud pactum,quod
alij ſoluatur,intantum valet,inquantum paciſcentis intereſt,vt
ff.de verb.obl.l.liber hõ.§.fi.Item non refert,quid ex æquipol-
lentibus fiat.& ad hoc optime facit.l.vlt.ff. man. Item donatio
facta poſt meritũ loco ſolutionis naturalis ſuccedit, vt ff. man.
l.ſi remunerandi gratia.in princi. vbi eſt quaſi caſus ipſius quæ-
ſtionis. Ego Baldus.

CONSILIVM LII.

1 *Mandans an teneatur de homicidio perpetrato per mandatariũ ſtante ſta-
tuto, quod nullus capite puniatur, niſi lege municipali caueatur.
Et quot modis dicatur homicida.*

2 *Indefinita an æquipolleat vniuerſali ex interpretatione.*

In Christi nomine. Caſus talis eſt. ſtatuto
Ciuitatis cauetur, qđ
nullus corporaliter puniatur,niſi lege municipali caueatur,ſed
alias pecunialiter puniatur arb.poteſtatis. Alio ſtatuto cauetur,
quod ſi quis homicidium fecerit capite puniatur: ita quod mo-
riatur. Modo contingit,qđ quidam mandauit alteri. vt homici-
1 dium cõmitteret: & cõmiſit. Quæritur,† nunquid talis mandãs
homicidium fieri,capite puniatur,ſicut ille, qui homicidiũ fe-
cit? Ad euidentiam ꝑmitto,qđ homicida dr̃ multis modis.nam
quidã eſt homicida cauſalis,& nõ formalis:vt ille qui mandat&
eius mandatũ eſt executũ.ipſe.n. eſt cã homicidij: tamen nõ eſt
formalis homicida: quia ſuo ictu non occidit: vnde nõ eſt pro-
prie ſicarius,ſed per interpretationem,vt no.ff.de vi,& vi ar.l.1.
§.quoties.& hoc quantũ ad ſubtilitatẽ verborum:ſed quantum
ad effectum iuris,& facti eſt plus,quam homicida,ꝗ delinquit
in ſe,& alium,cuius animum mandando corrumpit,vt no.ff.de
infa.l.athletas.§.Pomp.& ff.ad legẽ Aqui.l. qua actione. §. Cel-
ſus ait.porro mãdans dr̃ eſſe princeps delicti,vt ff.de ſeruo cor-
rup.l.in hoc iudicio.ergo merito dẽt puniri,vt C.de accu.l.non
ideo minus.Itẽ qui mandat non vere,& proprie facit,ſed cauſa-
liter.& ille,qui eſt cã cauſæ,eſt vera cã cauſati:licet ſit cã media-
ta,vt extra de ſent.excom.c.mulieres.& ff. de re iu.l. hoc iure.§.
deiecit.Item decretum dicit expreſſe,ille, qui mandat homici-
dium fieri,eo ſequuto eſt vere, & proprie homicida.de pœ.diſt.
1.c.periculoſe.ſed ſe decipiunt,&c. Quidam vero eſt homicida
formalis,& cauſalis,vt ille,qui ꝓprio animo,& ꝓprijs manibus
aliquẽ occidit,& iſte eſt homicida proprijſſime loquendo & ab
iſto incipit oriri obligatio,vt C. ſi reus, vel accu. mor. fue.l.1.&
hoc reſpũ mandans dr̃ acceſſorius,& fundens ſanguinẽ dr̃ prin-
cipalis.& hæc eſt differentia inter facientem,& mandantem: ꝗ
facientis delictum per ſe ſtat:ſed mandantis delictũ non ſtat per
ſe,vt ff.de fur.l.ſi is,qui rem.§.ſi Titium.niſi eſſet tale delictum,
qđ conſumaretur ſolo mandato,vt ff.de ſeruo corrupto.l.1.§.ꝑ-
ſuadere. Tertio modo dr̃ homicida formalis, & non cauſalis, vt
ſi furioſus,vel infans aliũ occidit,vt ff.de offi.ꝑſi.l.diuus. Sic er-
go multis modis aliquis dr̃ homicida naturaliter,& vere, ꝗdam
non eſt homicida quantũ ad pœnam per iuris interpretationẽ:
quidam vero nec quantum ad pœnam, nec quãtum ad iuris in-
terpretationẽ, vt furioſus, vel iuſte occidens. nã iuſtitia nomen
delicti tollit,ꝗ eius contrarium,vt ff.quod me.cau.l.nec timo-
rem.§.ꝓinde.& ff.de iuſti.& iu.l.vt vim. Ex his ẽt apparet, quod
homicida quandoq; dr̃ ſtricte, quandoq; large, ita quod cõpre-
hendat ex interpretatione vocabuli, ẽt mandantem, vel conſu-
2 lentem.† mõ reuertor ad caſum noſtrum,& deciſio q̃onis ſtabit
in hoc, vtrum indefinita æquipolleat vniuerſali ex interpreta-
tione, an ex ſignificatione vocabuli: nam ſi ex interpretatione
ceſſat pœna capitis in ſtatuto iſto, quod omne, quod venit ex
interpretatione, eſt tacitum, non expreſſum: vt dicimus in taci-
ta vulgari,& tacita pupillari.ff.de vulg.ſubſt.l. iam hoc iure. ſed
quod venit ex ſignificatione vocis,eſt expreſſum. Modo ſuper
iſto articulo dicũt quidam, quod indefinita æquipollet vniuer-
ſali ex interpretatione,alij dicunt,quod ex ſignificatione, vt l. ſi
ſeruitus.de ſerui.vr.præd.dic. quod omnia, quæ ſunt eiuſdẽ ra-
tionis,totaliter includuntur ex ſignificatione:ſed ſi vnũ eſt ma-
gis altero,& diſpar ab alio,non includitur,vt no.Dy. in rubr.de
reg.iu. niſi iſta diſparitas haberet in ſe colligantiam eiuſdem æ-
quitatis: & tunc excluditur ex interpretatione, non ex ſignifi-
catione, & ideo non habet locum in ſtatutis extenſiua inter-
pretatio,ſicut eſt in ſtatuto, de quo quærimus, vt ff. quod vi aut
clam. l. aut qui aliter.§.fin. & facit. ff. de mi.l.auxilium.§.in deli-
ctis. vbi ponuntur vt diuerſa in facto adulterium, & id, quod
pro adulterio punitur de ſubtilitate.ergo iure loquendo dictus
mandans nõ venit puniendus pœna capitis, ꝗ eſt homicida ſe-
cundum qđ, facit quod no.in c.1. extra de offi.deleg. Ego Bald.
Vide de hoc infra in conſi.71.

CONSILIVM LIII.

1 *Res empta de pecunia pupilli an efficiatur pupilli, an ementis nomine ſuo.*
2 *Pecunia an ſuccedat loco cuiuslibet rei?*
3 *Stante patruo, & pupilla in communione omnium bonorum, an pecunia, ex
qua ſunt empta multa bona, præſumatur redacta ex communibus red-
ditibus.*
4 *Fructus ſemper intelliguntur deductis oneribus, & expenſis.*

In Christi nomine. Remanẽtibus in com-
munione bonorũ pa-
ternorum pupilla,& patruo,qui patruus emit multa bona non
1 de induſtria, ſed veriſimiliter de fructibus communib. † Quæ-
ritur, vtrum d. res emptæ ſint omnes patrui, & pupillæ. Et vi-
detur, quod ſic: quia res empta de pecunia pupilli efficitur
pupilli, niſi ipſe non haberet ratum, vt Cod. de rei vendi. l. ſi
ex pecunia. & l. ſi vt proponis. In contrarium eſt veritas: quia
res empta de pecunia redacta ex re pupilli non efficitur pupilli:
quia emens ſuo nomine emit, & tradens ſuo nomine tradidit,
vt ff.de adm.tu.l.Titium,& Mæuium.§.altero. Et plene not.de
iſta materia per Bar. Non ob.quod no.in d.l. ſi vt proponis. ibi,
ſpeciale quando ex pecunia pupilli, vel ſimilium perſonarum.
Nam quædam ſingularia ſunt in pecunia pupilli, quæ non in
alijs perſonis,nec in alijs rebus,vt no. ff. ſi cer.peta.l.ſingularia.
 &l.

& l. ſi pecuniam militis. Item conſtat, quod ſi vendo rem tuam
meo nomine, precium efficitur meum, vt ff. de cōd. inde. l. ſi vr-
bana. & ego ſoluendo precium in me tranſit dominium: vt inſt.
de rerũ diui. §. venditæ. itẽ ſi diceremus contrarium, eſſent duæ
actiones. vna, qd' res, & pecunia fingerentur idem: alia, qd' fin-
geretur emptũ nomine pupillæ: & duæ diuerſæ fictiones ex di-
2 uerſo fonte nõ concurrunt, vt in l. 1. C. de do. promiſ. Item † pe-
cunia loco cuiuſlibet rei ſuccedit: quia ad hoc artificialiter in-
uenta eſt, ſed non ita in alijs rebus, vt ff. de fideiuſ. l. ſi ita fideiuſ-
ſorem accepero. niſi in vniuerſalibus iudicijs, vt ff. de hær. ven.
3 l. venditor ex hæreditate. & ff. de le. 2. l. idẽ ſeruandũ. † Secundo
quæritur, nunquid dicta pecunia p̃ſumatur redacta ex cōibus
redditibus? & vr̃, quod ſic ad inſtar eccleſiæ: in contrarium vr̃.
C. arb. tute. l. ſi defunctus. hoc tenet Bar. in d. §. altero. tamen in
hoc nõ eſt vis; quia tenetur iſte geſtor reddere ad vnguẽ ratio-
nẽ de redditib. veriſimiliter perceptis, & qui veriſimiliter per-
cipi potuerunt: quia fecit officium ſuum circa ſolicitudinem:
licet de leuiſſima culpa non teneatur, vt C. de neg. geſt. l. tutori.
vnde ſecundũ qualitatem, & curſum temporũ, & ſecundũ qua-
litatẽ rerum p̃ſumitur redditus, & ꝓuentus pcepiſſe iuxta qua-
litatem vicinorum agrorum, vt no. in l. 2. C. de reſcin. ven. & C.
vbi pupil. edu. debeat. l. fi. illud ergo, quod diligens paterfami-
lias fuiſſet percepturus, dictus patruus dictæ pupillæ tenetur
conſignare: nec minus tenetur de negligentia, quàm de per-
4 ceptis. & per hoc reſponſum eſt omnibus quæſitis. † fructus
autem ſemper intelliguntur deductis oneribus, & expenſis. C.
de fructibus; & litis expen. l. 1.

## CONSILIVM LIIII.

1 *Duo teſtes deponentes contra inſtrumentum an poßint excuſari à falſitate. & nu. 4.*
2 *Vno poſito in eſſe alterum neceſſario remouetur.*
3 *Accuſatio falſi an procedat, vbi locus non exprimitur.*
5 *Capitulum in aliquo falſum in toto redditur falſum.*
6 *Teſtes intelliguntur deponere ſuper capitulo, & ſe referre ad capitulum.*
7 *Quid impugnat inſtrumentum ſuper eo, quod concernit verum, & falſum, non poteſt ſumere probationem ex eo: nec inde ſe fundare.*
8 *Diuerſitas formarum arguit diuerſitatem contractuum.*
9 *Appellatione partis continetur dimidia, etiam in teſte.*

In Chriſti nomine. Caſus breuis, & arduus
eſt iſte, apparet quod-
dam inſtrumentum in forma venditionis quorundam caſtro-
rum, & iuriſdictionũ cum pacto de retrouendendo, qđ quidem
inſtr̃m hæres venditoris dicit fuiſſe ſimulatum, & loco pigno-
ris, & res vendita quibuſdam alijs poſſeſſoribus, ad quod pro-
bandum induxit duos teſtes ex dictis emptoribus: qui teſtes de-
poſuerunt, quod fuit vera venditio, & quod non fuit factũ ali-
quod pactum de retrouendendo, accuſantur de falſo: quia in-
1 ſtr̃m, ꝙ pro vero p̃ſumatur, dicit contrarium. † Quæritur, nun-
quid dicti teſtes poſſunt excuſari à reatu falſitatis. Et videtur, ꝙ
non: quia iſta ſunt immediate cōtradictoria, promiſiſſe reuen-
2 dere, & non promiſiſſe. † & vno poſito in eſſe alterum neceſſa-
rio remouetur: vt in l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iu. & C.
de fur. l. 1. ff. de condi. inde. l. Iulia. nam inter verũ, & falſum nul-
lum eſt medium: quia falſitas non eſt aliud, niſi mutatio verita-
tis, vt in Aut. de tabellionibus. in prin. veritas autem non eſt a-
liud, niſi ꝙ res ita ſit, vt dr̃. Conſtat autẽ naturaliter, & per pun-
ctum rationis contradictoria non eſſe ſimul vera. vt ff. pro ſuo.
l. ſi ancillam. Item per huiuſmodi teſtes ſi deponeretur verum,
reprobaretur inſtr̃m, vt extra de fide inſtru. c. cũ Ioannes Hære-
mita. ergo econtra ex quo præſupponitur inſtrumẽtum verum
per inſtr̃m, reprobantur teſtes tanquam falſarij: igitur punien-
di ſunt pœna legis Corneliæ de falſis: vel pœna ſtatuti munici-
palis: vt l. 1. ff. ad l. Corneliam de falſis. cum eorum mendacium
non poſſit vlla tergiuerſatione celari, vt ipſa acta expreſſe lo-
qui videntur, & in incertis eſt coniecturæ locus, vt ff. de verbo.
oblig. l. continuus. §. cum ita. In cōtrarium videtur: ad cuius in-
telligẽtiam præmittenda ſunt duo, primo, quod venditio quæ-
dam eſt, quæ habet eſſe, & figuram eſſe: ſimiliter pactum quod-
dam habet eſſe, & figurã eſſe. verbi gratia: ſi præcedit vera ven-
ditio, & apponitur pactum de retrouendendo, vt C. de pactis
inter emptorem, & venditorem. l. 2. quædã habent figuram eſſe
in apparentia, tamen non habent eſſe in ſubſtantia. Et hoc du-
pliciter: verbi gratia, venditio facta ſimulate loco pignoris, vt
C. plus valere quod agi. l. emptione. & conſequenter pactum
factum de reuẽdendo. nam iſtud pactum eſt ſimulatum, ex quo
venditio fuit ſimulata; quia eſt eius conſecutiuum. & ſi contra-
ctus eſt ſimulatus, diſtractus eſt ſimulatus. & quia venditor ſi-
mulatus rem ſuam manentẽ ſuam non poteſt vere emere: quia
rei ſuæ manenti ſua emptio non conſiſtit, vt ff. de contrahen.
empt. l. ſuæ rei. Ex hoc ſequitur, quod verum eſt dicere, quod
non interceſſit vllum pactum de reuendendo, ſcilicet eo modo
quo accuſator allegat; quia allegat pactum ſimulatum. & teſtis
dicit, quod tale, ſcilicet ſimulatum nunquam interceſſit: nec
enim intelligit deponere extra capitulum, deponendo directe
ſuper capitulo. vnde ſi capitulum eſt de pacto ſimulato, & de-
ponit contrarium, intelligitur deponere per contrarium, ſed
contrarium eſt ſimulato ſimulatũ vergens in oppoſitum, vt iſte
ſit ſenſus, nunquam interceſſit ſimulatum pactũ de reuenden-
do: quia talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, vt
ff. de interrog. ac l. ſi defenſor. Secundo præmittendum eſt ad
euidentiam, quod quædam referuntur ad factum, quædam re-
feruntur ad modum: nã emere, & vendere refertur ad factum:
ſed hoc modo expreſſo, vel tacito, qui apparet ex actuum co-
hærentia, vt ff. de pact. l. item quia. §. idem iu. nam actus ſubiun-
ctiui, & continuatiui tacitam in ſe repetitionem habent, vt ff.
locati. l. item quæritur. §. qui impleto. & ff. ſol. mat. l. in his. §. ſi
inter. ſed promittere reuendere refertur ad modum. quia mo-
dus appellatur, quicquid habet cum qualificare, extra de teſti.
ca. Piſanis. iſti ergo teſtes non dicunt contra inſtr̃m, ſed dicunt
contra modum ꝓtenſum aduerſarij, qui allegat ſimulationem
cōcludentẽ factum, & modum. Ex vi igitur intellectus iſti teſtes
ſaluantur à crimine falſitatis, ne prima facie culpabiles videan-
tur. nam & ſi pars dicat inſtr̃m tacite ſimulatum, teſtes tñ dicũt
inſtr̃m expreſſe eſſe falſum, ſcriptumq; falſo cũ nõ fuerit dictũ.
& aliud eſt ſimulatio verborũ prolatorum, aliud falſitas, & falſa
fabricatio eorũ non dictorũ, de ædil. edi. l. ſciendum. §. dictum.
3 de reſcr. c. ſuper literis. per Inn. † Super eo autem, qđ quæritur,
nunquid procedit accuſatio falſi, vbi non exprimitur locus, di-
co, quod iſtud crimen committitur in iudicio, & locus iudicij
eſt notorius, vnde non expreſſio loci neceſſaria ſecundũ quoſ-
dam; quia ineſt ſecundum quod locus ineſt de neceſſitate. Alij
dicunt contra, quia poſſunt examinare extra iudicium. alij di-
ſtinguunt, aut proceditur per accuſationem, aut per inquiſitio-
nem, vt not. illa gl. fin. Inſtit. de pub. iud. in prin. Iaco. But. dicit,
quod vtrobiq; eſt neceſſe apponere cohærentias loci, & tem-
poris, vt ipſe no. Inſti. de act. in princ. in ſua lectura, quod eſt ve-
rius; vt no. Bar. ff. de accu. l. libellorum. facit. c. abbate ſane. de re
iud. lib. 6. vnde pp ineptitudinem fieret abolitio libelli, vt in d.
l. libellorum. §. quod ſi libelli. Nec poteſt iudex ſupplere circa
iudicium ineptitudinis, niſi repellendo libellum, vt l. 1. ff. de off.
aſſeſſo. quia libellare pertinet ad officium partis, non ad offici-
um iudicis, licet inquiſitio pertineat ad iudicis officium. & iſta
ratio mouet gloſ. Inſtit. de pub. iud. & facit, quod no. 1. q. 3. cap.
4 quia præſulatus. † Dimittamus iſtas allegationes ſubtiles, &
ſcrabroſas: & veniamus ad claram defenſionem teſtium: & quia
teſtes depoſuerunt ſuper cap. verba capituli referam. verba ca
pituli dicunt, quod re vera verum prætenſum pretium vendi-
tionum fuit ſolummodo mille floreni, licet in ipſis inſtrumen-
tis prima facie appareat contrarium, videlicet duorum miliũ,
quos ipſi dominus Galuanus, Nicolaus, Bartolinus, Gaimal-
dus, Blanca, Michael, & Iacopinus mutuo dare debebant, vel
dederunt ipſi domino Vbertino. & re vera fuit contractus pi-
gnoris, & non venditionis, & quod ipſe do. Galuanus, Nicoli-
nus, & Bart. Gaimaldus, Blanca, Michael, & Iacopinus ſolenni-
ter promiſerunt ipſi domino Vbertino tunc præſenti ſtipulan-
ti, & recipienti, quod quotieſcunque idem dominus Vbertinus
daret, & ſolueret ipſis ſuperius, & ſæpe nominatis ipſos floren.
mille, quod tunc, & eo caſu ipſi ſuperius, & ſæpe nominati
facerent ſolennem retrouenditionem, & retrodatum prædi-
cto domino Vbertino de ipſis omnibus, & ſingulis bonis, de
quibus in ipſis duabus prætenſis ſcripturis ad modum ven-
ditionis fit mentio pro ſuo dato, & facto tantum: licet ali-
ter reperiatur ſcriptum, ſeu ſecundum quod, & prout teſtes
dicere voluerint in fauorem capitulantis, & legantur præ-
dicta ambæ prætenſæ ſcripturæ ad modum venditionis, ſeu
earum exemplum teſtibus. hæc ſunt verba capituli, prout
patet in actis. Et antequam vlterius procedam, præmitto,
quod



quod iſtud capitulum de retrouendendo ſonat in perſona do.
Vgolini, tamen quia perſona extrinſecus non ſubintelligitur
vt ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. in fi. §. ſed hoc
eſſe falſum apparet per inſtrumentum: quia ſi qua repromiſſio
facta fuit de retrouendendo, fuit concepta in perſona patris, &
filij, qui vendiderant venditione colorata, vel nõ colorata. non
curo in hoc, vnde iſtud capitulum taliter formatũ caret verita-
te: quia valde differt copulatiua à ſimplici oratione. vnde tali-
ter qualiter eſt capitulatum, capitulũ non eſt verum: ſicut dif-
fert vnus reus credendi à pluribus correis credendi. Item illa
verba, ipſi domino Vbertino. intelliguntur ꝓprio nomine, vt
ff. ſol. mat. l. magis. ſed hic fuit cōmuni nomine, vt ff. de vſuf. ac-
creſ. l. ſi mulier cum liberis. ergo de virtute vocis, & ſenſus ca-
pitulum eſt erroneum, igitur teſtes deponentes contra capitu-
5 lum deponunt verum, ꝙ † ſi capitulum in aliquo eſt falſum, to-
tum redditur falſum: quia modicum fermenti totam maſſam
corrumpit. 9. diſt. c. & ſcripturas. C. de tranſac. l. cum ex falſis.
Inn. extra de hære. c. fraternitatis. vnde dicit Spec. in ti. depoſi-
ti. ꝙ capitulum in parte ſubſtantiali, vel qualificatiua totius fal-
ſum, in totum poteſt negari: & negans dicit verum, & nõ capi-
tulans. & hæc conſideratio eſt ſuper illo verbo, domino Vber-
tino. Secunda conſideratio eſt ſuper illo verbo, ipſis ſuperius,
& ſæpe nominatis. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, ꝙ quan-
do plures pſonæ cōputantur in aliquo contractu, vel ꝓmiſſio-
ne, intelliguntur viriliter copulare, & pro partibus virilibus, vt
C. ſi cer. pe. l. ſi non ſinguli. ff. de duo. reis. l. reos. §. cum in tabu-
lis. C. ſi plures vna ſentẽtia. l. 1. ſenſus ergo verborũ eſt iſte: quo-
ties viriles portiones ſolutę fuerint dictis nominatis & iſtud eſt
falſum, quia ex forma inſtrumẽti apparet talis diſtributio, non
in virilẽ: ergo capitulum caret veritate: etiam verum dicunt te-
6 ſtes, ꝙ dicta ꝓmiſſio non interuenit, † & licet inſtrumenta fue-
rint lecta teſtibus, teſtes intelliguntur deponere ſuper capitu-
lo, & ſe referre ad capitulũ, non ad inſtrumenta de per ſe, vt no.
C. qui legitimã pſonam l. momentaneæ. Tertia conſideratio in
verbo, ipſos mille flor. nam non apparet, ꝙ pro mille flore. fue-
rit facta repromiſſio dictarũ venditionum, ſiue ſcripturarum:
vnde teſtes, qui dicunt non fuiſſe factam aliquã talem ꝓmiſſio-
nem, dicunt verum: quia minor ſumma hic non includitur ſub
maiori: quia non eſt in hoc conſenſum, vt ff. locati. l. ſi decem.
7 † Quarta conſideratio eſt ſuper illis verbis, licet aliter reperia-
tur ſcriptum. vbi eſt ad euidentiam p̃mittendum, ꝙ ille, qui im-
pugnat inſtrumentũ ſuper eo, quod cōcernit verum, & falſum,
non poteſt aſſumere ꝓbationem ex eo, nec inde ſe fundare, vt
ff. de his, quib. vt indi. l. poſt legatum. in prin. & in regulã ex eo.
lib. 6. & plene no. per Inn. extra de except. c. cum venerabilis. &
C. de his, quibus vt ind. l. Polla. vnde ad infringendos teſtes, &
eos accuſandos, non poteſt in eos retorqueri inſtrumentum,
quod ipſe accuſator nititur impugnare, dicẽdo, quod aliter fuit
ſcriptũ quã dictum: & per conſequens ſequebatur, ꝙ nulla fi-
des debebat adhiberi inſtrumentis, vt d. l. ſi ex falſis. Nunc ve-
nio ad dictum Grimaldi teſtis, cuius verba ſunt hæc: & etiam
dico, quod ipſi dominus Galuanus, Nicolinus, Bartolinus, ego
teſtis, Blanca, Michael; & Iacopinus, nec aliquis noſtrum, vbi
eſſem præſens nunq̃ promiſimus, nec ꝓmiſſionem aliquã faci-
mus ipſi domino Vbertino per chartam, nec ſine charta de re-
trouendendo ipſi domino Vbertino ipſa omnia bona, & iura,
de quibus in dictis venditionibus fit mentio, pro florenis duo-
bus milibus, nec etiam aliqua maiori, nec minori quantitate.
nam licet iſte directe deponat contra tenorem inſtrumenti ta-
men nõ deponit contra tenorem capituli. & ideo deponit non
iuratus, nec interrogatus. Item illa verba, ipſi domino Vber.
ſunt ponderãda, vt ſuperius dixi, quia non ipſi ſoli, ſed adiunctę
perſonæ filij. nam iſta ſunt diuerſa: ſicut dicimus, quod aliud
eſt, quando pater agit nomine ſuo: aliud quando agit adiuncta
perſona filij, vt ff. ſolu. mat. l. 2. ff. re. amo. l. cum dos. Item aliud
eſt, cum pater ſtipulatur ſibi: aliud cum ſibi, & filio: aliud cum
8 ſibi, aut filio. † nam diuerſitas formarum arguit diuerſitatem
contractuum, vt ff. de verbo. obl. eum qui. §. qui ſibi. & ff. de ſol.
l. ſtichum §. quæſitum. Item dictus teſtis alia ratione poteſt, &
debet ſuſtineri. quia illa verba, ipſi omnia bona, & iura. ſignifi-
cant vnum contractum vtilem, vt ff. de ver. ob. l. ſcire debemus.
vnde de formali prędicatione eſt verum, ꝙ iſta verba nunq̃ fue-
runt ꝓlata pro p̃cio &c. duorũ milium flore. vt ff. de ædil. edic. l.
ſi plura. nam decem, & decem ideo faciunt viginti, vt no. ff. de
ſol. l. vbi. Sequit' dñs Nicolinus de laudo alius teſtis, cuius ver-
ba hęc ſunt, nec vnq̃ fuit à me requiſitũ per ipſum do. Vber. nec
per aliam perſonam eius nomine, ꝙ facerem, nec vnq̃ feci ipſi
domino Vber. nec alij eius nomine aliquã promiſſionẽ de re-
trouendendo, nec retradendo ipſi domino Vber. dicta bona, &
iura nobis vendita in toto, nec in parte. & certum eſt, quod di-
cta promiſſio non fuit facta in toto, vt apparet per inſtrumen-
tum: quia non eſſet ſanus intellectus, quod tenetur reuende-
re totum, qui emit partem: ſed debet intelligi ſane, id eſt, pro-
portionaliter, vt in l. 1. ff. de reb. dubijs. Item non eſt verũ, quod
ꝓmiſerit vnuſquiſq; reuendere ꝓpter dimidiã, ſed iuxta con-
formitatem precij. vnde ſciendum eſt, quod qui negat, vel af-
firmat partem, loquitur de dimidia, & non de alia parte, vt ff.
de verbo. ſig. l. nomen filiarum. §. portionis & ff. de rei vend. l.
9 ſi in rem agat aliquis. † vnde Batt. conſuluit in teſte, quod teſti-
ficando de parte ſimpliciter, intelligitur teſtificari de parte di-
midia: ſed re vera iſte teſtis nec totum reuendere poterat ve-
re colorate: quia non præceſſerat actus retro ſimilis, nec par-
tem dimidiam eadem ratione. vnde notandum eſt, quod teſtis
dixit partem, non dixit aliquam partẽ: & ſic ſecundũ veram in-
tentionẽ ſaluatur. Illud nõ eſt omittendũ, quod clarum, & eui-
dens eſt, ꝙ ſi inſtrumentum loquitur de contractu per modum
conditionis, & capitulũ per modum, qui ſonat puritatem con-
tractus, quod teſtis poteſt dicere, ꝙ capitulum non continet
veritatem. caſus eſt ad literam extra de fid. inſtrum. c. cum Io-
annes heremita. cum ergo capitulum ſit purum, & contractus
conditionalis, teſtis vtiq; negare debuit promiſſionem capi-
tulatam: quia capitulum à ſubſtantia veritatis abhorret, caſus
eſt ad literam in d. ca. cum Ioannes heremita. nam reſtat amo-
do quærere, an debeant condemnari ad intereſſe accuſatricis,
quæ ꝓpter dictam teſtificationẽ dicit ſe ſuccubuiſſe in cauſa, in
qua dicit ſe veritatẽ habuiſſe: quia hoc fuit, quia iudici placuit:
nam ex quo teſtes iſti non ꝓbantur falſum dixiſſe, conſtat eos
non teneri per illã. l. qui nomine, cum materia ſua. Illud etiã eſt
ponderandum, quod licet accuſatio fuerit generalis, tamẽ re-
ſtricta fuit per capitulũ primũ intentionis ipſius accuſatricis &
ſuper ipſo c. iurauerunt teſtes, vt patet in actis. Ego Bald.

## CONSILIVM LV.

1 *Teſtibus deponentibus contra inſtrumentum an ſit magis credendum, quam ipſi inſtrumento, ſeu tabellionis: & an tales teſtes, qui contradicunt inſtrumento, ſint torquendi. & nu. 5.*
2 *Teſti aßignanti rationem dicti ſui an ſit ſtandum.*
3 *Dicta teſtium ſunt ad concordiam reducenda.*
4 *Tres teſtes an præualeant inſtrumento? & an ſi contradicant inſtrumento ſint torquendi. & nu. 5.*
6 *Teſtis primo torquendus, cum tabellio, & teſtis torquendi veniunt.*

In Chriſti nomine. Reperitur quædam
ſcriptura teſtificatio
nis infra ſcripti tenoris. Henricus Roberti de Prato teſtis pro-
ductus, conſtitutus & iuratus, vt ſupra ſuper primo capitu-
lo quod incipit, pri[illegible] quod prædicti &c. ſuper ſecundo capi-
tulo. Item quod præ[illegible]ctum ſedimen &c. Interrogatus, reſpon-
dit verum eſſe, vt in d. c. continetur, interrogatus quomodo
ſcit, reſpondit: quia ipſe vidit manifeſte, quod prædicti ſedi-
men, & domus ſunt conſortes dictæ viæ, quod dicta via eſt co-
hærens dicto ſedimini, & dictæ domui. Item quomodo ſcit,
quod dicta via ſit cōmunis, vel vicinalis? Reſpondit, quod ſcit,
quod dicta via eſt vicinalis: quia vidit, & videt, quod dicta via
non pertinet alicui, niſi vicinis habentibus ſua ſedimina ad ſu-
as domos, ad quæ, & quas oportet ire per dictam viam: & di-
cta via aliquam fugam, ſeu aliquem exitum non habet, niſi ſo-
lum in vicinis, vt ſup. Item quæ differentia inter dictas vias? Re-
ſpondit, quod differentia eſt talis; quia via cōmunis eſt illa, per
quã quilibet volens ire, & redire per ipſam, ire, & redire tam in
eundo ad campos, & ad portas, quã alibi poteſt. Et via vicinalis
eſt illa, per quam aliquæ perſonę non habent ire, nec redire ni-
ſi vicini, qui habent ſuas terras, domos, poſſeſſiones, & ſedi-
mina, per quam habent introitum, & exitum. Interrogatus,
qui ſunt illi vicini, qui conſueuerunt ire per dictam viam? re-
ſpondit Nico. de Prat. Gul. Gala. Baldaſarus de Prato, Petrus
Gaiotus Peruſi. Tignolius de Prato, ipſe teſtis, frater ſuus, p̃di-
cti de Qualeis, & p̃dicti de Bande. cōis. interro. ſi p̃dicti Beltra-


minus,

minus,& Antonius de Qualeis,& eorum anteceſ.ſemper con-
ſueuerunt ire,& redire per dictam viam tanq̃ per viam ꝓpriam
ipſorum,& ſi dicti fratres de Qualeis hodie vadunt,& redeunt
tanq̃ per viam ꝓpriam ipſorum fratrum de Qualeis? Reſpon-
dit,ſic interrogatus, ſi dicti fratres de Qualeis per tẽpora præ-
terita habuerunt,tenuerunt, & hodie habent, & tenent ligna,
& ſpinas, & alia, quæ voluerunt in dicta via tanq̃ in ꝓpria ipſo-
rum fratrũ de Qualeis? Reſpondit,ſic. Ex hac ſcriptura orta eſt
quæſtio falſi: quia teſtis dicit,nunq̃ dixiſſe,ꝙ via eſſet ꝓpria,ſed
ſolum dixiſſe,quod erat vicinalis:tabellio vero dicit ſe legaliter
ſcripſiſſe de verbo ad verbum, ſicut teſtis dixit, ſed teſtis dicit,
quod tabellio falſum ſcripſit,inquantum ſcripſit teſtes dixiſſe:
quia via erat propria: & ad hoc ꝓbandum inducit duos teſtes,
qui de conſenſu partium interfuerunt examinationi vna cum
notario: qui teſtes deponunt,quod dictus teſtis dixit,quod via
erat vicinalis, & non ꝓpria. Modo vicarius do. Marchionis co-
gnitor cauſæ mandauit dictis teſtibus præſentibus, audienti-
bus, & intelligentibus, quod ĩ. 8. dies debeant facere omnem
1 defenſionem, quam volunt. Quæritur quid iuris? † Et dicen-
dum eſt, ꝙ dicti teſtes non debent torqueri tribus rationibus.
Nam ecce teſtis principalis, qui vocatur Henricus Roberti,
ideo non debet torqueri; quia dixit veriſimile & verum cum
redditione cauſæ: quia vicinalis eſt illa, per quam patet acceſ-
ſus vicinis,& non alijs, & exit ad p̄dia vicinorum tantũ, & non
ad viam publicam, vt ff. ne quid in loco publico.l. 1. §. viarum.
2 & §. ſeq. † & hoc modo intelligunt viam vicinalẽ teſtes. & ho-
mines vulgares, & dictus teſtis aſſignat rationem, cui ſtandum
eſt, vt no.C. de teſti.l.ſolam.etiam ſi poſtea idem teſtis dixiſſet,
quod erat propria,intelligitur.ſ.pro parte ſua.nam quod com-
mune eſt, meum eſt. ſ. pro parte mea: vt no. in l.1. C. qui teſta.
3 fac. non poſ. Vnde † congruum eſt dicta dictis concordare, vt
extra de teſtibus. c. cum tu fili. non ergo intelligetur teſtis va-
cillare: quia ratio cõmunis eſt totius teſtificationis, & ei ratio-
ni ſtandum eſt: quia plus operatur ratio, quam dictum, vt ſupe-
4 rius probaui. Secunda ratio eſt, quare teſtes † non debent tor-
queri: quia plenè probant veritatem: cum tres teſtes præua-
leant inſtrumento, vt plenè no. inſt. de inutilibus ſtipu. §. item
verborum. & extra de fid. inſtr. c. cum Ioannes hæremita. & te-
ſtes plenè probantes non ſunt torquendi, ſed ſequendi, vt ex-
5 tra de prob. c. 2. † Tertia ratione non ſunt torquendi: quia ſunt
omni exceptione maiores, vt C. de contrahen. & cõmit. ſtipu.
l. optimam. & no. per Ia. de Are. & Cyn. C. de falſis. l. ſi quis de-
curio. vbi autem teſtis, qui depoſuit, contradiceret inſtrumen-
to, & non haberet comprobatores, potius crederetur inſtru-
mento, cum habeat vim duorum teſtium ad minus, & quando-
que plurium. ipſe autem eſt ſingularis, vt in c. bonæ. extra de
elec. & plenè no. in l. 1. in fi. ff. quemadmodum teſt. aperian. C.
de fideic. l. quæſtionẽ. & C. de fide. inſtr. l. in exercendis. & tunc
ſi deberet incipi à tortura, verum eſt, quod deberet primo tor-
queri teſtis tanquam vilior perſona: cum tabellio ſit perſona
auth. ſed quando ſunt plures teſtes contra tabellionẽ, non ſunt
torquendi teſtes, vt ſ. dixi, & ita eſt in propoſita quæſtione. Et
ita dico, & conſulo. Ego Baldus.

## CONSILIVM LVI.

In Chriſti nomine. Nutus Petrutioli de caſtro Plebis ſuũ ſolenne condidit teſtamentum, in quo inter cætera ſic diſpoſuit. item reliquit, & dari iuſſit Anto. nepoti teſtatoris. 60. flor. auri ſpectantes, & pertinentes, vt aſſeruit, ad eundem Antonium, & habuiſſe pro eo à ſer Vanne Manuchij olim camerarij communis caſtri plebis, & quod in cauſa inſerta in lib. introitus, & exitus dicti ſer Vannis. Item reliquit reſtitui dicto Anto. 110. libras de Peruſinis de bonis dicti teſtatoris pro reſtitutione dotis dominæ Bibliæ matrinæ dicti Antonij, & vxoris olim patris dicti Antonij, ad quam dotem reſtituendam dictus Anto. tenebatur ex perſona dicti ſui patris filij olim legitimi & naturalis dicti teſtatoris. Item reliquit, & legauit vnam petiam terræ laboratam, vineatam, & ſiluatam poſitam in finibus Caſtri plebis in contrata glauij, cui cohæret ab vno res Amodyæ Tactoli, ab alia res Angeli Petrili, à capite via, & à pede foſſatum, & plures alias res de bonis ſuis dictus teſtator reliquit eidem Antonio, vt in dicto teſtamẽto ſcripto, & publicato manu Pauli quomodam magiſtri Vicentij de caſtro plebis notarij continetur. & poſtea dictus teſtator in dicto ſuo teſtamento ꝑ verba infra ſcripta, videlicet in p̄dictis dictum Anto. ſibi heredem inſtituit: iubens eum de p̄dictis ſibi relictis eſſe tacitũ, & contentum, & plura petere non poſſe inde ſuper bonis ſuis. & ſi dictus Anto. deceſſerit quandocunq; ſine filijs legitimis ex ſe deſcendentib. fratrẽ Vanutium eius hæredem vniuerſalem ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & ꝑ fideicom. in omnib. autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilib. Vanutium eius filiũ hæredem vniuerſalem inſtituit. poſt p̄dicta deceſſit dictus teſtator ſuperſtitibus eidem dicto Anto. & dicto Vanutio. deinde deceſſit dictus Anto. maior 14. annis, ſuperſtite ſibi domina Cecha eius matre legitima, & naturali, & hærede, & vxore olim filij dicti teſtatoris patris olim dicti Anto. Modo quæritur, nunquid dicta legata. 60. flo. in vna manu, & 160. lib. den. in alia pertineant ad dictam dominam Cecham matrem, & heredem dicti Anto. & dicta legata petita habere debeat de bonis dicti teſtatoris? à quo, & quod, & quantum debeat habere dicta domina Cecha mater, & hæres dicti Anto. de alijs legatis, & relictis in dicto teſtamento per dictum teſtatorem eidem Anto. & de alijs bonis dicti teſtatoris, & ex perſona dicti Anto. olim filij, dicti teſtatoris, & à quo?

## CONSILIVM LVII.

1 *An quod teſtator vult detrahi, vt æs alienum, veniat in reſtitutione fideicommiſſi? & an imputetur in legitima?*

1 In Chriſti nomine. † Quia illud, quod teſtator vult detrahi, vel præſtari vt æs alienum in reſtitutione fideicom. non venit. ff. de vul. ſubſ. l. cohæredi. §. cum filiæ. ver. nec fideicom. & ff. ad l. Fal. l. pater filium. dico, quod relicta facta nepoti tanquã creditori maternæ dotis haberet libera, & p̄cipua, & hoc certum, ſi poteſt ꝓbari de debito, ſed ſi nõ poteſt ꝓbari, eſt dubium, quia per talem confeſſionẽ non ꝓbatur debitum, vt l. mater. in fi. de lib. legat. tamen quia affectio teſtatoris fuit, ꝙ vt æs alienum poſſideatur, credo, vt ſuperius dixi, ꝙ in fideicõmiſſo nõ includatur ex mẽte teſtatoris, arg. de leg. 1. quod l. in rerum. §. ſi quis poſt. & ff. de pact. leg. l. cum domus. §. filius. an tamen imputetur matri in legitima, ex quo non ꝓbatur debitũ: videtur, quod ſic, per d. l. Aurelio. §. fin. quia preſumitur eſſe de ſubſtantia bonorum teſtatoris, ex quo non probatur debitum: ſi autem probatur, non eſt dubium, quod non imputatur. C. de inoffi. teſtamento. l. ſcimus. §. repletionem. & ideo mater debet habere legitimam de alijs bonis, quæ verè ſunt de ſubſtantia teſtatoris; quæ eſt ſexta pars totius hæreditatis, conſiderato numero liberorum, vt in auc. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. Et ita dico, & conſulo Ego Bal. de Peruſio.

## CONSILIVM LVIII.

1 *Crimen læſæ maieſtatis an committatur contra ciuitatem Florentiæ, vel alias ciuitates extra romanam. & nu. 3.*

2 *Conſcius de crimine turbationis, ſeu ſeditionis contra ciuitatem committendo, an debeat puniri ex ſola ſcientia vt particeps.*

Adde conſilium ſequens.

In Chriſti nomine. Punctus talis eſt, reperiuntur infra condemnationũ, prout in eorum cuiuſlibet condemnatione inferius continetur. In primis quidem reperitur dominus Iac. condemnatus per dominum Cõtẽ tunc capitaneũ populi, &c. eo quod ipſe d. Iac. dum de anno. 1379. de menſe Iunij dicti anni dum eſſet in terra Fabriani ad confinia in mercato dictæ terræ, cui vndiq; ſunt viæ publicæ, ibidem ſuperuenit mittens ſtrelti de Flo. & dixit dicto d. Iac. io ho inteſo dire bone nouellæ. che Benedetto di Simon Perutij ha ordinato potere intrare in Fiorenza, & inſieme cõ altre vſcite de condure per infina vinti lanze, & cõ altre gente, e che ſe crede hauere per certo venire verſo Fiorenza, & reintrare per certo. e perche le coſe habbiuo effetto, il modo è dato, che tutti queſti, che voleno tenere queſt' ordine facciano vna ſcritta de ſue mani cõ loro ſigillo, perche ſappiaſi quelli, che ſono atti, o no. & percio te prego da parte de Benedetto, & di quelli altri vſciti, che tu vogli fare queſta ſcritta che io ho ditto cõ il ſigillo: trouarai che de corto reintreremo in Fiorenza, & ſe noi non poteremo reintrare, noi faremo tanta guerra, che haueremo ogni patto, che vorremo da gli Fiorentini. Et tunc d. D. Iac. reſpondit, io ſono apparecchiato, ma io te prego, che dica a Benedetto, che tenga ſi fatto modo, che io non perda la gratia del Cõte de Fiorenza. ſe queſta coſa non veniſſe fatta, & dammi auiſo in ogni modo voler fare queſta ſcritta: & tunc dictus Matth. reſpondit tu hai a ſcriuere, che tu ſei contento d'ogni coſa, che fa Benedetto de Perrucci per reintrare in Fiorenza eſſo cõ li altri vſciti. & d. d. Iac. fecit tunc dictam ſcripturam, & ſuo ſigillo ſigillauit, & tradidit dicto Matt. & p̄dicta nemini reuelauit, vt effectum haberent in graue damnũ, & p̃iudicium partis Guelfæ, & popularis ſtatus artium, & artificum ciuitatis Flo. &c. & conſtat nobis, & noſtræ curiæ omnia, & ſingula ſupra dicta vera eſſe, & fuiſſe, per liberam confeſſionẽ d. Do. Ia. corã nobis, & noſtra curia ſponte facta, ꝓut & hæc, & alia in actis noſtris, & noſtræ curiæ continentur. idcirco nos Contes miles, defenſor, capitaneus, gubernator, prædictus vt ſupra ſequentes, & ſequi volentes formam ſtatutorum, & ordinum cõmunis Floren. vigore noſtri arbitrij, quod d. D. Iac. ducatur ad locum iuſtitiæ conſuetum, & ibidem caput ab eiuſdẽ ſpatulis amputetur, ita & taliter, quod moriatur penitus, & anima ab eius corpore ſeparetur, in his ſcriptis ſententialiter condemnamus, prout hæc, & alia plenius patent in dicta condemnatione, & ſententia. Item reperitur Petrus Philippi de Flor. condemnatus per d. dominũ Contem, eo quod cum de dicto anno, & menſe Septemb. proximè præteriti dictus Pierus reuerteretur à ciuitate Venetiarum, vbi ſteterat ad confinia, & eſſet in quodam hoſpitio in quadam villa prope caſtrum ſancti Petri comitatus Bononiæ, ibidem ſuperuenit Leonardus Lippicioni, & dixit dicto Petro, voi ſciati molto ben venuto. Io veggio ben che tu hai a caualcare in fretta, prima che tu caualci, voglio che tu ode parechie buone nouelle, gi'è vero che noi crediamo per certo reintrare in Fiorenza, & tutti gli vſciti hanno dato ordine di concurre à noſtre ſpeſe per fino ducento lanze & cõ queſte lanze, & cõ altra gente, che noi haueremo inſieme, andaremo inuerſo Fiorenza, & andaremo ſi prouidi, & auiſati, che entro in Fiorenze, ſi leuarà rumore, & reintraremo per forza, o vero noi ſaremo remeſſi per amore del popolo de Fiorenza, & hauemo dato ordine, che vno de queſti vſciti vada per queſta gente, & trouarai, che queſto non hauerà longo termino: & pero ſarai auiſato, quando tu ſenterai il fatto, tu ſarai apparecchiato cõ ogni tuo podere, ma d'vna coſa te prego, che queſto ſia credenza. & tunc di. Pierus reſpondit. oime laſſo, che mai ditto, che tu me hai meſſo vno grande partito, che ſe io lo riuello a noſtri ſignori, io ſarò traditore a voi, & tutti ve farò periclitare, & ſe non lo riuello, & ſe ſapeſſe queſto, ſto in pericolo, che non me ſia tagliato il capo. & pero te prego da che ſiati diſpoſto a far coſi, che lo facciate ſi cautamente, che nõ periclitate voi, & me, io ve prometto de tenere credenza, & à loco & à tempo faro iuſto mio potere, quæ omnia in ſecreto tenuit, & nemini reuelauit: ad hoc, vt melius haberet effectum in graue damnũ, & p̃iudicium partis guelfæ, & popularis ſtatus artificum ciuitatis Flo. contra formam iuris, ſtatutorum & ordinamentorum dictæ ciuitatis: vt conſtat nobis, & noſtræ curiæ omnia, & ſingula ſcripta vera eſſe, & fuiſſe per liberam confeſſionem dicti Pierij curam nobis, & noſtra curia ſponte facta, prout hæc, & alia in actis noſtris, & noſtræ curiæ plenius continetur: idcirco nos Contes miles, capitaneus, & defenſor, ac gubernator prædictus, vt ſupra ſedentes, ſequentes, & ſequi volentes formã ſtatutorum cõmunis Flo, & vigore noſtri arbitrij, ꝙ prædictus Pierus ducatur ad locum iuſtitiæ, & ibidẽ caput ab eius ſpatulis amputetur. ita & taliter, ꝙ penitus moriatur, & anima ab eius corpore ſeparetur, in his ſcriptis ſententialiter cõdemnamus, prout hæc, & alia pleniuſq; manu publici notarij, & in dicta cõdemnatione, & ſententia continetur. Item reperitur Cyprianus Lippoſi de Florentia condemnatus per dictum Conten, eo ꝙ de dicto anno, & menſe Septemb. ꝓximè preteriti dictus Cyprianus reuerteretur à ciuitate Mediolani, vbi ſteterat ad confinia, tranſiuit per ciuitatem Bononiæ: & dum eſſet in hoſpitio Felicis Admanatis, ad ipſum acceſſit Nicolaus Burdonus de Flor. & dixit dicto Cypriano, tu torni a Fiorenza, che hai forniti li confini de qua, io ſono molto contento per tuo amore, cui reſpondit d. Cyprianus, io voria, che tu, & cõ altri de Fiorenza finaliter poteſſeno ritornare, & nõ ſeria meno contento de voi, che de me, che ponemo, che torni, tu ſai che noi nõ trouemo a fare niente, laqual coſa inteſo il ditto Nicolo riſpoſe al ditto Cypriano, & io vegio l'amore, & la fede che tu hai allo ſito de Fiorenza Io te voglio fare cõtẽto prima che tu te parti di coſa, che tu hauerai grãdiſſimo piacere, ma voglio che tu cõ tua fede me ꝓmetti de tenere credẽza q Cypri. r̃ndit n fede de mercadante quello me dici, non lo ſaperà pſona. qui Nicolaus dixit Cypriano. ꝑ retornare a Fiorenza hauemo dato ordine hauere oltra ducento lanze a noſtre ſpeſe, & hauere altra gente da amicitia, & cõ la nr̃a, & le altre daremo opera in breue o ꝑ guerra tornaremo a Flor. cõ il nome de Dio ſarai auiſato, che quando tempo ſarà, cõ ogni tuo potere & ſapere facci cio che poi, che la coſa reſti, che per tornare in ſtato tu & li altri, che ne ſono difore, non ci è altro modo che q̃ſto, & ſta ben allegro, che ꝑ il fermo non po eſſer, che nõ ſia coſi. cui Cyprianus r̃ndit, de q̃ſto ſono bene contento, & cognoſco, che nõ vi è altro modo alli fatti noſtri, che quello, che dici quando ſarà el tẽpo foro tutto il mio potere, & ſapere de q̃ſto, che me dici, accio habia loco. & p̄dicta dr̃, quod Cyprianus in ſecreto tenuit, & nemini reuelauit ad hoc vt p̄dicta habilius executioni mandarent in graue damnũ, & p̃iudicium partis guelfę pacifici, & popularis ſtatus artiũ, & artificum ciuitatis Flo. contra iura ſtatutorũ & ordinamentorũ dictæ ciuitatis. & conſtat nobis, & nr̃æ curię omnia, & ſingula ſupra dicta vera eſſe, & fuiſſe ꝑ liberã confeſſionẽ dicti Cypria. coram nobis, & curia nr̃a ſponte factã ꝓut hæc, & alia in actis nr̃æ curiæ plenius cõtinen. idcirco nos Contes miles &c. vt ſ. ſequentes, & ſequi volentes formã ſtatu. cõis Flo. vigore noſtri arbitrij, quod p̄dictus Cyprianus ducatur ad locũ iuſtitię, & ibidẽ caput à ſpatulis amputetur, ita & taliter, ꝙ penitus moriat̃, & anima ab eius corpe ſeparet̃ in his ſcriptis finaliter condẽnamus. Item reperitur Philippus Blaſij de Strocis de Florentia condẽnatus per d. dñm Conten, eo ꝙ dicitur Philippus de dicto anno, & menſe Maij tunc ꝓximi præteriti dũ d. Philippus ſtaret ad confinia in ciuitate Caſtelli, & quadã die dicti menſis d. Philip. ſtaret in eccleſia Sancti Iacobi de dicta ciuitate Caſtelli, cuius ędificium cohæret ab vna parte dictæ eccleſiæ, & ab alia via, & ab alia Mattheus Scieiti de Flo. iuit ad dictum Philippum, & ei dixit, Philippo io te ho a dire le megliore nouelle del mondo, che Benedetto de Simon Peruzi cõ altri viſciti ſtando a Bologna hanno dato ordine de condure gente a ſoldo, & cõ queſte gente venire a Fiorenza e procurare tutto loro potere de reintrare in Fiorenza o per forza, o per amore, pero il d. Benedetto ha mandato, ſi tu voi attendere a queſte coſe il modo, qual è queſto, che tutti li banditi che ſtanno in Bologna ſe ſono congregati, & collegati inſieme, & ciaſchuno de loro hanno vna ſcritta de ſuo ſigillo de mai non abandonare queſta facenda fin che ſi mandi ad execut. & pero te prego da ſua parte, che tu ce vogli attendere, & non a ſpettrare vogli el termino delli confini toi, che Dio el ſa ſe tu ne ſartri laſſato trare, & pero faci vna ſcritta de tua mane cõ il ſigillo tuo come tu conſenti a queſte coſe, & non te trattenir piu, & trouerai certo, che Benedetto cõ li altri vſciti, & banditi de Fiorenza mandaran ad executio. ex facto ſubitamente, & tunc dictus Philip. r̃ndit. Io ſono apparecchiato. ma io ti prego che queſta coſa ſia credẽza, perche ſe queſto nõ veniſſe fatto a tẽpo de li confini mei di tornar a Fiorenza ſappendoſe queſto, non ci poteria mai reintrare, & tornare, & ſtatim accepit quandã chartã: & in ea ſcripſit ſua ꝓpria manu, ꝙ conſentiebat omnib. q̃ fierent, & retractarentur ꝑ dictũ Benedictũ reintrando in ciuitate Flo. & dictã ſuã ſcriptam cum quodã ſuo ſigillo ſigillauit, ꝓmittens p̄dicta contra p̄ntem pacificũ, & trãquillũ ſtatum popularẽ Guelfum de ciuitate Flo. & in graue damnũ, ac p̃iudiciũ artificũ dictæ ciuitatis, & volentes bene viuere in dicta ciuitate cõtra formã iuris, ſtatutorũ, & ordinamentorũ dictæ ciuitatis. & conſtat nobis, & noſtræ curiæ omnia & ſingula ſupradicta vera eſſe, & fuiſſe per legitimam confeſſionẽ d. Philip. coram nobis & noſtræ curiæ iudicio ſponte factam, prout hæc: & alia in actis noſtræ curiæ latius continentur, idcirco nos Contes miles, capitaneus, comes, & defenſor prædictus ſedens pro tribunali, vt ſ. ſequentes, & ſequi volentes in p̄dictis formã iuris, ſtatutorũ, & ordinamentorũ ciuitatis Flo. & vigori noſtri arbitrij conceſſi nobis, ꝙ d. Philip. inquiſitus ducatur ad locũ iuſtitiæ conſuetũ: & ibidem caput à ſpatulis amputetur ita, & taliter, ꝙ pœnit' moriatur, & anima

anima à corpore ſeparetur. in his ſcriptis ſententialiter condemnamus, prout hæc, & alia patent in dicta ſentẽtia. Item reperitur dñs Donatus Glerutij, de Barbadonis de Flo. cõdemna. per Ianinũ Lucij de Ceſtulo exequutorẽ ordinarium ciui. Flo. eo ꝙ d. dñs Donatus fuiſſet tranſmiſſus pro parte cõmunis Flo. in ambaſiatam ad dñm Bartolũ de pace ad cõe Venetiarũ, & ad dominũ Paduæ iter fecerat per ciuitatẽ Bon. & dum in dicta ciuitate moraretur, inuenit in dicta ciuitate Bo. Barthola. Nicolini Cianis Rodulfi Benedic. Cymonis Raynerij de Peruxis exbannitos dicti cõis Flo. & be. 12. alios ex bannitos cõis Flo. prædicti, de quorum nominib. dixit ſe non recordari, in quib. exbannitus dictus Donatus in ſcriptis tractatum, & colloquium habuit videlicet ꝙ prædicti exbanniti dixerunt d. do. Donato, ꝙ ipſi ordinauerant, ꝙ certi ciues Flo. qui morantur Boñ. exbanniti, & non exbanniti, qui vocantur litionipij debebant venire ad dictam ciuitatem Flo. cum dictis banderijs cum ſignis partis Guelfæ: quæ banderiæ fuerunt factæ in ciuitate Bononiæ, & leuare rumorẽ in ciuitate Flo. dictis banderijs in manibus, & cridare, viuat populus, & pars Guelfa: & aliq debebãt incipere dictum rumorẽ in porta Sancti Nic. & aliqui alij in porta Fauentiæ, & in pluribus locis dictæ ciuitatis, & eleuato rumore debebant trahere ad dictam portam Fauentię, & dictam portam debebant rumpere, & per dictam portã debebãt intrare dicti exbanniti cum maxima gentium comitiua, & prædicta debebant fieri die 20. menſis Decemb. tunc proxime futura: & ſic mutare ſtatum ciuitatis ad quæ omnia prædicta, & ſingula reſpondit dictus Donatus, ꝙ erant bene ordinata, & pro certo habebit finem optatũ, & ꝙ in tempore neceſſario, & opportuno dictus Donatus dabit ad prædicta conſilium & fauorẽ. & per dictum Donatum, & alios non remanſit, ꝙ prędictum tractatum ad effectum perduxiſſent, ſed pro eo, ꝙ illi, qui venerunt ad dictam ciuitatem Flo. cum dictis banderijs fuerunt capti per officiales cõis Flo. & ſic dictus tractatus fuit detectus, & manifeſtus. per quę omnia prędicta cõmiſſa, & perpetrata per d. do. Donatum, & alios nominatos, rumor, ſcandalum, tumultus facti fuerunt in dicta ciuitate Flo. & ſtatus pacificus, & tranquillus dictæ ciuitatis turbatus fuit. & conſtant nobis, & noſtræ curiæ prædictæ, & omnia, & ſingula in ſupradicta inquiſitione cõtenta vera eſſe, & fuiſſe loco, & tempore in dicta inquiſitione cõtentis per veram, & legitimam confeſſionẽ ſupra dicti do. Donati coram nobis, & noſtrę curię in iudicio ſponte factam: cui do. Donato &c. & nullam fecit &c. ꝓut hæc, & alia in actis noſtris, & noſtræ curiæ latius cõtinentur. idcirco nos Ianinus exequutor prædictus ꝓ tribunali ſedentes, vt ſ. ſequentes, & ſequi volentes formam iuris, ſtatutorũ, & ordinamentorum cõis Flo. & vigore noſtri arbitrij nobis in hac parte conceſſi ſpecialiter mandamus, ꝙ d. do. Donatus ducatur ad locum iuſtitiæ conſuetum, & ibidem eidem do. Donato caput à ſpatulis amputetur, ita, & taliter, ꝙ anima ab eius corpore ſeparetur, & pœnitus moriatur; & omni modo via iuris, & forma arbitrij, & cauſa, quibus melius poſſumus, & debemus do. Donatum in his ſcriptis ſententialiter condẽnamus, & ꝓut hæc, & alia contra p̄dictũ condemnatum in ſententia continetur in anno 1379. die 23. menſis Decemb. Itẽ reperitur inter alia quoddã ſtatutum poſitũ in 3. lib. domini poteſtatis ſub rub. de inueniendis bonis cõdemnatorũ. cuius tenor de verbo ad verbũ talis eſt: dominus poteſtas prædictus, & eius iudex miles, & notarius, & quilibet eorũ, cui ipſe poteſtas cõmittere, & dominus capitaneus populi, & eius iudex facere teneãtur, & debeant ſolennẽ, certã, & ſolicitã inquiſitionẽ de omnib. bonis condemnatorũ Flo. vel exbannitorum tantũ, vel condẽnatorũ: tamen & ſi aliquis apparet volens ſuo nomine, vel alieno bona aliqua, ſeu res defendere, q̃ eſſent, vel dicerentur dictorum exbannitorũ, ſeu dicerentur dicta bona, & res aliquo iure, vel cauſa ad ſe ꝑtinere, vel ad alium, anteq̃ in aliquo audiatur, vel eius defenſio admittatur, teneatur deponere apud officiales, & dominos omnium gabellarum dicti cõis li. 500. vel minus, prout videbitur tali officiali conſiderata qualitate, & valore ipſorũ bonorũ, & rerum, & dictus exactor, vel officialis teneatur infra quintam diem poſt factum dictum depoſitum notificare in cõſilio populi Flo. & capitulo artium, qualiter talis fecerit dictum depoſitum pro defenſione bonorum talis condẽnati, vel exbanniti, & inſuper inſtrumenta, quibus pro ipſorum bonorum, & rerum defenſione vti voluerit, in continenti aſſignare, vel officiali, coram quo quęſtio erit ſub hac conditione, & modo, ſi apparuerit ipſa inſtrumenta fore fictitia, vel ſimulata, dicta pecunia veniat integraliter ad cõmune Flo. Et idem rector, coram quo talia inſtrumenta producerentur, ipſum producentem, vel eis vtentẽ punire, & condemnare teneatur cõi in publico conſilio generali in quantitate depoſita: & nihilominus inſtrumenta caſſare, & annulare totaliter, & habeatur pro plena ꝓbatione, ꝙ talia inſtrumenta ſint fictitia, vel ſimulata ſi talis exbannitus, vel condẽnatus, vel aliqs de ſua familia vſus fuerit bonis, & re alienata: ſeu ea tenuerit, & poſſederit poſt contractũ alienationis factam, vel ante talem alienationẽ per vnum annũ, vel infra: ꝓut continetur in ſtatuto præſenti poſito ſub rub. de alienatione facta à cõmittentib. maleficiũ &c. vel alias de ſimulatione, vel fictione ꝓbatum fuerit per quatuor teſtes bonos, & legales famã publicã ꝓbantes. in prædictis quoq; procedi poſſit, vel debeat ad peti. & inſtan. cuiuſcunque publici, vel priuati denunciantis non obſtantibus ferijs, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij. & ad omnẽ dubit. tollendam additũ eſt, ꝙ reſp. & fiſcus ciuitatis, & cõis Flo. intelligatur habere, & habeat eadẽ priuilegia, honores, & p̄rogatiuã, & immunitatẽ, quæ, & quas ꝓut, & ſic haberet, ſeu habere intelligitur reſpu Romanorũ, & fiſcus, & ipſis omnib. & ſingulis potiatur in quocunq; caſu iure, & negocio &c. Itẽ reperitur quoddam aliud ſtatut. poſitum in dicto 3. lib. ſub rub. de pœna acclamantis & contractionẽ faciẽ. cuius tenor de verbo ad verbum talis eſt, videlicet. Si quis vndecunque, & cuiuſcunq; conditionis, & ſtatus fuerit, p̄ſumpſerit, vel auſus fuerit cõtra dominos poteſtatem, capitaneum, priores artium. & vexillũ iuſtitiæ, ſeu aliqua, vel aliquorũ eorum in conſilio, parlamẽto, vel alia congregatione, vel alibi vbicunq; clamare, vel rumorẽ facere, ſeu aliqua contumelioſa turpia videlicet inhoneſta verba dicere, vel aliquẽ eorum offendere, vel quomodocunq; in aliqua parte ciuitatis burgis, ſuburgijs Flor. exclamare ad arma, vel ſerra, vel aliqua ſingulari pſona, videlicet caſſato, ſeu domo, vel progenio ciuitatis Flor. dicere, viua viua, vel mora mora, vel rumorem, ſeditionem, exclamationẽ facere, ſeu fieri facere pro tempore alicuius rumoris abſq; voluntate, & licentia dñorũ priorum artium, & vexillũ iuſtitiæ, vel ſaltim venire ad ciuitatẽ Flo. cum armis, vel cum hominũ comitiua, vel ſine, vel in comitatu, ſeu ciuitate Flo. ſeu alibi creare, ordinare, facere, ſeu fieri facere aliquid, ꝓpter quod ſcandalũ, rumor, vel tumultus oriatur, videlicet oriri poſſit in ciuit. comitatu, vel diſtrictu Florentiæ, ſeu ꝓpter qđ pacificus, & tranquillus ſtatus populi, & cõis p̄dicti turbarentur, vel turbari poſſit, puniatur, & condẽnetur in perſona, & rebus arbitrio poteſtatis, vel capitanei, & inſuper in omnib. & ſingulis dñi poteſtas, & capitaneꝰ, & quilibet eorum hanc cognitionẽ, & bayliam, & etiam liberũ arbitrium inquirendo, inueſtigando, tormentando, cognoſcẽdo, puniendo, & condẽnando cum accuſ. & condẽnatione, & ſine accuſa. vel denuntiatione per ſuum officium, & inquiſitione ſecrete, & palam, & omni mõ. & via etiam ꝓut eiſdẽ, vel alteri eorũ placuerit, & videbitur conuenire, conſidera. pſonæ & pſonarũ committentium contra p̄dicta vel aliqđ p̄dictorũ re. & negotio, acceſſu, qualitate conſiderata dũmodo minor pœna q̃ in ordinamentis iuſtitiæ continetur in cõibus. in quib. ipſa ordinamenta loquuntur, nullo modo poſſunt opponi cõtrafacientes prædicta, vel aliqđ prædictorũ, & ꝓceſſus, quẽ dicti dñs poteſtas, capitaneus, vel aliquis eorũ inceperit, teneat, debeat terminare. ĩ. 20. dies, poſtq̃ ad alicuius eorum poteſt. capitanei notitiam peruenerit, ꝙ ſi non fecerint, pdant de ſalario dicti contrafacientes lib. 50. p̄p̄. in quib. condẽnetur executor ordinarius iuſtitiæ, & ſindicus, qui eum ſindicabunt, vel ſindicos tantum. & nihilominus teneantur, & debeant infra alios 15. dies poſt p̄dictos 20. p̄dicta facere, & exequi ſub ſimili pœna ſta. vel ordinamentorum alio non obſtan. itẽ reperitur quoddam aliud ſtatu. poſitum in dicto tertio lib. ſub rub. pœna facientis congreg. vel immutatã per violationẽ populi ordini iuſtitię, vel inuadentis aliquam ciuitatẽ, vel locum, cuius tenor talis eſt: quęcunq; perſona ciuitatis, comitatus, vel diſtrictus Flo. vel etiã aliud ab anno domini 1333. menſis Ianuarij citra fecerit, ſeu faciet in futurum in dicta ciuitate, diſtrictu, vel comitatu, vel alibi vbicunq;, aliquam adunatã, vel congregationẽ gentium conuenticulã, conſpirationẽ, vel poſtam pro violatione vel ſubuerſione populi, vel ordinum iuſtitiæ dicti populi, vel alterius eorum, vel contra ipſum populũ, vel libertatẽ ipſius ꝓ inuadendo aliq̃ ciuitatem, vel caſtrum maximè de prouincia Tuſciæ, vel vicinæ comitatus Flor. ſeu ciuitatis, ſeu diſtrictus confinantis cum comitatu, & diſtrictu Flor. vel vadat, ſeu ſit in dicta conuenticula, conſpiratione, ſeu poſtura ſub pœna capitis, & publi. omniũ bonorum, niſi eam faceret pro occupando, ſeu inuadendo. &c. Item reperitur quoddã aliud ſtatutum in ordinamentis iuſtitiæ 323. ſub rub. de pœna exclamantis in conſilio, vel parlamento, ſeu coadiuuatione, & facientis contractum ſine licentia cõis: cuius tenor de verbo ad verbum talis eſt. Item ne & q̃ pro ſalute populi inuenta ſunt, redundare non poſſint in perniciem eius alicuius, neq; cuius aſtutia ſtatutum & ordinatum eſt, quod nullus rector, vel officialis cõis Floren. vel aliqua ſingularis perſona ciuitatis, comitatus, vel diſtrictus Floren. audeat, vel præſumat in cõſilio, vel parlamento, vel coadiuuatione aliqua, quam fieri quomodocunq; contingeret, aliq̃ concitationẽ, vel exclamationem facere, vel popularibus ſuadere, ꝙ in aliqua vociferatione, vel exclamatione prærumpant, niſi forte clamaret, vel diceret, viuat populus, vel viuat iuſtitia, vel viuant Guelfi, & quod nullus etiam ex prædictis audeat, vel præſumat aliquem tractatum inire, arengare, vel tractare cum aliquo domino, vel cum aliqua quacunq; perſona cuiuſcunq; ſtatus, vel conditionis de his, quæ ſpectant ad cõe Floren. palam, vel occulte, & ſecrete de aliquib. rebellibus cõis Floren. reducendis, vel rebanniendis ſine licentia expreſſa dñorum Priorum, & vexilliferi, de qua apparere debeat publicum inſtrumentũ: qui vero contra fecerit, incontinẽti faciat poteſtas retineri perſonaliter, & ipſi conuicto caput amputari faciat à ſpatulis, ita ꝙ moriatur: quod exequutor fieri procuret ſolicite, & ſi poteſtas hoc facere prætermiſerit, condemnetur per executorem in li. 1000. ſcilicet p̄p̄. & nihilominus exquutor faciat, quod fieri debebit, vel omiſſum fuerit per dictum poteſtatẽ. & ſi aliquo tempore foret in ciuitate alicuius tumultus, ſuſpicio, poſſit, & teneatur dictus exequutor congregare omnes vexilliferos ſocietatis, & de ipſorum conſilio facere &c. Item reperitur quoddam aliud ſtatutum poſitũ in dictis ordinamentis. 225. ſub rub. de pœna populario. qui interfuerint, vbi tractaretur aliquid contra populum Flo. cuius tenor talis eſt, videlicet. Item vt ꝓditores populi, & fautores magnatum coerceantur debita diſciplina, prouiſum, & deliberatum eſt, ꝙ ſi aliquis popularis ciuitatis, comitatus, vel diſtrictus Flor. interfuerit alicui conuenticulæ, vel acceſſerit ad magnatum conſilium, vbi tractaretur de violatione, vel ſubuerſione populi Flor. vel ordinamentorum iuſtitiæ, vel vbi tractaretur de aliquo tumultu in ſeditione facienda, vel vbi quomodocunq; conſpiretur contra libertatem, vel ſtatutum populi Flo. & maxime cõtra exquutorem vel priorem artium, & vexilliferum iuſtitiæ, puniatur, & condemnetur pœna capitis per exequutorem prędictum: & nihilominus ipſe, & filij ſui, & deſcendentes per lineam maſculinam intelligantur, & ſint magnates, & habeantur, & tractentur. ſaluo ꝙ prædicta nõ obſint, nec p̄iudicent in aliquo conſortibus, vel conſanguineis talis popularis. Item reperitur quoddã aliud ſtatutum poſitum in 3. lib. domini capitanei ſub ru. ꝙ exequutor poſſit inquirere de maleficijs, quę cõmittuntur per magnates, cuius tenor talis eſt. Vt maleficia, quæ per magnates, & populares quotidie cõmittuntur, non maneant impunita, ſtat. eſt, ꝙ exequutor ordinarius iuſtitiæ &c. Item ſtatu. & ordinatũ eſt ad hoc, vt ciuitates, & comitatus, vel diſtrictus in quiete, & tranquillitate vigeant, & tollantur coniurationes, & conuenticulæ, quæ crebro fieri dicuntur in ciuitate Flor. pro ſubuerſione partis Guelfæ, & populi Florentini, ꝙ ſi quis auſus fuerit, ſeu p̄ſumpſerit in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu eiuſdẽ facere, vel fieri facere, aliquam congregationem, compoſitionem, vel conuenticulam, vel in conſilio, ſeu aliqua congregatione dicere, vel ꝓferre verba turpia, vel inhoneſta contra dños, poteſtatem, capitaneum, priores artium, & vexilliferum iuſtitiæ, vel alterum eorum, vel tumultum, ſeu rumorẽ, vel aliquid aliud facere, vel ordinari facere; pp quod rumor, videlicet ſcandalũ, vel tumultus, vel armorum concitatio oriretur, vel oriri poſſet in ciuitate, vel comitatu, vel diſtrictu Florentiæ, vel ſtatus præſen. pacifici, videlicet tranquilli populi, vel cõis Flor. turbaretur, vel turbari, vel ſubuerti poſſet, vel q̃uolibet impediri, puniatur, & condẽnetur in perſona, & rebus per exequutorem ordinarium iuſtitiæ ipſius arbitrio. in p̄dictis, & quolibet p̄dictorũ habeat cognitionem, bayliam, & arbitrium exequutor p̄dictus, inquirendo, inueſtigando, & ꝓcedendo, & condemnando, & cum accuſatione, & denuntiatione, & fine, & p ſuum officium, & inquiſitionem ſecrete, & palam & omni via, modo, & ꝓut ſicut eidẽ videbitur, & placuerit inſpecta conditione qualitate exceſſus & negotij,
1 & pſonarum p̄cedentib. indicijs, & non p̄cedentibus. † Quæritur, viſis omnibus, & ſingulis ſupradictis, an bona ipſorũ condemnatorũ p ſupra dictos rectores, qui pdictas ſententias protulerunt, debuerint publicari, & cõfiſcari: & an poſito, ꝙ in dictis ſententijs publicata, vel confiſcata non ſint, poſſint, vel debeant hodie cõi Flo. publicari, & cõfiſcari, vel incorporari, necne; quid de fructibus poſt dictas ſententias ex dictis bonis pceptis; & videtur, ꝙ per p̄dictos rectores debuerint publicari, & confiſcari. & poſito, ꝙ in dictis ſententijs publicata nõ fuerint, poſſint hodie in cõe Flo. publicari, & cõfiſcari: & p conſequens idem de fructib. Et primo de iure cõi etiam omni lege ſtatutaria circunſcripta, ſecundo eſto, ꝙ nõ de iure cõi: quia contenta in inquiſitione, & cõdẽnatione ſupradictis vidẽtur incidere in crimen lęſæ maieſtatis: eo qa ſolicitatũ & concitatũ dicit, ꝙ ſeditio, tumultus cõtra aduerſus rẽpub. non fiat. l. 1. ff. ad l. iuliam maie. itẽ quia hoſtẽ, hoc eſt exbannitos, & exitirios concitaſſe, & opem dediſſe videntur. l. 3. eo. ti. Item aduerſus rempub. dolo malo feciſſe, ſeu vt fiat, curaſſe vidẽtur. l. 4. & l. 3. in fi. eo. ti. item quia videtur tex. in l. 1. e. ti. & gl. hoc tener in l. fallit. C. de aboli. in fi. gl. ſuper ver. p̄dicta igitur bona debuerũt publicari, & confiſcari poſſunt &c. l. fi. e. tit. nec iſto caſu eſt aliquid innouatum, vt patet in Auth. bona damnatorum. in fi. item videtur expreſ-
2 ſum in l. quiſquis. C. ad l. iul. maie. † Item quia conſcius de turbatione ciuitatis ſuæ, vel de alio cõmiſſo in ciuitate ſua ex ſola ſcientia punitur vt particeps. l. vtrũ. ad l. Põ. de pari. & quod ibi no. p doc. maximè contra principẽ. d. l. quiſquis. ſecundò eſto, quod non de iure cõi, ſaltẽ de iure municipali videtur clarũ: & hoc tripliciter. primò p primũ ſtatutũ, p quos reſpublica ciuitatis Flor. &c. non reuocando quantũ ad hoc in dubium poteſtantem condẽnantis. ſecundò eſto, ꝙ ciuitas Florentina &c tamen in p̄dictis ſtatu. poſit. ſub rub. de pœna fac. congreg. &c. in p̄dictis caſib. imponi videtur bonorũ publicatio exp̄ſſe: vt patet ex forma dictarũ inquiſitionũ. & condẽnationum, vt d. l. municipali. ſi ſic, ergo non hẽt locum Auth. bona dãnatorũ. & ſicut bona debuerunt publicari vigore dictarum legum municip. ſic dẽbãt de iure veteri. aut bõa damnatorũ. maximè ex quo p ſententiam declaratũ eſt crimen, ſuccedit bonorũ publicatio, p l. 1. §. 1. ff. ad turpil. l. ordine. in fi. ad muni. Tertiò: quia & ſi in ſententia bonorũ publicatio non ſit exp̄ſſa, tamen intelligitur de iure vigore dictarũ legum municipalium. l. quod ad ſtatum, & l. qui vltimo. ff. de pœnis. l. 1. ff. de bo. dã. l. deportatorũ. C. eo. ti.
3 † In contrariũ, & primò. quia de iure cõi, lege ſtatutaria circunſcripta, bona p̄dictorũ, vel alicuius eorum nõ debuerunt publicari &c. quia cõtenta in inquiſitione, & in condẽnatione antedicta, vel aliqua earũ non incidit in crimen læſæ maie. qđ locum habet ſolũ, vbi quis mouet contra principẽ, vel qui iuxta latus eius ſunt, vel contra rempub. roma. non in alijs ciuitatib. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. & l. ob pecuniã. ff. de fur. l. 4. in fi. ad l. iul pecu. ꝓbatur in d. l. fallaciter. §. fi. C. de aboli. vbi crimẽ læſe maie. & oppugnationis patriæ alterantur, vt ſpecies differentes. & eſt gl. or. & not. in pr. ff. ad Iul. maie. & ita loquunt omnia iura ſupra circa hanc partẽ in contrarium allegata circa ciuitatem videlicet, ſeu rẽpublicam romanorũ, vt in eis expreſſe patet. & ſic non faciunt contra led pp. locũ à ſpeciali: quia ſic ſpecialiter in ciuitate, & repub. romanorũ, vt ibi: ergo in alijs ſecꝰ, ff. ad muni. l. 1. & hoc maximè verum eſt in ꝓpoſito, vbi non de opprimẽda, vel deſtruenda patria certabatur, ſed de multis defenſionibus, & partialitatibus inter ciues, vt l. ſi quis ingenua. §. in ciuibus. ff. de capt. & l. 2. §. ijſdem temporibus. ff. de orig. iur. & p hoc patet gl. in d. l. fallaciter. nã bene loqui videt, niſi intellexiſſet de patria cõi. & ſi. ergo pp. conſcientiã ex ſola ſcientia vt criminis particeps puniretur ex his, quæ contra eorum ciuitatem, vt d. l. vtrum nõ tamen vt rei criminis læſæ maie. quia non contra ciuitatem, vel rẽpublicam romanorũ, vt dictum eſt. ſecundò dico, ꝙ de iure munici. & ſi reſpublica, & fiſcus ciuitatis cõmunis Floren. intelligatur habere, & habeat eadẽ priuilegia, beneu-

beneficia,& immunitatem, quę, & quas prout,& ſic habet,ſeu habere intelligatur reſpublica romanorum,& his omnibus,& ſingulis potiatur in quocunq; caſu, iure, & negotio, & nullo modo reuocando in dubium valentiam ſtatuti: non tamen reſpublica,vel fiſcus ciuitatis Flo.eſt reſpublica,vel fiſcus ciuitatis romanæ: quia verba legis municipalis non ſonant, nec dicunt hoc.ſ. quod reſpublica,& fiſcus ciuitatis romanorum: ergo delictum,quod cõmittitur contra rempu.& fiſcum ciuitatis Flo.non eſt crimen læſæ maie.quia ceſſant termini.l.delicta leuia inducentis. nec verba huius l. faciunt, ꝙ delictũ cõmiſſum contra vnum videatur cõtra alium: ſic ergo delinquens contra rẽpublicam, & fiſcum ciuitatis Flo.non delinquit contra rempublicam, vel fiſcũ ciuitatis romanæ, nec delinquere fingitur. ergo læſæ maie. crimine non tenentur: quia tale crimen non committitur.nam diſpoſitio actiuè concernens non egreditur illum,ne locũ habeat in alio.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pac.& ſi dicatur, licet reſpublica, & fiſcus ciuitatis Flo. non ſit neceſſe, quod fingatur reſpu. vel fiſcus ciuitatis romanæ, nec delinquere audiatur contra rempu. vel fiſcũ ciuitatis roma. qui delinquit contra rempu. vel fiſcũ ciuitatis Flor. debet ſequi publicatio bonorũ, ſicut pro cõmiſſo contra rempub. & fiſcum ciuitatis romanę: quia reſpub.& fiſcus ciuitatis Flo.habet eadem priuilegiata beneficia &c.

## CONSILIVM LIX.

1 *Maieſtas quotuplex ſit.*
2 *Contra facientes contra ciuitatem ſuam præter Romanam non incidunt in crimen læſæ maieſt. ſed crimen ſeditionis, nu.3.*
3 *Qua pœna puniantur committentes crimen ſeditionis.*
4 *Pœna ſecundum legem municipalem imponi debet, cum ipſa lex municipalis diſcrepat à iure communi.*
5 *Statutum de pœna perſonali non trahitur ad bona, vnde confiſcatio bonorum non venit in conſequentiam.*

¶ Adde conſilium præcedens.

In Chriſti nomine. Licet eleganter pro,& contra ſint inductæ leges propriè propoſitũ facientes, & determinantes,tamen pro vberiori doctrina recẽſenda ſunt tria. primò cõſideranda ſunt, quis eſt titu. huius criminis.ſecundò qua l. punitur. tertiò qua pœna,& hæc habent particularia aliqua membra.primũ, an in tali pœna requiratur ſententia iudicis. ſed ſi requiritur ſententia iudicis,an ſuper bonorum confiſcatione ſufficiat tacita ſententia, an vero requiratur expreſſa confiſcatio. Redeo ad pri-
1 mum.† præmitto ad euidentiam,quod multiplex eſt maieſtas. ſ. dei. ff. de arb. l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio Imperatoris.vt inſt. in proœ, & C.ad l.Iul. maie.l.quiſquis. cum ſi.ff.eo.l. 1.& l.regis.C. vt nemo pri.ti.maieſtatis. Dicitur ſecundò maie. prætoris. ff.de iuſt. & iure.l.pen.ff. de iuriſ. om. iud.l. ſi familia. ciuitates vero aliæ ad vrbem nõ dicuntur maieſtas, quia ciuitates loco priuatorum ſunt.ff. de fur.l. ob pecuniam.ff.de verbo. ſig.l.bona ciuitatis. & l.eum, qui vectigal.itẽ partes guelfæ,vel gebellinæ non dicuntur maieſtas: hæc enim non ſunt nomina ciuitatis, ſed nomina partialitatis, de quibus notatur in c.ſta-
2 tutum.§.cum autem.de reſcr.li.6.† Ex his apparet,tales partialitates pro, & contra facientes non incidere propriè in crimen læſæ maieſt. cum talis partialitas nulla ſit maieſtas: & à quo remouetur nomen & effectus. C. de ferijs.l.nullo. & dimicantes inter ſe ratione officiorũ,vel ſtã. in cõmuni non dicuntur proprie rebellare contra rempu.ſuæ ciuitatis.ff. de cap.l. ſi quis ingenua.§.in ciuilibus. nec etiam dicuntur ꝓprie rebellare principi, qui conceſſit eis magiſtratum, & imperium, vt expreſſe no.Bart. in extrauag. ad rep. ſuper verbo rebellando. in q. quæ incipit, ſed an hæc conſtitutio &c.& allegat pro caſu dictum §. in ciuilibus: quia ergo municipia quantumlibet egregiam maieſtatem non habent,non cõmittitur proprie crimen læſæ maieſt.in ipſam ciuitatẽ, vt eſt gl.or.in l.1.ff.ad l.Iu.maie.niſi quando fieret ſeditio, vt ipſa ciuitas ſubtraheretur principi,quo immediate regebatur: nam tunc per reſpectum ad principẽ, non per reſpectum ad ciuitatem cõmittitur crimen læſæ maie.& ita debet intelligi gl.quæ eſt in l.2.C.de aboli.idq; poteſt ex l.quas allegat,in quibus mentio reip.ſæpe reperitur,quod refertur ad remp.imperij,& populi Romani,non ad alia loca,niſi inquantum ſunt pars ipſius reipu. ſubiectiuo modo, arg. eorum, quæ notantur in l.2. §.publicũ,ff.de iuſti. & iure.in gl.ord.nam tunc qui partem offendit, & ſic auriculam,vt ſic dixerim, totum offendiſſe videtur,arg. ff.de fur.l. vulgaris. in primo ſit ergo concluſum quod tit.criminis iſtius non eſt proprie læſæ maie.titulus: ſed eſt crimen ſeditionis.& poſito quod eſſet læſæ maie.eſt ex capite ſpecialis ſeditionis. eſt autem ſeditio,quando quis tractat facere proditionẽ, & nouitatem contra publicum, & bonum ſtatũ ciuitatis, vel facere guerram, vel aliquid ſimile non nuda cogitatione,ſed perueniendo ad aliquem actum,puta faciendo coniurationem, vel rumorẽ,vel guerram,vel occupan-
3 do aliquam terram contra ſuam ciuitatẽ,vel municipium. † iſti quandoq; de iure cõmuni puniuntur ad mortem.C.de ſedi.l.1. & 2.ff. de re mili.l. proditores. quandoq; mitius puniuntur,vel propter perſonarum dignitatem:vel puta quia minus deliquerunt: quia non proceſſerunt ad actum proximũ factis, vel propter laſciuiam, non ex propoſito.ff. de pœ.l.capitaliũ.§.ſolent. & l. ſi quis aliquid.§. fautores, vel ne ſtrages multorum fiat,eo. tit.l. aut facta.§.fi. vel propter nimiam iuuentutem,vt not.in §.
4 pœna grauior. & hoc iure cõmuni. † ſed nos non ſumus nunc in iure cõmuni: nam per ius municipale ſæpe à iure communi receditur, & pœna debet imponi ſecundum legem muni. hoc ergo crimẽ puniendũ eſt noua pœna.ſ. legis municipalis quando l. municipa. diſcrepat à iure communi, vt ff. de re mili. l.3. §. qui poſt diſcretionem. in ver.receſſu,&c. ex hoc apparet ſecundum principale: quia iſtud crimen punitur, lege municipali: & ideo verbis ſtatutorũ debemus inhærere. ff. qui & à qui.l. proſpexit. & eſſe contenti pœnis ſtatuti non ſupplendis per ius cõmune.ff.de ver.obl.l.ſi ita ſtipulatio facta.ſtatutum enim detrahens iuri communi non ſuppletur per ius cõmune.ff.de iuſt. & iur. l. ius ciuile: qua ergo lege punit iſtud crimen Flor. Reſpondeo.l. Florentinorum ex hoc apparet qua pœna: quia pœna ſtatutorũ ex quo, quia caſibus ſtatuto comprehenſis, & nominatis, lex,in qua ſumus, nos dirigat in viam conditionis pœnæ, quia ſecundum legem aſſumptam in procedendo oportet pœnam inferre condemnando,& ſi plures leges poſſint intentari, vt no. ff. de confeſ. l.2. in gl. or. in dubio videtur aſſumpta via ſtatuti, quia ſpecialis ſaltem reſpectu loci. ff. de leg. 3.l. hoc legatum. ergo ſequamur viam ſtatutorum, neq; addendo,neq; detrahendo: quia neq; addere debemus ſtatutis pœnalibus, & localibus,vt plene no.c.1.de temp.ord.l.6.licet ius cõmune pœnale, non tamen locale quandoq; extendatur voce,ſed non ſignificatione. C. de fur. l. ſi quis ſeruo. Item detrahere non debemus ſtatutis: tamen ſi iudex detrahit, valet,quia præſumitur pro ſententia, & quia habet poteſtatem per legem, hodie, de pœnis: & quia ſi abſolutoria valet,ergo & modificatoria ſententia valet.ff. de in litem iuran.l. in actionibus.§. 1.& l. videamus. §.fi.ff.de iud.l.ſi prętor.ff.quando app.ſit.l.1.§.biduum.ff.de interdictis,& releg.l.relegatorum.§.ad tempus. & certe ciuitates pro maximo habent eorum ſtatuta, & conſuetudines eis obſeruari.ff.de offic.procon.l.obſeruare.§.ad tempus, & §.pen.& ideo fundemus in ſtatutis non gloſando temere, ſed literæ ſtatutis deſeruiendo,& intelligendo,vt ſtant, & iacent. Et dico ſecundum verita. ꝙ ſtatutum,quod incipit,ſi quis vndecunq;.loquitur de pœna informi, & arbitraria arbitrio poteſtatis,& capit. item ſtatutum, quod incipit,vt malitia, quæ per magna,loquitur arbitrio executorio ordinamentorum iuſtitiæ. & quia pœna arbitraria eſt incerta,donec declaretur per iudicem,nullo modo pœna non declarata ſupplenda per impetrationẽ legalem: quia non habet incertitudinem, niſi quam per declarationem iudicis aſſumere non poteſt. arg. de iure fiſci.l.eius,qui delatorẽ. & C.de contrah. emp.l. fi. vnde habet in ſe conditionem, ſi iudex arbitretur. & ideo ſi iudex declaret de pœna perſonali, non intelligitur eſſe talis: quia non poteſt eſſe vna pœna ſine reliqua.C.de mulieribus, quæ ſeruis proprijs ſe iunxerunt.
5 l.1.C.de rap.virgi. † Item ſtatutum de pœna perſonali non trahitur ad bona, ex quo non facit mentionẽ bonorum: quia ſtricti iuris odioſum,& iocale: & quia de vno ſeparatorum non infertur ad aliud, quod eſt poſſibile ſeparari ab illo. C. de bon. præſc.l. ſi filius: & de mino.l.3.§. ſed vnum. Et quia iſte proceſſus non fundatur ſuper.l.Iul. maie.ſed ſuper l.Flo. & cuius formam, & obſeruationẽ accipit. vnde arguere de lege Iul. eſt arguere de lege non intentata. nec intentanda. ſtemus ergo contenti ſtatuto, & ſententiæ in ſola pœna perſonali figentibus pe-
6 dem ſuum.† Et ex his apparet, quod cõfiſcatio tacita bonorum non venit in cõſequentiã pœnæ corporalis: quia ſtatutũ, qđ eſt ſtricti iuris, hoc non dictat,ergo nec nos dictare debemus,neq; ſupplere,ar.ff.de cond.inde.l.fi.in fi.& qđ no.in c.vlt.de eo,qui furtiuè ordi.ſuſcep. per Inn.in arbitrarijs ſimpliciter fixũ pedẽ tenere debemus in eo,qđ eſt arbitratum,& præſumere, ꝙ nihil fuerit vlterius arbitrandũ, maximè ad exaggerationem pœnæ. non obſt.auth.bona damnatorum: quia non eſt hic proceſſum, nec illa lege, nec illa pœna, nec illo crimine, nec illa culpa.facit, quod not. inſti.de hær. quæ ab inteſt. §. per contrarium. & inſt. de pub.iudi.§.pen.& quod no.in gl.ordi.&c. Et ita dico,& conſulo ego Bald.de Peruſi. iuris vtriuſq; doct. & ad finem me ſubſcripſi,& ſigno mei nominis ſignaui.

## CONSILIVM LX.

1 *Subſtitutio facta impuberi, quòd eo mortuo omnia eius bona deueniant ad alium, an excludat matrem: & ſi mulier ſit relicta domina, maſſaria, & vſufructuaria, donec honeſtè vixerit, ita vt teneatur communicare fructus tam dotis, quàm aliorum ſuorũ bonorũ teſtatoris hæredibus, an mortuo filio mater habeat communicare cum tertio ſubſtituto, &c.*

In Chriſti nomine. Viſo teſtõ ſer.Iacobi de Camario, in quo inſtituit ſibi hæredes ſer.Ioan.& Nico.ſuos filios pupillos, & ſi ambo deceſſerint ſine filijs, ꝙ omnia eorũ bona remaneant,& ſint Cincij ſui nepotis. quæritur eis mortuis in pupillari ætate, an
1 mater eorum ſuccedat in aliquo?† & dicendum eſt, ꝙ non: quia propter illud verbũ,omnia eorum bona, ſit ſubſtitutio expreſſa pupilla.eis decedentibus in pupil.ætate,nam cum teſtator voluit venire bona impuberum in ſubſtitutione. ergo ſubſtitutio fuit pup.quia in fideicõmiſſo non venirẽt bona pupillorũ. ff.de vul.ſub.l.cohæredi. §.cum filiæ. ver.nec fideicõmiſſo.ſequitur, ꝙ mater in totum excluditur. l.precibus. C.de impu. & alijs. ff. de inoff.teſt.l.Pap.§.ſed nec impube. & in c.ſi pater. de teſt. lib. 6.Secundo quæritur, quid ſi in eodem teſtamento continetur quoddam legatum,videlicet: Item reliquit Vanutiam eius vxorem dominam,& maſſariam, donec honeſtam, & vidualem vitam conſeruauit,dummodo fructus tam dotium, quàm aliorũ ſuorum bonorum communicet & communicare debeat infraſcriptis dicti teſtatoris hęredibus.quæritur,an in iſtis verbis includat dictus Cincius ſubſtitutus, vt debeatur legatũ vxori,vbi vxor cõicet eidẽ fructus. & dicendum eſt nõ aliter deberi: quia in pup.ſubſt.hrs eſt teſtatori directò cũ iudicio teſtatoris,vt no. Bart.ff.de vul.ſubſt.l. qui liberis.§.hæc verba. Ego Bald.

## CONSILIVM LXI.

1 *Datum in præmium emancipationis an computetur in legitimam.*
2 *An filius inſtitutus in nummo poſſit dicere nullum, vel agere querela inofficioſi teſtamenti.*
3 *Filius,cui non eſt relicta legitima integra, an poſſit agere ad ſupplemẽtum non obſt.prohibitione, vel maledictione paterna.*
4 *Filiæ excluſæ per ſtatutum an faciant accreſcere legitimam.*

Ser Lippus. Baldatimi deceſſit condito teſtamẽto, quod vobis demonſtratur in pup.formam in quo fecit mentionem de Franci. filio ſuo, vt in ipſo latius continetur. item de quatuor filiab. ſuis, & duobus filijs, vt in ipſo teſtamento plenius, & ſerius cõtinetur. Franc.filius cõqueritur de dicti ſui patris diſpoſitione tanquam indiſcrete facta: quia per ipſum non eſt ſibi portio debita attributa, ſed potius indebitè denegata,ſeu ablata: quæritur primò, an dictũ teſtamentum,in quo ipſe Franc.loco legatarij in re certa eſt inſtitutus,nec in ſui fauorẽ vlla ſunt poſita verba in inſtitutione continentia, ſed potius in odium eſt, quia inſtitutus eſt in re ipſius Franc.per verba ambigua, vt videtur in dona.&c. & iurib. à me habitis, & præceptis &c. deinde in quantitate minima.ſ.in x.li. cum dicta hæreditas,ſeu bona remanẽtia ſint mille flore. ſit annullandum,ſeu nullum dicendum? vel ſi nullum dici nõ poteſt, vtrũ poſſit impugnari per querelã? vel quæ ſint remedia Franc. à iure tributa? & quia ſtatutum Cortonij excludit filias dotatas, quæ & quanta ſit legitima.vtrum ſit ſemis totius eius, quod remanſit in bonis,vel triens, cũ verba legis ſint verificata, ſcilicet ꝙ remanſerunt quinque filij, vel vltra,& eſt ſemis: nunquid ad iſtum ſemiſſem admittantur ad partem iſtæ filiæ fœminæ; an repellantur propter ſtatuta,quæ repellunt filias dotatas, quarum vna dotata,& nupta fuit viuente patre, & quia pater voluit expreſsè, quòd de prælegatis factis duobus filijs vtiliter inſtitutis filiabus ſoluerentur dotes,an ſint adeo ſoluendæ de prælegatis, quòd non debeant ſolui de ipſo ſemiſſe? & qualiter debita iure naturæ debeant diuidi: Item an datum in præmium emancipationis in legitimam computetur.

1 In Chriſti nomine. † Super puncto de comput. in legitimam ſunt op.nam Bart.dicit non imputari, niſi ſit tempore donationis actum,quòd computetur.C.de inoff.teſt.l.ſi quando. §.1. tamen ſecundum eum debet conferri.C.de colla.l.vt liberis. §.fin.& l. illud.ſed Rich.Malumb.Mar.Syl.& pleriq; doct. dicunt imputari in legitimam, ꝙ re vera habuit, ex quo donatum eſt in præmium emancipationis, quia idem eſt, ac ſi diceret pater, dono pro parte tua.& hoc eſt verius in caſu noſtro,vbi dictum eſt pro alimentis, nam ſuccedit loco alimentorum. C. ad Iul. maie. l. quiſquis.§.ad filios.C.de nupt.l.ſcimus.per Cy.& ideo imputari dico in legitimam, quatenus eſt re vera donatum, & hoc debet per ſubtilitatem iuris diſquiri. ff.de caſtr. pecũ. l.ſi forte.C.
2 de colla. l. ſi dona. † Super primo puncto an dictis Fran. poſſit dicere nullum, vel agere querela inofficioſi teſtamenti, dicendum eſt,quod ſufficit inſtitutio in vno nummo ad validandum teſtamentum,vt no.ff.ad treb.l.ſi quis priore.& C.de inoff.teſt.
3 auth.nouiſſima,& ff.de min.l.3.§.ſed vtrum. † Super eo verò qđ quæritur, an cum dictus Fran.nõ habeat legitimam integram, poſſit agere ad ſupplementum non obſtante prohibitione, vel maledictione paterna, dicẽdum eſt. quòd ſic, vt in Auth.vt cum de appe.cog.§.cæterum.C.de inoffi.teſt. l.omnimodo. & l.ſan-
4 cimus.† Sed reſtat vnum dubium valde difficile.ſ.quanta ſit iſta legitima? vtrũ triens conſideratis ſolùm maſculis? aut ſemis conſideratis fœminis? & de iure communi nõ eſt dubium, ꝙ numerantur omnes filij, & filiæ, vt in auth. nouiſſima & in l. maximũ vitium: ſed ſtatutum quod repellit dotatas, facit dubium: videtur enim ꝙ aut filiæ non connumerantur, & ſic ſit triens: quia qui non admittitur ad ſucceſſionem, non connumeratur inter ſucceſſores, præſertim vtiles.ff.de contrat.l.1. §.fi.aut connumerantur,& tũc quatenus per ſtatutum defalcatur eorũ legitimæ, eatenus pars maſculorũ augeatur, nã prouiſio legis debet prodeſſe ei,in cuius gratia ſit.ff.de pact.l.quod dictum. ff.de leg.3.l. fideicom.§.interdum.ſed iſta prouiſio detractiua iuris fœminarum eſt facta cauſa maſculorum,vt no.Cy.C.de adul.l. publico. ergo quod fœminis aufertur maſculis confertur. Itẽ quatenus deficit portio,eatenus de alijs accreſcent, ſi in totum deficit,in totum accreſcit.ita debet eſſe in parte quò ad partem.ff.quibus mod.vſufruct.ami.cum maiores.ff.de rei vend.l.quæ de tota.ad hoc facit in ratione,quod nota.Bar.ff.ad tertu.l.2.§.videndum. In contrarium videtur,nam dos ſuccedit in locum plenę legitimæ,no.C.de nupt.l.ſcimus. ergo filiæ dotatæ habent integram legitimam: quia ſtatutum ita limitat eam, quod poteſt, vt in regul. indultũ. per Dy.nihil igitur accreſcit,quia nihil deficit: ſicut ſi ſtatutum diceret, ꝙ filia debeat habere ꝓ ſua legitima 10. & non vltra,nam illud,quod eſſet vltra,de iure cõmuni eſt correctum vt forma ſtatuti: & ideo non repetitur illud vltra, & ſic non accreſcit,ex eo ꝙ filij denumerentur,quò ad ſe ſecundũ ius cõmune,& habeant virilem,fœminæ verò denumerentur,quò ad ſe ſecundũ ius municip.& non habent niſi dotẽ, vel id,quod ſtatutum diſponit: & quatenus ſtatutum derogat iuri cõmuni, illud tanquam nõ ens non accreſcit, ſed conſtat in prouidentia teſtatoris,cuius libertas eſt aucta,quatenus eſt diminuta legitima,& prohibita per legem municipalem. & ita teneo in auth. nouiſſima.& eſt ipſa veritas.& ad hoc multa alia poſſunt allegari, quæ ad præſens omitto gratia breuitatis. & per hæc patet reſponſio ad no.per Dy.in l.planè.de leg.1.quia hic nihil caducum eſt.& quia ſolus hæres vtilis grauatur in præſtatione dotium,& non hæres ex re certa, ideoq; emolumentum,quod ex tali præſtatione dotium reſultat,apud hæredem vtilem reſidere debet: nõ apud alium, ff.fa.er.l.ſi filia.§.pen.& non habet locum actio ad ſupplementum, quæ eſt inducta loco querelæ contra teſtamentum inofficioſum.

## CONSILIVM LXII.

1 *Liberatio facta per filium patri ob nimiam reuerentiam non valet.*
2 *Sumptus nuptiarum pertinent ad patrem,non ad filium.*
3 *Donata vxori an remaneant viro,an hæredibus mulieris.*
4 *Merces nulla debetur filio, qui eſt in obſequijs patris.*
5 *Hæredes non tenentur ad certam quãtitatem, quæ peruenit ad mulierem, cuius non ſunt hæredes.*

Facta, Super quibus conſiliũ quęritur & poſtulatur, ſunt
hæc. & primò, ꝙ quidã nomine ſer Lippus Balda-
chini de Cortonio in anno 1371. indic. 9. die 15. menſis Nouem.
promiſit nomine emãcipationis, & in eius emãcipationis præ-
mium Fran. eius filio legitimo & naturali 200. flor. auri, quos
200. flo. habebat in apotheca artis lanæ, & voluit, & iuſſit idem
ſer Lipp. fore ipſam quantitatem 200. flor. auri, & omne, ac to-
tum lucrum, & commodum, & incommodũ, quod erat tunc in
dicta apotheca, & in futurum eſſe ſperabitur in dicta apotheca
artis lanæ ipſius Fran. & in præmiũ emancipationis prædictæ.
demum poſt prędicta promiſſa, & cõuenta, vt patet publico in-
ſtrumento manu publici notarij. Idem ſer Lipp. nolẽs attende-
re, & obſeruare ſupra dicta promiſſa & conuenta eidem Fran.
eius filio, ſed potius à p̃dictis volens liberari, aſtrinxit, & coegit
dictum Fran. vt ſi placeret de dicta quantitate 200. flor. auri, &
lucri, commodi, & incommodi prædicti ſibi facere quietationẽ
& liberationẽ, & refutationem: & pactũ perpetuũ de vlterius
non petendo, cum omnib. clauſulis, quæ in talib. inſtrumentis
de cõſuetudine requirũtur, vt patet plene manu ſer Lud. publ.
nota. pro eo quod dixerat idem ſer Lip. ſe feciſſe multas expen-
ſas tempore quo idem ſer Fran. erat in eius poteſtate, pro pan-
nis, & veſtimentis factis, tam matri dicti Fran. quã eius vxori, &
alijs expenſis factis per eum, vt fit mentio in dicto inſtrumento
liberationis manu dicti ſer Lud. ſcripto ipſo ſer Lip. tenẽte poſ-
ſidente, & fructus percipiẽte tam ex dotibus matris dicti Fran.
quàm eius prædictæ vxoris, qui dictus Fran. nolens volũtati ſui
patris contradicere, nec cũ eo contendere, ſed potius ꝓpter ti-
morẽ & reuerẽtiã quietauit, & liberauit ipſum à prędictis 200.
flor. & cõmodo, & lucro, & incõmodo exinde perceptis, anno
1372. die 13. Septemb. modo q̃ritur an dicta quietatio teneat? an
poſſit reuocari de iure, vt dictus Fran. poſſit petere dictã quan-
titatẽ, 200 flor. auri, & commodũ, & lucrũ prædictũ ab eius hę-
redib. in teſtamento inſtitutis. Itẽ an hr̃des p̃dicti teneantur re-
ſtituere eidẽ Fran. hr̃ditatem, & donamentũ matris ſuæ defun-
ctæ? Item q̃ritur, an poſt emancipationẽ factã eidẽ Fran. per di-
ctum eius patrẽ, fructus ꝑcepti per dictum ſer Lip. per bienniũ
ex dotibus, & bonis dotalib. vxoris dicti Fran. tunc defunctæ, q̃
dotes remanſerũt Nico. filio ipſius Fran. & dictæ eius vxoris le-
gitimo & naturali, q ab inteſtato ſucceſſit eidẽ m̃ri ſuæ dicti hr̃-
des reſtituere teneant̃, ſi extãt, vel ſi nõ extãt eorũ æſtimationẽ?
idẽ q̃rit̃, qa idẽ Fran. poſt dictã emãcipationẽ ſibi factã ſtetit, ex-
ercuit p tp̃s triũ annorũ, & vltra artẽ lanæ pro ipſo ſer Lip. tanq̃
eius factor, an debeat, vel poſſit petere ſalariũ pro dicto tpe ab
ipſius hr̃dibus? Itẽ q̃ritur, cũ quidam nomine Iuncta Manuti de
Cortonio legauit. & reliquit in ſuo teſtamẽtó iure inſtitutionis
dñæ Fran. vxori olim dicti ſer Lip. & matri olim dicti Fran. 100.
li. dena. quæ quantitas fuit ſoluta p hæredẽ dictæ Iunctæ dictæ
dñæ Franc. vxoris tunc dicti Lip. de qua quidẽ quantitate 100.
lib. de mandato, potentia, & voluntate, & cõſenſu dicti ſer Lip.
prædictus Franc. in poteſtate dicti Lip. conſtitutus fecit finem,
quietationem, & liberationem, ac pactum de nõ petendo præ-
dictam quantitatem 100. lib. dena. à prædictis hæredibus dictæ
Iunctæ poſt mortem Iunctæ, ſeu matris, an dictus Franc. poſſit
petere reſtitutionem, & ſatisfact. dictarum 100. lib. dęna. à præ-
dictis hæredibus ſer Lip. olim ſui patris?

1 In Christi nomine. † Super primo puncto dicendum eſt, ꝙ ſi per
metum, vel nimiam reuerentiã filius liberat patrem, ꝙ talis li-
beratio non valet, tñ hoc filius probare debet. C. de dolo. l. ſi ſu-
perſtitem. & ff. quarum rerũ actio non datur. l. 1. §. q̃ onerandæ.
ſi aũt non probatur metus, vel nimia reuerentia, tunc valet re-
futatio, ſi cauſa finalis refutationis eſt legitima cauſa refutandi:
ſed hic non eſt legitima cauſa: quia onera matrimonij ſpectant
ad ſocerum, qui dotẽ recepit, non ad maritũ qui eſt in poteſtate
eius, vt ff. ſol. mat. l. ſi cum dotẽ. §. tranſgrediamur. & qđ not. eo.
ti. l. ſi conſtante. in pr. & ff. de mune. & hon. l. & qui originem. §.
2 ſi. ſumptus † igitur nuptiarũ non pertinent ad filium: nec ex ea
cauſa tenetur patri: nec eſt iſta legitima cauſa, quare filius te-
neatur cõpenſare cum patre. & ſic refutatio, quæ habet iuſtam
3 cauſam, eliditur pp doli replicationẽ. † Super ſecundo puncto
dicit Bar. ꝙ donamenta facta matri per conſanguineos viri re-
manent viro, ſed ſi p conſanguineos mulieris, debent reſtitui
hæredibus mulieris, ff. de vul. ſub. l. ſed ſi plures §. in arrogato.
per Bart. ſed verius eſt, ꝙ cum donatio ſit perfecta, & ſit ius q̃ſi-
tum mulieri, ꝙ mulier tranſmittat ad ſuos hæredes. C. de dona.
ante nup. l. ſi mater veſtra. Super tertio puncto dicendũ eſt, ꝙ a-
pud matrem remanet dimidia vſusfructus, alia dimidia debet̃
4 filio. C. de bo. q̃ li. l. cum oportet. §. cum aũt. † Super quarto pun
cto dicendum eſt, ꝙ nulla merces debetur filio, qui eſt in obſe-
quio patris, niſi ſit conuenta, id eſt, promiſſa. C. de neg. ge. l. ob-
5 ſequio. † Super vltimo puncto dicendũ eſt; ꝙ hr̃des non tenen-
tur ad illas 100. lib. quæ peruenerunt ad mulierem, cuius non
ſunt hæredes. C. de tranſan. l. nec intentio. cum ſi.

CONSILIVM LXIII.

1 *Qui, & quomodo, & per quas perſonas acquiratur monaſterio, vel acqui-
ratur eccleſiis, vide tres concluſio. & ſeq. in fin. cum diſtinctione.*

In Dei nomine. Factum tale eſt. D. Nic. Hercu
lani de nobilibus de caſtellio.
ciuitatis Peruſi. canonicus eccleſię ſancti Laurentij maioris ec-
cleſiæ Peruſi. antequã faceret profeſſionem in ipſa eccleſia, ſuũ
condidit teſtamentũ. in quo inter alia reſeruauit ſibi pro ſe, &
c. dictæ eccleſiæ vſumfr. omnium bonorũ ſuorũ paternorum in
vita dicti dñi Nicol. de quo teſtamento patet mandato ſer And.
Nutij notarij quos fructus dictus dom. Nico. in vita ſua ſemper
ꝑcepit, q fructus potuerunt cõmuniter aſcendere anno quoli-
bet facta computa. vnius anni ad alium, ad valorem 90. flor. au-
ri, vel circa. demum facto teſtamento dictus d. Nic. fecit profeſ-
ſionem in dicta eccleſia ſancti Laurentij ſecũdum regulã beati
Aug. & ſtetit in clauſtro dictæ eccleſiæ ſancti Laur. per 13. ann.
demũ dictus Nic. fuit effectus archipreſb. ſancti Valẽtini mem-
bri manualis dictæ eccleſiæ ſancti Laurentij: & inſti. fuit archi-
preſbyter dictę eccleſię S. Valentini per capitulũ dictę eccleſię
ſancti Laurentij. Demum infra duos annos poſtquam fuit inſti
tutus dictus D. Nic. in archipresbyterum antedictum, Nutius
Lelli emit quaſdam domos re vera de ratione dicti dom. Nic. &
de pecunia dicti do. Nic. licet in inſtrumentis emptionũ dicat̃
pro ipſo Nutio, & etiã Francia Manutij nomine prædicto emit
certam partem domorũ re vera pro dicto D. Nic. licet in inſtru-
mento dicatur pro ipſa Francia. demum dictus D. Nic. deceſſit
iam ſunt 15. anni. demum poſt mortem dicti D. Nic. filij. & hære
des dicti Nutij remiſeruntius. & renuntiauerunt omni poſſeſ-
ſioni, & iuri, quod habebant in dictis domib. vigore dictæ em-
ptionis, prout patet manu publici notarij: ac etiam dixerunt, &
ſponte in iudicio confeſſi fuerunt ad petit. & inſtant. ſyndici, &
procuratoris dicti capituli, quòd dictus Nutius nihil ſoluit pro
prędictis: & ſi aliquid ſoluiſſet, ſibi fuiſſe integrè ſatisfactũ. mo-
dò quæritur viſis prædictis, vtrum de iure dictæ domus ſint, &
eſſe debeant dictæ eccleſiæ ſancti Laurentij, vel dictæ eccleſiæ
ſancti Valentini: & vtrum illud, quod dictus do. Nico. acquiſi-
uit, poſtquam fecit dictam profeſſionem, ſit, & eſſe debeat di-
ctæ eccleſiæ ſancti Laurentij, vel dictæ eccleſiæ ſancti Valenti-
ni, quæ eccleſia eſt, & erat beneficium manuale dictæ eccleſiæ
ſancti Laurentij:

1 In Christi nomine. † Qui, & q̃uo, & p quas
perſonas monaſterijs,
vel eccleſijs acquirat̃, videndũ eſt: tñ præſupponere oportet, ꝙ
hi, q ſunt in poteſtate aliena, acquirũnt eis, in quorũ poteſtate
ſunt cũ diſtinctione. nam aut ſunt in poteſtate alterius ratione
ſeruitutis, aut ratione ꝓfeſſionis, aut ratione patriæ poteſtatis.
primo caſu q cquid ſeruus licitè q̃rit, dño quęrit. ff. de acqui. poſ.
l. qđ ſeruus. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. l. 1. in prin. ff. de acq.
re. do. l. etiã inuitis. ſecundo caſu quicquid ꝓfeſſus acquirit, mo
naſterio acquirit. de off. or. c. quanto. & plenè no. per Innoc. de
priui. c. cum olim. 12. q. 1. c. non dicatis. 54. di. c. multos. & not. in
c. dudum. §. verũ. de deci. in cle. & licet monachus habeat prio-
ratum manualẽ, vel canonicus regularis habeat prioratum, vel
archipresbyteratũ manualẽ, tñ ſuæ poteſtatis non eſt, ſed in o-
bedientia eſt, cũ poſſit ad clauſtrũ reuocari, ideoq; ex omnibus
cauſis acquirit monaſterio, præterq̃ ſi ex re prioratus, vel admi-
niſtrationis acquirat, & virtute prioratus, vel adminiſtrationis
aliqd ſibi det̃ vel relinquat̃, & eſt ratio in primo caſu: quia loco
rei, ex qua acquirit̃, ſuccedit res, q̃ acquiritur: vnde hoc ex na-
tura ſubrogationis, vt no. C. de rei vendi. l. ſi vt proponis. ſecun
do caſu ratio colligitur ex natura reſpectus. ff. de ann. le. l. annu-
am. §. 1. ff. de vul. ſub. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato, nam con-
templa-



templationis ea eſt natura, vt acquiſitionem pariat. de teſtamen
tis. c. requiſiſti. habet enim contemplatio vim repræſentatiuã.
2 ff. de acq. hære. l. aditio. §. fi. † Et ex his pone tres concluſiones.
Prima eſt, ꝙ quicquid monachus acquirit, ei acq̃rit, in cuius eſt
3 poteſtate, & obedientia iure poteſtatis, q̃ eſt in ipſo. † ſecunda
eſt; quia id, qđ quærit ex re prioratus, vel adminiſtrationis com
miſſorum ſibi, acquirit illi prioratui, vel adminiſtrationi iure
cuiuſdam cõmutationis factæ per ipſum, quæ tripliciter fit, ſ. de
re ad rem: de pecunia ad rẽ: de re ad pecuniã. item poſſet eſſe de
4 pecunia ad pecuniã: vt de carlenis ad flo. † tertia concluſio eſt,
ꝙ id, quod quæritur ratione prioratus, q̃ritur prioratui, licet ſit
manuale, tamen habet bona, & menſam pro ſe, vt in c. 1. de re-
5 ſcrip. in cle. & iſtud eſt ex natura relationis in ipſo. † item opor-
tet ſcire, quòd quandoq; ille, qui eſt in poteſtate, tranſit de po-
teſtate in poteſtatem, quandoque tranſit de poteſtate in non
poteſtatem, quandoq; remanendo in poteſtate adepturus gra-
dum, vel adminiſtrationẽ, quandoq; trãſit de poteſtate in liber-
tatẽ. de primo eſt in religioſo tranſeunte de monaſterio ad mo-
naſterium, ſeu aliam religionẽ: & tunc in contractib. talis datur
regula, ꝙ illi monaſterio acquirat, in cuius poteſtate eſt tẽpore
contractus perfecti. ff. de ver. obl. l. ſi filius. & l. vlt. ff. de ſtip. ſer.
exemplũ de ſecundo eſt in monacho acephalo, qui eſt expulſus
propter delictum de monaſterio, & non tranſiuit ad aliud. & de
iſto datur reg. negatiua, ꝙ cum ſit habitus pro derelicto, iam nõ
acquirit monaſterio, à quo eſt expulſus, vt no. Inno. in d. c. cũm
olim. & per Fede. de Senis in opere ſuo. c. 20. c. 21. Idem in mo-
nacho facto fratre minore: nã poſtq̃ factus eſt inhabilis ad quæ-
rendũ, nemini quærit, niſi quatenus ius patitur, de quo talis dat̃
reg. incipiẽdo per relationẽ, primo dicendũ, id eſt ordo ſpecta-
tur, ff. de leg. 2. l. debitor. §. ſeruo. exemplum de tertio eſt ꝓpriè
caſus noſter: in quo ex præmiſſis concluſionib. dicendum eſt, ꝙ
ſi conſtat domos emptas ex pecunia capituli, acquiritur capitu-
lo: ęſt autẽ pecunia capituli, quæ redacta eſt cum fructib. quon-
dam proprij patrimonij do. Nic. vt not. in Auth. ingreſſi. C. de
ſac. eccl. & emptũ ideo ex ea, eſt capituli maioris eccleſię Peruſi.
quia nomẽ ipſius debuit in inſtrumento apponi. 12. q. 4. c. ſacer-
dotes. & no. Inn. de teſtamentis. c. cum in officijs. facit ff. de hær.
inſti. l. quidam cum filium. ff. de manu. l. 4. §. ab ignoto. ſi autem
conſtant emptos ex pecunia archipreſbyteri, tunc acquiritur
archipreſbyterato: ſi autem dubitatur, tunc recurritur ad con-
iecturas: vt tamen cuiq; quæratur, quantũ ratio iuris permittit:
& diligens inquiſitio iudicat. ff. de ſtip. ſer. l. ſeruus communis
Męuij. §. fi. & arbitrandum eſt quaſi inter patrem, id eſt, capitu-
lum, & filium. i. archipreſbyteratum, quæſtio fit, inſti. per quas
perſo. no. poſt principium. & ſi id nequaquam diſcerni poteſt,
pro capitulo iure recto poteſtatis iudicandum eſt ſuper dubio
incertæ quantitatis cedi: ſuper enim alijs partib. nihil poteſtas
operatur, ſi ea non præfertur: quod eſſet abſurdũ, & ita teneo,
& concludo colluctantib. inuicẽ, & incertis cauſis certã pote-
ſtatẽ præferen. Et concludo pro capitulo contra eccleſiã archi-
preſbyteralem. exemplum autẽ de quarto membro trãſitus ex-
peditur. 23. q. 1. c. fi. & hęc notabilia ſunt, & vera. ſuppoſito itaq;,
quòd de fructibus patrimonij, & de prouentibus canonicatus
pecunia ſumptuum veriſimiliter perfecta fuit, & redigere po-
tuerit, pro capitulo iudicandum eſt, &c.

CONSILIVM LXIIII.

Quidam ꝓmiſit dare duos fideiuſſores ſub certa pœ-
na per talẽ: & talis approbatio non fuit ſe-
quuta, fuit petita pœna: poſt petitionẽ pœnæ ſequit̃ apꝓbatio:
quęritur, nunquid dicta pœna poſſit cum effectu peti necne: &
ſciendũ eſt: ꝙ inter dictas partes conuenerat dare ĩ 8. dies duos
fideiuſſores ſolitos in ſimilibus caſibus dari; & vbi nõ eſſent ſo-
liti dari, debent approbari poſtea per talem & talẽ: quæ appro-
batio non fuit ſequuta ante petitionem pœnæ, ſed poſtea, nun-
quid ergo pœna poterit cum effectu peti.

1 *Fideiuſſores ſi quis promiſit dare ſub certa pœna approbandos per talem, &
tales, ſi fuerint dati, non tamen approbati, & fuerit pœna petita, poſt cu-
ius petitionem ſequuta ſit approbatio, an pœna poterit peti.*

1 In Christi nomine. Multum refert, † vtrũ
fideiuſſores fuerint da-
ti parti præſenti, & acceptanti, an parte abſente, & alio poſtea
recipiente. primo caſu ſatisfactum eſt promiſſioni: nec requiri-
tur alia approbatio: ideo pœna peti non poteſt. ff. mãn. l. inter
cauſas. §. abeſſe. ff. de fideiuſſ. l. ſatiſdare. ff. qui ſatiſ. co. l. ſi ab ar-
bitrio. §. fi. ſecũdo caſu, ſiquidem pars ex certa ſcientia ratifica-
uit, idem, ſi verò non ratificauit, tunc occurrit tractatus de pe-
cunia: vbi multũ refert, an dies fuerit appoſita ſatiſdationi, non
autem approbationi: & tunc ſufficit quandocunq; approbari,
dum tñ tali tẽpore, quod aliquid poſſit operari, arg. ff. de euic. l.
ſi rem. §. quolibet. ff. de contrahen. emp. l. qui fundum. an fuerit
dies appoſita, in qua pars promiſit ſe facturam, & curaturã ap-
probari, vel promiſit dare approbandum infra tot dies: & tunc
quia eſt dies, & pœna cum effectu pœna peti poteſt. l. magna. C.
de contrahen. & cõmit. ſtip. quia vbi deſinit intereſſe, non tamẽ
deſinit actio competere, vbi eſt dies, & pœna: ſecus vbi eſt pœ-
na, & non dies: & ideo tunc mora purgatur per actionẽ, per quã
deſinit intereſſe ante litem conteſt. ſuper pœna. ff. de verb. obl.
l. ſi inſulam. ſecundum opin. citra mõtanorum. quid ergo in ca-
ſu noſtro, vbi ſunt illa verba, & poſtea approbari, quid eſt di-
ctum: & poſtea nunquid eſt dictum infra paucos dies in l. & ſi
poſt tres. vſq; ad litem cõteſt. ſuper pœna, vt l. ſi ita quis. §. Seia.
ff. de ver. obli. & d. l. ſi inſulam. Reſpondeo & dico, ꝙ prolata ab
homine non ſignificant certum tempus: & ideo non interpel-
lat, ſed neceſſaria eſt interpellatio hominis, poſtquam vſq; ad li-
tem cõteſt. ſuper pœna impleri poteſt, quod principaliter con-
uenit, non poſtea: & ideo ſi in caſu noſtro cauſatur ſuper pœna:
lite conteſt. effectualiter debetur non obſtante approbatione,
de qua quæritur. facit. ff. loc. l. ſi in lege. §. colonus. de conſt. pec.
l. promiſſor. de verb. oblig. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. & l. cum ſti-
pulatus ſum mihi à Proculo. cum materia ſua. aduertẽdum eſt,
quòd ſecũdum thema approbatio eſt commiſſa duobus ſimul:
vnde nõ ſufficit alter, etiãſi pœna per approbationẽ vnius eua-
di non poſſet. ff. de procur. l. pro tribus. ff. de arb. l. Pedius. ff. dę
manu. teſta. l. ſi ita fuerit. verba. n. copulatiua sũt. ſ. Bar. & Anto.

CONSILIVM LXV.

1 *Filius, vel nepos an poſſit reuocare contractum patris, vel aui? & in quan-
tum.*

1 In Christi nomine. † Contractus quãdoq;
fit in fraudẽ filij, vel ne-
potis: quandoq; ſimulatur fieri, tamen non fit. primo caſu, aut
eſt verus contractus non lucratiuus, vt venditio, & non reſcin-
ditur, quia per talem contractum æs alienum cõtrahitur, quod
præiudicat legitimæ. ff. ſi quid in frau. cred. pa. l. non vſq; adeo.
& l. 1. de inoff. do. per doct. aut eſt contractus donationis, & re-
ſcinditur vſq; ad legitimam. C. de inoff. teſt. Auth. vnde & ſi pa-
rens. de lega. 2. l. Titia. §. Imperator. ſ. quãdo fraus committitur
pro liberis contra liberos. alias autem vltra reuocatur ſecundũ
quoſdam, vt dictis legibus, ſed vſq; ad legitimam non eſt dubiũ
ſecundum omnes, aut contractus eſt ſimulatus, quia nihil agere
intendentes finxerunt vendere: quia tunc talis res debet diuidi
inter liberos, ſicut alia bona defuncti: tamẽ hic nepos debet eſ-
ſe contentus legitima, vt l. omnimodo. & l. cum in prioribus.
non poteſt vltra legitimam petere, aut dubitatur, & tunc recur-
ritur ad coniecturas: & ſatis hic proponuntur coniecturæ pro-
babiles, vt no. Bart. in ſimi. ff. de do. l. contractum. de aqua plu.
ar. l. emptor. itaque in legitimam poteſt iſte nepos auocare. C.
de inoff. teſt. l. ſi quis filium. Bald.

CONSILIVM LXVI.

1 *Venditio vel donatio inter virum & vxorem, an valeat.*

1 In Christi nomine. † Inter virum & vxorẽ
poteſt celebrari vera
venditio, & inter eoſdem non poteſt celebrari vera donatio, ſi
iſta eſt donatio, cum venditio eſt, refert, principaliter vende-
batur, aut ſecundario aliquid donabatur; & valet, quatenus eſt
venditio, nõ autem quatenus eſt donatio, aut principaliter do-
nabatur, aliàs non empturo: & tunc non valet; & hoc probatur
in l. ſi ſpõſus. §. certa. & l. quod autem. §. ſi maritus. el 2. ff. de do-
nat. inter virum & vxo. de contrahenda empt. l. ſi quis donatio-
nis. Si autem contractus non eſt vera venditio, ſed ſimulatus, a-
gitur, & nihil valet nec contractus, nec precarium, nec aliqua
clauſula conuentionalis. ff. de aqua plu. ar. l. emptor. ſi autem du
bitatur, an fuerit venditio vera, an donatio vera: an vero nec
venditio, nec donatio, ſed ſimulatio: quærentib. in primis con-
ſiderandum eſt, an inſtrumentum contineat teſtificationes rei,

 & pre-

&pretij conuenti & numerati: & tunc præſumitur vera venditio: aut contineat confeſſionem pretij, & tunc aut confeſſio poteſt iuuari aliquibus adminiculis, & ſtatur confeſſioni, aut non; & tunc præſumitur donatio propter legis iudiciũ, vt ff. de prob. l. qui teſtamẽtum. & ff. de do. inter virum & vxo. l. iure vxori. ff. ſi quis in frau. pa. l. 1. §. ſi quis in fraudem. iuramentũ aũt in contractu ſimulato non valet, vt C. de non nu. pec. l. fi. in iſto autem incerto, donec ſub iudice lis eſt, ſiue vxor poſſideat, tuenda eſt, ſiue aduerſarius, tuendus eſt. l. fi. ſi per vim, vel alio modo. facit, quod no. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. 1. & in ca. cum in officijs. de teſtamentis. per Innoc. ex hoc concluditur, quòd ſi vxor viuente viro corporaliter poſſedit, fructus percipiendo, locando, & faciendo id, quod poſſeſſores faciunt, qđ multis modis fit, ff. de ſol. l. Titia. tunc hæredibus vxoris competeret beneficium. l. edicto. & ſicut competit primo hæredi, ita ipſum tranſmittit, & non poteſt opponi ſimulatio quo ad illud edictũ maximum, quia requirit altiorem indaginem. dñt etiam quidã, quòd competeret condictio ex lege cum quærebatur. vt inſt. de vſuc. §. quod autem. ſaltem ſi hæres eſt filius. l. cum miles. in pr. ff. quibus ex cau. ma. competit etiam petitio hęreditatis: & poſſet iuſtificare poſſeſſionem probata ſimulatione, vel probato, quòd fuit donatio, cum fuit reuocata de ſtatuto non confido, quia non requirit veram emptionem, niſi poſſet coadiuuari inſtrumentum alijs probationibus, tũc haberet locum ſtatutum; quia hæres habet titulum defuncti, & ſuum ꝓprium. ff. de acq. poſſ. l. 3. §. pluribus. perſonal. etiam ſi verus eſt cõtractus, poſſet agi ad tradendum, vt plenè not. ff. de pact. l. ab emptione. ſi non fuit tradita poſſeſſio corporalis, alias ſecus, vt ff. de contrahen. empt. l. ſi quis fundum. §. ferè.

CONSILIVM LXVII.

1 *Inſtitutio facta, ſi non diſsipauerit, vel ſi non alienauerit, an ſit conditionalis.*
2 *Inſtitutio de nepote ſpurio an valeat.*
3 *Appellatione filij quomodo veniat nepos.*
4 *Spurius nepos an poſsit capere hæreditatem aui ex vi legitimationis poſt mortem vni ſequuta.*

1 In Chriſti nomine. † Si dicta inſtitutio dicti nep. ſpurij fuit conditionalis, vel pura: & videtur conditionalis ex propria natura verborum prolatorum: nam illa verba, ſi non diſſipauerit, ſiue ſi non alienauerit, conditionem faciunt expreſſe, vt legi. & not. ff. de acq. poſſ. l. qui abſenti. §. 1. & l. ſi quis peregre. & ibi Dyn. In contrarium videtur: quia vbi verba ſecũdum propriam ſignificationem non poſſunt facere id, de quo agitur, intelligũtur extra ꝓpriam ſignificationem, vt ff. de vſufr. leg. l. Proculus. item quia vltimo ſtandum eſt. ff. ſi cer. petat. l. ſi tibi. in fi. ſed hic in fine inſtitutionis teſtator declarat ſeipſum: nam permittendo alienationem certo modo, & forma, videtur eum hæredem facere. ſ. factum eſſe præcedentibus declarare, ar. extra de teſta. c. cum tibi. & iſta eſt veritas mente teſtatoris conſiderata, ar. de man. teſt. l. Mæuia. ſ. quòd teſtator verè voluit, quòd eſſet dñs, & hæres, donec non diſſiparet, & frugaliter viueret. ſi autem diſſiparet, quid iuris foret, nõ eſt quæſtio noſtra. ſecundariò viſa teſtatoris voluntate videndum eſt de poteſtate voluntatis eius an potuerit hunc hæredem inſtituere: & ſi quidem inſtituiſſet eũ hæredẽ ſub conditione, ſi capere poterit, valeret inſtitutio, ſed haberet in ſe conditionem, ff. de hær. inſti. l. in tempus. ſed te-
2 ſtator non adiecit hoc formæ inſtitutionis, † ideo duo videnda ſunt, an iſte nepos ſpurius poſſit capere vigore teſtamenti, ſecundo, an poſſit capere vi legitimationis imperialis in terris eccleſiæ. & hæc materia multum ventilata eſt. ponit etiam Spec. in tit. de hær. quæ ab inte. Rofr. diſputauit, & Iaco. de Bel. diſputauit, & ponit quæſtionẽ hanc in l. de natu. li. & ſunt in opinionibus contrarijs, Bart. tenet cum Iac. de Bel. quòd inſtitutio valeat, vt ipſe no. in l. Gal. §. quid ſi is. de lib. & poſth. & concluſiuè eſt ratio, quia in nepote qualitercunq; non reperitur lex prohibens, vt no. C. de nat. li. & l. fin. nec ratio legis, quia nepos vicio aui conceptus nõ eſt, nec fraus legis: quia per nepotem ſpuriũ, vel naturalem nihil acquiratur patri ſuo, cum non ſit in eius po-
3 teſtate, nec ſignificatio verborum legis: † quia nomen filij non ſignificat nepotem, in materia differenti inter filium, & nepotem: vt d. l. fi. in his enim, quæ inſeparabiliter inſunt filio, & eius oſſibus adhærent, non fit extenſio ad nepotem, l. 3. §. ſi emancipatus. de contrab. ſicut propria paſſio, vt curuitas, vel dolor illorũ. mihi hoc indigniſſimum videtur, ꝙ nepos ſpurius ex filio ſpurio inſtitui poſſit, cum laboret ſorditate propria, & paterna. & ideo d. l. vlt. ſuper certis finib. permiſſiuis, & taxatiuis loquitur non de ſpurio nepote: ſed de naturali duntaxat, qui eſt ex legitimo concubinatu, de hoc tñ non habemus legem expreſſam permittentẽ, vel prohibentẽ, vt ait Odof. in d. l. fin. gl. tñ dicit in Auth. qui. mo. na. effi. ſui §. fi. col. 7. quod vbi non reperitur expreſſa prohibitio, intelligitur eſſe ꝑmiſſum. & illa glo. multum facit, pro opi. illa, ꝙ iſte nepos ſit capax quo ad auum. ad hoc de vul. ſubſt. l. ſi is. in ratione ſui. mihi, in iſto nepote ſpurio, in quo ex propria perſona non inuenio aliquam actionẽ permiſſiuam totius, vel partis, placet diſtinctio: aut iſte nepos fuerit inſtitutus vt nepos, & non valet inſtitutio, arg. C. de fideic. l. eã quam. C. de hær. inſtitu. l. nec apud peregrinos. Aut vt extraneus, quia bene meruit, & probantur merita præceſſiſſe: & tunc valet, ar. C. de inoff. teſt. l. vnde & ſi parens. vt dubitatur, & in dubio affectio naturalis inducit præſumptionẽ, quòd vt nepoti, & ſic non valet, ar. quod no. ff. de pact. l. ſi tibi. §. ſi pactus. nam iſta affectio eſt de mala & praua radice: & vitium non eſt purgatum, ſed continuatum, ar. C. de hær. auth. idem de Neſtorianis. Et ſi diceremus contrarium, ecce in perpetuum poſſet lex defraudari: nunquam enim quis inſtitueret filium ſuum ſpurium: ſed diceret, inſtituo deſcendentes. & ſi nepos ſpurius deberet ex his ſuccedere, daretur patri nepotis materia adulterãdi, & ſtatuẽdi qualitercunq; procreationi liberorum etiam nefariæ inceſtuoſæ: quod nõ credo principem ſummum amatorem caſtitatis concedere voluiſſe. iudicio ergo aui hunc nepotem, quem nõ merentem, ſed demerentem potius ex qualitate vitæ, apparet ex ſola poteſtate inſtitutionis, vel reſtitutionis hæreditatem capere non potuiſſe. ita credo, & conſulo, ſalua ſemper ſententia ve-
4 riori. † Sed nunquid capere potuerit vi legations imperialis? dico, quòd non, quia tempore mortis teſtatoris nõ erat capax, vnde ex teſtamento non capit, vt no. in l. fi. ff. de reg. cat. Itẽ quia filio ſpurio exiſtente in medio, & non cõſentiente, vel mortuo filio, nepos non poteſt fieri ſuus auo per legitimationem nepotis factam mortuo auo, & neutro eorum conſentiente, vt no. in l. benignus. per Gul. ff. de le. Item legitimatio facta per comitẽ ſucceſſiones aditas per alterum non poteſt auferre. d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ibi per Bar. in c. quamuis. de reſcri. l. 6. Itẽ legitimatio propriè dicitur eſſe, principis donum, vt in Auth. quibus mod. na. effi. ſui §. ſi non his, qui ſolummodo, & ideo comes, & auctoritates imperiales non poſſunt extendere donum ſuum in terris eccleſiæ in pręiudicium eorum, qui non conſentiunt. facit ff. de nata. reſti. l. fin. per Iaco. de Are. qui filij ſint leg. c. per venerabilem. per Inn. licet Iac. de Bel. diſputet contra Cy. & Bart. cõſuluit idem, quod Iac. de Bel. nam nec Papa poteſt legitimare quo ad ſucceſſorẽ in terris Imperij, vbi præiudicaret, puta approbando matrimonium, quod de iure ciuili non ſubſiſtit. ſicut enim Imperator non poteſt donare res barbarorum: ita non poteſt donare patrimonia exemptorum: præterea concluſiuè dicendum eſt, dictam inſtitutionem & legitimationem nullius fuiſſe momenti: & hæreditatẽ dicti teſtatoris pertinere ad perſonas enumeratas. C. de ince. nup. l. ſi quis inceſti. & ſi illæ perſonæ non extant, tunc ad fiſcum, vt d. l. fi. ad fi. illius l. quæ licet cõmuniter ſciatur, tamen non eſt, nec ob. ꝙ capax ſubſtitutus fuerit nõ capax, quod fieri potuit, C. de hære. inſtit. l. 3. nam hoc fuit factum in fraudẽ legis, vt reſtitueret capaci: quod fieri potuit. C. de hære. inſti. l. 3. & ideo non valet, arg. de cond. & demon. l. hæres meus. §. quod in fraudem. & hoc patet ex expreſſa ſerie teſtamenti. & ideo non indiget probatione.

CONSILIVM LXVIII.

1 *Stante ſtatuto, quòd mulier dotata ab auo paterno non ſuccedat, an neptis non concepta viuo auo licet reliquerit mulieribus naſcituris aliquid pro dote, poſsit dicto auo ſuccedere.*
2 *Neptis, quæ non eſt nata viuente auo, an dicatur neptis.*
3 *Dotanda non debet minus dari, quam legitima.*

1 In Chriſti nomine. † Quia ſtatu. tria habet capita, quantũ ad propoſitum, vnum caput eſt de auo dotante, aliud de alio quocunque dotante, & non dotata dotanda à patruo, & per hoc excludẽda à reliqua ſucceſſione, videamus de quolibet capite per ſe. capitulum de auo non habet hic locum: quia quo ad materiã, & cauſam



2 ſucceſſionum † non dicitur auus, ſi neptis non eo viuente concepta fuerit: licet quo ad fontem quẽdam memoriæ, & abſolutam dinumerationem graduum durat neptis, vt ff. vnde cog. l. 1. §. ſi quis proximior. de ſuis, & legi. l. Titius. inſti. de hæ. quæ ab inte. §. cum autem. de bo. lib. l. Paulus. §. Paulus. ver. reſpõſum enim. ff. de iniuſt. teſta. l. ſi quis exhęredato. § ſed hoc. vt & no. C. de inoff. teſt. l. ſi quis filium. de verb. ſig. l. pronuntiatio. in fi. de gradibus. l. iuriſconſultus. cum ergo verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam, ſiue à lege, ſiue in contractibus conferantur, vt no. in l. fi. de cond. & demon. de in diẽ adiectio. l. Imperator. & in l. ſi vno. ff. lo. & nos ſimus in tracta. ſucceſſionum, intelligimus de auo ſecundum iura, in quibus ſumus, nõ de auo, in quo iura cognationis nunquam fuerunt, de capi. dimin. l. tutelas. capitulum de alio quocunque dotante nõ officit huic puellæ: poteſt enim non acceptare legatum iſtud, ſcilicet rem legatam: nam hoc eſt conſilium legis, quando quis excluditur à legitima propter relictum, vt tale relictum non acceptet. & ſic cum non dicatur dotata, cum nõ conſentit, ſuccedit in legitima, vt ff. de bo. lib. l. ſi libertus patrono quod ad debitam. §. quid ergo. non ob. aliud ſtatutum, quòd filiæ, & nepotes teneantur obſeruare voluntatem patris, & aui: nam iſte loco aui non eſt habendus: quia nullo naturali vinculo, nec etiam naturali affectione, & perfecta & cauſata adhuc dici poterat, vt dictum eſt. propter enim naturalem affectionem quædam largius conceduntur, quæ affectu ceſſante concedenda non ſunt, vt ff. de lib. le. l. Aurelius. §. Titius teſtamento. & ſic nec re nec affectione propriè dicitur auus: ſed extraneus, vt ſuprà probaui. licet ergo aſcendens poſſit deſcendenti, in quo reperitur agnatio legẽ imponere ex forma ſtatuti, ſecus tamen extraneus: quia quicquid non licet parentibus, licitum eſt extraneis. C. de
3 impub. & alijs. l. humanitatis. † Capitulum de patruo eſt intelligendum ęquè de arbitrio boni viri. l. 1. ff. de leg. 2. ff. de leg. 3. l. ſi filiæ. ff. de alimen. le. l. cum vnus. §. alimentis. cum enim vnica ſit puella, pinguius eſt dotãda, ita quòd ſaltim habeat legitimã. nunquam enim bonus vir arbitrabitur, quòd legitima filiæ ſit auferenda: quia dicitur eſſe æs alienum, & debetur iure naturæ neceſſario, vt naturali, vt l. cum ratio. de bo. damna. C. de inoffi. teſt. l. ſi quis in ſuo. & ſuccedit in locum alimentorum, vt no. C. de nup. l. ſancimus. per Cy. imo vbi non eſt alius, qui partem faciat, tota hæreditas patris inteſtati omnimodo defuncti, quia nec fecit teſtamentum, nec codicillos, debetur vnico filio, vel pluribus iure natura. de li. & poſth. l. in ſuis. C. de vſuc. pro hære. nihil. ſic patruus modicum puellæ dando, & ſibi multum retinendo, non fingeretur recte, imo iniuſtè arbitratus, vt ff. ꝓ ſo. l. vnde ſi Neruæ. pręterea interim antequam patruus dotet ſoluendo, vel efficaciter ꝓmittendo, ipſa puella in vniuerſum ſuccedit, vnde vſq; ad annos nubiles eſt hæres vniuerſalis, quia ſtatutum dicit, & non excludatur, poſtquam erit dotata. ergo interim non excluditur; quia excluſus poſt tempus videtur ante tempus incluſus, & econtra. ff. de leg. 2. l. ſtatulib. §. ſtichum. ſaluo in ſubſtitutione fideicommiſſa. facta per auum inter filios. Concluſiuè dico, quòd licèt de treb. an debeat habere eam vſq; ad nubile tempus, ſit dubium, tamen de legitima, & fructibus legitimæ non dubito, quod habere debet abſtinendo ſe à legato facto ab auo: qui auus dicitur nomine, ſed non eſt re, vt dictum eſt. Ego Baldus.

CONSILIVM LXVIII.

1 *Filia dotata, & excluſa per ſtatutum per exiſtentiam maſculorum, ſi fuerit prӕterita per mortem maſculi, poſtea ſequuta, an poſsit dicere teſtamentum nullum.*

1 In Chriſti nomine. † Proponitur, quòd pater filiam dotatam pręterijt, filium inſtituit, & mortuo patre ſuperuixit filius, & paterna bona poſſedit: deinde deceſſit dictus filius ſine filijs maſculis, nũc dicta filia pręterita dicit dictũ teſtamentũ nullum. quæritur, an dictũ teſtamentũ ſit nullum hodie: & ſic ꝙ non retro, & ſic viuo filio teſtamentũ valuit. an verò hodie teſtamentũ apparet retro nullum fuiſſe: conſideratis verbis ſtatuti communis Peru. dicentis, ꝙ filia dotata non poſſit venire, neq; reuerti ad bona dotantis, vel deſcendentium ab eiſdem, donec ſuperuixerit maſculus. Circa quod dicendum eſt indubitãter, dictum teſtamentum nunc nullum eſſe, & retro nullum fuiſſe apparere, qđ probatur rationibus, & etiã caſibus ſimilibus. rationib. primò, ſi certum eſt, ꝙ iſta filia dotata præterita poteſt hodie dicere nullum & hoc voluit ſtatutum, quòd ſolùm voluit eam excludere à bonis, quouſq; maſculus ſuperuixerit, & ſic eo mortuo eũ admittit: qa prohibitũ ad tẽpus poſt tẽpus videtur eſſe permiſſum, vt dicunt iura vulgaria, ergo &c. Si igitur ex diſpoſitione ſtatuti admittitur hodie & hodie dici non poteſt nullũ, niſi dicat retro nullum fuiſſe, oſtendam ergo ex mente ſtatuti, ꝙ retro fuit nullum. hoc ſic probo, ille præteritus non poteſt dicere teſtamentum nullum, qui tẽpore mortis nõ debebat de neceſſitate inſtitui, vt l. ſi quis exhæredato. in pr. ff. de iniu. teſta. Si ergo diceremus teſtamentũ viuo filio eſſe aliquid, & filium non fuit neceſſe inſtitui, ergo teſtamentum non rumperetur, vt d. l. ſi quis exhæredato. in pr. cum igitur hodie filia dicat nullum, de neceſſitate habet præſupponere, quòd hodie appareat eã fuiſſe talis conditionis, quod tempore mortis debebat inſtitui: præterea hoc apparet per l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de libe. & poſth. vbi ſi filius deportatus poſt mortẽ patris reſtituatur, non tamen dicitur teſtamentum nullum, niſi reſtituatur ex cauſa, vt retro trahatur, vt ibi patet in fi. glo. aut ergo iſta filia dotata per mortem filij incepit eſſe habilis ad ſuccedendum ex cauſa, quia non retro tenuerit, & ipſa poteſt dicere nullum: aut ex cauſa, ꝙ retrahatur, & tunc conſtat: quia teſtamentũ retro apparet nullum fuiſſe: & iſtæ rationes de neceſſitate concludunt. Præterea ex eo teſtamento, quod ſperatur rumpi ex cauſa præteritionis, non poteſt adiri hæreditas, neq; ſuus hæres exiſtere. l. cum quidam. §. quod dicitur. de acq. hær. ſed illud eſt huiuſmodi quare ſi contingat filium decedere ſine filijs ſuperſtitibus filia præterita, teſtamentũ illud rumpitur: ergo filius ex teſtamento nõ potuit hæres eſſe: ergo concluditur, ꝙ dictum teſtamentum fuit nullũ, ſaltim ex eo, quod ex dicto teſtamento non fuit adita hæreditas, nec ſuus hæres extitit. Secundò, prædicta probãtur per caſus ſimiles: primò de poſthumo præterito, qui non poteſt dicere nullum, quouſq; eſt apud hoſtes: cum reuerſus rumpit retro, vt dicunt: & caſus noſter eſt de his, qui retro trahuntur, vt ſ eſt probatum, &c. videtur quaſi in his terminis expreſſum. ff. de bo. poſſ. ſecundum tab. l. æquiſſimum. circa pr. ibi expectãdi ergo erunt, vbi dicitur, quòd quandiu ſupereſt aliquis, qui poſſit venire contra tabulas, ſi ſint excluſi morte, vel alio modo, certè inſtituti veniunt per ſecundum tab. ſicuti hic dicit ſtatutum, ꝙ quandiu ſupereſt maſculus, veniat fœmina. modò pone, ꝙ illi, q poſſunt venire per contratab. ſunt excluſi morte, vel alio modo: certè tunc inſtituti venirẽt per ſecundum tab. non vt ex nũc confirmetur teſtamentũ, ſed tanquam retro teſtamentũ valuit, licet venire nõ potuerint. ita hic filia debet poſſe venire, quaſi retro fuerit teſtamẽtum nullum: nõ quaſi hodie annulletur: & iſtud ſignificatio verborum importat, vt ibi patet.

CONSILIVM LXIX.

1 *Filia excluſa à ſtatuto per verba generalia non excluditur à legitima. Et tale ſtatutum eſt mixtum ex fauore, & odio.*
2 *Filia excluſa à ſtatuto an tranſmittãt ius dicendi nullum teſtamentum, in quo ſunt præteritæ ſecuta morte eorum, quorũ cauſa ſunt excluſæ, ad ſuos liberos.*
3 *Statutum excludens filias dotatas an eneruet funditus exiſtentiam ſuitatis, an ſuſpendat.*
4 *Quotieſcunq; ſuus hæres habet impedimentum accidentis, vel impotentia iuris, vel facti, interim moriens tranſmittit.*
5 *Intellectus. l. cum antiquioribus. C. de iure deli.*
6 *Ablatiui quando faciant conditionem.*
7 *Ius accreſcendi etiam conditionale tranſmittitur ad hæredem.*
8 *Aliud ſuſpendere, aliud tollere.*
9 *Ius accreſcendi in legitima locum non habet.*
10 *Ius non decreſcendi quando, & in quibus ſucceſsionibus locum habeat.*

In Chriſti nomine. Statut. ciuitatis Peruſij dictabat, ꝙ ſi qua mulier fuerit, vel erit dotata à patre, vel ab auo materno, vel paterno, vel à fratre, non poſſit nec debeat reuerti ad ſucceſſionem prædictorum, vel alicuius eorum, quouſq; ſuperuixerit aliquis filius maſculus ex ipſa, vel in ipſa hæreditate, vel ſucceſſione, ad quam ipſa mulier reuerti vellet. Et ſubdit, ſaluo teſtamento, & vltima volũtate prædictorum, quod obſeruetur. & poſtea ſubdit, ſaluo, quòd fœminæ poſſint venire ad ſucceſſionem parentum, & fratrum, & aliarum perſonarum, ad ſucceſſiones de iure noſtro ſi hæredes maſculi non ſuperfuerint remittendo dotes ſuas in hæreditate. Modo accidit caſus, quòd ex quadam nobili

 domo

domo de Giacanis de Peru. per mortem dom. Philippi militis
vltimi maſculi morientis nullus extat maſculus: dicunt etiam,
quod ex progenitoribus dictæ domus proceſſerunt ex dicta
agnatione ſimiliter nullo extante: ſed ſuperſunt ex eis nonnul-
li filij nepotes & poſteri ex alijs agnationibus, ſeu domib. pro-
creatis, qui ad ſupplementum legitimæ matrum, vel auiarũ di-
ctæ domus de Giacanis quondam ibi ipſarum progenitoribus
dotarum volunt venire, & dictum petere ſupplementum, quę-
1 ritur, nunquid poſſint? † Et in primis cõſiderandum eſt, vtrum
iſtud ſtatutum diſponat de legitima: & videtur, quòd non, quia
per verba generalia, quòd non poſſit quis venire ad hæredita-
tem, vel ſucceſſionem, non excluditur legitima, hoc dicit lex, ꝙ
filia, quę excluditur ab vniuerſali ſucceſſione per quietationem
generalem factam fratribus ſuis, tamen non excluditur à legiti-
ma, niſi hoc ſpecialiter dictum fuerit. C. de inoff. teſta. l. ſi quan-
do. l. fin. idem ergo & multo fortius debemus dicere in ſtatuto:
nam ſi pactum liberatorium, quod eſt fauorabile, non excludit
legitimam: ergo nec generalia verba ſtatuti, quod proculdubio
mixtum eſt ex fauore & odio. C. de lib. præte. l. maximum vitiũ.
ad hoc facit, quod no. Guil. de Cu. ff. de tranſ. l. de his controuer
ſijs. contrarium determinare videtur Bart. expreſſe. ff. de condi.
& demonſt. l. Titio centum. §. Titio genero. in q. quæ incipit,
quæro ſtatutum. vbi videtur determinare, quòd iſtud ſtatut. ex-
cludit filiam dotatam à lege exiſtẽtibus maſculis. videtur enim
contemplatione dotis exhæredata per l. arg. ff. de hæred. inſti. l.
qui volebat. vel legitima diminuta, & redacta ad ipſam dotem,
vt not. C. de nupt. l. ſancimus. per Cy. arbitratur enim ſtatutum
dotem eſſe congruam portionem mulieris dotatæ, & legitima
non eſt aliud, niſi quædam congrua portio taxata legis ãrbitrio
perſonis, quibus iure neceſſario ſibi debetur ſucceſſio. C. de in-
off. teſta. Auth. nouiſſima. appellatur enim debitum bonorum
ſubſidium, ſed mulieres dotatæ habent ſubſidium dotis, & ma-
ritorum. C. vñde vir, & vx. l. 1. & ſuccedit loco alimentorum: ſed
mulieribus dotatis raro deficiunt alimenta. hanc ergo dotem
eſſe legitimam portionem maſculis ſuperſtitibus non ſine cau-
ſa ſtatutum arbitratur. C. de adult. l. publico. per Iac. de Are. &
Cyn. Siue ergo, quod interim integram legitimam ſtatutariam
habeant, ſiue quod à iure communi interim videantur excluſę,
videtur eas interim petere plus non poſſe, & ſi interim plus pe-
tunt, obſtat eis exceptio ex l. municipali, quæ cenſetur perem-
ptoria propter tempus incertum, de condi. & demon. l. ſufficit.
imo & ſine exceptione ipſa lex municipalis ob. quia cum exclu-
dit ſucceſſionis principium, non eſt neceſſaria exceptio: cum a-
ctio fundari non poſſit, iuxta ea, quæ leguntur, & no. C. de trãſ-
ac. l. vbi pactum. In contrarium conſultum fuit per excellentes
doctores dominum Thomam de Toſinis, dominũ Franc. d. Bi-
ci, d. Ant. de Machiauellis, & collegium Florentinum. dicunt e-
nim, quòd ſi rectè conſiderentur verba ſtatuti, nõ excludunt fi-
liam ſimpliciter ab hæreditate paterna, ſed ea modo per exiſten
tiam quarundam perſonarũ, & earum cõtemplatione, & fauo-
re ad tempus impediunt, qđ apertè dicunt verba dicti ſtatuti, vi-
delicet quouſq; ſuperuixerit aliquis filius maſculus, per quę ver
ba ſignificat tempus, vt C. de leg. l. 1. ff. de excuſa. tut. l. Titius. de
cond. & dem. l. ſi quis ita. temporaliter autẽ ad excluſionẽ per-
petuã trahere non oportet, vt ff. de pac. l. epiſtola. §. fi. patet er-
go, filiã à legitima non eſſe prorſus excluſam, ſed eius petitionẽ
eſſe ad tempus ſuſpenſam. ſ. donec maſculi ſuperuixerint. & iſta
eſt ipſa veritas in hoc. i. puncto. nec Bart. dicit contrariũ, ſi bene
aduertatur, imo dicit pro: quia dicit, ꝙ ſtatu. minuit legitimã in
tempore, non in quantitate: & ſicius purũ facit in diem. ff. ad l.
Falcid. l. in lege falcidia. nõ habetur pro puro: quia verbũ, quod
importat impedimentũ temporale, diuerſum eſt ab eo, qđ im-
portat impedimentũ perpetuũ, & præciſum: quia primum im-
pedimentũ curſu temporis, vel ſimplici, vel qualificato admo-
2 uetur. Secundũ autẽ non, vt no. in reg. non firmatur. li. 6. † Nũc
videndum eſt de ſecundo puncto, nunquid iſtę filię interim de-
cedentes tranſmittant ad ſuos liberos. & ſiue dicamus eas exclu
ſas, conſtat non tranſmittere: ſiue eas inhabiles, ſimiliter non
tranſmittunt: ſiue eas habere ius conditionale, vt Bart. ſentit in
d. §. Titio genero. adhuc non tranſmittunt, quia iura conditio-
nalia ſucceſſionum non trãſmittuntur: ſiue dicamus datũ ordi-
nem ꝑlationis maſculorũ de fœminis ordine, ſiue iſto perſeue-
rante poſterior moriens non tranſmittit, vt hæc probantur a-
pertè. C. de iure delib. in l. cum antiquioribus. qui enim agno-
ſcere non poteſt, non tranſmittit, vt ibi patet. ſed iſta filia nõ ha
bet ius agnoſcendi viuentib. maſculis: ergo nec habet ius tranſ-
mittendi. & hoc ad literam tenet Bar. ff. ad Tert. l. fi. in q. q̃ inci-
pit, quæro, quid ſi filia decedat. ſed altior eſt iſta inquiſitio ſalua
reuerentia præceptoris mei: conſiderari enim oportet ius com
mune, quod defert legitimã, vt l. cum in prioribus. l. quoniã no-
uella. & l. ſancimus. C. de inoff. teſta. & in Aut. de tri. & ſe. §. 1. in
Aut. de reſti. & ea, quæ parit. §. quamobrem. & defert ipſo iure
quò ad nomen hæredis in legitima: ita quod dominium conti-
nuatur à patre in filios, & filias in poteſtate. ff. de lib. & poſth. l.
3 in ſuis. † oportet ergo videre, nunquid ſtatutum iſtam exiſten.
ſui hæredis eneruet funditus, an ſuſpendatur: & certũ eſt, quod
non eradicat funditus, vt ſupra dixi in primo puncto, ſed ſuſpen
dit: & tunc vltra oportet renunciare, qualis eſt iſta ſuſpenſio: an
quæ ius purum legitimè redigat in conditionale, an verò in
diem. & ſi dicamus, quòd in conditionale: ſequeretur, ꝙ iſtud
non eſſet minuere in tempore, ſed eſſet mutatio ſubſtantiæ: qa
ius purum & conditionale differunt vt contradictoria: quia in
vno inuenitur natiuitas, in alio nõ inuenitur natiuitas. de con-
ditio. & demonſt. l. non ad ea. ſed ſi dicamus, quòd dies incerta
non faciat hic conditionem, obrumpimus iuris regulas. ff. de
cond. & demon. l. dies incertus. Si autem dicamus, quòd faciat
conditionem: ergo interim nõ tranſmittitur. d. l. dies incertus.
ff. de condi. & demon. & l. quibus diebus. §. quidam Titio. eo. ti.
vbi videtur expreſſum. ff. quando dies leg. ce. l. ſi Titio. videtur
enim ex ordine prælationis dato per ſtatutũ maſculus loco in-
ſtituti habendus, fœmina verò loco ſubſtituti: ergo interim mo
riens non tranſmittit. l. ſed & ſi plures. de vul. ſub. in princ. ff. de
ſuis & legi. l. ſi ex pluribus. In cõtrariũ videtur, nam ſciendũ eſt,
ꝙ quando perſona cui debetur legitima, non impeditur in ipſa
ꝑ defectum intrinſecũ iuris ſui, ſed propter defectũ extrinſecũ
alterius perſonæ, quæ ſuſpendit hoc ius, & differt ipſum, inte-
rim moriens tranſmittit. C. de inoff. teſt. l. ſi quis filiũ. vbi eſt ex-
preſſum: ſed hîc cũ ordinatio iuris cõmunis ꝓcedat circa legi-
timã, & deferat eam filiæ, & ipſum ius cõmune non ſit correctũ
per ſtatutum in ſubſtantia legitimæ, nec in eius quantitate, ſed
delata in tẽpore propter extrinſecã perſonam maſculorũ, me-
ritò iſtud ius cum ſua ſuſpenſione tranſmittitur ad liberos filię.
C. de his, qui ante aper. tab. l. 1. l. quotieſcunq; enim non eſt de-
fectus in iure deferendi, ſed eſt ſuſpenſio iuris agnoſcendi, vel
petendi, ibi lex diſpenſat, vt fiat in tranſmiſſione impedimentũ:
quod debet eſſe temporale, & ſuſpenſiuũ fiat præciſiuũ, & per-
petuum, vt ff. de acq. hær. l. ventre. & ibi patet in gl. & in 1. reg. q̃
4 ibi ſumit Bart. & in reg. Iac. de Bel. in 2. reg. quæ eſt, † ꝙ quotieſ-
cunq; ſuus hæres habet impedimentum accidentis, vel impo-
tentiæ iuris, vel facti, quod interim moriens trãſmittit. & iſtam
reg. tenet Bar. pro qua ibi videtur quæſtio ſopita. ad idem ff. ad
Sylla. l. ſi quis in graui. §. fi. cum l. ſeq. ff. de contratab. l. illud. §. vl-
timo. & quod ibi no. ad idem quia quãdo per mortẽ alterius nõ
quæritur alteri, ſed retro quæſitũ poteſt intentari, vbi moriens
tranſmittit. C. quãdo dies leg. ce. l. ex his verbis. ita ergo eſt hic,
quia mors maſculorum tendit ad interpretationẽ: non autẽ dif-
fert à legitima, ſed ius cõmune iam detulit: vnde dici poteſt, ꝙ
vita maſculorum facit interim dormire, ſed non expirare, ſeu
eradicare legitimã filiarũ. meritò filiæ interim morientes trãſ-
mittunt ius iſtius, quod habent habitu, licet non actu, ar. ff. de
milit. teſtam. l. ex mili. §. fin. cum l. Lucius. præterea Bar. in q. Io.
Bartholutij conſuluit, quòd amoto impedimento maſculorum
per ipſorum obitum, iſta amotio impedimenti retro fingat im-
pedimentum non fuiſſe, vel filia præterita ſecundum eum non
poſſet ſuccedere, niſi eſſet iſta fictio. cum ergo ſuccedat, ergo
lex fingit: & iſtud poſuit ipſe pro conſtanti. Sed tũc arguo, mors
ſucceſſura non impedit iſtam fictionem, imo lex fingit non ob-
ſtante morte eius, qui ſi viueret, ſuccederet, & mortuum fingit
retro dominum, & hæredem, vt ff. ad Sylla. l. ſi exhæredatus. er-
go amoto impedimento quamquam filia interim deceſſerit,
ex quo retro fingitur, tranſmiſit per dictam leg. ſi exhæredatus.
5 quæ eſt vnica ad hoc, & not. † Modò reſtat reſpondere ad l.
cum antiquioribus. quam allegat Bart. pro caſu in dicta leg. fin.
ad Tertull. certe illa lex dicit, non tranſmittit ius repudiatum,
ſed iſtud non eſt ius repudiatum, ſed eſt ius ſui hæredis. quod
tranſmittitur cum ſua qualitate, & natura. ff. de acquir. hæred.
l. ſi quis



l. ſi quis filium. Item illa lex loquitur de regulari tranſmiſſione,
6 ſed nos ſumus nũc in tranſmiſſione irregulari, & anomala. † Itẽ
non obſtant ablatiui, remittendo dotes, &c. quaſi notent con-
ditionẽ, quæ nõ poteſt impleri ab hærede. ff. de condi. & demõ.
l. à teſtatore. nam dico, ꝙ hoc caſu non facit conditionẽ, tex. eſt
expreſſus in l. prætor. in 1. ff. de col bo. & C. eo. l. ſi ſoror. Ampli-
us cõſideremus, iſta dos in legitima ipſo iure imputatur, habet
ergo filia partem legitimæ purè: & in alia parte habet ſpem per
mortem maſculorum moriturorum: interim certè licet moria-
7 tur ſuo tempore, ſua pars accreſcit. † nam ius accreſcendi etiam
conditionale tranſmittitur ad hæredẽ, vt plenè legitur, & no. ff.
de acquir. hær. l. qui patri. in propria enim legitima ipſius filiæ
filius facit ei partẽ per concurſum, donec filius viuit, & eſt quaſi
cõiunctus ipſi filiæ in hac legitima cõiunctione legali. & etiam
ſicut filius coniungitur nepotibus per edictũ de coniungendis,
eó ipſo ꝙ aufert nepotibus partẽ exiſtentẽ ſui hęredis eis com-
petentẽ, diuidendo cum eis, & diminuendo ipſis. ſed in caſu no-
ſtro iſtud ius coniunctionis, ſeu ius diminuendi eſt cum quadã
temporalitate, ſcilicet quãdiu vixerit. vnde eo mortuo reinte-
gratur, & conſolidatur legitima. & iſtud ius integrandæ, & ſoli-
dandæ legitimæ tranſmittitur ad hæredem: non enim ideo quia
8 lex filiã tempus ſuſpendẽdo oneret, † ideo priuat. nempe aliud
eſt ſuſpẽdere, & aliud eſt tollere. ff. de pac. l. ſi vnus. §. 1. ff. de do-
na. inter vir. & vx. l. cũ hic ſtatus. §. ſiue. in iuribus iſtis habentib.
cauſam ad tempus, & finẽ, ipſo iure, & tẽpore, & poſt cõcurſum
habet locum ius accreſcendi ratione cõtractus finita. ff. de vſuf.
accreſ. l. 1. §. interdũ. & facit, ꝙ not. ff. de leg. 1. l. planè. §. ſi duob.
per Dyn. Item non obſt. ꝙ ſtatutũ antiquum loquatur ſolùm de
filia: quia poſteri veniunt ex perſona filiæ, id eſt iuris tranſmiſ-
ſionis, quæ fit de liberis ad liberos. d. l. ſi quis filiũ. quæ ſpeciali-
ter ad hoc facit. Item, vt dixi, propter ius accreſcendi de legiti-
ma eadẽ numero ad ſeipſam: vnde non eſt extendere legitimam
vnius ad legitimã alterius, ſed eſt ad ſuam naturã ſecundũ quan-
dã cõſolidationẽ relicti. & facit. ff. de coniung. cũ eman. li. l. 1. §. ſi
quis ex nepotibus. Itẽ non obſt. præſcriptio tẽporis, quia cũ in
præſcriptionibus non conſideretur ius, prout eſt in habitu, ſed
prout eſt in exerci. l. cũ notiſſimi. §. illud. & §. in his. de præſcrip.
30. ann. & dominus Philippus deceſſerit de recẽti, cõſtat præſc.
non eſſe decurſum. ſed ob. ei, ꝙ dixi de iure accreſcendi, ꝙ not.
9 Bart. ff. de inoff. teſt. l. pater filium. in 2. & 3. q. † vbi dicit, ꝙ in le-
gitima non habet locũ ius accreſcẽdi ex cõuentione legali: quia
eſt ſucceſſio ſingularis, in l. ꝙ Proculo. ff. de leg. 2. nã in cõtraria
opi. eſt Dyn. & Iac. But. in publica diſputatione. & meritò, quia
priuilegiũ legitimæ debitæ iure naturæ eſt, ꝙ habeat locum ius
accreſcendi, vt no. omnes doct. in Auth. nouiſſima. C. de inoff.
teſt. & C. de hær. inſt. l. quoties. per Iac. & in Auth. vt cũ de app.
cogn. §. cæterum. imo etiam in caſu noſtro eſt ius nõ diminuen-
di, ꝙ enim abſtulerat filiabus de earũ legitima cõcurſus maſcu-
10 lorũ, reſtituit obitus ipſorũ. † ius aũt non decreſcendi habet lo-
cũ ex qualibet cõiunctione, & in qualibet ſucceſſione: quia eſt
potius cuiuſdã impedimẽti amotio, quã extenſio ſucceſſionis.

## CONSILIVM LXX.

1 *Cum venditio facta per hominem habentem capitalem inimicitiam con-
feſsione precij, an præſumetur ſimulata, maximè facto conuento.*
2 *Argumentum à communiter accidentibus eſt validum.*
3 *Vendidiſſe non præſumitur is, qui poſsidet.*
4 *Alienatio fictitia præſumitur, ſi emptor patiatur venditorem poſsidere.*
5 *Quanto tempore requiratur emptorem pati, venditorem poſsidere, vt præ-
ſumatur ſimulatio.*
6 *Mulier emens, an & quando præſumatur emiſſe de pecunijs mariti.*
7 *Statutum loquens de venditore habet locum in hærede venditoris.*

In Chriſti nomine. Apparent quædã inſtrã
ſatis ſuſpecta de ſimu-
latione cuilibet hñti oculũ veræ cõſiderationis. & cõſiderandũ
primũ eſt inſtrm in figura vẽditiõis factũ p Cecharellũ de Spel-
lo Vagnolo do. Io. de Aſſiſſio de certis poſſeſſionibus in certo
precio mille flor. vt Notarius aſſeruit, tũc cõfeſſatorũ, qui tamẽ
Cecharellus poſtea p plures annos vixit, donec poſſedit dictas
res, & fructus recollegit pacificè: & eo mortuo per plures an-
nos dictus Vagnolus poſſedit pacificè, donec vixit, & eo mor-
tuo D. Rigutia, q. vxor ſua poſſedit pacificè, & ſine cõtrouerſia
alicuius litis in iudicio motæ per tempus 10. ann. & vltra, qui
Vagnolus de dictis rebus fecit quoddam inſtrumẽtum in figu-
ra venditionis dictæ D. Rigutiæ: & qui Vagnolus tandẽ legauit
dictas res dictæ Rigutiæ eius vxori, & Nouercæ Guidi ex alia v-
xore nati, nũc Guidus facit quæſtionẽ dictæ Rigutiæ, de medie-
tate aliarũ rerum, quia remanſit alius filiæ dictę Dominę nomi-
ne Iac. in cuius hæreditate luctuoſa iure pleno ſuccedit. quærit
quid iuris. Et ſi homines haberent oculũ diuinũ in ſciendã veri-
tate, non eſſet opus ſpeculari per argumenta: tamẽ oculi noſtri
ſunt ſicut nicticorax obtuſa lumine, quod eſt veritas: & idcirco
ſigna, ar. & cõiecturas perſpicuas, & probationes requirunt iu-
dicia. l. illicitas. §. veritas. de off. præſid. l. nõ omnes. §. à barbaris.
ff. de re mil. & de teſt. l. ob carmẽ. §. fi. ibi dum dicit, quibus licet
veritas aſſiſtat, Græci ſapientiã quærunt: Hebræi ſigna, dũ dicit
Apoſtolus, oportet homines eſſe Græcos, & Hebræos, & ma-
ximè iudices: ne circunueniantur errore facti. Cõſideremus er-
go perſonarum qualitatem, ſubſequẽtem poſſeſſionẽ, actuum
ordinem, & quandam circulationem nouercarum, præſumptã
inſidiationem, & iuris præſumptionem, & ſtatuti diſpoſitionẽ,
ex quibus omnibus veniemus ad veritatis indaginem. In primis
dictus Cecharellus erat auunculus dictæ D. Rigutiæ, & affinis
confidens dicti Vagnoli, & habebat inimicos, & cum eis vincu-
1 la pœnalia pacis, prout mihi narratur. † Conſiderato ergo, ꝙ di-
ctum inſtrumentũ eſt fundatum ſuper confeſſione, non ſuper
vera numeratione: & ꝙ obſtabant vincula pœnalia obligatio-
num: & ꝙ erat cõiuncta perſona: videt cõiecturã ſubeſſe ſimu-
lationis. C. de don. ante nup. Auth. ſed iam neceſſe. C. de don. l.
data. aliàs lata iam pridẽ. qui enim propter inimicitias eſt ſem-
per in cogitatione maleficij, videt facere actum ſimulatũ de o-
mnibus bonis, vel maiori parte: ſicut eſt hic, vt plenè legitur, &
no. per Bart. & alios. ff. de don. l. poſt contractũ. nam ratio natũ-
ralis ſuadet cõſiderare de coniunctis, & amiciſſimis. ff. de leg. 2.
l. vnum ex familia. §. item Imperator Marcus. ff. de bon. libe. l.
nihil. §. facilior. C. de natu. libe. l. ſi quis. C. dę ſacroſ eccl. Auth.
quibuſcunq; modis ff. de hær. inſti. l. quidam cum filiũ. maximè
enim confidimus de coniunctis: & videmus hoc per locũ à cõ-
muniter accidentibus. ff. de opti. leg. l. Theopompus. in verbo
aui mei, & cognati perſuadet intellectus, videt præuenire caſus
fortuitos, & ſe cõtra fortunæ inſidias præmunire: nõ diſſipan-
do, quia non eſſet prudens, nec aſtutũ conſiliũ omnia venderet:
ſed fingendo ſe vendere, vel donare. & ita cõmuniter fieri vide-
2 mus, & arg. à cõmuniter accidentibus † eſt validum in materia
præſumptionũ, & coniecturarũ, vt leg & no. C. de prob. l. neq;
3 natales. † Super ſecũdo, id eſt ſuper poſſeſſione conſiderandum
eſt, ꝙ non eſt præſumendũ eum, qui poſſidet, vendidiſſe. ff. qui.
4 mo. pig. vel hyp. ſol. l. ſicut. §. ſuperuacuũ. † Ex quo habemus no-
tare, ꝙ ſi poſt venditionẽ emptor patit vẽditorẽ poſſidere, prę-
ſumitur alienatio fictitia. Ita tenet Dyn. in d. l. oẽs. §. Luc. ar. ff.
5 de acq. hær. l. ſi is, qui bonas. C. de na. lib. l. 3. C. de re. hær. l. 2. ita
d. Bar. ad literã in d. §. ſuperuacuũ. † Sed quærit, quanto tẽpore
requirat emptorem debere pati ad hoc, vt præſumat ſimulatio:
quidã dicunt diu, alij per trienniũ, vt l. quicunq;. de apo. publ.
li. 10. alij determinant, ꝙ eſt arbitrio iudicãtis ex qualitate per-
ſonarũ. cum ergo Cecharellus poſt dictam venditionẽ ſuperfi-
cialiter apparentẽ, & non realiter exiſtentem recollegerit fru-
ctus pluribus annis, & donec vixit: bonus, & æquus vir debet
præſumere cõtractũ fuiſſe fictum, & ſimulatũ. Super tertio, vi-
delicet ſuper actuũ ordine, & reuolutione emptionũ cõſtat ꝙ
ſi venditio Cecharelli fuiſſet abſq; ſimulatione, forte præſume-
retur fraus in alijs propter nouercam. C. de ſec. nupt. l. hac edi-
ctali. ff. de prob. l. qui teſtamentũ. & nõ præiudicaret priuigno:
ſed quia in primo cõtractu eſt vitium, ꝙ ex ſequentib. apparet:
nullũ ius habet priuignus. potius enim Vagnolus bonã fidem a-
gnouit, quã fraudẽ commiſit: quia Cecharellus inſtituit hr̃dem
d. Ioannam matrem dictæ Rigutiæ, & quoſdam alios, cui ſucceſ
ſit Rigutia, & D. Marchiola eius filia, ad quas pertinebant bona
dicti Cecharelli pro parte. ideo in perſona Rigutiæ fuit reſigna-
tio: & bonæ fidei agnitio: nõ fraudis cõſilium: & propterea Va-
gnolus in teſtamẽto ſuo ſimiliter voluit purgare conſcientiã, vt
apparet in eo. Et quia ex cauſis præſumit effectus, ordoq; cau-
ſarũ eſt ordinans totius ad ſimulationẽ probandã, meritò præ-
ſumitur ſimulata venditio Cecharelli Et ſi Guidus vult ire per
ſuperficialem apparẽtiam inſtrumentorũ, certe Rigutia habet
6 pro ſe inſtrumentũ emptionis à Vagnolo. † Et ſi dicatur, præſu-
mit emiſſe de pecunia mariti. Reſpõdet illud eſſe verũ, ſi mariti
facultates ſuppetũt: ſed nõ eſt veriſimile, ꝙ Vagnolus hẽret tãtã


pecu-

7 pecuniã numeratam,vt mihi proponitur. †Super 4.ſcilicet ſu-
per ſtatuto conſiderandũ eſt tẽpus , quo Cecharellus poſſidet,
& tempus,quo d.Rigutia poſſedit per 10. ann.& vltra cõtinue:
& licet ſtatutũ loquat̃ de venditore fingendo ſimulationẽ,ita ꝙ
nõ recipit̃ probatio in cõtrariũ:tñ idẽ in hr̃de venditoris dicen-
dũ eſt,qui poſſedit 10. ann. mortua venditrice,ꝙ fingat̃ contra-
ctus ſimulatus ex tali poſſeſſione. ff. de acq. poſ.l.Pomp. ff.qui.
ex cau.ma.l.cũ miles. in his , q̃ tranſeunt in hr̃des,idẽ iuris eſt in
hr̃de, ꝙ in defũcto. de re.iu.l. quod in ipſis. de prob.l.ſi pactũ.
cum ſi.Ex quib. omnib. verè cõcludit̃,ꝙ tribus pręſumptionib.
venditio Cecharelli præſumit̃ ſimulata.ſ.præſumptione homi-
nis,præſumptione iuris cõis, & fictione ſtatuti. vñ nedum Gui-
dus dẽt hr̃e partẽ bonorũ iſtorũ , imo tenet̃ ad reſtitutionẽ me-
dietatis oĩum bonorũ,& fructuũ,quos Vagnolus percepit prę-
textu dicti ſimulati cõtractus , ꝓbando per teſtes id,quod in fa-
cto ſ.narrat̃.vñ de poſſeſſione Cecharelli poſt venditionẽ,& de
ſucceſſione Rigutiæ, & de poſſeſſione cõtinuata poſtea per eã,
fama etiã publica multũ in hoc valet: quia confirmat rei,de qua
quærit̃, fidẽ. item dicta Rigutia hẽt à cohr̃dib. in parte cohr̃dũ
titulos,& caſus in dictis bonis,ex quib. titulus, & bona fides, q̃
præſumit̃ adeſſe in hñte titulũ , proculdubio ſaltim præſcripſit
tam de iure cõmuni, & fortius ex forma ſtatuti, ſi poſſedit ex il-
lis titulis.10.ann.aliàs haberet publicianam,non verum rei do-
minium ante præſcriptionem completam , ſi venditores non
fuiſſent domini.verum tamen in hoc caſu erant domini, & Ce-
charellus ex cõtractu ſimulato nunquam perdidit dominiũ . ſic
dicta D.Rigutia multas hẽt vias, per quas ab iniuria ſe defendit.

CONSILIVM LXXI.

1 *Molendinum an poſſit nouum fieri in damnum , & detrimentum alterius molendini , quia concurſus hominum , qui tendebat ad primum molendinum,nunc concurret ad iſtud ſecundum.*
2 *Poſito vno inconuenienti ſequuntur multa.*
3 *Flumen publicum eſſe dicitur,quod perenne eſt,ac ſemper fluit.*
4 *Lucri perditi quando habeatur ratio.*
5 *Intellectus.l.2.§ merito.ff.ne quid in loco pub.*
6 *Intellectus.l.vnica.C.de ſenten.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt. Cõmu-
ne,& homines de Villa
Franca ex vna parte,& cõmune, & homines de Luſorio ex alte-
ra parte habẽt pro indiuiſo flumen Macræ , ꝙ eſt ſitũ iuxta cõfi-
nes prędictorũ cõmunium:iuxta ꝙ flumen prędicti cõmune:&
homines de Luſorio volũt ædificare ſup proprio territorio cõ-
munis Luſorij quoddã molendinũ:cuius molendini præſam,ſi-
ue cluſam volunt facere in dicto flumine: q̃ præſa protendat̃, &
diſcurrat à ripa fluminis, quæ eſt verſus territoriũ Villæ Francæ
vſq; ad ripã fluminis, quæ eſt verſus territoriũ Luſorij:quæ qui-
dẽ præſa,ſiue cluſa ſolita eſt teneri per marchiones , ſiue homi-
nes de Luſorio: licet ſit p inundationẽ aquæ dicti fluminis Ma-
cræ diruta.Ex aduerſo cõmune,& homines de Villa Franca pro-
hibent, ne præſa , ſiue cluſa fiat in flumine antedicto: dicentes,
ꝙ ex quo dictum flumen eſt cõmune inter dictas partes,non li-
cet alteri partiũ in eo aliquid ædificare,vel facere, ꝙ redundet,
vel redundare poſſit in damnũ,ſeu præiudiciũ alterius partis:&
ꝙ ex ædificatione prædicti molendini cum prædicti cõmune,&
homines de Villa Franca,damnificarẽt in hoc,eo ꝙ homines de
Luſorio,de Triſana,de Canoſa,de Richo quãdo ipſorũ propria
molendina deſinunt macinare propter defectum aquæ , cõſue-
uerunt ire ad macinandũ ad molendinũ communis Villæ Fran-
chæ,ꝙ cõmune Villæ Franchæ dictum molendinũ cõmune ha-
bet ſuper alijs , & quolibet , ꝙ habet ſuper flumine Macræ: qui
homines ædificato dicto molendino cũ præſa prædicta,ꝙ dictũ
cõmune Luſorij ædificare intendit,deſiſterẽt ab vſu molendini
de Villa Franca,eo ꝙ prædictum molendinũ ædificandum per
cõmune Luſorij eſſet eiſdẽ hominibus magis vicinum , & con-
gruũ ad macinandũ. Econtra replicat̃ pro patre cõmunis Luſo-
rij,ꝙ prędicti homines de Luſorio, Triſana, & Canoſa, & de Ri-
cho nõ tenentur ire ad molendina de Villa Franca,ſi nolunt: &
proptereà nõ poſſunt cõmune , & homines de Villa Franca di-
cere, & allegare,ꝙ patiant̃ damnũ,ſupradicti homines conſue-
ti quandoq; macinare cum eis ab vſu ipſorũ molendinorũ deſi-
ſtant,à quo etiam vſu deſiſtere poſſunt , ſi volunt etiã prædicto
molendino per dictũ cõmune Luſorij non ædificato : & ire ad
alia molendina,licet magis remota, quã ſint molendina de Vil-
la Franca,ſuper quo quidẽ flumine Macræ, ſiue iuxta illud præ-
dictæ partes aſſeruerunt nulla fore molendina. Item ꝙ dictum
flumen Macræ nõ eſt cõmune dictorũ de Villa Franca,& de Lu-
ſorio: ſed eſt flumen publicũ , & perenne hoc non autẽ nauiga-
1 bile.†Modo quærit̃:quid iuris. In caſu ſuprаſcripto poteſt aſſu-
2 mi propoſitio Ariſtotelis, † videlicet ꝙ vno inconuenienti po-
ſito multa ſequuntur, vt l. à teſtatore.ff.de cond.& demonſt.&
l.Gallus.de libe.& poſth.& l.ex diuerſo.§.1.ff.de rei vend. Cum
igitur in themate propoſito pręſupponatur dictum flumẽ Ma-
cræ eſſe cõmune ipſorũ cõmunium de Villa Franca ex vna par-
te,& cõmunis de Luſorio ex altera,tanquã priuatorũ:& hoc eſt
3 abſurdũ,cum dictũ flumen ſit perenne,& ſemper fluat: † igitur
alio nõ oſtenſo eſt cenſendũ eſſe publicũ , in l.1.§.fluminũ.ff.de
fluminib.& l.nemo.in fi.ff.de rerũ diuiſio.& inſt.eo.§. flumina.
abſurdũ eſt igitur ſuper eo tanquã cõmune priuatorũ fundare
conſilium.per hoc apparet,ꝙ iura loquentia de re cõmuni ab-
ſurdè in caſu prædicto allegantur:aſſumenda eſt igitur materia
iuriũ diſponentium circa flumen publicum : & ideo eſt aduer-
tendum,ꝙ per Molendinum,quod nituntur facere cõmune,&
homines de Luſorio non impeditur nauigium: cum ipſum non
ſit nauigabile,nec ex eo fiat aliud nauigabile , vt l. quominus.ff.
de flumini.& l.ſi nautẽ.in fin.ff. de aqua plu.arc. hoc præſuppo-
ſito ſic videtur eſſe dicendũ: aut molendina de Villa Franca, quę
dicũtur eſſe in flumine Bagnoni,nõ ſunt à principe cõceſſa,nec
etiã conceſſit vetuſtas tẽporis, cuius principij memoria nõ exi-
ſtit.aut aliquid de duobus dictis caſib. interuenerit. primo caſu
eſto, ꝙ per molendinũ cõſtruendum per commune Luſorij læ-
derentur molendina de Villa Franca. ipſum cõmune, & homi-
nes Luſorij prohiberi non poſſunt,vt l.2.§.ſi quid in loco. ff. ne
quid in loco publico.& l.ſi alius.§.belliſſimè.ff.quod vi,aut clã.
& quod ſolet notari per Doctores in quæſtione molendini ta-
cta per gl. in l. ſi manifeſte. C.de ſerui. & aqua.& in l. ſi quis.§.ſi
initium.ff.de eden:ſecundo caſu cum molendina de Villa Fran-
ca ob hoc non lædantur, nec in vſu ſit ob hoc aliquod incõmo-
dum publicum , ſeu accolentium , eſt de plano concedendũ di-
ctum commune Luſorij ipſum molendinũ poſſe facere fabri-
cari,vt l.1.in princ.& §.quod autem.ff. ne quid in loco publico.
& l.ſi in publico.ff.de aqua plu.arcen.& l.vim facit.§.fi.cum ibi
no. ff. quod vi aut clam. & l. fin. de ſerui.& l.imper. ff.de ſerui.
ruſti.præd. Nec aliquis dicat,ꝙ commoditas molendini de Vil-
la Franca diminuitur , ſi fiat ipſum molendinum ex quo dimi-
nuitur concurſus perſonarum ſolentium ire ad macinandũ ad
dicta molendina de Villa Franca : & ſi dicent aliqui , ꝙ ſaltem
iſtius commodi , ꝙ ob hoc perdetur, ipſum commune de Villa
Franca pati damnũ,vt l.2.§.merito.ff.ne quid in loco. Item quia
lucri habeatur ratio,allegabatur per conſultorem.l.1.C.de ſen-
ten.quæ pro eo , quod intereſt. quæ nihil facit, vt infra dicetur.
4 †& ꝙ prædicta nõ obſtent oſtenditur ſic,lucri perditi nõ habe-
tur ratio, quia pendebat ex alterius arbitrio, vt l.inde.§.1. cũ ibi
no.ff.ad l.Aqui.ſed ita eſt in propoſito,ꝙ licet homines contra-
tarum ſoliti eſſent ire ad molendina de Villa Franca , non pro-
pterea illa conſuetudo aſcribitur neceſſitati,vt l. ſolent. §. fi.ff.
de off.præt.& leg. in l.de quibus.ff.de legi. & per hoc ſolum ap-
5 paret,ꝙ commune de Villa Franca non poteſt conqueri.†Præ-
terea.§.merito.loquitur, quando commodum percipiebatur à
publico : tamẽ in propoſito licet habere molendina in flumine
publico:ſit recipere commoditatẽ à publico,tamẽ attenta ma-
cinatura , quæ habetur ex bladis priuatarũ perſonarum cõcur-
rentium ad macinandũ,magis dicitur dictũ commodum recipi
ab ipſis perſonis priuatis concurrentibus , qui concurſus ope-
rando, dum tamen non fiat opus animo malignandi , poteſt in-
hiberi, vt l.1.§. deniq;. ff. de aqua plu.arc.& l.Proculus.de dam.
infect. Item §.meritò. loquitur, quando certum commodum à
publico percipiebatur : at in caſu noſtro dependet ex volunta-
6 te colentium. †Item d.l.vnica.nihil facit, nam loquitur , quan-
do quis in contractu bonæ fidei fidem promiſſam nõ adimple-
ret . at in caſu noſtro de fide rupta non tenentur ipſa commu-
nia.& ex his concludo , quod poſtquam ipſa molendina de Vil-
la Franca alio modo non læduntur ex conſtructione dicti mo-
lendini de Luſorio fienda , niſi quia dicatur , quod concurſus
perſonarum ſolitarum ire ad macinandum ad dicta molendina
de Villa Franca diminuetur , quod per hoc nullo modo debet
dici ipſum cõmune Luſorij eſſe ꝓhibendũ de iure circa cõſtru-
ctiõnẽ prędicti Molẽdini,& p hoc apparet cõſiliũ,de quo ſupra
fit men-



tio, eſſe fundatũ ſuper falſa materia, & abſurda præſum-
ptione,& ideo nõ eſt mirandũ,ſi alia abſurda ſequãtur:iuxta ea,
quæ primò dixi. Signorolus de Homodeis miles , & legũ Doct.

Ad idem. CONSILIVM LXXII.

1 *Communia omnium quædam ſunt,quæ dicuntur,quædam publica.*
2 *Flumen quatenus eſt in territorio alicuius ciuitatis,eſt ipſius ciuitatis,& poterunt ciues ſuper eo condere ſtatuta.*
3 *Fluuius currens inter duas ciuitates qualiter pertineat ad eas.*
4 *Aquæ naſcentes in confinio duarum priuatarum perſonarũ qualiter pertineat ad eas.*
5 *Aquæ,quæ oriuntur in publico,& poſtea decurrunt per agros priuatorum, an poſtquàm ſunt in agris priuatis,poſſint domini agrorũ vti illis aquis tanquam proprijs.*
6 *Aliud eſt de nouo facere,aliud reficere.*

1 In Chriſti nomine. Ad euidentiã præmit-
tendum eſt,† ꝙ quædã
ſunt , quæ dicuntur cõmunia omniũ: vt eſt aqua maris,& flumẽ
publicum,& ſi.vt l.1.§.fi.ff.de rerum diui. Quædam ſunt publi-
ca quoad proprietatẽ , id eſt reipublicæ quò ad proprietatem,
& cõmunia quò ad vſum:vt ſunt flumina publica cum ipſis ſcili-
cet alueis,vt inſt.de re.diui.§.flumina.quod ſic intelligendũ eſt,
vt quo ad vtilẽ proprietatem poſſint eſſe reipublicæ , ciuitatũ,
& caſtrorũ ex conſuetudine habentiũ merum , & mixtũ impe-
riũ.nã in hoc funguntur loco reipublicę,rationẽ,& iuriſdictio-
nẽ habent in fluminibus , quemadmodũ in reliquo territorio:
2 quia conſuetudo iſtam iuriſdictionẽ tribuit.†vnde flumen Te-
ſini quatenus eſt in territorio Papienſi , eſt ipſorũ Papienſium,
3 & poſſunt ſub ipſo condere ſtatuta.† Sed hic occurrit dubium,
quid ſi fluuius currit inter duas ciuitates , qualiter pertineat ad
eas: reſpõdeo,aqua eſt cõmunis pro indiuiſo propter continuæ
aquæ motũ,& eius permutationem:ſed alueus eſt cõmunis pro
diuiſo tanquã locus confinans inter duas ciuitates ad ſimilitu-
dinẽ lapidis exiſtentis in confinio, & inſulæ in flumine natæ , vt
inſt.de re.diui.§.inſula.& ff.com.diuid.l.auctor.& ita eſt in pro-
poſito in fluuio,de quo quęritur;quia aqua cõmunis eſt pro in-
diuiſo : vnde quælibet cõmunitas poteſt vti aqua pro parte ſua
ędificanda in ſolo ipſius vniuerſitatis:totã autem aquã vſurpare
nõ poteſt, vt ff. de aqua plu.ar.l.in cõcedendo. & ff.de acq.hær.
l.duo fratres.& C.fin.re.l.ſi conſtiterit.in ratione ſui. ex hoc ſe-
quitur,ꝙ molendina,quorum cluſæ,& apparatus ſunt defixa in
alueo,ſi protendunt̃ vltra mediũ fluminis,non poteſt fieri,non
ea ratione, quia fiat in cõmuni : ſed quia fiũt in proprio ſolo ad-
uerſarij,quatenus vltra ſe extendunt: & ſic nõ eſt neceſſe hic al-
legare.l.Sabinus.cõmuni diui.nec ſuam materiã. & ſi hoc nõ li-
4 cet publico,nec priuato licebit. † & quædã ſunt aquæ, quæ na-
ſcuntur in confinio duarũ priuatarum perſonarũ , & ſimili mo-
do diſtinguendũ eſt.Sunt & aliæ,quæ oriuntur in ſolo meo tan-
tum,& protendunt̃ in ſolũ alterius, & nõ habent ortum ex pu-
blico,ſiue oriant̃ ex fonte, ſiue ſint aquæ pluuiæ, nam quandiu
ſolo meo cohærent, meæ ſunt, & tranſducere poſſum eas ad ir-
rigationẽ prædiorum meorũ:& deriuare ad quem locũ volo, e-
tiam ſi prata aliena patiant̃ ex hoc ſiccitatẽ , dummodo hoc fa-
5 ciam pro cõmoditate mea , & nõ pro dãno vicini principaliter,
vt ff.de aqua plu.arc.l.1.§.item aiunt.†Sunt & aliæ aquæ quæ o-
riuntur in publico,& decurrunt poſtea per agros priuatorũ:de
quibus quæritur, an poſtquã ſunt in agris priuatis , poſſunt do-
mini agrorũ vti illis aquis tanquã proprijs , & diuertere ad irri-
gationẽ propriorũ pręֶdiorum quocunq; volunt: & videt̃,ꝙ ſic,
quia aquæ cedũt ſolo,ſine quo ſtare nõ poſſunt.vnde ſicut impoſ-
ſibile eſt,ꝙ alueus fluminis publici nõ ſit publicus, vt ff.de flu.l.
1. §. ſi inſula. ver. quia impoſſibile. ita per contrariũ ſi alueus eſt
meus,aqua eſt mea.Sed in contrariũ videt̃,ꝙ ſi aquam fluminis
publici traho per foſſam ad agrũ meũ,publica ſit.& ideo ſi quid
ibi fit, in flumine publico factũ videt̃: ſi modo perennis ſit cur-
ſus per illã foſſam , vt ff. de flumini.l.1.§.ſi foſſa. de fluminib. na-
uigabilibus , vel ex quibus fit aliquid nauigabile , etiamſi naues
habeant trahi per cordulas,nõ eſt materia noſtra, ſed l. quomi-
nus.ff.de fluminibus.Ex his itaq; ſuperius dictis patet reſponſio
ad quęſitũ: quia quod de nouo facere non licet,nec in alienum
6 immittere,vt ff.ſi ſerui.vendice.l.ſicuti.§.Ariſt. † Sed conſueta
ab antiquo ædificia,& præſcripta licet reficere, iſta ſiquidẽ val-
de ſunt diuerſa,de nouo facere, & reficere: vt ff.de itine.actuq;
priua.l.3.§.hoc autem. & prædicta cõfirmantur per ea,quæ leg.
& no. in l. 1. in princ.ff.de damn.infect.& C.de ſerui & aqua.l.ſi
manifeſtæ.& l.præſes.& d.l. quominus. ff.de eden.l.ſi quis ex ar-
gentarijs.§.ſi initium tabularũ.Et ita dico,& conſulo. Ego Bal.

CONSILIVM LXXIII.

1 *Iudex delegatus ad ſententiam exequendã , quàm primum dixit exequendam,non poteſt reuocare,& dicere non exequendam.*

1 In Chriſti nomine. Iudex † delegatus ad co
gnoſcendũ ſi ſententia
ſit exequenda,necne,poſtquã pronunciauit exequendã,vel nõ
exequendã,functus eſt mandato quo ad hoc, vt nõ poſſit reuo-
care ſententiã ſuam:quia huic iudici cõmiſſus eſt articulus,non
tota cauſa,& ideo lata ſentẽtia,licèt interlocutoria ſit,tamen eã
nõ poteſt reuocare, quia nõ patiuntur fines mandati: ſicut nec
arbiter aſſumptus ſuper vno articulo , vt ff. qui ſatiſ.cog.l. arbi-
tro.& patet per regulã, quæ ponitur.ff.de arbit.l.qualem.§.fi.&
ideo conſilium excellẽtis doctoris domini Signoroli placet mi-
hi. & idem conſulo etiam ſi reſeruaſſet ſibi ius reuocandi: quia
hæc reſeruatio eſt impoſſibilis , & iuri contraria : quia non pa-
tiuntur fines mandati, vt l.iudex.ff.de re iud.quia mandatum de
iudicando intelligitur de prima vice , non de ſæpius ſuper eo-
dem principaliter commiſ.vt ff.de verb.ſign.l.boues.§. hoc ſer-
mone.Et ita dico,& conſulo. Ego Baldus.

Vide in conſilio 234.

CONSILIVM LXXIIII.

In Chriſti nomine. Verba domini Cyni in
lectura ſua, quã inchoa
uit ſuper digeſto veteri in l.filium,&c. Hoc conſiliũ reperies in
quinta parte conſi.437.incipiente, Titius habebat Seiam,&c.

CONSILIVM LXXV.

1 *Res pupilli an poſſit vendi ob æs alienum, cum ſit maioris valoris, quàm ſit æs alienum.*
2 *Conceſſum ob certam cauſam, eatenus videtur conceſſum , quatenus cauſa requirit.*

1 In Chriſti nomine. Quidã † tutor cuiuſdã
pupilli ob æs alienum,
quod aſcendebat vſq; ad quantitatem flore . centum triginta,
vendidit quandam domũ pupilli ſui , de qua ſoluebatur fictum
omni anno in perpetuum flore. 12. pro flore. trecentis ſeptua-
gintaquinq;: quæ venditio facta fuit cum decreto iudicis : & cũ
ſolennitatibus debitis . modo vertitur in dubium , vtrum dicta
venditio valeat de iure,eo quia res, ſiue domus vendita fuit pro
2 maiori precio, quàm ſubeſſet æs alienum. † Ad euidentiam prę-
mittendum eſt , quod id, quod conceditur ob certam cauſam,
eatenus videtur conceſſum , quatenus cauſa requirit , vt ff. de
tranſact.l.cum hi.§.in cauſa.C.de ſacroſ.eccl.Auth.hoc ius por-
rectum. ff. de exercito.l.Lucius.ff. de rebus eorum.l. magis pu-
to. §. idem prætor. ibi dum dicit, ne propter modicum æs alie-
num poſſeſſio magna diſtrahatur. propterea ſi diſtrahitur id,
quod non debet diſtrahi, præſumitur mala fides: quia non ſit ar-
bitrio boni viri, vt no.Bart.in l.alio hærede, de ali. & ciba. lega.
ergo debet reſcindi, vt l.1.C.ſi vend.pig.agatur. Solutio: dicen-
dum eſt,quod aut erat alia res , quæ poſſet vendi vſq; ad cõcur-
rentem quantitatem , vel quaſi , vel res vendita potuiſſet com-
modè, & æquo precio pro parte vendi vſq; ad concurrentem
quantitatẽ : & tunc nõ tenet decretum tanquam obreptitium,
temerarium , vel ambitioſum : aut non poterat aliter diſtrahi,
nec erat aliunde,vnde ſolueretur: & tunc quia res non poterat
aliter expediri, totum valet, arg.ff.de dona. inter virum, & vxo.
l.ſi ſponſus ſponſæ, §.generaliter. & C. de bo. auth.iud. poſſ.l.fi.
& cum hac diſtinctione ſoluitur iſta quæſtio , quæ aliter ſolui
non poteſt de iure.Et ita dico,& conſulo. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXVI.

1 *Legata relicta ab inſtituto an videantur repetita à ſubſtituto? & contra.*
2 *Hæres non poteſt donare in præiudicium legatorum.*

In Chriſti nomine. Factum tale eſt , domi-
nus Nicolinus de Riuo
la deceſſit condito eius teſtamento, in quo teſtamento inſtituit
Gulielmum eius filium in ſolidum : & in quo teſtamento dixit,
voluit, & ordinauit, quòd in caſu , quo dictus Gulielminus de-
cederet ſine hæredibus maſculis legitimis, & naturalibus , hæ-
reditas eius perueniret in conſortium dominæ Sanctæ Ma-
riæ Maioris Pergami , in quo teſtamento multa legata reli-
quit:

quit: & inter cætera legauit quatuor filiabus domini Gromeri-
ni de Riuola libras quinquaginta imperialium pro qualibet ea-
rum dicto caſu eueniente, quo dicta hæreditas perueniat in di-
ctum conſortium. Modo iſte Gulielminus deceſſit ſine hæredi-
bus maſculis legitimis, & naturalibus, condito eius teſtamẽto:
in quo teſtamento inſtituit duas ſuas filias legitimas, & natura-
les hæredes, & poſt mortẽ filiarum donauit hanc hæreditatem
prædicto conſortio ſanctæ Mariæ Maioris. Modo venit d. Gro-
merinus tanquam legitimus procurator, & adminiſtrator filia-
rum ſuarũ, & petit à prædicto conſortio, nunquid velit eſſe hæ-
res Nicolini & conſortiũ: reſpondit, ꝙ non, ſed bene vult hanc
hæreditatẽ peruenire in ipſum conſortiũ vigore donationis ei
factæ per Gulielmum. Secundò dictus Gromerinus petit à filia-
bus dicti Guliel. vt relaxent, & relaxare debeãt poſſeſſiones di-
cti domini Nicolini: quia obligatæ ſunt illis filiabus d. Grome-
rini vigore legati eis relicti per dictum dominũ Nicolinũ, quæ
filiæ Guliel. dicunt non debere relaxare dictas poſſeſſiones di-
cti Nicolini: quia dicta hæreditas non peruenit in dictũ conſor-
tiũ ex teſtamẽto dicti dñi Nicol. cum ſit repudiata ex illo capite.
Quæritur, quid iuris. Ad euidentiam præmittendum eſt, quod
1 quando teſtator † relinquit fideicommiſſum vniuerſale, & par-
ticulare, poſt ipſum videt̃ fideicommiſſum particulare, ſeu le-
gatum ad onus fideicommiſſarij vniuerſalis adiectum, vt C. ad
Treb. l. fi. & ita demum fideicommiſſarius vniuerſalis tenetur,
ſi fideicommiſſum acceptat. ff. de leg. 1. l. hæc verba. ſi autem ve-
nit ex alio capite, puta contractu, nõ tenetur ex fideicommiſſo,
nec dicitur facere in fraudem fideicommiſſi, vt ff. ſi quis omiſſ.
cauſa teſt. l. pen. qua ratione videtur dicendũ, dicta legata facta
filiabus domini Gromerini non deberi, quaſi defecta conditio-
ne. nam illa verba, ſi dicta hæreditas peruenerit in conſortium.
intelliguntur ſcilicet ex eo teſtamento: & non aliunde, vt ff. de
vul. ſubſt. l. qui liberis. §. hæc verba. In contrariũ eſt veritas: quia
ſi fideicommiſſarius vniuerſalis repudiat fideicommiſſum vni-
uerſale, remanet hæreditas penes hæredem cum onere legato-
rum ſubſtituto per fideicommiſſum appoſito, vt C. de cadu. tol.
§. pro ſecundo. Porro illa verba, ſi hæreditas perueniat in con-
ſortium, non faciunt conditionẽ: nam ſicut hæredem inſtituẽ-
do, & grauando, ſi adierit, iſta verba non faciunt conditionem,
quin eo repudiante vadat ad cõiunctum cum onere: ita in pro-
poſito. conditio enim hæc non eſt ad ſubſtantiam legati appo-
ſiti: ſed ad perſonã grauati id eſt ipſius fideicommiſſarij vniuer-
ſalis ſcilicet vt non teneatur, niſi fideicommiſſum ad eum per-
uenerit: hæreditas tamen bene tenetur, vt ff. de act. & ob. l. hæ-
reditariarũ. Dico ergo, quod quando legata ſunt relicta à fidei-
commiſſario vniuerſali, illa verba, ſi fideicõmiſſum ad eum per-
uenerit, reſpiciunt perſonam fideicommiſſarij, vt ipſe non te-
neatur, niſi peruenerit: tamen non reſpiciunt perſonam hære-
dis, cui remanet hæreditas grauata cum ſuo grauamine, iuxta
2 ea, quæ no. in l. fi. C. ad Treb. † Sed contra hoc fortiter obſtat:
quia licet legata relicta ab inſtituto videantur repetita à ſubſti-
tuto, tamen ſecus econtra, vt ff. de lega. 1. l. licet imperator. & l.
ſi fundum per fideicommiſſum. §. ſi pater. reſpondeo, quod hic
legata relicta ſimpliciter ſunt apta vtrunq; comprehendere in
onere legatorum. Præterea illa verba, ſi dicta hæreditas perue-
nerit, poſſent exponi, id eſt ſi peruenire potuerit, vt ff. de ſtatu-
lib. l. Labeo id eſt ſi caſus ſubſtitutionis euenerit: quia nõ extent
filij maſculi. & ita puto, quod fuerit mens teſtatoris. Præterea
hæres non potuit donare in præiudicium legatorum, vt ff. ad l.
Fal. l. fundo. & ff. de hær. inſt. l. 3. §. quid fideicommiſſariam. vnde
hic committeretur fraus per hęredem, & participaretur per di-
ctum conſortium, quod eſt iniquum, & abſurdum, vt ff. de bo-
nis liber. l. liberta octoginta. & ad hoc optimè facit. ff. de leg. 1. l.
ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. Quapropter maximè conſide-
rata æquitate, & quia dolus, & fraus patrocinari non debet, nec
titulus contractus in fraudem acquiſitus, vt ff. de acquir. hæred.
l. is qui bonis. & eleganter not. in l. 2. C. de repudian. hæred. di-
co dicta legata deberi, & iuſtè petita eſſe. Ego Bal.

## CONSILIVM LXXVII.

1 *Tranſactio facta cum principali, an proſit fideiuſſoribus.*
2 *Arbitri poſſunt reſeruare ius iudicandi, & per laudum arbitratoris fit no-
uatio.*

In Chriſti nomine. Quidam dominus Ga-
leacius emit à magiſtro
Franc. de Surdis quoddam fictum annuum 7. modiorum fru-
menti: ad quod fictum ſoluendum annuatim tenebatur quidã
Lanzelotus appoſita pœna, quod vbi dictus Lanzelotus nõ ſol-
ueret dictum fictum dicto domino Galeacio, dictus magiſter
Franciſcus teneretur ſoluere pro eo: deinde dictus Galeacius
permutauit dictum fictum cum quodã domino Andrea, & fra-
tribus de Celis: & ſolenniter ceſſit eius iura: & eſt verum, ꝙ di-
ctus Lanzelotus de la Rocha, & eius hæredes ceſſauerunt in ſo-
lutione dicti ficti: poſtquã fuit actum ad ſolutionẽ dicti ficti, &
factum compromiſſum: & fuit cõdemnatus dictus Lanzelotus
in certa quantitate pecuniæ: hoc reſeruato, ꝙ ſi dicta pecunia
nõ ſolueretur, remaneret ius priſtinæ obligationis ſaluum, de-
inde dictum fictũ non fuit ſolutũ, nec ante litem conteſtatam,
1 nec poſt, agit contra fideiuſſores. Quæritur quid iuris? † & vide-
tur, ꝙ fideiuſſores ſint liberati ab obligatione priſtina, neq; te-
neantur in obligatione noua: quia in ea nõ interceſſerunt. Sciẽ-
2 dum eſt enim, ꝙ per laudum † arbitratoris fit nouatio volunta-
ria, quia eſt ſpecies tranſactionis: & ideo fideiuſſores ope exce-
ptionis liberati ſunt, vt ff. loc. l. cum in plures. §. lege dicta. & C.
loc. l. cum Hermes. Et ideo cum dicta obligatio modiorum fru-
menti ſit extincta in effectu, tranſactio facta cum reo principali
prodeſt fideiuſſoribus, adeo ꝙ facto rei non poſſunt amodo in
obligationẽ reincidere, vt ff. de pac. l. fi. In contrariũ eſt veritas,
& præmitto, ꝙ dicta reſeruatio in dicta ſententia arbitrorũ fie-
ri potuit, vt no. ff. fa. er. l. item Labeo. in gl. parua. vnde ius vete-
ris obligationis in ſuo caſu cõſeruat, vt plenè legi. & no. C. de
ſenten. & interlo. l. libera quidem Theodora. ad hoc facit l. 2. in
prin. ff. ſi quis cau. & ꝙ notari conſueuit in l. fi. ff. de eo, ꝙ certo
loco. & ideo ſuper dicti ficti pręſtatione noua ſentẽtia rectè fer-
ri potuit, & debuit tam cõtra principalẽ, quam cõtra fideiuſſo-
rem, nec eſt ſentẽtia cõtra ſententiã, imo ſecundũ reſeruationẽ
ſententiæ arbitralis. Itẽ cõtra arbitramentũ bene valet alia ſen-
tentia, ſicut cõtra tranſactionẽ, vt ff. de cond. inde. l. eleganter.
§. ſi quis poſt, conſtat igitur valere, & iuridicè latã eſſe. Ego Bal.

## CONSILIVM LXXVIII.

1 *Si duo ſtatuta ſunt contraria, ſpecialius magis prævalet.*
2 *Filius ſororis dicitur ex agnatitia radice.*

1 In Chriſti nomine. Duo ſunt ſtatuta in ea-
dem ciuitate. † primo
ſtatuto, ꝙ eſt poſitũ ſub rubrica fratrũ, & ſororũ decedentium
ab inteſtato, ita cauetur: ſtatutũ, & ordinatũ eſt, ꝙ mortuo ali-
quo, vel aliqua ab inteſtato, potuerint, vel nõ potuerint facere
teſtamentũ, ſuccedant fratres, & ſorores ipſorũ quibus non ex-
tantibus ſuccedant filij fratrũ, vel ſororum, &c. Secũdo ſtatuto,
ꝙ eſt poſitũ ſub rub. ꝙ mater nõ ſuccedat filio decedenti ab in-
teſtato extantib. aliquibus de caſali patris, & qualiter agnati in
ſucceſſione ab inteſtato præferant̃ cognatis, cauet̃, ꝙ mater nõ
ſuccedat, &c. & ꝙ prædicta diſpoſita de matre habeant locũ in
omnibus aſcendentibus, & deſcendentibus, & tranſuerſalibus
ex linea materna, accidit caſus, ꝙ quidã deceſſit relicto filio ſo-
roris. & relictis agnatis remotioribus in gradu. Quæritur, an ex
vi primi ſtatuti ſuccedat filius ſororis, an ex vi ſecundi ſtatu. ſuc-
cedant agnati excluſo filio ſororis? & videt̃ ꝙ ſecundũ ſtatu. de-
beat præualere: qa vltimũ, vt ff. de le. l. ſed & poſteriores, cũ ma-
teria ſua. Contrariũ credo verũ, quia primũ ſtatu. eſt ſpeciale, &
ſpecialiſſimũ in filijs ſororis: ſecundũ autẽ ſtatu. eſt generale in
quibuſcũq; tranſuerſalib. in linea materna. ſed certũ eſt, ꝙ ſpe-
cies cõtraria generi, ſiue præcedat genus in eadẽ diſpoſitione,
vel alia, ſiue ſequat̃, eximitur à genere, & derogat generi, & re-
ſtringit genus, vt referat̃ genus ad illã ſpeciẽ, cum inter genus,
& ſpeciẽ eſt incompatibilitas, ſiue cõtrarietas, vt plenè no. in d.
l. ſed & poſteriores. & C. de lit. cõteſt. Auth. afferat. & ff. de leg.
2. l. legatorũ. §. qui plures. ff. de ver. obl. l. doli clauſula. & l. ſtipu-
lationes cõmodiſſimũ eſt, ita cõponere. ff. de pœ. l. ſanctio legũ.
ff. de admin. le. l. alimenta. §. baſilicæ. & l. ſtichus. de vulg. ſubſt. l.
2 cohæredi. §. qui patrẽ. & §. qui diſcretã. † Præterea filius ſororis
genitus eſt ex agnatitia radice, & in ius agnatorum redactus eſt,
vt eſt tex. notabilis in l. meminimus. §. 1. C. de leg. hær. hinc eſt,
ꝙ ego dicor patruus filij ſororis meæ ſecundũ Ioannem: licet a-
lij contra, vt no. C. de ſucceſſo. edicto. l. 1. Itẽ filius ſororis ingre-
ditur gradũ ſororis, quia cenſentur vna, & eadẽ perſona. Eſt igi-
tur cognatus conſiderata perſona ſua: ſed conſiderata perſona
matris habet ius agnatorũ, tamẽ in iſtis ſubtilitatibus iuris ciui-
lis non



lis non eſt perſiſtendũ, vbi ſunt ſtatuta cõtraria iuri cõmuni. ſed
(vt dixi) hic quò ad filiũ ſororis non puto ius cõmune correctũ,
imo puto corroboratum ex vi primi ſtatu. & iſta opi. eſt valde ę-
qua, & conſentanea iuri cõmuni ratione abſurditatis vitandæ,
& ꝓprietatis verborũ ſeruandæ. & quia eadẽ ſubſtantia videtur
matris, & filiæ, vt C. de impub. & alijs ſubſti. l. fi. ſed in mẽte mea
remanet dubiũ: quia primũ ſtatutũ eſt fundatũ pro maiori par-
te in iure cõmuni, & ideo in illa parte nõ eſt ſtatutũ, ſed ius cõ-
mune, vt no. in c. 1. de conſt. in 6. Sed ius cõmune prolatũ verbis
ſpecialibus tollitur per ius municipale prolatũ verbis generali-
bus, quia ſtatutũ venit ad derogationẽ iuris cõmunis, & ipſum
tollit in illo municipio, vt in l. omnes populi. Cũ igit̃ primũ ſta-
tutũ de filiis ſororũ ſit ius cõmune, ergo ſublatũ videtur per ius
municipale. & hoc eſt bene cõſiderandũ, ſed poteſt dici, ꝙ non
eſt ius cõmune, quia in multis diſcrepat, vt ff. de iuſti. & iu. l. ius
ciuile. Cõſidera, vnũ ſtatutũ eſt ſpeciale reſpectu agnatorũ, &c.
aliud reſpectu filiarũ ſororis: tamẽ iſtud eſt ſpecialius, quia qua-
litas eius paucioribus ineſt. Item ſi quilibet agnatus excluderet
filiam ſororis, fruſtra ſtatutum diſponeret, quod frater conſan-
guineus excluderet. & ideo nullus alius agnatus excludit filiam
ſororis defuncti, niſi frater defuncti, arg. C. de procu. l. maritus.
& ff. ſol. mat. l. ſi verò. §. de viro. Ego Bal.

## CONSILIVM LXXIX.

1 *Fideicommiſſarius reſtituta hær. cum ſit vtilis hæres rogantis, non rogati,
an agendo tanquam hæres rogati agat ineptè.*
2 *Libellus multis modis redditur ineptus.*
3 *Pater an poſſit ſubſtituere filiæ in dote ſtante ſtatuto, quod vir lucretur di-
midiam dotis, &c. & an tale ſtatutum extendatur ad dotem legatam
vltra dotem datam.*
4 *Statutum an poſſit defalcare fideic. ſubſtit.*
5 *Reſtitui an debeat integraliter, quod recipitur ex pupillari ſubſtitutione.*
6 *Legatum factum marito an computetur in lucro, quod debet habere ex
forma ſtatuti.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, Zeno ve-
niens ad mortem ſuum
cõdidit teſtamentũ: & in eo ſic diſpoſuit inter cætera. Itẽ relin-
quo filiabus meis Camillæ, Iuliæ, & Iſabetæ bis mille ſeptingẽ-
tos duca. auri: videlicet nongentos pro qualibet pro ſuo nuptu,
ſeu maritatu: in quib. ipſas, & ipſarũ quamlibet mihi hr̃des in-
ſtituo, &c. volens inſuper, ꝙ ſi qua dictarũ filiarũ mearũ dece-
deret in pupillari ætate, vel poſtea q̃ñcunq; ſine filijs legitimis,
ꝙ dicta portio ſua dictorũ nongentorũ duca. auri debeat in re-
liquas ſuperuiuentes æqualiter deuenire, & tunc in eo caſu di-
ctas filias meas ſuperuiuentes ſibi inuicẽ hęredes ſubſtituo vul-
gariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum. & idem intelligatur,
etiã ſi vna ſolũ fuerit ſuperſtes. Nunc contingit, ꝙ dicta Iſabeta
deceſſit in pupillari ætate: & illæ duæ, videlicet Camilla, & Iulia
æqualiter ſucceſſerunt. Deinde Camilla, quæ iam contraxerat
matrimoniũ cum Laurentio ſibi dote conſtituta de bonis, quæ
habebat ipſa Camilla, quæ fuerunt mille. 351. duca. auri ſecundũ
certã quantitatẽ duca. & certas petias terræ, & bona immobilia
tanquã de don. & rebus ad ipſam peruentis ex vi dicti legati, de-
ceſſit condito teſtamẽto, in quo ipſi Laurentio iure legati reli-
quit. & quia ſtatutũ viget Veronæ diſponens, ꝙ vxore præmor-
tua vir lucret̃ dimidiã dotis, ipſe Laurẽtius vult de bonis quon-
dã dictæ dominæ Camillæ vxoris ſuæ primò dimidiã dotis præ-
dictæ: item omnem quantitatẽ ſibi in teſtamẽto relictã. Quęri-
tur modò, quid iuris? Item quæritur, vtrum legatum imputetur
in dicta portione, quam vir debet lucrari ex forma ſtatuti. Item
quæritur, vtrum id, quod capitur ex ſubſtitutione pupillari, ve-
niat ex fideicommiſſo reſtituendum integraliter, an nullo mo-
do, vel qualiter: Item quæritur, vtrum fideicõmiſſarius vniuer-
ſalis agendo tanquã hæres rogati, agat ineptè? Item quæritur,
vtrum ſtatutũ poſſit fideicommiſſariam ſubſtitutionem defal-
care, ſeu minuere? Et incipio à libello, & videtur, quòd libellus
ſit aptus, iſte videtur caſus ad literã. ff. de tranſact. l. qui cum tu-
toribus, in princ. prout ibi intelligitur in ſubſtitutione fideicõ-
1 miſſaria, in illo verbo, cui hæres extiterat. † Contrarium eſt ve-
rum; quia fideicommiſſarius vniuerſalis reſtituta hæreditate ex
Trebelliano, vel ex nouis conſtitutionibus, eſt vtilis hæres ro-
gantis, non rogati, nam ſi eſſet hæres rogati, non pateretur de-
ductionem Trebellianicæ, vt ff. de leg. 1. l. cum filio. hoc maxi-
mè apparet, quod fideicommiſſum eſt purum, quia etiam viuẽ-
te rogato habet iura vtilia: ergo nõ vt hæres rogati, quia viuens
non habet hæredem, vt C. de captiuis. l. nec vos. item rogatus
reſtituit hæreditatem vt æs alienum, & tanquam debitor & nõ
tanquam hæreditatem relinquens, vt C. de bonis auth. iud. poſ.
l. 1. item hoc eſt expreſſum in l. quæ communiter allegatur. ff. de
vulg. ſubſti. l. cohæredi. §. cum filiæ. non obſt. l. qui cum tutori-
bus. quia ſecundum verum intellectũ loquitur ibi, quando fra-
ter fratri extitit hæres ab inteſtato: non iure fideicommiſſi pa-
terni, vel ſi exponas iure fideicommiſſi, dic à fratre relicti acti-
uè, non à fratre relicti paſſiuè: verbi gratia, quia frater præmo-
riens inſtituit quendam hæredem, & rogauit eum de hæredita-
te reſtituenda alteri fratri, in qua non obſtat tranſactio: quia nõ
eſt conceptus ſuper eo libellus, igitur eſt ineptus ratione falſæ
cauſæ: quia non eſt hæres rogati, prout intentatũ eſt. Procede-
ret autẽ libellus implicitus, quia intelligitur in eam partẽ, quæ
de iure poſſit ſubſiſtere, vt ff. de iud. l. ſi quis intentione & extra
de cauſa poſ. & proprie. c. cum ſuper, & c. cum eccleſia ſutrina.
2 † libellus enim redditur ineptus interdum ex parte agentis, vt
ſi patronus eccleſiæ agit rei vendicatione pro iure patronatus,
interdum ex parte conuenti, vt ſi conuenitur rei vendicatione
ille, qui non proponitur detinere, vt extra de iud. c. examinata.
interdum propter totam ſubiacentẽ materiam: nam ſicut ma-
teria debet conuenire mandato, ſic cauſa libello, vt no. ff. de ex-
3 cep. doli. l. 2. §. circa. † Modò venio ad ea, quæ ſunt ſubſtantialia
cauſæ, & primo cum quæritur, vtrum pater poſſit ſubſtituere
filiæ in dote, ſic diſtingue, aut loquimur in dote data inter viuos
contracto matrimonio, & dic, vt no. per Dyn. in l. ſi §. filiæ. ff. de
leg. 2. & plenius ibi per me. Et iſte non eſt caſus noſter. Aut lo-
quimur in dote legata, tunc ſine dubio poteſt ſubſtitui vltra le-
gitimam, & eſt ratio differentiæ: quia dos data pertinebat ad o-
nus patris inter viuos, dos legata non, quia pater nõ tenetur le-
gare dotem filiæ, ſed inter viuos tenetur dotare, ſi filia con-
trahit matrimonium, vt l. qui liberos. ff. de rit. nup. & ff. de act.
& oblig. l. obligamur. §. lege. & ff. de conditio. & demonſt. l. Ti-
tio centum. §. Titio genero. & in Auth. de ſanctiſ. epiſc. §. ſed
4 hoc præſenti. colum. 9. † ſed nunquid hoc caſu portio ſtatuta-
ria minuit fideicommiſſum paternum: & ſubtiliter allegando
videtur, quod ſic: quia ex quo pater legauit in cauſam dotis, er-
go in tali legato habent locum omnia ſtatuta loquentia de lu-
cro dotis: quia ſtatutum trahitur ad legatum interpretatione
paſſiua, vt ff. ad l. Falcidiam. l. 1. §. lex falcidia. item ex quo eſt per-
miſſum principale, ſcilicet dotatio, ergo & acceſſorium, ſcilicet
lucrum legis: nam acceſſorium intelligitur ineſſe principali, vt
ff. de rei ven. l. ex diuerſo. In contrarium videtur. nam aut teſta-
tor expreſſe ſubſtituit in dote, & tunc potentior eſt ſubſtitutio,
quam tacitum lucrũ, quod prouenit ex ſtatuto tanquam ex ta-
cito pacto: quia expreſſum reſtringit tacitum, vt ff. de vulg. ſub-
ſti. l. ex facto. §. item quæro. & ita videtur in caſu noſtro: ſecus ſi
ſubſtituiſſet ſpecialiter in dote. ita not. Bar. in d. §. cum filiæ. So-
lutio: probabiliter dici poteſt, quod maritus lucretur dimidiã
dictæ dotis nõ obſtante dicta ſubſtitutione: quia ſubſtitutio de
reſtituendo intelligitur de eo, quod reſtitui poteſt de iure, & de
facto, vt ff. ad Treb. l. mulier. §. ſi hæres. ſed hic de iure nõ poteſt
reſtitui portio, quã vir debet lucrari in publico, ꝙ hic derogat
vtilitati priuatæ, vt dicit tex. in Auth. res quæ. in fi. C. com. de le.
& in corpore exprimit de lucro dotis in fi. & maximè hoc habet
locum in eo, ꝙ capit ex ſubſtitutione, ꝙ non venit in fideicom-
miſſo, niſi paterna portio, vt patet ex verbis teſtamenti: vt ff. ad
Treb. l. Marcellus. §. quidã liberis. itẽ ex quo lex diſponit de lu-
cro dotis, & patet de dote, quę eſt quoddã vniuerſale. diſpoſuit,
intelligitur de lucro, quod eſt onus dotis diſpoſuiſſe: nã in vni-
uerſalibus ſemper continentur onera, vt in l. 2. ff. de hær. vel act.
vendita. item præſumitur quis velle, quod leges, & conſuetudi-
nes habeant locum in ſua diſpoſitione, vt ff. de ædili. edicto. l.
quæritur. §. ſi venditor. & ff. de pactis. l. item quia, quoniam igi-
tur pater conſenſit in lucro dotis, meritò id nõ venit reſtituen-
dum tam legis diſpoſitione, quam patris voluntate, & intentio-
ne reſtitutioni aduerſantibus. & iura, quæ dicunt de fideicom-
miſſo, loquuntur in alio caſu, videlicet quando ius fideicom-
miſſi non diminuitur ex alia cauſa, vt C. de inſtit. & ſubſtitut. l.
generaliter. in princip. & maximè hæc locum habent in por-
tione, quæ contingit ex pupillari, vt ff. ad Trebellianum. leg.
Marcellus. §. quidam liberis. & leg. ita tamen. §. qui ſuſpectam.
5 † Super eo autem, de quo quæritur, vtrum id, quod recipi-
tur ex

tur ex pupillari, veniat ex fideicommiſſo integraliter reſtituendum: dicendum eſt, ꝙ ſic; ex ordine rogantis, vt not. Bart. ff. ad Treb. l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. quia tanquam hæres impuberis rogatus eſt, nõ ex ſua perſona. ff. de leg. 1. l. ꝙ fideicommiſſo. & no. Cyn. & ego poſt eum. C. de inoff. teſta. l. ex tribus. Et ꝙ ſubſtitutio fuerit pupillaris, patet ex themate, ibi dum dicit, pupillaris, &c. Nam iſta alternatiua vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum, dant electionem remedij ſubſtituto, non grauato, vt ff. ad Treb. l. recuſare. §. Titius. ſed ſecundũ alios pupillaris ſubſtitutio nõ venit in fideicommiſſo paterno, quia eſt hæreditas impuberis: niſi quis fuerit coactus adire. & hoc videtur dicere tex. in d. §. qui ſuſpectam. ſed illud intelligitur, quãdo fuit rogatus de tanto, nõ de toto, id eſt de bonis paternis, & nõ de pupillaribus. Conſiderata verba teſtamenti dicunt, quod dicta portio veniat in fideicommiſſo: nõ dicta hæreditas, vt no. ff. ad Treb. l. Marcellus. §. quidam liberis. Item cõſiderata, quod pro modo perſonarum honeſtati congruo tam pactum, quam ſtatutũ de lucrando poſſet reſcĩndere fideicommiſſum, vt dixi in Auth. res, quæ. C. commu. de leg. Super eo autem, quod quę-
6 ritur. † vtrum legatum imputetur in lucrum ſtatuti, non me extendo, ſed remitto ad ea, quæ no. ff. ſol. mat. l. ſi cum dotem. § ſi pater. & C. vnde vir, & vxor, Auth. præterea. & communis opinio eſt, ꝙ imputetur, niſi verba teſtamenti aliud ſonent, ne plures cauſæ lucratiuæ ſimul concurrant. ego de hoc diſputaui in dicta Auth. præterea. nam dominus Fede. de Senis tenuit, quòd nõ ſit relictum animo compenſandi, niſi hoc ſit dictum expreſsè, quia lucrum dotis non eſt merum lucrum, vt no. in l. ſi donaturus. §. fi. ff. de condi. ob cauſam. non ob. Auth. præterea. quia ibi non loquitur in lucro dotis, ſed aliorum bonorum. Item nõ obſt. §. ſi pater. quia ibi loquitur, quãdo pater legauit, cuius bona lex non intendit duplici grauamine onerare: hic non legat pater, ſed vxor: & ſi videretur legatum animo compenſandi, eſſet quodammodo debitorẽ legare creditori inutiliter. Aduerte: quia iſta quæſtio ceſſat hic, quia fuit expreſsè dictum, quòd fieret compenſatio. Et ita dico, & conſulo. Ego Bal.

CONSILIVM LXXX.

1 *Teſtes duo deponentes de vera numeratione plenè, & duobus affirmantibus, magis creditur, quàm negantibus, & deponens negationem ſenſus, ſi non deponit & negatiuam actus, non probat.*

1 In Chriſti nomine. Duo † ſoli teſtes, qui dicunt ſe interfuiſſe numerationi factæ plenè faciunt fidem, ita dicit gl. ord. in Auth. ſi quis vult cautè depo. in pen. gl. & ideo non eſt eundum per ambages. & licet tertius dicat ſe nõ vidiſſe numerari, nihil ad rombum: quia deponit negationem ſenſus, non negatiuam actus: quia dicit ſe non vidiſſe, non autem dicit, quod non potuerit numerari, cum ipſe viderit, vt no. ff. de itine. actuq; priua. l. 1. §. 1. Item quia affirmantibus magis creditur, vt no. ff. de ar. l. diem. ſi plures. non obſtat tex. in d. Auth. ſi quis. quia ibi loquitur, quando ſcriptura non eſt firmata per teſtes probantes veram numerationem, vt ibi patet in gl. Ego Bal.

CONSILIVM LXXXI.

1 *Legitimatio non valet tacita qualitate ſpurietatis, & inſtitutio facta in talem legitimatum non valet.*

In Chriſti nomine. Quidã Simonius de Ianua adheſit cuidam Catherinæ de gente Tartarica olim eius ſeruæ ſolutæ à vinculo matrimonij: ipſe tamen erat coniugatus: ex qua ſuſcepit plures filios: deinde per ſcriptum Comitis Palatini impetrauit eorum legitimationem non facta mentione ſpurietatis: quia nõ dixit,
1 quod eſſent nati ex coniugato. † Quæritur, an valeat legitimatio? Reſpondeo non: quia nõ fuit expreſſus defectus, qui ſaltem debet exprimi in genere: non enim idem eſt genus naturalium, & ſpuriorum: ſed diuerſum in ſubſtantia, & qualitate: ergo legitimatio fuit obreptitia. ſed ſi fuiſſet expreſſum, ꝙ eſſet ſpurius: valeret legitimatio, licet non eſſet expreſſa qualitas ſpecifica ſpurietatis. nam diuerſis modis quis eſt ſpurius, ſufficit exprimere ſpurietatem in genere: quia omnium particularium ſub iſto genere comprehenſorum eſt eadem radix, & ratio, licet diuerſis appellationibus nuncupentur: puta ſpurius, & manzer, tamen habent caudas inuicem colligatas. dicendum eſt ergo, dictam legitimationem non tenere, & ita conſuluit Oldr. quia legitimatio eſt diſpenſatio quædam, quæ non valet ſuppreſſo defectu, vt in c. 1. de filijs preſbyterorum. lib. 6. Item ſcias, quod filius non poteſt legitimari: quia vbi deficit ſubſtantia, nõ inuenitur qualitas: & ideo non valet inſtitutio facta de eo, vt C. de fideicom. l. eam quam. & ibi pleniſſimè notaui de hac materia. Item vbi non eſt ſubſtantia, nec poteſt eſſe qualitas, vt ff. ſi cert. pet. l. eius qui. Illud etiam eſt ſciendum, quod clauſula, non obſtante, non auget gratiam: ſed roborat intentionem in ea, vt eſt tex. in cap. 1. de præben. in cle. & eſt ratio: quia ita eſt obreptitia impetratio clauſularum, nõ obſtantium, ſicut ipſum principale: & qui ſcit defectum, non debet eum tacere: nec ſupplantare principem concedentem, vt extra de reſcriptis. c. ſuper literis. ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac. §. patronum. & hęc vera ſunt de iure: quanquam putem, quòd ſimplices homines nominando aliquem naturalem, vel baſtardum credãt generaliter loqui de omni legitimãte, ſed non facit ad rombum: quia nõ loquitur homo ſimplex, ſed literatus ſcilicet Comes ſacri palatij. & error iuris non prodeſt ſpurio, nec debet præiudicare legitimis hæredibus: & præcipuè cum ſpurij tractent de lucro captando cũ iniuria legitimorum, quibus naturali æquitate debetur ſucceſſio, vt C. de codici. l. fin. §. vlt. & C. de impo. lucra. deſcri. l. 1. lib. 10. & l. ſi. C. qui teſta. face. poſſ. & C. de impu. & alijs ſubſti. l. humanitatis. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXII.

1 *Deputatum in teſtamento, vel contractu pro remedio animæ teſtatoris cõtrahentis, vel tertij, an poſſit conuerti in alios vſus autoritate principis, vel Papæ: & an poſito quod ſic, prius ſunt inquirendæ perſonæ certæ, antequam pauperibus erogetur & nu. 2.*
3 *Et an facta ſint expedimenta per generale edictum.*
4 *Hæredes vſurarij an debeant intereſſe diſtributioni, & ſolutioni, & ad quem pertineat, quod fiat reſtitutio vſurarum.*
5 *Super vſuris poteſt inquiri ſicut ſuper furto. & infra. conſi. ſeq. nu. 1.*

Adde etiam de materia conſilium ſequens.

In Chriſti nomine. Factum proponitur, ꝙ quidã nomine Michael Aſmarius fuit confeſſus ſe habuiſſe in guarda, & in commenda à Thoma Aſinario fratre ſuo flor. ſexcentum, quam pecuniam promiſit ſoluere ipſi Thomæ, vel eius hæredibus conuertendo vel erogando dictus Thomas, vel eius hęredes dictã pecuniam: incontinenti ea habita, & recepta, ſcilicet reliquos flor. ſexcentum de pecunia, quam dictus Thomas habuit, & habere debet penes ſe ſolum, modo in reſtitutione vſurarum, & malè ablatorum Gabrielis ipſius fratris quondam in remediũ animæ ipſius Gabrielis, & non in alios vſus: quia ſic conuenerũt, & voluerũt prædicti Thomas, & Michael per pactũ expreſſum, ſolenni ſtipulatione vallatũ, poſtea deceſſit dictus Thomas. Modo quæritur, nunquid illa pecunia poſſit conuerti, & erogari in alios vſus, quam in reſtitutione vſurarum, & malè ablatorum: puta pro
1 dotandis filiabus de authoritate ſummi Pontificis. † Et ad euidentiam præmittendum eſt, quod illud, quod eſt deputatũ pro remedio animæ teſtatoris contrahentis, vel tertij, in alios vſus authoritate principis conuerti nõ debet: quia loquendo de rationabili potentia nõ poteſt Apoſtolicus, vel Imperator reſcindere teſtamentũ, vel contractum, vel aliam piam diſpoſitionẽ, de teſtamento eſt expreſſum iure ciuili, in l. ſi teſtamentũ. C. de teſta. de contractu eſt expreſſum iure ciuili. C. de reſcind. vend. l. ratas. ad hoc. ff. de vſuf. leg. l. legatũ. de iu. cano. eſt expreſſum, quod nõ debet permutari ad alium vſum, ſi poteſt conuerti ad vſum deſtinatum, in c. quia contingit. de religioſis domibus. in cle. ex hoc ſequitur talis cõcluſio, primo: quia quatenus imminet reſtituendum ratione vſurarum, propterea non poteſt hoc conuerti in alium vſum, vt C. de preci. impe. off. l. reſcripta, quia talis permutatio, ſiue alteratio volũtatis eſt naturali rationi, & æquitati contraria, porro vſuris ſatisfactis, ſi quid ſupereſt erogandum ratione incertorum, & malè ablatorum: cum talia debeant diſtribui inter pauperes, vt extra de iudæis. ca. cum ſit. & propterea pater pauperum eſt legitimus adminiſtrator omniũ pauperum totius mundi: ſi vellet hęc dare diuitibus, non poſſet de iure, nec per hoc impediretur de iure executio contractus. ſi autem ſunt indigentes & maximè propter dotem, bene poteſt, ſiue ſint conſanguinei, ſiue alij, vt ſingulariter legitur, & no. C. de ſacroſ. eccl. l. illud. ſuper verbo, ad ſimilem. in princ. & facit, quod legi. & no. per Bart. in l. legatum. ff. de admin. rerum ad ciui. perti. l. cum hi. §. ſi in annos. ff. de tranſactio. & ff. de condi. inde. l.



de l. cum is in ratione ſui. Et hoc de primo puncto, in quo etiam conſidero, quod permutatio vſus fuit expreſſe prohibita, ꝙ eſt multum ponderandum in auth. de alie. & emph. §. ſanctiſſimas.
2 † Secundo quæritur, p̃ſuppoſito ꝙ Papa hoc poſſet ſaltem de potentia abſoluta, vtrum primo ſint inquirẽdæ perſonæ certę, antequam pauperibus erogetur, vel in aliam piam cauſam? Et dicendum eſt, ꝙ iſta diſcuſſio debet fieri: quia vſuræ ſunt verè, & proprie æs alienum, quod debet ſolui ante omnia, vt C. de bo. auth. iu. poſſ. l. 1. & ideo abſque dubio vſuræ prius ſoluendæ ſunt facta diſcuſſione, qui vſuras prius recipere debeant. Item certum prius debet poni in executionẽ, quam incertum, vt C. de iu. deli. l. fi. §. & ſi præfatã. Item patet hoc ex ordine ſcripturæ: quia ſcriptura permittit reſtitutionem vſurarum, & poſtponit reſtitutionem male ablatorum incertorũ, & ordo rationabilis ſcripturæ obſeruandus eſt, vt ff. de vſufru. l. quoties. & ſpecialis prouidentia p̃fertur generali, vt ff. de leg. 2. l. cum ita legatur. §. in fideicõmiſſo. & ideo non fit diuiſio volũtatis. ſ. vt media pars quantitatis ſit ad reſtitutionẽ vſurarum, & alia dimidia in male ablatis incer. quia copula denotat ordinem, non ſimultatem. ad id quod dixi de diſcuſſione, optime facit. l. cum quidam.
3 de leg. 2. cum l. ſeq. † Expedientur autem hæc per generale edictum: quia non eſt certa, & determinata perſona, quæ poſſit citari, iuxta regulam Inn. in c. humilis. de maio. & obe. Interim autem pecunia debet deponi in loco tuto, ita quod poſſit erogari ſecundum formam pacti, vel vltimæ volũtatis. proinde nullum commodum debet ſperare depoſitarius: quia eſt nudus mini-
4 ſter, vt ff. de au. & arg. lega. l. medico. §. fi. † Tertio quæritur, vtrũ hæredes vſurarij debeant intereſſe diſtributioni, & ſolutioni? Reſpondeo, quilibet debet eſſe præſens, vel requiſitus ad iſtam diſtributionem, cuius intereſt: ita quod contractus obſeruetur, vt leg. & no. in l. 1. §. cum dicitur. ff. ſi cui pluſquam per l. fal. & per Iac. de Are. ff. de lega. 1. l. quidam teſtamento. §. ſi ſcriptus. hoc etiam ad officium diœceſani pertinet, & ſiue vbi teſtator ortus eſt, ſiue vbi domicilium habuit, vt C. de epiſc. & cle. l. nulli. ſiue vbi vſuras extorſit: quia ratione delicti ipſe & hæres eius factus eſt de foro canonico, vt extra de ſepulc. c. parrochiano.
5 † Illud eſt notandum quod ſuper iſtis poteſt ciuiliter inquiri: & etiam in deteſtationem criminis vſurarũ, & male extortorum: quia hæc æquiparãtur furto ſecundũ legẽ diuinam. hoc eleganter tenet Inn. extra de iureiu. c. ad noſtram. el 2. Ego Bald.

CONSILIVM LXXXIII.

1 *Vſurarius qui ſponte depoſuit pecunias pro ſatisfaciendo eis à quibus extorſerat, non poteſt amplius reuocare depoſitum, ſed ex illis pecunijs debet ſatisfieri ipſis, à quibus extorſerat vſuras: & hoc ad arbitrium epiſcopi. & nu. 2.*
3 *Proteſtationes, quæ pro anima fiunt, non recipiunt moram temporis.*
4 *Hæredes vſurarij debent intereſſe diſtributioni vſurarum.*

Adde conſilium præcedens.

1 In Chriſti nomine. † In primis videndum eſt, an dictus deponens poſſit pœnitere dictæ pactionis repetendo depoſitum, & non reſtituendo vſuras, nec male ablata: & videtur ꝙ ſic: quia ex tali pacto nullum ius acquiritur ſoluentibus vſuras, & multominus perſonis incertis quoad clauſulam male ablatorum. nam neq; publica pſona neq; priuata fuit pro eis ſtipulatã: & ſic ipſis abſentibus nulla actio quæritur, vt in c. quãquam de vſuris. lib. 6. & per Inn. in c. dudum. de conuer. coniug. & per gl. ordi. C. de ſac. ſan. eccl. l. illud. ff. de act. & obli. l. conſenſu. ff. de contrahen. emp. l. 1. in fin. Item depoſitarij pecuniariter non intererat ſic paciſci: vnde ipſi depoſitario nullum ius quęritur, vt inſti. de inuti. ſtipul. §. ſi quis alij. Item in depoſito locum habet pœnitentia, vt no. ff. de condi. ob cauſam. l. ſi pecuniam. in contrarium videtur, quod ex pacto facto inter deponentem, & depoſitarium, quæritur etiam abſenti actio, vt ff. depoſiti. l. Publia. in princip. præſertim vbi agitur de ſalute animæ, vt no. 1. quæſt. 7. c. quoties cordis oculus. Præterea in vſuris, & male extortis poteſt procedi per inquiſitionẽ etiam ciuiliter, vt eleganter notat Innoc. extra de iureiur. c. ad noſtram. el 2. cum igitur hic conſtet per confeſſionem publice factam de vſuraria, & extorſoria prauitate, ad epiſcopum pertinet facere executionem, vt extra de Iudæis. c. cum ſit. & hæc eſt ipſa veritas: & fauore animæ eſt
2 ſpeciale. † Ad ſecundum punctum reſpondetur, quòd dictæ pecuniæ debent arbitrio epiſcopi reſtitui his, à quibus ſunt extortæ, ſi apparent: ſi autem non apparẽt, arbitrio epiſcopi erogari pauperibus, quorum ipſe eſt pater, & legitimus adminiſtrator, vt C. de epiſc. & cle. l. id quod pauperibus. & l. ſi quis ad declinãdam. & extra de teſtam. c. cum tibi. & d. c. cum ſit. Ad ter-
3 tium punctum reſpondetur, † quod compellendi ſunt ſoluere: quia hodie conſtat, hodie ſoluatur: nam hæ præſtationes, quæ pro anima fiunt, non recipiunt moram temporis, vt no. Cy. C. de iu. deli. l. fi. §. donec. ſed ſi epiſcopus vult facere dilationem, poteſt exigere fideiuſſoriam cautionem: quia arbitrij ſui eſt liberalitati ſuæ legem imponere, ad hoc. ff. ſol. ma. l. ſi conſtante. §. quoties. & quia prætoria dilatio eſt, vt ff. de iud. l. ſi debitori. & ff. de prætoriis ſtip. l. prætoriæ. niſi epiſcopus eſſet contentus iu-
4 ratoria cautione, vt ff. de iud l. 2. §. ſi dubitetur. † Super quarto articulo dicendum eſt, quod ſic, quia ſua intereſt, vt not. Iac. de Are. in l. quidã teſtamento. §. ſi ſcriptus. de leg. 1. Ego Baldus.

Vide infra in conſi. 89.

CONSILIVM LXXXIIII.

1 *Diuiſio facta de rebus ſubiacentibus fideicommiſſo per laudum cum pacto de non contraueniendo dictæ diuiſioni, eueniente conditione an impediat petitionem fideicommiſſi.*
2 *Longa & tenax populi memoria pro veritate habetur.*

In Chriſti nomine. Res prohibitæ alienari extra maſculinam prolem in perpetuum finaliter deuenerunt in duos, qui inter ſe diuiſerunt: etiam per laudum fuit facta diuiſio, & promiſſum non venire contra, iure, vel de facto: poſtea vnus ex eis deceſſit ſine
1 filiis maſculis, & maritis filiarum hæredibus inſtitutis. † Quæritur, vtrum ſuperſtes poſſit vendicare. Reſpondeo, ſi fuit renuntiatum fideicõmiſſo, non poteſt vendicare, ſecus ſi non fuit renunciatum tacite, vel expreſſe, vt C. de fideic. l. quoties. ff. de lega. 2. l. peto. §. fratre. & l. cum pater. §. libertus. primo enim caſu nullus extat reuocare volens, ſecundo ſic, vt ff. de leg. 3. l. pater. §. quidecim. & quia diuiſio fuit facta per cõpromiſſum, non intelligitur facta de fideicõmiſſo conditionali, de quo non poterat eſſe iudicium, nec ſtrepitus iudicij, vel arbitrij: licet pactũ expreſſum poſſit fieri, vt C. de pac. l. conditionis incertum. ff. de iudiciis. l. non quemadmodum. Item quia verba dicunt, ſe nihil contra diuiſionem facturos, conſtat dicto fideicommiſſo exiſtente conditione locum fore, vt ff. de verb. obl. l. qui Romæ. §. duo fratres. & ff. de pact. l. tres fratres. ff. de tranſ. l. qui cũ tutoribus. in prin. nec eſt opus hic longum texere ſermonẽ, quia eſſet vnum magnũ cõmentum: ſed iſta eſt veritas: ꝓbari tamẽ debet, ꝙ res, q̃ vẽdicat, fuerit in bonis teſtatoris: ꝙ ꝓbatur in facto antiquiſſimo p longiſſimam vocẽ, & famã, vt no. ff. de neg. geſt. l.
2 a qui. nã. §. cũ me abſente. & C. de rei vẽd. † nã longa, & tenax populi, ſeu reipublicæ memoria ꝓ veritate hr̃, vt l. 2. in princ. ff. de aqua plu. ar. & ff. de ꝓba. l. ſi arbiter. & extra de ver. ſig. c. quid p nouale. & de acquir. hære. l. cum quidam. §. fin. & l. quod ſi dubitet ſic. & vehemens opinio habetur pro veritate, vt not. eod. tit. l. ſi is, ad quem. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXV.

1 *Fideicommiſſum ad pias cauſas an excludatur per eum, qui non ingreditur eccleſiam profitendo, vel titulum eccleſiæ aſſumendo, & bona eccleſiæ incorporando, ſed ſimpliciter legando.*
2 *Falcidia quæ deducatur de relictis eccleſiæ.*
3 *Subſtitutio fideicommiſſa facta filio ad pias cauſas, vel ad eccleſ. ſub conditio. ſi deceſſerit ſine filiis, non excluditur per ingreſſum, vel acceſſum, nec aſſumptionem ſacri ordinis.*
4 *Filius de reſtituẽdo grauatus an poſſit teſtari in trebellianica, & legitima.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrum ille, qui non ingreditur eccleſiam profitendo, vel titulum eccleſiæ aſſumendo, & bona eccleſiæ incorporando, ſed ſimpliciter legando, excludat fideicommiſſum ad pias cauſas? Et dicendum eſt, quod non deficit fideicommiſſum, vt no. in Auth. de ſanctiſ. epiſc. §. ſed hoc præſenti. & extra de proba. c. in præſentia. C. de ſacroſ. eccle. Auth.
2 ingreſſi. & authentica, ſi qua mulier. † Secundo quæritur, quæ falcidia deducatur de relictis eccleſiis? Reſpondeo, legitima tantum debita filiis iure naturæ, quæ detrahitur tanquam æs alienum, Trebellianica autem non detrahitur: quia non æs alienum, C. de epiſcop. & cleric. l. ſi quis ad declinandum. vbi hoc pleniſsime examinaui, licet Archid. dicat contrarium in cap. ſi
3 pater. extra de teſta. & male ſecundum Bar. & omnes. † Ad euidentiam

dentiam præmitte, quod ſubſtitutio fideicõmiſſaria facta filio
ad pias cauſas, vel eccleſiæ ſub conditione, ſi deceſſerit ſine fi-
liis, non excluditur per ingreſſum, vel acceſſum religionis, nec
per aſſumptionẽ ſacri ordinis, vt in auth. de ſanc. epi. §. ſed hoc
præſenti. in fi. Item ſi grauatus non tranſit ad monaſterium, vel
eccleſiam, ſed donat vel relinquit ei bona, non expirat fideicõ-
miſſum quibuſcunq; relictum: quia nemo poteſt facere relin-
quendo, & non ingrediendo, nec ſe, & ſua offerendo, quod ec-
cleſia habeatur loco filij, & hæredis de ſe nati, vt no. in d. §. & C.
de ſacr. ſan. eccl. Aut. ingreſſi. & extra de pro. c. in præſentia. ex
hoc ſequitur, quod fratres ſubſtituti fratri, qui deceſſit ſine li-
beris, & bona relinquit oratorio, vel eccleſiæ, poſſunt petere
fideicommiſſum ex teſtamento paterno: quoniam deceſſit ſine
liberis veris, vel fictis, vel æquipollentis: & ſubſtitutio eſt fidei-
commiſſa. vt C. de inſt. l. ſubſt. l. generaliter. in prin. & C. de im-
pu. & aliis ſubſti. l. precibus. & extra de teſt. c. Ray. & c. Raynald.
4 in antiqu. & c. ſi pater. lib. 6. & hoc de primo puncto. † Sed vi-
dendum eſt, an dictus filius de reſtituendo rogatus potuerit te-
ſtari: & dicendum eſt, quod de legitima potuit teſtari, tanquam
de proprio patrimonio: nam eam habet beneficio legis, non be
neficio patris, vt ff. de adop. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. &
in auth. de hære. & fal. §. ſi quis autem non implens. in l. cohæ-
redi. §. cum filiæ. ff. de vulg. ſubſt. Item de Trebellianica ſecun-
dum communem opinionem canonizatam in dictis capitulis,
quia fideicõmiſſum erat cõditionale, vt C. ad l. Falc. l. quãquam.
& C. ad Treb. l. iubemus. licèt enim ſi principalis teſtator fi-
deicommiſſum reliquiſſet eccleſiæ, non detraheretur Trebel-
lianica: tamen ſecus ſi hæres reliquit, quia non potuit pluries
iura ſua relinquere, vnde ſicut ipſe detrahere non poterat Tre-
bellianicam, ita nec hæres eius, & iſta eſt veritas. Ego Bal.

Vide ſupra in conſilio 53.

CONSILIVM LXXXVI.

1 *Filia cui legatum eſt per patrem, quod poſſit venire ad habitandum in do-
mo, an poſſit venire propria auctoritate, & eligere quam domum velit.
nume. 2.*

In Chriſti nomine. Teſtator diſpoſuit, ꝙ ſi
aliqua ex filiabus vidua
remaneret, quod habeat regreſſum, & poſſit venire ad ſtandum
1 in domo ipſius teſtatoris cum hæredibus ſuis. † Quæritur, vtrũ
hoc poſſit facere propria auctoritate? Reſpondeo, quod ſic,
quia verba executiua dirigũtur ſibi, tex. eſt, & gl. ordi. inducen-
do eam bene in l. Titia, cum teſtamento. §. 1. ff. de leg. 2. † Secun-
2 do quæritur, vtrum poſſit ſibi eligere domum, quam voluerit
pro ſua habitatione? Reſpondeo non: ſed intelligitur de do-
mo, in qua teſtator familiariter habitabat, vt ff. de condi. & de-
mon. l. quæ conditio. §. fi. & ff. ad mu. l. eius. §. fi. & l. 2. C. vbi ſena.
vel cla. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXXVII.

1 *Patruus cum nepte cohabitans, & emens, an præſumatur emere ex pecu-
nijs pupillæ: & an ipſi nepti pupillæ acquirat.*

In Chriſti nomine. Patruus emit bona q̃-
dam nomine cõmuni,
quædam proprio, quædam ſimpliciter: quæ hæres neptis petit
ſibi communicari: quæ tamen neptis propter ætatem, & lucri
qualitatem, & ſtatuti diſpoſitionẽ ſocia eſſe non poterat. Quæ-
1 ritur, quid iuris. † Et dubium facit, quia præſumitur emptum
de pecunia pupillæ: ſeu de communibus redditibus bonorum,
quatenus redditus patiuntur, ſemper tamen deductis expenſis
factis tam in rebus, quam in perſona pupillæ, vt ff. de neg. geſt.
l. Neſennius. Sol. ſi aliud non conſtat, pro patruo iudicandum
eſt in rebus ꝓprio nomine emptis, vel ſimpliciter, vt C. de arb.
tu. l. ſi defunctus. ff. de prob. l. ſi pactum. ff. de pact. l. tale pactum.
§. fin. ff. de ſol. l. & magis. Et eſt expreſſum. ff. de admi. tut. l. Ti-
tium & Meuium. §. altero. porro ea, quæ ſunt empta communi
nomine, ſed non de communi pecunia, veniunt per actionem
nego. geſt. communicanda reſtituto pretio pro ea parte. ff. de
neg. geſt. l. pupilli. §. ſed ſi ego. illud etiam eſt certũ, quod dotes,
& fructus dotium non debent eſſe communes, quia onera mã-
trimonij ſunt, vt ff. fam. erciſ. l. ſi maritus. Ego Bald.

CONSILIVM LXXXVIII.

1 *Præpoſitus ad aliquam mercantiam liberans debitores integre, an intelli-
gatur eos liberaſſe pro eo, quod ipſi ſoli debebatur, an etiam pro commu-
ni quod ratione officij liberare poterat.*

2 *Ex duobus ſtipulatoribus, & ſtipulantibus quis ſit potior, & quis præferri
debeat.*

In Chriſti nomine. Ex infelicitate fati mer
cator fallitus meruit
quoſdam ex creditoribus ſuper bonis ſuis fieri capita creditorũ
cum pleno mãdato, qui poſtea refutationẽ fecerũt in certo no-
1 mine capitũ, verum & etiã ꝓprio. † Quæritur vtrũ intelligãtur
liberationes feciſſe tã de eo, ꝙ eis ꝓprio nomine debetur, q̃ de
eo, ꝙ nomine officij gerere poterãt: & allegatur ꝙ de eo, quod
nomine ꝓprio tantum, ar. ff. de verb. obl. l. ſi ita ſtip. §. Gri. Sed
iſtud falſum eſt, q̃a verba dicunt, integre abſoluerunt, eſt enim
integrum, cui nulla pars deeſt, vt no. in l. ſi quãdo. C. de bo. va.
lib. 10. itẽ quia ꝙ æquũ eſt in ꝓpria perſona, debet eſſe æquũ in
aliis creditoribus, & ecõuerſo, vt ff. de pac. l. cum in eo. itẽ con-
ſiderata verba Cy. ff. de pact. l. ſi vnus. §. fi. q̃ ſunt hæc, q̃d ſi ſub v-
troq; nomine ſtipuletur, debẽt quidã referre, ꝙ ꝓponatur, per
l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtip. ſer. ꝙ no. de pac. l. tale pactũ. §. fi.
2 Tu dic, † ꝙ valebit attẽto nomine illo tantũ, ſub quo res valere
poteſt, ar. j. de re. du. l. quo. non ob. illa diſtinctio: quia tunc re-
fert, ꝙ nomẽ ꝑponatur, cũ vtroq; poteſt valere: vnde in dubio
ad nomẽ præmiſſum recurrimus. & per hæc diſtinguitur, ꝙ no-
mẽ ꝑfertur ſecundũ Pe. & Gul. de Cu. de quo dic, vt eo. tit. l. ta-
le. in fi. Cy. ex his cõcludit, ꝙ vtroq; nomine videtur liberatio-
nem feciſſe, vt l. 2. ff. de ſti. ſer. & eſt gl. or. ff. de pro. l. quacunque
ratione. ſuper verbo procurator. vbi gl. dicit, procuratorio no-
mine. & facit, ff. de inſti. l. Lu. & in l. 1. C. de preci. imp. off. & ideo
idem quod conſul. eſt per Ve. ſocium meum D. Iac. de Iſ. dico,
& conſulo Ego Bald. Summatur per ſeipſum ponendo quæſita
contenta in hoc conſilio. vide etiam ſupra conſilio 84.

CONSILIVM LXXXIX.

1 *Dominus, vel poſſeſſor nemo præſumitur, vbicunque hoc aſſerat. & domi
nij proba. eſt difficilis.*
2 *Poſſeſſio nimis antiqua quomodo probetur.*
3 *Hæres an poſſit dicere teſtatorem mentitum.*
4 *Poſſidere à ſeipſo an quis præſumatur, an ex titulo præcedenti.*
5 *Fama antiquata habet vim notorij. & an per famam probetur verum do-
minium vel poſſeſ.*
6 *An hæres, qui habet titulum à defuncto, & poſſeſſionem à ſe, præſumitur à
defuncto vtrunque habuiſſe.*
7 *Teſtator non poteſt rei hæredis transferre dominium, niſi hæres legatario
poſ. tradat.*
8 *Teſtator non poteſt prohibere alienationem rei hæredis: & quare tunc te-
neatur hæres.*
9 *Renunti are fideicommiſſo quando quis dicatur, & an poſſit.*
10 *Renunciatio patris an noceat filio.*

In Chriſti nomine. Do. Thom. Alma. anti-
quitus ſuum condidit
teſtamentum in quo inter alia diſpoſuit, quod Caſtrũ Cameræ
ſemper permaneret, & perueniret in maſculos de progenie
ſua, prout fuerint gradu proximiores excluſis filiabus, & per
fœmineam lineam deſcẽdẽt. mortuo teſtatore hæres ſuus poſ-
ſedit illud caſtrum: & tandem peruenit ad Thomam, & Micha-
elem fratres, qui fuerunt de progenie illius antiqui teſtatoris,
qui quidem fratres de dicto caſtro venerunt ad diuiſionem ad-
iecta clauſula, quod vnaquęque pars partem ſibi adiudicatam
haberet, & teneret, & de ea faceret, quicquid vellet: promit-
tentes ſibi adinuicem illam diuiſionem obſeruare, & nullo tẽ-
pore contrafacere, &c. poſtea deceſſit D. Thom. ſuperſtitibus
duabus filiabus aſſertis hæredibus. modo dictus Michael inſo-
lidum tenet dictum caſtrum. Filiæ vero illud volunt petere
pro medietate, & fundant intentionem ſuam, quod pater ipſa-
rum illud tenuit pro medietate, quam poſſeſſionem iuſtificant
per ſententias arbitramẽtales, & diuiſiones inter ipſos, & alios
prædeceſſores latas, & factas. opponitur contra eas, quod non
debent admitti obſtante dicto teſtamento. replicatur pro par-
te filiarum, quod non conſtat, illud caſtrum fuiſſe illius antiqui
teſtatoris: quodque remiſſum eſt illud in dicto teſtamento diſ-
poſitum per diuiſiones ex poſt ſubſecutas, etiam ſi conſtaret il-
lud caſtrum fuiſſe illius antiqui teſtatoris. duplicatur pro par-
te Michaelis, quod ſaltem probatur, hæredem ipſius teſtatoris
dictũ caſtrũ tenuiſſe. vnde hoc primo quęritur, nunq̃d ꝑſuma-
tur tenuiſſe tanq̃ hæres, & tanq̃ rẽ, de qua fit mẽtio in teſtamẽ-
to. Secundò quęritur, nunq̃d ſi fuit ipſius hęredis ꝑdictũ caſtrũ:
ꝓhibitio de qua fit mẽtio in teſtõ, ſibi locũ vẽdicet, cõtra filias:
maxime



maxime cum ipſi fratres mediantibus prædeceſſoribus eorum
fuerint hæredes dicti antiqui teſtatoris. Tertio quæritur, nun-
quid ſufficiat probare ꝑ vocem & famam, ꝙ illud caſtrum fuerit
dicti antiqui teſtatoris: & an iſtud coadiuuetur, ſeu cõprobetur
per ſententiam arbitramentalem latam inter ipſos fratres ex
vna parte, & hæredes Manuel. Aſmarij ex alia. Vltimo nunquid
per illas diuiſiones dicatur renuntiatum prohibitiuæ diſpoſi-
tioni illius antiqui teſtatoris, & ſi dicto Michaeli præiudicare-
tur, an præiudiciũ generet filiis ipſius Michaelis, viſis, & inſpe-
ctis verbis teſtamenti ibi, dum dicitur, quia voluntas eius teſta-
toris eſt, quod dictum caſtrum ſemper ſit hæredũ ſuorum, dum
vixerit: & poſtea filiorum ipſorum maſculorum, & aliorum ma-
1 ſculorum per maſculinam lineam deſcendentium, &c. † Ad e-
uidentiam præmittendũ eſt, quod nemo pręſumitur dominus,
vel poſſeſſor, licet in teſtamento, cõtractu vel iudicio hoc aſſe-
rat, niſi probet: & probatio quidem poſſeſſionis recentis faci-
lis eſt: ſed illius, quę vitam hominũ exceſſit, difficilis eſt: ꝓbatio
vero dominij ſemper eſt difficilis, vt plene leg. & no. C. de prob.
l. cum res. & ff. de proba. l. ſi arbiter. & ratio eſt, quia dominium
in iure conſiſtit, vt not. extra. de prob. c. cum cauſam. primo au-
tem probatur per verum hominis actum, vt no. D. Dy. in l. 1 in
2 fi. & l. 2. de aqua plu. arc. † verumtamen quando poſſeſſio eſt ni-
mis antiqua, teſtes nõ poſſunt probare verum actum hominis.
ſ. illius, quem non viderunt, nec cognouerunt: quia in proban-
da poſſeſſione viſus, memoria, & actus requiritur, ſicut in quo-
libet alio facto probãdo. ff. de fur. l. quidã tabularum. &c. C. de
teſt. l. teſtium. non ergo ſufficit ad probandum dominium, vel
poſſeſſionẽ ſolum inſtrumentũ teſtamenti: vt extra de fi. inſtru.
3 c. inter dilectos. §. fi. † Sed tamen vnum eſt aduertendũ, ꝙ ſi te-
ſtator in teſtamento diſpoſuit tanquam de re ꝓpria, hæres, qui
adiuit hæreditatem non poteſt dicere teſtatorem fuiſſe menti-
tum, ſi teſtator ſuper dicta aſſertione fundauit aliquam inten-
tionem, vt ſingulariter no. in d. l. cum res. ad quod facit ff. de pig.
ac. l. rem alienam. in fi. niſi forte hæres feciſſet inuentarium, &
de hoc conſtaret. nam tunc aſſertio defuncti non nocet hęredi,
ſi forte res erat hæredis, vt plene le. & no. C. de rei vendi. l. cum
à matre. & C. de iu. deli. l. fi. §. in computatione. Item eſt ad eui-
4 dentiam præmittendum, † quod licet ille, qui non habet titu-
lum, præſumatur poſſidere pro poſſeſſore, & à ſeipſo, non ab
alio, vt plene le. & no. ff. de pe. hær. l. cogi. tamen vbi præcedit
titulus, & ſequitur poſſeſſio, & ille titulus eſt poſſeſſori notus,
præſumitur poſſidere ex tit. præced. ſiue ſit ex cõtractu, ſiue ex
vltima volũtate, vt C. de acq. poſ. l. minus inſtructus. & meritò,
quia potius præſumitur poſſidere bona fide, quam tanquã prę-
do, arg. ff. pro ſoc. l. meritò. idem eſt, ſi præcedit poſ. & ſequitur
titulus in ſpecie. i. in re poſſeſſa, vt ff. de rei. ven. l. quædam mu-
5 lier. † Tertio præmittendum eſt, quod licet fama non probet
verum dominium, nec veram poſſeſſionem ex propria virtute
famæ: q̃a aliud eſt dici, aliud eſt eſſe, & aliud eſt opinio, aliud eſt
veritas: nam veritas ſemper in eodẽ ſtatu permanet, opinio au-
tem non, vt no. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus,
tamen fama multum antiqua, & quæ tranſcendit ſenſum ho-
minum viuentium, facit notorium, & probat in vim notorij.
iſta eſt glo. ordi. ff. de neg. geſt. l. at qui natura. §. cum me abſen-
te. ad hoc optime facit, quod no. Archi. 2. q. 7. c. beati. & ad hoc
optime facit, quod no. Inn. extra de iura. cal. c. cum cauſam. por-
ro ex tribus euidentialibus ſequitur, quod dictus antiquus te-
ſtator præſumitur fuiſſe poſſeſſor, & dominus: & maxime, quia
(vt dictum eſt) hæres non poteſt hoc negare, cum factum de-
functi reputetur factum hęredis: & quia antiquiſſima fama hoc
6 ſonat. & etiam noua ratione, † quia ſi hæres habuiſſet titulum à
defuncto, & poſſeſſionem à ſe, præſumitur à defuncto vtrunq;
habuiſſe, vt ff. de don. cauſa mor. l. ſi alienam. & l. qui alienam.
licet ſit ar. contra. ff. de pet. hær. l. itẽ veniunt. §. quod ſi pro em-
ptore. & ff. de condi. inde. l. indebiti. §. ſed ſi nũmi. ad hoc etiam
facit ſententia arbitramentalis lata inter ipſos fratres, & hære-
des dicti Manuelis, quæ præſumitur vera inter ipſos compro-
mittentes, & hæredes eorum, vt not. ff. de arbitr. l. non diſtin-
guemus. §. 1. & not. Dy. in c. quod quis mandato. de reg. iu. lib. 6.
& clarius in ſuis cõſiliis, in conſilio quod incipit, Tholomęus,
& ad hoc optime facit l. ſi duo patroni. in prin. ff. de iureiu. cum
gl. ſua, & per hoc ſatisfactum eſt primo puncto: & quod maſcu-
7 li donec viuunt, potiores ſunt fœminis in dicto caſtro. † Ad eui-
dentiam ſecundi puncti præmittendum eſt, ꝙ teſtator non po-
teſt rei hæredis transferre dominium, licet hæres adeundo hæ-
reditatem conſentiat, niſi hæres legatario poſſeſſionem tradat,
vt ff. de leg. 1. l. ſi hæredi ſeruus. & ff. de ſerui. l. Papinian. licet gl.
ſingularis dicat, ꝙ imo tranſit dominium adita hęreditat. vt no.
in l. 2. C. communia de le. ſicut ſi teſtator legaſſet de voluntate
hæredis. Caſus vnicus in iure. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol-
uitur. l. ſicut. §. venditoris. & tangitur per Bart. in l. cum quis de-
cedens. in prin. ff de lega. 3. tamen veritas eſt, vt dixi, ꝙ non po-
teſt ipſo iure transferre dominiũ in re hæredis: & eſt ratio, quia
in aditione hæreditatis contrahitur & per contractũ, vel quaſi
8 non tranſit dominium ipſo iure, vt l. ſi ager. ff. de rei vendic. † Et
ex hoc ſequitur, quod licet teſtator prohibeat alienationem
rei hæredis, alienari tamen nõ poteſt, vt C. de condi. ob cauſam.
l. ea lege. & ff. de pactis. l. penul. tamen tenetur actione ex teſta-
mento illis, ad quos teſtator voluit rem peruenire. Item tene-
tur hypothecaria, vt l. 1. & 2. C. communia. de lega. valuit enim
teſtamẽtum, niſi error induxiſſet teſtatorem ad legãdum, alias
non legaturum, quod in dubio non præſumitur, vt ff. de leg. 2. l.
vnum ex familia. l. ſi rem. §. cum filius. & §. hæres meus. & plene
no. ff. de leg. 1. l. ſi domus. §. de euictione. daretur etiam retentio
poſſeſſori, an deberet fieri reſtitutio in caſu alienationis, vt ff.
ad Trebel. l. filiam fratribus, & per hoc ſatisfactum eſt ſecundo
9 puncto. Ad tertium punctum iam reſponſum eſt. † Circa quar-
tum punctum eſt ſciendum, quod differentia eſt inter diuide-
re, & quod partes ſibi inuicem dent licentiam alienandi pro li-
bito voluntatis, ſciẽtes onus fideicommiſſum euertere. primo
caſu non inducitur renunciatio fideicommiſſi, vt ff. de lega. 2. l.
cum pater. §. hæreditate. ſecundo caſu licet non inducatur re-
nunciatio, tamen ratione pacti licitum eſt, quod alias non lice-
ret. ita intelligitur, quod no. Dy. in §. duo fratres. durat igitur fi-
deicommiſſum ipſo iure, ſed non eius effectus, quia ob. exce-
ptio: in dubio autem nemo præſumitur renũciare tali ſpei, quæ
non erat poſita in ordine naturali, ſed in aduerſa fortuna liberi
hominis, quam contrahentes inſpicere non debuerunt, vt ff.
de verb. obl. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & quod no. ff. de cõ-
10 di. & demon. l. Mutiana. & hoc quoad quartum punctum. Circa
vltimum punctum dicendum eſt, ꝙ renunciatio patris non no-
cet filio in his, quæ filius conſequitur ex propria perſona, vt l. 3.
ff. de interdi. & relega. ſicut dicimus in materia feudorum, licet
tamẽ non noceat renunciatio, poſſet nocere obligatio, ſi filius
eſt hæres patris: quia teneretur ex obligatione paterna, vt C.
de pactis. l. conditionis incertum. Ego Baldus.

CONSILIVM XC.

1 *Arbitri electi per formam ſtatutariam an dicantur iudices delegati, vel
ordinarij: & quam poteſtatem habeant.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrum ar-
bitri, & arbitratores,
qui eliguntur ex forma ſtatuti à partibus, & habent poteſtatem
diffiniendi, & decidẽdi, ſint iudices ordinarij, vel delegati? Re-
ſpõdeo, aut quæris de veritate, & neutri ſunt, ſed per ſe ſonant:
aut de ſimilitudine, & tunc quia habent poteſtatem immediate
à lege, videntur ordinarij, vt ff. de iu. om. iud. l. more maiorum.
Sed contrarium videtur dicendum; quia non ſunt iudices ad v-
niuerſitatem cauſarum deputati, ſed ſolum ad vnam cauſam. ſ.
compromiſſum. Item quia non præſunt territorio, cui ineſt iu-
riſdictio, vt C. vbi, & apud quos. l. fi. Item quia non exequuntur
ſuam ſententiam, vt C. de epi. aud. l. epiſcopale. item quia ordi-
narius compellit partes ad compromittendum: & ſi appellare-
tur ab eis, appellaretur tanquam à delegato, vel quaſi, vt C. de
iu. l. cum ſpecialis. inſpecta tamen veritate, vt dixi, non ſunt pro-
prie iudices, ſed quidam boni viri. hoc tenet Specu. ſed Iaco. de
Are. dicit, quod ſunt veri arbitri. ff. de ſo. l. quod ſi forte. §. 1. &
idem in tertio, qui eligitur ab eis, vel à iudice, vbi ipſi nolent e-
ligere, diſcordiæ eorum finis eſt electio tertij. nec ante functi
eſſent officio ſuo, quod eligant tertium, & iudicent cum ipſo,
niſi tempus compromiſſi eſſet elapſum, quia talis temporis nul
la eſt reparatio, vt ff. loca. l. ſi in l. in prin. Ego Bald.

CONSILIVM XCI.

1 *Executores teſtamenti ad diſtribuendum bona in pauperes, an poſſint eli-
gere filium ſpurium ipſius teſtatoris pro paupere, & ei dare bona ali-
qua, quæ fuerunt ipſius teſtatoris.*

1 In Chriſti nomine. † Videt̃ ꝙ electio facta de dicto Ant.ſpurio tenuerit: nam de æquitate iuris canonici pater poterat ei relinquere alimenta, vt extra de eo, qui duxit in matrimoniũ, quam polluit per adul.c. cum haberet. ergo poteſt executor teſtamẽti paterni, quia quod facit executor, ipſe teſtator nominatim feciſſe, videtur, vt ff. de reb.dub.l.vtrum.§.cum quid. Præterea dicta do.Soprana potuit ex propria liberalitate dicto ſpurio dare, donare, & diſtribuere, quia prohibitio legis non vendicat ſibi locum, niſi inter aſcendentes, & deſcendentes, vt ff. de vulg. ſubſt.l.ſi is, qui.& no.in Auth.quib.mod.nat.effi. ſui.§. fi.col.7. nec præſumitur hoc feciſſe aliquo tacito fideicommiſſo de reſtituendo non capaci: quia tacitum, & iuri contrarium fideicõ. de reſtituẽdo non capaci non præſumitur iniunctum, niſi probetur, vt ff. de leg.1.l.Lucius.§.in teſtamento.ff.de iure fiſ.l.non intelligitur.§.tacite.ff.de prob.l.cum tacitum.& l. qui teſtamẽtum.& hoc conſuluit Bart. quod vxor hæres inſtituta à viro poteſt largitatem exercere, ergo ſpurium teſtatoris de his, quæ libere pertinent ad vxorem: quia nullo iure prohibetur, ergo permittitur, vt ff. de pro.l.ab ea parte. Præterea cauſa alimentorum eſt pia: & ideo videtur, ꝙ recte potuerit diſtribui pro anima teſtatoris, vt ff. de tranſ.l.cum hi. §. ſi cui. non enim capit vt ſpurius, ſed vt quilibet, vt ff. de ado.l.ſi pater.§.qui duos. ex quo ſequitur, quod dictus ſpurius dicta bona potuerit obligare: & ſic creditor poſſit agere hypothecaria. Prętereà ad hoc facit auctoritas epiſcopi: nam epiſcopus non prohibetur ſpurio diſtribuere, nec vlla lege hoc cauetur. Præterea prohibitio alienationis in cõtractu non impedit hypothecam, vel alienationem, quin valeat, vt plene leg.& no.C.de condi.ob cauſam.l. ea lege. ff.de verb. obli.l.ſi ita quis.§.e.l. ex quibus videtur concludendum ex parte creditoris. In contrarium eſt ipſa veritas, pro cuius intelligentia præmittendum eſt, ꝙ rogatus reſtituere poſt mortem ſuam non poteſt ante mortem reſtituere in prẹiudiciũ illorum aliorum, qui poſt mortem ſunt honorati, vt plene leg. & no.C.de fideicommiſ.l.poſt mortem.& ff. de leg.2.l. cum pater. §. à filia. Item quod bona, quæ ſubiacent reſtitutioni poſt mortem hæredis, nõ poſſunt interim ab hærede alienari, quin exiſtente conditione fideicommiſſi ipſo iure alienatio reddatur irrita, vt C.com.de leg.l.fin.§. ſin autem ob auaritiæ cupidinem: quia ergo ſuperſunt pauperes, qui habent ius reuocandi in eorum præiudicium, alias reſtitutio fieri nõ potuit, & extincto iure obligatoris extinguitur hypotheca creditoris, vt ff. de pign.l.lex vectigali. nec dicat aliquis, quod pauperes ſint incertæ perſonæ, quia congregatio pauperum loco perſonæ fungitur, vt C.de epiſc.& cle.l.nulli. Item ipſe epiſcopus habetur loco perſonæ, vt in c.contingit.de relig.do.in cle. & ideo conſiliũ eximiorum doctorum, Per.& Ang.de Vbal. de Peru. eſt ipſa veritas, vt no.Bar.ff.de leg.1.l.filius.§.diui. & Cy. & But. & omnes in d.l.poſt mortem. non obſtat auctoritas epiſcopi: quia auctoritas eſt acceſſoria, & finitur finito principali. Item epiſcopus prohibuit alienationem: & contra decretum iudicis alienatio, vel hypothecatio facta non valuit, vt ff.de cõtrah.emp.l. ſi quis ſciens. Illud eſt etiam ponderandum, quod dictus ſpurius deceſſit viuente dicta domina: vnde non potuit morte dominæ, quod factum fuerat, confirmari: quia non erat in rerum natura perſona, in qua poſſet confirmari ipſe actus. & nec factum tempore incongruo cõfirmatur tempore congruo, nec tractu temporis conualeſcere poteſt. vt ff. de leg. 2.l. vnum ex familia. §.1.& in regula non firmatur. & C. de don.inter virum & vxo. l. à marito.& l.non omnis.ff.ſi cert.peta. Item conſideranda ſunt illa verba, pro alimentis, quæ in ſpurio ſunt loco finalis cauſæ: quia ſpurius non eſt alias capax ex diſpoſitione paterna: & ideo finita cauſa finali finitur effectus, licet ſecus eſſet, ſi dicta verba adijcerẽtur capaci, vt no.ff.de tranſ.l.cum hi. §. ſi cui. porro nec filius alimentarij ſuccedit in alimentis: quia perſonalia ſunt. Ego Baldus.

CONSILIVM XCII.

1 *Sententia an poßit retractari prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum: & tempus petendæ reſtitutionis in integrum durat per quadriennium à tempore latæ ſententiæ.*
2 *Solutum per ſententiam an poßit repeti.*
3 *Sententia lata ex nimio breui tempore, an ſit ipſo iure nulla, & poßit appellari.*

In Chriſti nomine. Quędam ſententia fuit lata ſub iſta forma. Et qa vidimus iuramentum in litem, item de calumnia, & de veritate, & in defectum probationum inquantum non fuiſſet plene probatum, ſed ſemiplene in dicta cauſa, ideo pronunciamus eum vſurarium, & cõdemnamus &c. quæ ſententia ꝙ fuit lata iam ſunt ſex anni, & vltra, modo reperiuntur inſtrumenta, per quæ apparet, quod dicta condemnatio non fuit iuſta, quia fuit facta poſt generalem, & pleniſſimam quietationem ex cauſa ſolutionis emanatam, vt in inſtrumẽto apparet. Quæritur, vtrum dicta ſententia poſſit retractari. Secundo quæritur, vtrum ſi nõ poſſit retractari, poſſit ſolutum prius repeti vigore dicti inſtrumenti quietationis. Tertio quæritur, vtrum dicta ſententia la-
1 ta ex nimis breui termino ſit ipſo iure nulla: † Et videtur quoad primum punctum, quod dicta ſententia valuerit, & retractari non poſſit: quia prætextu nouorum inſtrumentorũ ſententia, non retractatur, vt C. de iudi. l. ſub prætextu. alias incipit ſub ſpecie. Contrarium eſt verum: quia quando duo concurrunt, ſ. ꝙ ſentẽtia fertur ex iuramento delato in defectum probationum, quod iuramentũ poſtea apparet falſum per inſtrumenta, poſtea de nouo reperta, talis ſententia reſcinditur p reſtitutionem in integ. vt ff. de iureiur.l.admonendi. dicet aliquis, hic eſt lapſum tẽpus petendæ reſtitutionis in integrũ: quia eſt lapſum tempus quadriẽnij à die, qua ſciuit ſententiã latã, vt C. de temp. in integ.reſt.l.ſuperuacuam. ſed hoc non obſt. quia imo incipit currere ſolum à die, quo inſtrumẽta ſunt de nouo reperta: quia iſtud tempus eſt vtile quoad principiũ, & non incipit currere ignoranti, ex quo pendet ſubſtantia reſtitutionis in integrum, vt plene no.in d.l.ſuperuacuam. Item ignorans non poterat reſtitutionem petere: quia nec allegare poterat, quod ignorabat: ergo vtile tempus non incipit currere. quia nõ eſt tale tempus, in quo non requiratur ſciẽtia, ſicut eſt aliquando. ff. de infamibus.l.genero.& hoc probatur. ff. de excuſa.tut.l.quinquaginta. & ff.quis ordo in bo.poſ.ſeruetur.l.2.§.dies.& hæc eſt veritas, ſi inſtrumenta ſunt de nouo reperta, quæ allegatio tanquam per ignorantiã facti ꝓbatur per iuramentũ, niſi ꝓbetur contrariũ. ff.de prob.l.verius, & in regula iuris, præſumitur ignorantia. &
2 hoc de primo puncto. † Super ſecundo autem puncto videtur, ꝙ non poſſet repeti, ſi eſt ſolum per ſententiam, vt ff.mand.l.fideiuſſor.§.in omnibus.& C.de condi.inde. l.1.ſed contrariũ eſt verum: quia prima ſolutio redit non ad cauſam: & hoc gl. or. determinat expreſſe. ff.de condi.inde.l.Iulianus. in 1.gl. plus dico, ꝙ ſi nondum eſſet ſolutum per ſententiã, poſſet opponi cõpenſatio, vt ff. de compenſa. l. ſi cum militi.§.cum intra. quia eſt liquidum per inſtrumentum refutationis, & cõfeſſionis, licet generalis, vt ff. de ſol.l.ſi ex pluribus. ff.de pact.l.emptor.§.Lucius.
3 † Super tertio puncto nõ inſiſto: quia eſt caſus extra de dila.c.1. nam niſi ſit tanta arctatio temporis, quæ inducit impoſſibilitatem, valet dilatio, licet poſſet appellari à nimia breuitate termini, ſed hic non eſt appellatum. Ego Baldus.

CONSILIVM XCIII.

1 *Ius denunciandi an tranſeat ad ſucceſſores.*
2 *Succeſſoribus an ita credatur, ſicut credebatur principalibus.*
3 *Denunciatio facta coram vicario ſtante ſtatuto, quod nunciationes debeãt fieri coram domino Poteſtate, an valeat.*

In Chriſti nomine. In quodam contractu venditionis fructuum, & prouentuum quorundam molendinorum cauetur, ſi quo tẽpore aqua ceſſaret fluere propter defectum cluſæ buſæ betalis, vel aliqua alia ratione, quod ab illo tempore, quo ceſſauerit, vſquequo currere incęperit, & labi, aliquod tẽpus dictæ emptionis nõ currat dictis emptoribus: ſuper qua ceſſatione credatur dictis emptoribus, & cuilibet eorũ, ſi denunciauerint domino poteſtati, & antianis: & denuncia fuit poſita in archiuo, quæ denuncia ſic facta pro vera habeatur, niſi oppoſitum fuerit legitime probatum: demum dicti emptores vendiderunt Titio dictum ius eorum, qui Titius adueniente caſu denũciauit vicario poteſtatis, & antianis. Quęritur de tribus: Primo, an ius denunciãdi tranſeat ad emptorem emptoris: Secundo, an credatur emptori emptoris? Tertio, quia denunciatio non fuit fa-
1 cta poteſtati, ſed eius vicario, vtrum valeat? † Circa primum punctum verba Iacob. de Areti. in leg. ſi ſic. ff. de legat. 1. hæc ſunt. No. quod actio, quæ competit alicui ratione contractus, tranſit



tranſit in quemlibet ſucceſſorem etiam ſingularem: vt hic, & j. de verb.obl.l.ſi ſtipulantem fuerit.& l.fin.§.1.ſed pone, ꝙ quædam villa promiſit Titio purgare quendam riuum ad arbitrium ipſius Titij, qui mihi riuum vendidit: quæro, an teneantur meo arbitrio purgare? Videt̃, ꝙ non. ff. loca. l. ſi merces. in prin.& s̃. de procu.l.ſi is, qui ſtichũ.& pro hoc j. de verb obli.l.ſi ſtipulatus ſim. Nec obſt. quod iſtæ leges loquuntur in vniuerſali ſucceſſore: quia idem eſt in ſingulari, arg. s̃. de iureiur. l. etiam ſi in rem. de dam.infect.l.fluminum.§.adijcitur. Item non ob. leges allegatæ: quia loquuntur, quando quis eſt electus vt miniſter. ſed hoc factum eſt obtentu rei: & idem quando quis promiſit reſtituere damna arbitrio meo, & ego alij ceſſi iura: alij dicunt hoc concedendũ ex perſonis, ex cauſis, ꝓ hoc j. de actio.& obl. l.fin. Iac.de Aret. ex his apparet, quod pactum de denunciando
2 tranſit ad ſingularem ſucceſſorem. † ſed dubium eſt, an debeat credi: & videtur, quod non: quia eſt electa fides certæ perſonæ, ad hoc. ff. de dote præle.l. Theopompus. & C. de rebus credi.l. generaliter. in prin. ſed contrarium videtur verius: quia iſtud nõ eſt commiſſum perſonæ, ratione perſonæ, ſed ratione contractus. vnde ſufficit ſi perſona eſt æque idonea, quod præſumitur in dubio, vt no. ff. de proc.l.ſi actor malit.& hoc de ſecundo pũ-
3 cto. † Circa tertium punctum non eſt dubitandum: quia illud, ꝙ fit coram vicario, videtur fieri corã ipſo præſide, vt C.de offi. eius, qui vicem alterius gerit.l.ſuggerente.& idem eſt tribunal, vt in c.2.de conſuetudine.lib.6. nec eſt fienda differentia in nomine officialis, ſed in qualitate officij, vt l. 2.§.pen.ff.ad Tertul. & ſecundum prædicta debet intelligi conſilium alias per me latum. Ego Baldus.

CONSILIVM XCIIII.

1 *Maritus an poßit petere alimenta dotis non ſolutæ.*

1 In Chriſti nomine. † Vtrum maritus qui ſupportat onera matrimonij, poſſit petere alimenta dotis non ſolutę in termino conuẽtionali, vel legali. Quidã dicunt, ꝙ non: quia actio de dote eſt ſtricti iuris: niſi quando competit mulieri, & ideo ſimiles acceſſiones non veniunt niſi à tempore litis conteſtatę: & iſta opi. ponitur in gl. ſol.ma. l.de diuiſione. ſed ibi etiam tangitur contraria opinio: nam cum vir ſuſtinet onera matrimonij, implet contractum ex parte ſua: ergo & ibi æqua lance debet impleri ſaltem recompenſando ſibi onera matrimonij. arg. C.de actio. emp.l.curabit. quia non eſt æquum, quod mulier locupletetur cum aliena iactura: ſicut econtra, ſi non ſuſtineret onera matrimonij, non debet habere fructus, vt l.pater.ff. de ex.do.& videtur caſus, ꝙ poſt biennium quilibet extraneus teneatur. C. de iu.do.l. fi. præterea quia biennium ſuccedit loco litis conteſtatæ ſecundum dominum Ray.de Forli.& ibi lex taxat: tamen nõ credit, ꝙ illi taxationi hodie ſit locus: ſed ꝙ alimenta debeant præſtari iuxta morem regionis, vel iuxta correſpondentiam onerum matrimonij eatenus, quatenus eſt ſoluendum de dote, & ſic proportionaliter: & hanc opi. tenet Iaco.de Raue. & Pet. in d.l.de diuiſione. & eſt opinio multum æqua, quãdo petuntur vt intereſſe, ar. ff. de in litem iuran.l.numis.& ideo concludo, ꝙ iuxta menſuram arbitrij boni viri conſideratis oneribus matrimonij, & quantitate dotis, & his, quæ in regione frequentantur, dictum intereſſe, quod alimẽta vocamus, proculdubio peti poſſit: nam ſi reſtitutione dotis non facta veniunt alimenta: quia ſoluto matrimonio dos cenſetur proprium patrimonium mulieris, vt no. C.de rei vxo.ac.l.vnica.§.exactio. in glo.magna. Ita econuerſo ſtãte matrimonio dos eſt propriũ patrimonium viri, & ideo viro debentur alimenta eius.i. vnde ſe, & vxorem, & liberos alat. vt C.de iure do.l.vbi adhuc. verſi.ita tamen. ff. de ventre in poſ.mitten.l.curator.& extra de vſuris.c.ſalubriter. ff. fa.erciſ.l.ſi maritus. Ego Baldus.

CONSILIVM XCV.

1 *Confeſſus crimen in ſe non debet interrogari de aliorum conſcientia, fallit in certis caſibus, ſed an talis confeßio faciat indicium.*
2 *Credentes virtute dæmonum aliquid boni poſſe fieri, ſunt hæretici, & apoſtatæ.*
3 *Dicens quod Deus non eſt Deus, eſt princeps hæreticorum.*
4 *Inquiſito cui ſit danda capitula, & dicta teſtium.*
5 *Indicia, vel infamia debent præcedere tormenta.*
6 *Sufficientia, quæ ſint indicia ad torturam.*
7 *Cui confeßioni erit ſtandum, an facta in tormentis, vel extra, vel facta in iudicio, vel extra.*

1 In Chriſti nomine. Regula iuris eſt, † quod in ſe confeſſus crimen non debet interrogari de aliorum conſciẽtia. nec mirum: quia eſt infamis, facinoroſus, & vilis perſona, & ſuſpecta, vnde ei non creditur: vt C.de accuſ.l.fi. tamen hoc debet intelligi, ꝙ nõ creditur quantum ad probationem plenam, vel ſemiplenam, ſed bene interrogatur quantum ad inquiſitionem, vt ff. de pœnis.l. quis vltimo. in fi. ſecundum Old. & facit indicium quantum ad inquirendum, non quantum ad condemnationem, nec quantum ad coadiuuandum alias probationes. fallit in criminibus exceptis, vt in crimine hæreſis: quia iſtud eſt crimen læſæ maieſtatis diuinæ, vt in auth. Gazaros. C.de hæret. item fallit, ſi quis imputetur de arte magica, & malefica: vt not. in d.l.fin.C. de accuſ.C.de male.& mathema.l.fin. nam ibi penſata qualitate perſonæ, quæ diffamatur, poteſt procedi ad torturam præcedente infamia, vel alia probabili coniectura de facinore eius, qui torquetur: credo autem hoc committi arbitrio iudicis penſatis indiciis, & coniecturis vero proximis, vt ff. de quæſtionibus. l.1.§. cum quis latrones.& extra de ſi. cap. per tuas, el grande. §. nos vero. & no. Specu. de inquiſitione.§.1. ver. & ſcias, ꝙ vbi verba Ioan.de Are.ff.de ædil.edic.l. ꝙ ſi nolit. §. qui mancipia. præſumitur quis bonus, vel malus ꝓpter partẽ. Item ex cõuerſatione. Itẽ ex magiſtro, quẽ quis habet bonũ, vel malũ. 2. q.7.c. peruenit ad nos. 28.q.1.c.ſæpe. de ædil.edic. l. ædiles etiam. §. Pedius. vbi Accur. allegat illud verbũ ſapientis, ambula cum bonis: mores enim à cõiuncto formant̃, vt C. de cohortalibus. lib.12.l. ſi cohortalis.& facit, ff. de re mil. l. nõ oẽs. §. à Barbaris. & de pſum. c.literas. per hoc patet, ꝙ epiſcopus, q habet iſtũ clericũ vehemẽter ſuſpectũ pcedente infamia, põt ipſum torquere, & ab eo eruere veritatẽ, vt tam peſtiferis hominibus ꝓuincia purgetur,
2 vt ff. de offi.præ.l.congruit. † illud certe non eſt ambiguũ, ꝙ illi, qui credunt in virtute dęmonũ aliquid boni poſſe fieri, ſunt hę-
3 retici & apoſtatæ. 26.q.vl.c.non obſeruetur. † Item non eſt dubium, ꝙ ille qui dicit, ꝙ Deus non eſt Deus, eſt princeps hæreticorum. C.de ſum. Tri. epiſtola, inter claras, & in pſalmo. Dixit inſipiens nõ eſt Deus. & in Symbolo. Credo in vnum Deum. & in Symbolo Athanaſij, quicunq; vult ſaluus eſſe. & de hoc nul-
4 la eſt dubitatio. † Porro ſi quæratur vtrum inquiſito debeãt dari capitula, & dicta teſtium, dicendum eſt, quod ſic. d.c. per tuas. & c.licet Heli. de ſi.& c.qualiter, & quãdo. el 2. §.debet. de accu. & no. per Bar. in l.fin. ff. de quæſtio. in pe.q. niſi hoc fiat per ſubterfugia, & contra facti notorietatem, & publice interſit potius ad pœnam procedere, quam differre. & C. de feriis.l.prouincia-
5 rum. alias incipit præſides. † Illud certum eſt, quod indicia, vel infamia debent præcedere torturam, vt ff. de quæſtionibus. l. maritus. tamen (vt dixi) in iſto crimine quantum ad torturam facit indicium confeſſio alterius cohæretici in eodem facto hęreſis. alias ſi nihil operaretur dicta confeſſio, fruſtra fieret interrogatio. dici ergo poteſt, quod epiſcopus, ſi opinio infamati eſt grauata, poteſt eum ſubijcere tormentis, niſi ſe purget. facit,
6 quod not. extra de iud.c. at ſi clerici. † dominus Barto. in l.vlt. de q̃ſtionib. dicit, pone, ꝙ cõtra aliquẽ ꝓcedatur de crimine, & ſunt indicia ſufficiẽtia ad torturã, doctores cõmuniter tenent, & bene, ꝙ de hoc nõ poteſt dari certa doctrina, ſed relinquitur arbitrio iudicis. dico autẽ, ꝙ epiſcopus potuit arbitrari: qa cõfeſſio ſpõte facta ex cõuerſatione ſimul cõiuncta, faciũt indicia ſufficiẽtia ad torturã, ſi cõſcientia epiſcopi hoc dictat. multum autẽ mouet̃ animus iudicãtis ex cõuerſatione aſſidua, & cohabitatione cũ hæretico: quia cõuerſantes inuicẽ pſumuntur ſcire cõditionẽ, & geſta, vt ff. loc.l. dominus horreorũ. & C.de re-
7 pu.l.cõſenſu.§.ſuper.& extra de teſt.c.veniens. † Aliud dubium ꝓpter contrarietatẽ reſponſi, quæ inducit ſuſpicionẽ, vt in c. vt noſtrum. vt eccleſiaſtica beneficia. quia primò interrogatur hęreticus negauit, ſecũdario fuit cõfeſſus, dicũt doctores, ꝙ cõtra aliũ magis ſtatur cõfeſſioni factæ in tormẽtis, quam ſpontaneæ: ſed contra ſe magis ſtatur ſpontaneæ: vt ff. de quæſtionib. l. 1. §. quæſtioni.& ibi per Bar. ſed quandoque ſtatur factę in tormentis adhibitis, vbi iura præcipiunt veniri ad tormenta, dummodo perſeueretur in iudicio, non in carcere, quia reuocatio confeſſionis quę fit in carcere, nihil operatur: quia fit extra iudiciũ, non in iudicio, vt C.de cuſto.reo.l.2. econtra etiã perſeuerantia debet in iudicio fieri, ita practicatur, & hoc tenet Bart. in l.1.§. diuus. ff. de quæſtionib. Ego Baldus.

CONSILIVM XCVI.

1 *Stante ſtatuto &c. Vt hic in prin. an reſpondens non congrue ſeu dubie dicatur congrue reſpondiſſe.*

2 *Si dominus promittat habere ratum, quicquid procurator legitime fecerit, non Valet mandatum.*

3 *Iuramentum eſt indiuiduum, & ideo non poteſt pro parte approbari, & pro parte non.*

4 *Stante ſtatu. quod lis ſit conteſtanda ſaluis omnibus exceptionibus tempore diſputationis, ne per hoc differatur proceſſus, ſi oppoſita ſit excep. impediens proceſſum, & hoc non obſtante fuerunt teſtes recepti &c. an tales teſtes Valeant in alio iudicio.*

In Chriſti nomine. Decreto cauet, quod poſt publicationem teſtium, ille qui eos producit interrogatus, an velit vti dictis teſtium: & ſi reſpõderit, ꝙ ſic, & ſi teſtes depoſuiſſent falſum, intelligatur ſcienter eos produxiſſe, & ſi infra terminum per iudicem ſtatuendum non reſponderit, intelligatur non velle vti. Modò interrogatus reſpondit hoc modo, ꝙ vult vti in illis paſſibus & punctis tendentibus in eius fauorem: nec aliter decla-
1 rat ſe. † Modo quæritur, an intelligatur congrue reſpõdiſſe, an vero habeatur pro non reſpõdente: & videtur mihi, ꝙ non cõgrue reſpondeat, qui obſcure reſpondet. quia ꝑ ſuam reſpõſionem nõ redditur certus iudex, vel aduerſarius, nã adhuc ſub diſ-
2 putatione fori res eſt. † arg. eius ꝙ dicimus de procuratore, ꝙ ſi dominus ꝓmittat habere ratum quicquid procu. legitime fe-
3 cerit, non valet mãdatũ: vt no. in c. 1. de ꝓcuratorib. in cle. † Itẽ dictum teſtis fundatur in iuramento, ꝙ eſt vnicum indiuiduum ſecundum Old. & ideo non poteſt pro parte approbari, & pro parte reprobari, ar. ff. de proc. l. in cauſæ. 60. diſt. c. ſi ad ſcriptas. & per Bart. ff. de libera leg. l. Aurelius. §. idem quæſijt. Tertia ratio eſt: qa reſponſio non conſonat interrogationi, vt ff. de verb. oblig. l. 1. §. cum adijcitur. debuit enim ſuper toto reſpondere. nam hæc interrogatio hoc ſapit, vtrum velit vti iuramento teſt. quia depoſitio fundatur in iuramento, & interrogatus ſuper depoſitione, videtur principaliter interrogatus ſuper iuramento quod eſt indiuiſibile, vt ſ. dixi. paria ergo ſunt perperam vel non reſpondere, vt ff. de interrog. ac. l. de ætate. §. nihil. & ff. de
4 iure fiſci. l. ita fidei. & ff. de iniuri. l. prætor edixit. † Sequẽs quæſtio eſt, ſtatuto cauetur, ꝙ lis ſit conteſtanda ſaluis omnibus exceptionibus tempore diſputationis: nec per hoc differatur ꝓceſſus. Modo fuit oppoſita exceptio impediens proceſſum: hoc non obſtante fuerunt teſtes recepti, & publicati: deinde fuit ꝓnunciatum exceptionem obſtare. Quæritur, an dictæ atteſtationes valeant in alio iudicio: reſpondeo, non: quia videntur receptæ lite legitime non conteſtata: probo tali ratione: quia reſeruare exceptiones non eſt aliud, niſi reſeruare effectũ ipſarum. l. ſi fideiuſſor, in prin. ff. qui ſatiſda. cogan. ſed effectus, & propria natura ipſarum erat impedire conteſtationem litis: vnde ex poſt facto apparet ꝙ lis non debuit conteſtari: & per conſequens, ꝙ teſtes non fuerint rite recepti, quia conteſtatio non rite facta pro nulla hr̃, vt C. de litis conteſtatione. auth. offeratur. Item qa iſta exceptio impedit iudicium de ſui natura: & de facili reuertitur ad ſuam naturam: quia ſi non tenet iudicium, non tenẽt atteſtationes, q̃ ſunt pars iudicij, vt not. Inn. extra de teſt. c. cum cauſam. nam proteſtatio videtur repetita in quolibet actu, & reſeruatio vim habet proteſtationis: alias certe non eſſent exceptiones ſaluæ, ſi perderent debitum vigorem, quod eſt contra verba ſtatuti. Et ita ſentio de dictis dubiis ſalua ſubſtantia veritatis. Ego Baldus.

CONSILIVM XCVII.

1 *Quæſitum per Vnum ex fratribus, an ſit communicandum.*

In Chriſti nomine. Quidam Ioannes de Diano de Ianua quæſiuit aliqua bona non de pecunia communi, vt apparet, ſed ſimpliciter: licet eſſet ſibi factum quoddã inſtrumentũ à matre tutrice aliorum fratrum, ꝙ dictus Ioan. nil exportabat de bonis paternis, & cõmunibus: licet poſtea per biennium habuerit pecunias cuiuſdam molendini venditi, tamen ſemper ꝓprio nomine negotiatus eſt: quæritur, an quæſita teneatur fratribus
1 communicare? † Circa quod eſt dicendum, ꝙ dictæ res emptę à dicto Ioan. per eum quæſitę ſunt dicti Ioan. nec ſunt fratribus communicandæ vel ſororibus, pluribus rationibus, primo: qa vnuſquiſque intelligitur velle acquirere ſibi, & hęredi ſuo, non fratri, tex. eſt ad litteram. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. idem probatur. ff. de prob. l. ſi pactum. & ff. de ver. obli. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. Secunda ratio: quia inter iſtos nulla erat ſocietas certa: ergo vnuſquiſq; ſibi negotiatur, & nõ fratri vel ſorori, vt ff. ꝓ ſocio. l. cũ duobus. §. Papinianus. alias incipit. l. ſi fratres. & C. cõmunia vtri. iud. l. ſi patruus. & C. de decur. l. licet indiuiſa. lib. 10. Tertia ratio eſt lex prudẽter allegata. ff. de admi. tu. l. Titium, & Mæuium. §. altero. Quarta ratio, quia eadem eſt ratio, & natura contrariorum, vnde ſicut ſi venderet, non nocet fratribus, ita ſi emit, vel quæſiuit, alteri non prodeſt: id probatur. C. de furtis. l. manifeſtiſſimi. §. cum in ſecunda. Quinta ratio eſt: quia quod ex induſtria quæritur, ſoli quærenti quęritur, vt ff. ad l. Fal. l. ſi hæres. ex quibus apparet, ꝙ dictus Io. qa negociũ ſibi geſſit, ſibi ſoli quęſiuit, & alij cõmunicare nõ debet. Ego Bald.

CONSILIVM XCVIII.

1 *Statutum, quo cauetur, quod Aſſaſinus dicatur, qui precio, Vel promiſſione accepta aliquem interfecerit, ſimiliter qui precio dato, Vel promiſſo fecerit aliquem interfici, quomodo intelligatur, & qualiter interpretetur.*

2 *Precium refertur proprie ad pecuniam numeratam.*

3 *Dare ſignificat translationem dominy.*

4 *Promiſſum quomodo intelligatur.*

5 *Dictio, Vel, ſapit naturam coniunctiuæ.*

6 *Confitenti in ſe non creditur in alium.*

7 *Mandatum ad delictum non præſumitur, niſi probetur.*

In Chriſti nomine. Betonus de Couo habitator terræ de Cadagnano, diſtrictus Brixiæ, conſul cõmunis, & hominũ dictæ terræ de Cadagnano ad excuſationẽ ſui, & dicti ſui cõmunis notificauit, & denunciauit ad eius aures, & notitiam ꝑueniſſe, ꝙ dũ quidã Tẽpeſta fuiſſet ad curtiuum habitationis cuiuſdã Betini, vt diceret eidẽ, ꝙ deberet vacuare & expedire ipſum curtiuum ipſi Tempeſtæ, & in ipſis Matthæus de Verona, Aldriginus de Homis, Vinciguerra filius naturalis do. Ioannis, & Iacopinus filius naturalis do. Iacobini. Ecce dictus Betinus cum vna furca, quã tenebat in manibus, ꝑcuſſit & vulnerauit dictũ Tempeſtã in perſonam ipſius Tẽpeſtæ vno vulnere trãſeunte de vna parte ad aliam in pectore à parte ſiniſtra, & p̄dicti alij tot vulneribus, ꝙ dictus Tempeſta ſtatim mortuus eſt ſpecificãdo vulnerãtes, & vulnera, &c. Qui Iacobꝰ de Iſeo in effectu depoſuit ſup dicto homicidio, adijciẽs de duobꝰ equis tranſmiſſis &c. ꝓut in actis continetur. poſtea vero eodem die depoſuit, qualiter Aldriginus de Homis vocauit ipſum Iacobinum: & ſibi ſecrete dixit, ꝙ deberet eſſe cum dictis Vinciguerra, & Mattheo ad dictum locum in dicto curtiuo, & ꝙ ipſe deberet facere & committere cum p̄dictis Vinciguerra & Matthęo illud factum, ꝙ cõmittere volebant: quoniam ipſe Aldriginus mitteret obuiam vnum equum pro ipſo Iacopino, ſicut mitteret ꝓ prædictis Vinciguerra & Matthęo: & poſtea adimpleto dicto negocio attenderet, & daret eidem Iacobo ea, quæ promiſit, & dare volebat prædictis Vinciguerræ, & Matthęo. dato ipſo ordine ſecutum eſt factum &c. Cauetur autem lege municipali, ꝙ ſi quis aſſaſſinauerit, vel aſſaſſinari fecerit aliquẽ, trahatur ꝑ caudam equi vſq; ad furcas, & ibi ſuſpendatur, taliter ꝙ moriatur aſſaſſinus, & eſſe intelligatur, qui precio vel promiſſione accepta aliquem interfecerit. ſimiliter aſſaſſinus ſit, & intelligatr̃, qui precio dato, vel
1 promiſſo fecerit aliquem interfici. † Modo quæritur, dato, ſed non conceſſo imo penitus negato in facto, quod ipſe Aldriginus de Homis prædicta perpetrauerit, & fecerit: vtrum aſſaſſinus debeat iudicari, necne. Et videtur, quod ſic, nam verba dicunt quod ipſe Aldriginus mitteret obuiam vnum equum pro ipſo Iacobo, ſicut mitteret pro ipſis Vinciguerra, & Matthęo, pro quibus conſtat eum etiam miſiſſe: ergo pro iſto homicidio perpetrando fuit aliquid promiſſum, imo & executum: quia miſſi fuerunt equi, vt ff. de calumniato. l. quin etiam. Item fuit promiſſum, ꝙ daret ita eidem Iacobo ea, quæ promiſerat, & dare volebat prædictis Vinciguerræ, & Matthęo. & ſic promiſſum fuit dare, & ex coniunctione verborum videtur apparere, quod fuit promiſſum dari, & fieri: ergo aſſaſſinus debet merito iudicari: vt in c. 1. de homicidio. lib. 6. in contrarium eſt ipſa patens veritas pluribus rationibus. primo: quia cui non conueniunt verba legis, nec lex, vt ff. ſoluto matrimo. l. ſi vero. §. de viro. ſed verba ſtatuti non conueniunt, nec pertinent ad caſum noſtrum: ergo ceſſat ſtatutum. & capio principaliter tria ver-
2 ba. † Nam ſtatutum dicit, precium, iſtud proprie, & ſtricte refertur ad pecuniam numeratam, vt in l. fi. C. de prædiis curialium. li. 10. verba iſtius ſtatuti dicunt aſſumi propriiſſime, & ſtrictiſſime: quia iſtud ſtatutũ eſt pœnaliſſimum, & odioſiſſimum, & iõ eſt inhærendum ꝓpriæ ſignificationi verborum, vt in c. odia. de re. iur. lib. 6. & ibi per Dy. ſcđum verbum eſt verbũ, dato.
3 † ſed iſtud verbum ſignificat tranſlationẽ dominij: nam dare eſt accipiẽtis, facere, vt l. 1. C. de fundo dotali. ff. de vſuris. l. ſi ſtipulatus. ff. de condi. ob cauſam. l. fi. ff. de verb. ob. l. vbi aũt non apparet. §. fin. ſed hic nullum dominium fuit tranſlatum. Tertium verbum eſt, verbũ promiſſo: vbi eſt conſiderandum, ꝙ quatuor ſunt, quorum vnum nõ eſt aliud. ſ. dictum, pollicitũ, ꝓmiſſum, & ſtipulatũ. Modo verba, quæ non dicuntur, hic fuiſſe prolata, quæ fuerunt verba enunciatiua, nõ fuerunt verba promittentis: non. n. apparet, ꝙ ſuper hoc interuenit conuentio, vt ff. de pac. l. 1. §. conuentionis. & ff. de ædil. l. ſciendum. §. dictũ. & ff. de pollicitationib. l. 1. vbi patet, ꝙ improprie dicitur promiſſum,
4 ꝙ eſt nuda voce pollicitũ. † Præterea illud dicitur ꝓmiſſum, ꝙ eſt certũ: id. n. ꝙ eſt incertũ re, & genere, nõ dicitur promiſſum, nec pollicitũ, vt C. manda. l. ſalarium. & ff. de ver. ob. l. triticum. vnde dñs Federicus de Senis in ſuis cõſiliis tenet, ꝙ ille, qui confitetur ſe vſurariũ in gñe, nihil confitetur. ad ꝙ facit, ꝙ no. ff. de leg. 1. l. turpia. & l. Titiæ textores. vbi dicitur, ꝙ obſcurum pro nullo hr̃. & confirmatur per id, ꝙ legitur, & no. ff. de iure fiſci. l. ita fidei. & l. in facti. ff. de leg. Præterea illa verba, dato, vel pro-
5 miſſo, ſic intelliguntur i. promiſſo dari: † quia dictio, vel, ſapit naturã coniunctiuę, vt no. in l. in repetendis. ff. de leg. 1. per Bar. & C. de ſer. fug. l. ſi fugitiui. & l. 1. ff. de rebus dubiis. & l. 1. & l. fi. §. cui dulcia. ff. de pe. lega. ecce ergo, ꝙ in caſu noſtro non interuenit pretium, non interuenit datio, non interuenit promiſſio dandi, nec alia. & ſi dicatur, ꝙ iſte dixit ſe miſſurum equum, non ſequitur, promiſerit dare equum: quia iſta verba ſapiunt commodatum, nõ tranſlationem dominij, vt not. in l. cum quid. ff. ſi cer. pe. Item hæc miſſio conſueuit fieri per amicũ amico, vt no. extra de ſimonia. c. & ſi quæſtiones. Item eſt aduertendũ, ꝙ verba ſtatuti dicunt, fecerit aliquem interfici. nã certe nihil eſt probatum, ꝙ dictus Aldriginus fecerit interfici: quia nõ eſt probatum, quod Vinciguerra, & Matthæus hẽrent mandatum ad interficiendum dictum Tempeſtã: nec habere potuerunt mandatum p̄fixum. nam ꝙ dictus Tempeſta acceſſerit ad dictũ curtiuum, fuit à caſu, & fortuna: quinimo culpa ipſius Tempeſtæ, de qua dictus Aldriginus non poterat diuinare, vt ff. ad l. Aqui. l. item ſi putatur. & ſi hoc habuiſſet in mentis pręmeditatione, quia forte dictus Tempeſta ſe iactaſſet de expellendo dictũ Betinum, hoc mandatum poterat intelligi in caſu, in quo dictus Tempeſta potuiſſet expellere iuridice, & etiam armis propulſare: nam mandatũ, ꝙ p̄t de iure, & iuſtitia, non debet intelligi de dolo, vt ff. de condi. inde. l. ſi procur. §. Celſus. grauiſſimũ. n. ſcelus eſt aſſaſſinare, vt no. Bart. de iniuriis. l. non ſolũ. §. ſi mandato. & ideo non venit in mandato: niſi ſpecificetur. nunc viſo de verbis legis, videamus de verbis, & factis dicti Aldrigini. dicitur, ꝙ vocauit Iacopinũ, & ſibi ſecrete dixit &c. Ita apparet, ꝙ
6 iſte teſtis eſt ſingularis per iſtud aduerbium, ſecrete. † Item nec Iacopino debet credi, quia confitenti in ſe non creditur in alium, vt extra de confeſſis. ca. 1. de accuſa. l. fin. & ſic non facit indicium ad torturam: quia eſt teſtis eliſus. Item ſequuntur hæc verba, quod ipſe deberet facere, & committere, quod Vinciguerra, & Matthæus committere volebant. nam quam voluntatem haberent tunc Vinciguerra, & Matthæus, hoc ignoratur, vt not. ff. de dam. infe. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus. Item illa verba, quod daret eidem Iacobo ea, quæ promiſerat, & dare volebat Vinciguerra: & Matthæo ſimiliter nihil operãtur, quia incertiſſima ſunt, vt not. ff. de lega. 1. l. legato generaliter. ex quibus omnibus, & ſingulis, de primo ad vltimum concludendo, ac etiam quia non eſt intentatum aſſaſſinamentum, cõſtat dictum Aldriginum non poſſe, nec debere condemnari de aſſaſſinatu: quia nec verba ſtatuti patiuntur, nec verba dicti Aldrigini hoc ſonant. Porro de ſecretis ſecretorũ, quæ nullo modo probantur, non pertinet indicium ad curiam militantem, & hoc eſt, quod dicitur, ꝙ Imperator, & eccleſia non iudicant de occultis: cor. n. hominis ſolus deus nouit. nec etiam ſufficit in
7 delictis ſola cogitatio mentis. † illud eſt certum, quod mandatum non præſumitur, niſi probetur, etiam ſi delictũ committatur per famulum, vel amicum, text. extra de reſti. ſpo. c. cum ad ſedem. & not. per Bart. in l. 1. §. familiæ. ff. de publiciana. Illud ẽt conſtat, ꝙ aſſaſſinare eſt quædam qualitas, & ideo niſi probetur mandatum, non poteſt probari, ꝙ mandans aſſaſſinauerit, quia nulla qualitas põt probari, vbi non probatur ſubiectum, vt no. ff. de proba. l. ſi arbiter. in fi. porro etiã hic non probãtur inimicitiæ præceſſiſſe, ex quibus detur materia tãti ſceleris: ergo nec præſumitur aĩus delinquendi, vt no. ad l. Cor. de Sica. l. 1. Item & ſi probaretur mandatum de ſtando ad defenſionem amici, pręſumitur cum moderamine inculpatæ tutelæ dantis: quia id cõuenit bono viro, vt l. 1. Codi. vnde vi. & l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & ff. ad l. Aqui. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. confeſſio Aldrigini, quam poſtea videtur feciſſe, non obſtat, dato, ſed non conceſſo, quod eſſet ſponte facta: quia non includitur aſſaſſinum, nec ei ſimile, ſed in materia iſta à ſimili non ſit arguendum. Amplius ſi diceremus, quod ille qui mittit ſtipẽdiarios ſuos amico ſuo ad ſui defenſionẽ, ſi eſſet aſſaſſinus: ſequeretur, quod omnes domini Italiæ, qui mittunt ſtipendiarios ſuos ad auxilium aliorum nobilium, eſſent aſſaſſini, quod dicere abſurdum eſt, & iuri contrarium, vt in ca. domino guerram. in titu. hic finitur lex. deinde incipiunt cõſuetudines regni, colla. 28. vbi eſt expreſſum. Ego Baldus.

CONSILIVM XCIX.

1 *Demonſtratio falſa temporis an Viciet legatum.*

In Chriſti nomine. Quidam Ioannolus fecit ſuũ nuncupatiuum teſtamentum, de quo apparet publicum inſtrumentum in quo legauit cuidam Marcheſio omne ius, quod ipſe teſtator haberet in certis bonis, & rebus iacentibus in loco, & territorio Romantini acquiſitis per ipſum teſtatorem à ſupraſcripto legatario: vt dixit conſtare publico inſtrumento manu Gulielmi Languidi confecto. 1300. die menſis. obiicitur, quod non valet legatum: quia in 1300. &c. nullum apparet acquiſitum factum
1 per dictum teſtatorem in aliquibus rebus, vel bonis, † quæritur quid iuris: & videtur, quod dictum relictum non valeat: quia res non ſpecificata, & falſa demonſtratio temporis vitiat legatum incertum, quia non conſtat de corpore. Sed contrarium eſt verum: quia res ſunt certæ per relationem ad certum inſtrumentum, vt Codic. de ſen. quæ ſine certa quanti. leg. hæc ſententia, & ff. de verbor. oblig. l. vbi autem non apparet. §. qui vero à Titio. nam cum vnica tantum appareat fuiſſe facta emptio, redditur demonſtratio certa, vt ff. de libe. & poſthu. leg. 1. & 2. ad hoc. ff. de fundo inſtru. leg. fundus, qui locatus. & ff. de leg. 3. l. patronus. §. 1. Præterea iſta ſcriptura iſtius legati non eſt erronea, ſed imperfecta, vt patet per ſpatium dimiſſum inter literas, & literas. & non eſt iſta imperfectio ſubſtantialis, & ideo non viciat, vt ff. de leg. 2. leg. cum pater. §. cum imperfecta. Item nec ambiguitas, quæ per alium certificatur, habet nocere, vt Cod. de teſt. l. ambiguitates. vbi eſt caſus. & ff. de leg. 2. leg. cum pater. §. viros. & Cod. de inſtit. & ſubſti. l. pe. Item vna ſcriptura ſuppletur per aliam, vt ff. de hæred. inſti. l. aſſe toto. & ff. de condi. inſtit. l. illa ſubſtitutio. & ff. de re iudica. l. in ſumma. ad idem facit, quod not. in l. fin. C. de erro. aduoca. Ego Baldus.

CONSILIVM C.

1 *Reſeruationes iurium in ſententia ſi quæ competunt, non impediunt executionem ſententiæ.*

In Chriſti nomine. Egregie & honorande do. mi. Cum quædam ſñia lata fuit per me in qõne vertente inter Monium de Retegno ex vna parte, & Beatriſinã de la corte ex alia, & in fauorem ipſius matrimonij: à qua quidẽ ſententia extitit pro parte dictæ Beatriſinæ appellatũ, & de nullitate propoſitum: ſuper qua appellatione ꝓnunciatum fuit primã ſententiã firmam remanere, & dictam appellationẽ eſſe deſertã, reſeruatis tamen eidem Beatriſinæ omnibus exceptionibus, & defenſionibus contra dictam ſententiam, ſi quæ competunt, vt ex forma dictæ ſententiæ apparet. modo petitur, executio dictæ ſententiæ, opponitur per partem aduerſam dictam ſententiam eſſe nullam, & nullius valoris ea forma, quæ dicebatur in cauſa appellationis ꝓpter reſeruationem prędictã. Ex his quæritur, quæ ſint partes meæ in exequendo dictam ſententiam: & ſuper his placeat veſtrũ conſilium in ſcriptis trãſmittere. In primis viſis dictis ſententiis, & omnibus allegationib. in dicta cauſa, ego Thomaſius

de Cumis licentiatus in iure ciuili, datis Vgeriæ die 13. Septem.
1 † reſpondeo, quod nullæ exceptiones competunt nec compe-
tere poſſint: ex quo ſententia tranſiuit in rem iudicatam, fien-
da eſt executio dictæ ſententiæ: & reſeruatio non valet, quia ni-
hil inuenit reſeruandum, & ita determinat ſtatutum. Item im-
poſſibiles reſeruationes nullius ſunt momenti, vt not. C. de ſa-
croſanct. eccle. authen. ingreſſi. & C. de fruct. & lit. exp. l. termi-
nato. & ff. de leg. 1. l. ſi quis ita legauerit. & ſic non ob. quod not.
in leg. Labeo. ff. famil. erciſcun.

## CONSILIVM CI.

1 *Quando dubitatur, an vna ſit ſtrata, vel plures teſtes contrarij non poſſunt argui de falſo, & quando teſtes reprobentur.*
2 *Si quidam teſtes dicant, quod viderunt aquam mundare, et alij quod non, an tales teſtes dicantur falſi.*
3 *Quando dubitatur de ſitu loci, an iudex poſſit committere duobus expertis in arte, qui hoc videant & an ſtabitur eorum relationi.*
4 *Iudex an poſſit deuenire ad torturam, vt veritas eliciatur à teſtibus.*
5 *Teſtis, qui depoſuit falſum, quod non iuuat producentem, an poſſit puniri de falſo.*
6 *Teſtis, qui dixit in vna inſtantia falſum, in alia aliud, an poſſit puniri de falſo.*

In Chriſti nomine. Quidam teſtes depo-
ſuerũt, quod quædam
ſtrata erat ſic deſtructa, quod per eam certis tpibus non pote-
rat iri cum plauſtris, & bobus: alij dicunt, ꝙ nõ poterat iri com-
mode, ſed pro maiori parte dicunt, ꝙ erat ita guaſta, ꝙ non po-
terat iri cum plauſtris, & bobus certis temporib. accuſati ſunt
teſtes de falſo, qui teſtes dicunt, ꝙ dicto tpe plures iuerunt, &
viderunt ire multas perſonas cum bobus, & plauſtris oneratis,
& non oneratis. Item dubitatur, vtrum ſit vna ſtrata, vel plures.
Item dubitatur, quot teſtes reprobent teſtes. † Rñ. ſi dubium
1 eſt, an ſit vna ſtrata, vel plures, non eſt probata falſitas, vt extra
de teſtibus. c. cum tu fili. & de fid. inſtr. ca. cum Ioan. erem. Item
ſi certum eſt, quod eſt vna ſtrata tantum, tamen iſti teſtes non
ſunt contrarij: quia nõ ſequitur, quod aliqui iuerunt, ergo om-
nes ire poterant, vel maior pars, vt ff. de verbor. obli. leg. conti-
nuus. §. 1. Et optime facit, quod not. Iac. Butr. in leg. 2. C. de erro.
aduocatorum. & Bart. in leg. in inſulam. ff. ſolu. mat. & ff. ſi cert.
pet. leg. 2. §. item mutui. & Iaco. Butr. in leg. ſed ſi poſſeſſori. §. &
ſi iurauero. ff. de iureiur. & per Bart. ff. de noui ope. nunt. l. non
ſolum. §. ſed vt probari. Item ex quo erat guaſta, non poterat iri
commode, vt ff. quemadmod. ſerui. ami. leg. ſi locus. §. fin. & ff.
de reli. leg. ſi quis ſepulchra. Item id, quod non poteſt commo-
de fieri, non dicitur proprie poſſe fieri, vt ff. de ver. ſigni. leg. ne-
pos Proculo, de numero autem teſtium dicendum eſt, quod v-
nus teſtis reprobatur per duos: & duo per quatuor, vt not. in ſti.
de inuti. ſtip. §. item verborum. & not. in d. c. Io. & C. de fide in-
2 ſtru. per Cy. & alios. † Item quidam teſtes dixerunt, quod vide-
runt aquam inundare ſuper quandam vineam: alij dicũt, quod
nunquam inundauit, qui erant vicini: & quod nunquã potuiſ-
ſet inundare, quin ipſi vidiſſent. Quæritur, quid iuris: vtrũ ſint
falſi illi, qui dicunt, quod viderunt inundare? hic conſidera, qđ
iſti deponunt negatiuam quam probare nituntur etiam per na-
turam, & etiam per ſitum loci: quia aqua poterat decurrere per
3 planum, & ideo nõ poterat deſcendere ad dictam vineam. † Et
circa hoc quæritur, vtrum iudex poſſit cõmittere duobus ex-
pertis in arte, qui hoc videant: & vtrum ſtaretur eorum relatio-
ni? Rñdeo, ſi teſtes deponunt negatiue eo modo, quo iſti depo-
ſuerunt, nõ probant: quod dictum eorum eſt aliqualiter ſuſpe-
ctum, niſi iuuetur per oculorum inſpectionem, & per naturam
loci, vt not. poſt gl. or. per Dy. in l. 1. §. 1. ff. de iti. actuq; priua. Sed
quia addunt rationem naturalem, debet iudex ire ad locũ cum
peritis viris, & ſubiicere rem oculis, vt in l. ſi irruptione. §. ad of-
ficium. ff finium regu. & l. ſemel. C. de re mil. & in Authenti. de
non alie. §. quod autem. col. 2. C. de admi. tut. in l. lex quæ tuto-
res. ff. de offic. proconſ. leg. ſi in aliquam. teſtes autem non poſ-
ſent repeti, nec aliquid declarare, cum cœperit de teſtificatio-
nibus diſputari, vt not. in Authen. de teſti. §. quia vero. declara-
re poſſent tamen verba, ſi verborum aptitudo, vel incertitudo
pateretur, vt not. Innocen. extra de teſt. ca. cum clamor. dum
tamen neutri parti facerent præiudicium, vt ff. de proba. ca. in
præſentia. & extra de accu. c. cum dilecti. licet ad excuſationem
falſi valerent: & in dubio debet faueri teſtibus affirmantibus
magis, quam negantibus, vt not. ff. de arbi. leg. diem proferre. §.
4 ſi plures. † Vlterius quæritur, an in caſibus præmiſſis poſſit ve-
niri ad torturam, vt veritas inueniatur? Reſpondeo, hoc eſt ſa-
tis arbitrarium: quia tu magis ſcire potes, vt ff. de teſtibus. leg. 3.
§. tu magis. & Cod. de falſis. l. vbi. ff. de quæſtionibus. l. quæſtio-
nis. modo tamen bene iudex poteſt abſtinere à tortura, vbi a-
liqua ratio naturalis poteſt excuſare teſtem, & confeſſio teſtis
debet naturalibus conuenire, vt ff. de interrog. act. l. confeſſio-
5 nibus. † Item quæritur, vtrum ſi teſtis depoſuit falſum, quod iu-
uat producentem, poſſit puniri de falſo. Rñdeo ſic, ſi facit ad
cauſam, vt ff. de falſis. l. ſi quis legatum. dummodo non ſit nul-
lum ex defectu formæ. vt not. in leg. 1. Codi. de ſepul. vio. & Bar-
6 to. in d. l. ſi quis legatum. † Vltimo quæritur, ſi teſtis in vna in-
ſtantia dixit vnum, in alio aliud, quæritur, vtrum poſſit puniri
de falſo? Rñdeo ſic, vt ff. de teſti. leg. qui falſa, vel varia. & præſu-
mitur dixiſſe falſum, in ſecunda teſtificatione quaſi ſuborna-
tus, vt in Authen. de teſt. §. qui vero. & etiam ſi non appareret,
& de neceſſitate ſequitur, quod in primo dicto, vel ſecundo ſit
falſus, licet non conſtet in quo eorum, vt not. ff. de iureiur. leg.
duobus. §. fin. propter tamen iſtud dubium non euadit pœnam
arbitrio iudicis imponendam, eo quod aures iudic. offendit, vt
not. C. de teſt. l. nullũ, facit quod not. in l. 2. C. de ſpor. & punie-
tur per iudicem ſecũdum cuius aures offendit, ff. de fal. l. ſi eos.
& licet acta in vna cauſa non faciant fidẽ in alia inter diuerſos,
vt no. C. de eden. l. 2. contra tamen ipſummet teſtem deponen-
tem fidem facit vt no. Inno. extra de teſti. c. veniens. & in diuer-
ſis inſtantiis iſta tanquam vacillatio potius punitur pœna arbi-
traria, & de iure communi ex mero officio iudicis, quam pœna
iudiciaria, vt Cod. de teſti. l. nullum. Ego Baldus.

## CONSILIVM CII.

1 *Reus quando eſt condemnandus in expenſis, & quando non, & quando puniatur iudex condemnans partem in expenſis, nu. 2.*

1 In Chriſti nomine. † Statutum quod di-
cit, ꝙ victor cõdemne-
tur in expenſis, in quibus de iure debeat condemnari, etiam ſi
habeat iuſtam cauſam litigandi; videtur contradicere ſibiipſi:
nam ſi habet iuſtam cauſam litigandi, ergo non debet condem-
nari in expenſis: iura ſunt no. Sol. iſtud ſtatutum non eſt ſibi ipſi
contrarium, quia licet regula ſit, quod victor non condemne-
tur in expenſis, ſi habet iuſtam cauſam litigandi, tamen inter-
dum etiam ſi habet iuſtam cauſam litigandi, debet condemna-
ri, vt plene not. in Spe. de expenſis. §. nunc videndum reſtat, per
to. eod. tit. §. ſi ante litem. ver. ſunt autem. Iſtud ergo ſtatutũ re-
ſpicit vtrumq; caſum coniunctim, non disiunctim. vbi ergo de
2 iure veniant reficiendæ, reficiantur, vbi vero non, non. † Sed
videamus, reus reportauit primam ſententiam pro ſe; ſecundã
contra ſe, in qua fuit condemnatus in expenſis: tertiam pro ſe,
conuenitur iudex, qui condemnauit in expenſis, eo ꝙ fecerit
litem ſuam, quia non debuit condemnare: & ad hoc probandũ
ꝓducitur prima, & tertia ſententia. Sol. iſtæ ſententiæ non præ-
iudicant ei, quia res inter alios acta alij non ꝑiudicat: ſed debuit
recurri ad acta: nam ſi ex actis ſecundæ cauſæ apparet, quod nõ
debuit condemnare, fecit litem ſuam. ſi autem debuit con-
demnare, vel dubitatur, an debuit condemnare, necne, non fa-
cit litem ſuam: quia ita demum facit litem ſuam, ſi iudex ſciue-
rit: aliter non. hoc not. in Authen. de iudi. §. oportet. colum. 6.
decretum autem domini non contradicit, quia refert ſe ad ius
&c. Ego Baldus.

## CONSILIVM CIII.

1 *Nuda proprietas quanti æſtimetur: & quanti emphyteuſis perpetua.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, qualiter
debeat æſtimari nuda
proprietas, & qualiter emphyteuſis perpetua? Reſpondeo, nu-
da proprietas debet æſtimari, quanti emphyteutæ cõmuniter
eſſent empturi proprietatem nudam, qui ſuper hoc poſſent
examinari: nec eſt hæc teſtificatio ſingularis, ſed cõmunis mul-
torum emphyteutarum, vt not. Cyn. in l. vnica. Cod. de ſenten-
tiis, quæ pro eo, quod intereſt. ad fin. emphyteuſis autem æſti-
mabitur, quanti communiter vendi poſſet: quod eſt facile ſci-
re, & maxime per ſubhaſtationes: quia res tm̃ valet, quantum
vendi poteſt ſcienti eius conditionem, vt plene legi. & not. in l.
2. C. de reſcind. vendi. Quidam autem ruſticano modo faciunt
iſtam æſtimationem, ſ. quod nuda proprietas valeat tertium
denarium.



denarium. Sed iſte modus nullo modo probatur: primus autem
modus eſt iuridicus. Ego Baldus.

## CONSILIVM CIIII.

1 *Sex requiruntur ad conualidandum contractum.*
2 *Quod ſoli Principi competit, impoſſibile reputatur.*
3 *Depoſitum factum ex turpi cauſa peragenda non valet: & debet reſtitui deponenti.*
4 *Dictio ſubſequenter.*

1 In Chriſti nomine. † Sex ſunt, quæ habent
ſolidare contractum. ſ.
creditor, debitor, res, cauſa, exiſtentia conditionis & impletio
modi, ſeu finalis cauſæ. Creditor nanq;, & debitor ſunt corre-
latiua: & vnum ſine altero eſſe non poteſt, vt in l. 1. ff ſi cer. pe-
tatur. Res debet eſſe talis, quæ in ſtipulationem poſſit deduci:
non res ſacra, non homo liber, nec alia, quæ in cõmercio non
ſunt, vt ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. cauſa, de-
bet eſſe poſſibilis, vt ff. de actio. & obli. l. non ſolum, & honeſta
ac rationabilis, vt ff. de excep. doli. l. 2. §. circa. & finalis, nõ per-
functoria, & impulſiua, vt ff. de dona. l. 2. §. ſi. Itẽ non inhoneſta,
vt ff. de pactis. l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. ff. de verb. obl.
l. ſi plagij. ff. de actio. & obli. l. ſi. ff. de condi. ob turpem cauſam.
l. 1. cum ll. ſequentibus. Conditionis exiſtentia requiritur, quia
alias non naſcitur obligatio, ſi conditio deficiat: quod eſt ſiue
per contrarium exiſtat, ſiue certum ſit de iure exiſtere nõ poſ-
ſe: vt ff. de verbo. ſig. l. cedere diem. ff. ſi cer. pe. l. proinde. modus
debet impleri, vt ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. C. de trãſa.
l. cum mota. & l. ſiue apud acta. ff. de cond. & dem. l. quibus die-
bus. §. ſi. ff. de leg. 3. l. ſi tibi. Modo dico, ꝙ ex omnibus his deficit
contractus, de quo quæritur. primo ratione creditoris, & debi-
toris: quia nemo fuit pactus, vel ſtipulatus noĩe A. vt inſti. de in-
uti. ſtip. §. alteri. & no. in l. 1. ff. de pac. non obſt. l. Publia. in prin.
ff. depoſiti. quia ibi habet locum pœnitentia deponentis? ſed ſi
non pœnitet, tunc loquitur illud principium. hoc not. gl. in l. ſi
pecuniam. in prin. in gl. magna. ff. de cõdi. ob cauſam. nam iſtud
non fuit depoſitum factum vtriuſque partis conſenſu, de quo
loquitur. ff. de dolo. l. ſed oleum. ſed factum de conſenſu ſolius
deponentis, quod re integra poteſt reuocari, licet ſit factum ad
finem dandi alteri. Textus eſt expreſſus, C. de vſur. l. acceptam.
in ſi. Præterea cum aliqd debet hincinde impleri, ſi nõ apparet,
quis contractus ſit, contractus eſt innoĩatus, vt ff. pro ſocio. l. ſi
margaritã. non ob. ꝙ no. ff. de acquir. poſ. l. ſi quis ante, vbi dici-
tur, ꝙ non eſt cõtractus innoĩatus, niſi hoc agatur: quia illud eſt
verum, qñ naturaliter actus cadit in contractũ noĩatum. & fa-
cit, ꝙ no. per Iac. de Areti. in l. 1. C. de iure emphyteutico: ſed in
contractibus innoĩatis qui tendunt ad obligandũ habet locũ
pnĩa, etiam ſi altera pars offerat ſe impleturã, & ꝙ per eum non
ſtat, vt no. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. 1. licet ſecus, qñ tendit ad
liberandum, vt ff. de pact. l. ſi cum fundum. & licet ſit impletus
contractus in aliquo, non tamen in eo, ꝙ eſt magis principale
contractus, habet locum pnĩa, vt d. l. ſi pecuniam. de conditio-
ne ob cauſam. verſic. ſed cum liceat. & ita in caſu noſtro: quia
receſſus eſt præambulum ad finem intentũ. i. ad acquiſitionem
dominij, qm̃ finis eſt impoſſibilis. vñ ſublata oportunitate do-
minij acquirendi, fruſtra de præambulis tractatur. Dixi, qđ re-
quiritur exiſtentia condõnis: & in iſta eſt faciendum magnum
fundamentum: quia verba dicunt, & erit accepta poſſeſſio, do-
minium, & Signoria. Iſtud autem eſt impoſſibile: quia domi-
nium non poteſt accipi ſine iuſſu Cæſaris, vt in c. 1. de notis feu-
dorum. col. 10. & in c. 1. de pace Conſtantiæ. col. 11. Sane merum
2 imperium non eſt in commercio priuatorum, † quia quod ſo-
li Principi competit, impoſſibile reputatur, vt ff. de leg. 1. leg. a-
pud Iulianum. §. fin. vel ſi volumus aliter loqui, poſſumus dice-
re ſic, quod dictus contractus habet in ſe hanc tacitam condi-
tionem, ſi Imperatori placuerit: quia in omni contractu, qui
tangit ius imperij, ſemper intelligitur reſeruata poteſtas Impe-
ratoris, vt in ca. fin. de prohi. alien. feudi per Fede. Sed hoc Im-
perator prohibuit, poſtquam ad notitiam eius peruenit, ergo
tacite conditio deficit. Præterea Imperator prohibendo, ne qs
acquirat, intelligitur prohibere alteri parti, ne tradat, vt ſingu-
lariter probatur in l. 1. C. de cupreſſis ex luc. Daph. li. 11. Quia er-
go ſuperuenit prohibitio in perſona tradere debentis, non po-
teſt ex parte ſua complere contractum, quia eſt perpetuo pro-
hibita. & caſus ſuperueniens ante traditionem nocet poſſeſſo-
ri, vt ff. de peri. & commo. rei venditæ, l. neceſſario. ergo cum
ſit impeditus facto Cæſaris, agere non poteſt: quia nec tradere
poteſt. Præterea promiſſio intelligitur rebus ſic ſe habentibus:
non autem cum interuenit prohibitio ſuperioris, vt ff. de con-
di. ob cauſam. l. quod Seruius. ff. de lege commiſſoria. l. mulier
3 fundos. † Ex quibus omnibus, & ſingulis apparet dilucide, qđ
dictum depoſitum debet reſtitui deponenti: eo etiam addito
ad confirmationem prædictorum, quod deficit cauſa finalis, vt
ff. de condi. indebi. l. damus. & hæc concluſio certiſſima eſt, &
vera. Item not. quod pondero illa verba, accepta poſſeſſio, do-
minium, & Signoria vigore dictorum pactorum: pondero hoc
verbum, vigore. ſed hoc eſt impoſſibile, niſi conſilia commu-
nis Ianuæ ex certa ſcientia hoc faciant: nam quod de facto fit,
non videtur factum vigore pactorum. vt ff. de condi. & demon.
leg. præterea dicta pacta non habent vigorem, propterea illa
verba confecta &c. faciunt conditionem, quæ nõ poteſt exiſte-
re: nec etiam idem fieri inſtrumentum, vt in d. c. Imperialem. de
prohibita alien. feud. & in Authenti. de non alien. §. quia vero
Leonis. Ego Baldus.

## CONSILIVM CV.

Ad idem.

In Chriſti nomine. Verba dicunt: ſi con-
tingeret legatos rece-
dere in diſcordia: & ſubſequenter contingeret, ꝙ A. recederet,
& eam derelinqueret, & in eius locum poneretur. G. quod de
quodam depoſito dictus recedens de Signoria debeat habere
quinquaginta. Modo de receſſu primo legatorum extitit con-
ditio: de ſecundo nondum, imo eſt in poſſeſſione Signoriæ, ſi-
cut prius: nec aliquid eſt notificatum ciuibus de ſua intentio-
ne. Quæritur, vtrum dictum depoſitum debeat reddi domino
deponenti? Et dicendum eſt, quod ſic: quia nõ eſt verum, quod
4 ſubſequenter receſſit de Signoria. † Nam dictio ſubſequenter,
habet immediate, vel incontinenti ſignificare, argu. ff. de con-
di. & demonſt. leg. hæc conditio. §. ſi capitolium. nam qui reti-
net poſſeſſionem. non præſumitur habere animum deſerendi
eam, ſed animum continuandi, vt Cod. de proba. leg. ſiue poſſi-
deris. & ff. quibus modis pignus, vel hypothe. ſoluitur. leg. ſicut
§. ſuperuacuũ. & extra de renuncia. ca. ſuper hoc. Sic ergo qua-
tuor ſunt neceſſaria, ſ. cedere, ſeu recedere, ſurrogare, & certio-
rare, & hoc non credo neceſſarium, quia forte hoc non poſſet
facere ſine periculo vitæ. neceſſe eſt tamen aliquo modo fieri,
ita quod de iure valeat, vt not. ff. de leg. 1. l. huiuſmodi. in prin. &
ff. de verbo. oblig. l. quidam. cum filium. & quod hæc fiant intra
modicum temporis, vt ff. de verb. ob. l. ſi ita quis. §. ea lege. & ex-
tra, de electio. ca. ſi alicuius. Item iſtud pactum non eſt licitum,
imo punitur per leg. Iuliam repetundarum, vt ff. ad leg. Iuliã re-
petundarum. leg. eadem. leg. §. leg. Iulian. vbi gloſſ. dicit, qui er-
go accipit pecuniam, vt arenget in conſilio Bononiæ, tenetur
hac lege. & hoc caſu maleficium probatur per inſtrumentum,
& turpis quæſtus nulla petitio eſt, vt ff. de fideiuſſ. leg. ſi à reo. §.
id, quod vulgor. ff. famil. erciſ. leg. cæteræ. ff pro ſocio. leg. nec
quicquam. Ex quibus de primo ad vltimum concludendo li-
quet, dictum depoſitum tanquam ſine cauſa factum debere
reſtitui deponenti, cui non obſtat exceptio turpitudinis, quia
non obſtat domino rei, cui rei vendicatio competit, ac depo-
ſitum remanet in dominio, & poſſeſſione deponentis. vnde
attentis, quod eſt etiam poſſeſſor ipſius, tanquam poſſidentis
potior eſt conditio, vt ff. commod. leg. ſi ita vt ſi fur. & not. in
leg. nam & ſi fur. ff. ſi cert. peta. & concluſio certiſſima eſt, &
vera. & facit. ff. de negot. geſt. leg. qui ſine vſuris. ibi dum dicit,
integram certam fidem, & omni lucro aſſiſtentem præſtare
debent. & ob hoc gloſſ. inuehit alibi contra præfectum de Vi-
co. Illud etiam certe in iſto ſecundo capite depoſiti conſide-
randum eſt, quod propter continuationem contractuum in-
telligitur idem finale motiuum ineſſe: quia quæ ordinantur ad
finem, regulantur ſecundum naturam finis, vt ff. de ſponſali-
bus. leg. oratio. & propterea iſtud ſecundum caput inficitur,
& vulneratur à primo capite: quia dicta in prioribus in poſte-
rioribus continuari creduntur, vt ff. de verbor. oblig. leg. Ti-
tia. §. idem reſpondit. ff. de proba. leg. cum factum. ff. de pac. leg.
item quia. §. idem Iuliano. & extra de appel. cap. Secundo re-
quiris. & ideo cum appareat de improprietate eius, qui vult
lucrari ex depoſito deteſtabili lucro: & ſic perpetua obſtet ſibi
exceptio doli, merito depoſitum debet reſtitui deponenti ra-
tionibus, & cauſis ſuperiorib. expreſſis: non enim poteſt ius al-
teri ac-

teri acquiri ex contractu, quod illicitis pactionib. informatur
etiam ſi fuiſſet interpoſitum iuramentum, vt extra de foro cõ-
pe.c.ſi diligenti.§.vlti. C.de legi. & conſti.l.non dubium, C.de
agri.& cenſi.l.quemadmodum.li.11.ff.de leg.1.l. ſi quis inquili-
nos.§.vlt.Item eſt ſciendum, quod in hoc iuris articulo, in quo
tps Signoriæ conſumitur curſu, vt dicit illa decretalis notabi-
lis, extra de iudic.c.fin.non habet locum in purgatione moræ.
Item nec ratificatio conſumpta conciliat, vt l.fin.§.1. ff.rem ra.
haberi. Ego Baldus.

CONSILIVM CVI.

1 *Teſtis deponens extra capitulum, dummodo dicat falſum, qua pœna puniatur: & quæ requirantur in teſte.*
2 *Purgatio moræ non admittitur, vbi eſt dies, & pœna.*
3 *Dictio, vt, ſignificat finalem cauſam.*

In Chriſti nomine. Cum peteretur quædã
pœna à quodã promiſ-
ſore facti, qui promiſerat facere quoddam opus infra certum
tps, & ille diceret ſe infra tps opꝰ perfeciſſe, & produxit ad hoc
probandum quendã teſtem nomine. A. ille teſtificãdo dixit, ꝙ
ꝓmiſſor perfici fecerat opus ꝓmiſſum, tamen non bene recor-
dabatur, vtrum in termino: ſed dicebat, quod & ſi non fuiſſet in
termino fuiſſet parum poſt perfectum, & cõſumatum. Accuſa-
tur de falſo, & probatur, quod nec ante, nec poſt opus fuit per-
1 fectum. † Quæritur, qua pœna iſte falſus teſtis ſit puniendus
præſuppoſito, quod in loco iudicij ſit quoddam decretum mu-
nicipale domini, quo cauetur, quicunque dixerit falſum teſti-
monium, vt aliquis condemnetur, vel abſoluatur in cauſa cri-
minali, vel ciuili, puniatur pœna linguæ. & alio ſtatuto munici-
pali cauetur, quod ſi quis falſum commiſerit aliter, quam lege
municipali cauetur, puniatur in iure, vel perſona arbitrio ptã-
tis. & vr̃, quod iſte debeat puniri pœna linguæ: quia in vtraque
diſiunctiue falſum dixit: & ſic eſt de neceſſitate falſus: quia hæc
orõ, illud, aut illud, eſt de neceſſitate falſa, ſi. nec hoc, nec illud,
vt ff.de re.du.l.ſi is, cui ducenta.§.cum ita.& §.vtrum. In contra-
rium videt̃ mihi, quod ſit veritas, nam quoties ſcriptura hẽt du-
as partes, debemus ipſam diſtinguere per ipſas partes, vt ff. de
condi.& demon.l.hæc ſcriptura. & ff.de arbitris.l. Celſus.§.idẽ
ait.& extra de dolo & contu.c.dilecti.& ff. de leg.1.l.quidam te-
ſtõ.in princi. & C.quando dies leg. ced.l.ex verbis. Modo acci-
piamus ſingulas partes iſtius teſtificationis: & primo primã o-
peris perfecti in termino, & in hac teſtis non eſt falſus, quia ſup
hac non vult deponere, nihil deponit per certum ſenſum cor-
poris, nec per memoriã, quæ requiritur in teſte. nam vt elegan-
ter dicit text.ff.de furt.l. quidam tabularum. in teſte requiritur
pñtia, ecce ſenſus, & memoria, ecce recordatio. vnde ſi teſtis di-
cit ſe non recordari, vel non bene recordari, ideo non dicit fal-
ſum, quia non deponit falſum, nec vult deponere falſum, & hoc
quo ad iſtam particulã, quæ reſpicit factum in tpe congruo. ſe-
quitur alia particula, quæ loquitur de facto poſt terminum: vbi
duo ſunt conſideranda. Primum eſt, quia quando tps eſt de ſub-
ſtantia agendi, vel defenſionis, debet probari factum tpe con-
gruo, vt ff.de neg.geſt.l.eum actum. C. de proba.l.matrẽ tuam.
C.de pe.hær.l.ſi poſt motam. & plene notatur per Bar.ff. de no-
ui op.nun.l.non ſolum.§.ſed vt probari. & c.vlt. de reſcri.in cle.
Secundo eſt conſiderandum, ꝙ iſte teſtis nõ deponit falſum in
cauſa: quia cauſa fundatur ſup termino, non ſuper eo, ꝙ eſt ex-
tra terminum, vt ff.de fideicom.lib.l. Thais ancilla.§.intra.cau-
2 ſa.n.ſup qua teſtificabatur, erat cauſa pœnæ: † & quia erat dies,
& pœna, non admittebatur purgatio moræ, vt C.de contrah.&
commit.ſtip.l.magnam.& ff.de act.& obl.l.traiectitiæ.§. de il-
lo. licet Legẽtes in cathedra quandoq; teneant opinionẽ con-
trariam: tamen in practicãdo debemus ſeruare opinionẽ ſemp
apꝓbatam, & citramontanam: alioquin expreſſio termini ni-
hil operaret̃: ꝙ eſt falſum, vt l.1.ff.de penu.leg.omnis.n.qui ap-
ponit terminum expreſſum, ſe aſtringit ad ipſum: nec.n.æqui-
tas ꝑtoris proficit, niſi in ſtipulationibus prætoriis, vt ff.ſi quis
cau.l.& ſi poſt tres. hoc ergo præmiſſo tanquam euidenter ve-
rum, ſequitur de neceſſitate, ꝙ teſtis depoſuit extra articulum,
& extra cauſam: & cõñr ſequitur, quod depoſuit non iuratus,
& lite non conteſta.ſuper eo, ſup quo deponit, quare iſtud non
eſt proprie teſtimonium, ſed ſunt quædam verba enunciatiua.
& in teſte falſitas idem eſt, quod periurium. C.de epiſc. & cle.l.
presbyter. vnde de primo ad vltimum concludendo verba de-
creti hic ceſſant, quia non depoſuit in cauſa. Item quia non de-
3 poſuit, vt aliquis condẽnetur, vel abſoluatur. † & dictio, vt, ſigni
ficat finalẽ cauſam, vt patet in omnib. quatuor cõtractibus in-
noĩatis, vt ff.de pręſcr.verbis.l.naturalis, & in teſtĩs.vt ff.de adi-
men leg.l.alumnæ.§.Seia.& hoc verum, qñ apponit̃ in vim cau-
ſæ aptæ ꝓducere ſuum cantum, alias eſſet cauſa impulſiua, vt ff.
de don.l.2.§.fi.C.de epiſ.& cler.l. gñaliter. ſed interdũ ponitur
in vim ſimilitudinis, & iſtud non facit ad ꝓpoſitum, vt ff.de leg.
2.l.vt hæredibus. Præterea iſta teſtificatio peccat in forma eui-
denter exactis, & in maleficiis, quæ requirunt certam formam,
omiſſio formæ ſaltem hẽt maleficium minuere, vt ff. de furtis.
l.ſi is, qui.§.ſi tu Titium, niſi lex ſe expreſſe vlterius extendat, vt
C.de furtis.l.ſi quis ſeruo. Nõ obſt. dictũ Bar.in l.ſi quis leg. vbi
dicit, ꝙ teſtis non excuſatur, licet dictum ſuum parti nõ patro-
cinetur, vt in teſtõ, in quo filius eſt ꝑteritus, vel omnimodo ex-
hæredatus: nam illud teſtm̃ non eſt omnimodo nullum, cum
poſſit cõfirmari, vt in l.filio pręterito.cum materia. apparet igi-
tur dictum teſtem puniri nõ poſſet pœna linguæ, ſed pœna ex-
traordinaria arbitrio poteſtatis. Ego Bald.

CONSILIVM CVII.

1 *Stante ſtatuto, quod nullus det incredentiam militibus, aliter non valebunt ab eis exigere: & quod omni menſe fiat proclama de hoc, ſi deeſt per vnum menſem quod non fuerit factum proclama, pro debitis factis eodem menſe tantum Capitaneus tenebitur.*

In Chriſti nomine. Magnificus dñs Mala-
teſta de Malateſtis Ca-
pitaneus Generalis gentis armorum cõmunis Bononiæ habe-
bat in brigata ſua quendã militem Hiſpanũ, qui quædã debita
contraxit cum ſingularibus ciuibus Ciuitatis Bononiæ: & dein-
de dictis debitis non ſol. furtiue receſſit: ante tamen eius receſ-
ſum præfatus dñs Capitaneus ſingulis menſibus fieri fecit pro-
clamationes, & cridas iuxta tenorem ſtatutorum, & pactorum:
excepto ꝙ de menſe Iulij proxime præteriti non apparet aliqua
proclamatio in ſcriptis, & hoc ex eo, quia officialis, qui debe-
bat fieri facere proclamationes, requiſitus noluit eas fieri face-
1 re. † Quæritur, quid iuris: verba cõductæ talia ſunt: quod ſi fie-
ri fecit præconium per ciuitatẽ Bononiæ, quod nullus debeat
mutuare, aut credentias facere alicui de ſua Brigata abſq; licen-
tia ipſius, tunc non teneatur pro illis de Brigata, de cuius præ-
conij commiſſione, vel relatione appareat ſcriptura &c. Item
ſi dictus Capitaneus, miſerit, & fieri fecit proclamationes, &
cridas omni menſe, de quibus conſtet penes officiales condu-
ctæ, non poſſunt fieri retentiones ad inſtantiam alicuius &c.
prout in ſtatutis, & pactis ſerioſius continetur. Ad quod quæſi-
tum rñdeo, quod dictus Magnificus non tenetur, niſi pro illo
menſe, in quo non apparet crida, & non pro aliis menſibus, in
quibus eſt ſeruatum ſtatutum, & pactum, & hoc per l. ſi ſterilis.
§.fi.ff.de act.empt.nõ obſtãt illa verba, omni menſe, ſed ad hoc,
vt in nihilum teneatur, requiritur, ꝙ omni menſe, ſed ad hoc,
vt non teneatur, niſi proportionaliter pro tempore moræ, ſuf-
ficit particularis diligentia ad illius temporis excuſationem, vt
ff.quorum leg.l.ſi duæ res. & ff.de his, quibus.vt indig.l. reſcri-
ptum.& l.in ſingulis.ff.ad l.Fal.& in l.vlti.ff.de eo, quod cer.lo-
co.& ff.de pig. actio.l.ſi neceſſarias.§.ſi annua. ff.de penu.leg.l.
1 in fi.& ff.de rebus dub.l.ſi is, qui ducenta.§.cum ita. quia in il-
lis legibus requirebatur copulatiue diligentia, & obſeruantia
omnium clauſularum, & tporum. & facit. ff.ſi cer. peta.l.lecta.
ſed hic eſt aduertendũ: quia debet conſtare, ꝙ dicta debita fue-
rint contracta illo menſe, quo non fuit facta crida, qa ille men-
ſis tm̃ eſt ſub obligatione, vt ff.de neg. geſt.l.eum actum. à quo
menſe non excuſatur dictus Magnificus, licet alteri cõmiſerit,
vt ff.mandati.l.idemq; §.ſi tutores. ſed ab aliis menſib. immunis
eſt, vt ff.de nau.cau. ſtabu.l.fi.§. item ſi ꝓdixerit. & ff. de inſtito-
ria.l.ſed & ſi pupillus.§.ꝓſcribere. Ex his apparet, ꝙ qñ produ-
cuntur dicta debita ad hoc, vt dictus fugitiuus poſſit carcerib.
detineri, requiritur, ꝙ coram ptãte Bononiæ ex cõmiſſione Il-
luſtris, & Sereniſſimi Principis Dñi Ducis Mediolani, ſeu eius
officialium, Ptãs Bononiæ ſcripturas ꝓbantes trãſmittat: ſigna
etiã ipſa cum ſcripturis mercatorum, quæ ſcripturæ faciant fi-
dem Bononiæ ſaltem ſemiplenam, vt no.ff.de iureiur.l. admo-
nendi.& in Authen.de exhib.reis.§. etiam quidam officiales.&
qui noluit facere fieri cridas, proculdubio tenetur dcõ Magni-
fico, vt C.de magiſtrati. conueniendis.l.fi. Ego Baldus.

CONSI-



CONSILIVM CVIII.

1 *Adulta an poſſit augmentum dotis facere in rebus immobilibus.*
2 *Soror ſorori donare an poſſit.*
3 *Feudalia bona an poſſint dari in dotem pro alio.*
4 *An lex.2.C.de reſcind.vend.habeat locum in contractu mercedis.*

1 In Chriſti nomine. † Quęritur, vtrũ adul-
ta poſſit augmentũ do-
tis facere in rebus immobilibus ſine decreto iudicis: & videtur,
quod non, per regulam generalem, quæ diſponit, ꝙ bona im-
mobilia adultorum non poſſint alienari ſine iudicis decreto, vt
l.1.ff.de reb.eorum. cum tota materia ſua: alienatio enim eſt o-
mnis actus, per quem dominium transfertur, vt in l.1.C. de fun-
do dotali. Præterea expreſſum eſt in l.lex quæ tutores.in princi.
Co.de admini. tut. ibi dum dicit, vel in dotem dare, vt ff. de iure
dotium.l.ſiue generalis.in fin. In contrarium videtur: quia cau-
ſa dot. videtur accepta, nõ ſolum quando adulta dat dotem pro
ſe, ſed etiam ſi frater adultus det dotem pro ea eodem patre na-
ta, vt no. Co.de admini.tu.l.non omni. & ff.de admin. tu.l.cum
plures.§.in primis. hanc opi. videtur approbare glo.ord. Co.de
prædiis mino.l.prædia.& facit ff.de tutel.& rõnibus diſtrahen-
dis.l.1.§.ſed nonnullos. Solutio: prima pars eſt vera. quia requi-
ritur decretum: nam ſi minor non põt ſine decreto bona obli-
gare expreſſe, ergo multominus dominium alienare, vt no.in l.
vl. C.de leg.tute. ſed in hoc alij dicunt contrarium: cum iſta hy-
potheca ſit legalis, & neceſſaria. Porro conſtitutio dotis nõ eſt
legalis, & neceſſaria, ſed voluntaria. ergo attenta ratione legis
non poteſt fieri ſine decreto. eſt & alia ratio: quia requirit̃ cau-
ſæ cognitio, vt ff.de minoribus l.in cauſæ.§. dotis.ſ. an ſuppetãt
facultates, & an vir ſit dignus tanta dote. & hæc cauſæ cognitio
ſpectat ad iudicem, vt l.magis puto.§. ne tamen. ff.de rebus eo-
rum. & facit, ꝙ not.in l.1. C.ſi aduerſus dotem. nõ obſtat gl. quæ
eſt in d.l.prædia. quia allegantes non hñt mentem illius gl. nam
illa gl. permittit cum decreto donationem propter nuptias, nõ
ſimplicem donationem, etiã ſi fiat per ſponſalitiã largitatem:
quia ſuper donatione rerum minoris non poteſt interponi de-
2 cretum, vt C.ſi maior factus ſine decreto l.fi.§.cum autẽ. † Item
ſoror ſorori donare nõ põt, cum ſunt adultæ: qa dotare hoc ca-
3 ſu eſt donare, vt C.de do.promiſſione.l.fi. † Item bona feudalia
non poſſunt in dotem dari pro alia, q̃ pro ſe: nec vllo curſu tpis
alienatio roboratur, vt in c.1.de prohibita alienat.feudi per Fe-
dericũ, nec etiam tenet ratificatio feudatarij: quia ꝓhibitus eſt
conſenſus. ꝙ autem ſit feudum, apparet ex priuilegio Corradi,
ꝙ habet nouare, & ceſſare priuilegium præcedentis Imperato-
ris, vt ff.de acqui.poſſ.l.ſi quis ante. & ideo concludo ex prædi-
ctis rationibus dictum augmentum dotis fieri non potuiſſe: &
hoc verum quantum ad virtutem alienationis. de euictione tñ,
vel ad intereſſe tenetur, ſi contractus fuit celebratus cum igno-
rante, vt ff.de contrah.emp.l.& liberi hominis. ſecus ſi cũ ſcien
4 te, vt no.C.fami.er.l.ſi cum familiæ. † Vltimo dubitatur, an lex.
2.C.de reſcin.vendi.habeat locum cum quis eſt deceptus.i.per
errorem vltra dimidiam iuſtæ mercedis: & dicendum eſt, ꝙ ſic,
quia l.2.C.de reſcin.ven. habet locum in omnibus contractib.
bonæ fidei. C.locat.l.ſi olei. C.cõmunia vtriuſq; iudicij.l.maio-
ribus. C.quibus ex cauſis maiores.l. in contractibus. ff.de verb.
ob.l. ſi quis cum aliter. Et confirmo pulchras allegationes ſu-
perius factas per excellentem doctorem Raphaelem Fulgo-
ſium ſocium, & amicum meum. Ego Bald.

CONSILIVM CIX.

1 *Filia, cui eſt relicta dos tantum à patre, an dicatur præterita: & an habeat ius accreſcendi.*
2 *Subſtitutus ita, vt toto tempore poſſit gaudere, an ſit ſubſtitutus in proprietate, an in vſufructu.*
3 *An ipſa teneatur dare libellum hæredi petenti libellum offerri per ipſam filiam ad dictum legatum.*

1 In Chriſti nomine. † Licet filiæ ſit relictũ
pro dote, non tamẽ per
hoc eſt hæres inſtituta, nec habet ius accreſcendi, ſi hæres inſti-
tutus repudiat, arg. ff.de iure dotiũ.l.mulier bona. & ff.de hæ-
re.inſti.l.qui nolebat. C.de hęre.inſtit.l.quoties. & ita intelligi-
tur filia præterita: nec valet teſtm̃ de rigore iuris ciuilis. & hoc
2 quo ad primum punctum. † Secundo quæritur, cum filia fuit
ſubſtituta maſculo ſub hac forma, ꝙ ſuccedat tali modo, quod
toto tpe vitæ ipſius filiæ gaudere debeat dictis bonis, & mortua
dicta filia prædicta bona debeant peruenire in fratrem, ſaluo ꝙ
dicta filia poſſit teſtari de fructibus medij temporis: modo
quæritur, an dicta filia fuerit ſubſtituta in ſolo vſufructu, an in
proprietate? Et dicendum eſt, quod donec viuit, eſt proprieta-
ria, & domina, vt ff. de dona.l. in concubinam.§. ſpecies. & ibi
3 ad literam per Iacob. de Aretin. Tertio, † quæritur, an hæres
dictæ filiæ teneatur reſtituere poſſeſſionem ſine libello, cum
petat ſibi offerre libellum: & dicendum eſt, quod non, etiam ſi
intentetur edictum diui Adriani. nam & in ipſo edicto deten-
tatori debet offerri libellus, nec ante tenetur iuſtificare poſſeſ-
ſionem ſuam, quam oblato libello: quia eſſet procedere præ-
poſtere, vt Cod. de edicto diui Adria.leg.final.§.1. hoc expreſſe
tenet Innocen. & omnes doctor. extra de lib. oblat. capitulo
primo. Ego Baldus.

CONSILIVM CX.

1 *Procurator an poſſit facere incidere dominum ſuum in pœnam falſi propter iuramentum per eum præſtitum: & an videatur habere mandatum à domino, quod contineat iniuſtitiam & fraudem, & quando videatur habere mandatum ſufficiens: & proteſtatio proteſtantibus non nocet.*

In Chriſti nomine. Decreto domini caue-
tur, ꝙ qſcunq; aliquis
prætendens ſe fore creditorem, & ius habere ratione alicuius
crediti ſuper aliquibus bonis apprehenſis noĩe cameræ præfa-
ti dñi compareat ratione iurium ſuorum: ꝙ ipſe talis cõparens,
& de iuribus ſuis docens in cõparitione ſua, & iurium ſuorum
productione & oſtẽſione, iurare teneatur perſonaliter, aut per
procura. habentem ſpãle, & ſingulare mandatũ ad iurandũ, vt
j. videlicet, ꝙ in veritate ipſam cõparitionem, & iurium ꝓdu-
ctionem, & oſtenſionem non fecit, nec facit per malitiã, nec in
fraudem: ſed credens pro certo ſoluere iuſtitiam, & ꝙ inſtr̃a, &
iura, de quibus in ea comparitione, & in ſcriptis datione, &
productione fit mentio, ſunt vera, & non ſimulata, nec ficta: &
quod ipſe talis comparens eſt verus creditor eorum occaſione
in toto, vel in parte. poſſit etiam iurare pro parte. & ſi pro parte
tm̃ voluerit iurare, teneatur ipſam partem clare ſpecificare, &
declarare. & ſubdit dicens inſuper, ꝙ ſi quis falſum, vel non ve-
rum iurauerit ſcienter occaſione prædicta, vel aliqua earum,
quod pro huiuſmodi periurio cadat, & cecidiſſe intelligatur ab
omni iure, qd̃ haberet, vel prætenderet habere in bonis, quo-
rum occaſione comparuiſſet, vt s̃. vlterius ipſo iure, & facto, &
abſque alio proceſſo in pœna quadrupli valoris, ſeu æſtimatio-
nis ipſorum bonorum, ſeu partis, quam videretur ſe indebite
defendere: cuius pœnæ medietas peruenit in cameram, & alia
medietas in accuſatorem, ſeu notificatorem prædictorũ. & et-
iam reputetur ſemper, & vbiq; periurus, & falſarius. Modo qui-
dam mercatores conſtituerunt eorum procu. quendã A. & ſpe-
cialiter ad cõparendum procuratorio noĩe ipſorum coram ma-
giſtris intratarũ dicti dñi, & ad dandum in ſcriptis, & corã ipſis
oſtendendum quælibet inſtr̃a, & iura ipſorum conſtituentium
ſibi cõpetentia contra quendam confiſcatum, & eius bona ap-
prehenſa noĩe dictæ cameræ: & ad dicendum, proteſtandum,
ꝙ ipſa bona ſpectant, & pertinent ipſis conſtituentibus vigore
ſuorum iurium, & ꝙ in ipſis habent potiora iura, quam camera
præfati domini: & ad iurandum ſuper animas eorũ conſtituen-
tium, quod dictam cõparitionem, & in ſcriptis dationem, & o-
ſtenſionem non faciunt in fraudem, nec per malitiam, ſed aĩo
iuris ſui cõſeruandi. & in omnibꝰ, & per omnia, ac de verbo ad
verbum, prout ex forma decretorum præfati domini iurare de-
bent, & tenentur: & faciendum quodlibet aliud ſacrm̃ inde ne-
ceſſarium occaſione prædictorum. Et eſt aduertendum, quod
nõ ſpecificant in ipſo inſtrumento procuratorio, quantã quan-
titatem habere debeant, nec ꝙ inſtrumentũ debent ꝓducere:
verum dicto procuratori tradiderunt quoddã inſtr̃m. 1300. flo-
ren. in quo apparet obligatio cõfiſcati contra dictos cõparito-
res. q̃ quantitas reuera non debebatur tota, ſed pars, q̃ procura-
tor iurauit ſecundũ formam decreti. ex quibus obiicitur dictis
1 mercatorib. mendaciũ, & falſitas. Quæritur, ꝙ iuris? † Et vr̃ in-
dubitanter, ꝙ dicti mercatores veniunt puniendi ſaltem pœna
quadrupli, ꝓut in decreto dñi continetur. & hoc trib. rationib.
prima: quia ꝓcedenti cõgrua dilatione ad deliberandũ ꝓcura-
torẽ conſtituerunt, & ei inſtr̃m tradiderunt, q̃ traditio inſtr̃i ha-
bet vim ſingularis mandati, vt C.de pac.conuẽ.l.fi. nã q tradidit
inſtr̃m ꝓcuratori, vr̃ ipsũ inſtruere, ſiue ĩſtructũ reddere, vt in-
ſtrumentum

ſtrumentum producat, & eo vtatur, nec eſt procuratoris diſtinguere, quia in facto alieno non habet aliam certitudinem veritatis, vt ff. de iniuriis. l. ſed ſi vnus. §. procuratore. & argu. ff. de leg. 1. lege ſeruum filij. §. eum qui chirographum. & quod not. per Gul. de Cu. ff. de pac. l. poſtquam. quod enim fit præcedente deliberatione, videtur fieri ex certa ſcientia, vt ff. de iureiur. l. iuſiurandum. & ad pecunias. & no. extra de diuortiis. c. ex literis. Secunda ratio præſumitur ex verbis mandati ibi, dum dicitur, & in omnibus, & per omnia, ac de verbo ad verbum, prout ex forma decretorum præfati domini iurare debent, & tenentur: per hęc. n. verba ſingula videntur ſpecificata, quæ in decreto domini cõtinentur, vt C. de ſententiis, quæ ſine certa quantitate. l. hæc ſcĩa. & ff. de re iur. l. in ſumma. C. de pręſcrip. 30. an. l. omnes. ff. de verb. ob. l. vbi autem non apparet. §. ſi id, quod à Sęio. ff. de hæred. inſti. l. aſſe toto. Præterea in crimine falſi proceditur ex indiciis ad veritatem inquirendam, vt C. de falſis. l. vbi. ſed iſtud eſt crimen falſi, dicit decretum, ergo ſaltem per viã torturæ eſt à dictis mercatoribus veritas inquirenda, videlicet quo animo, & an dolo fecerint fieri prædicta, nam certe in creditore, qui petit debitum ſolutum ſibi, præſumitur dolus, vt ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. pręſumitur. n. tenere memoriã eorum, quæ fecit, vt C. de contrahen. & cõm. ſtipu. l. magnã. Præterea ſi non eſſent in dolo eſſent in lata culpa, quia certiorare debuerunt procuratorẽ, & mittere eum inſtructum ad cauſam, vt proinde ſciãt, ꝙ procuratorio nomine agat, vt l. 1. §. 1. ff. de edendo. Pręterea ſi puenit ad eos notitia eius, ꝙ fecit procurator, debuerunt ſtatim contradicere, vt ff. de adulteriis. l. ſi adulteriũ cum inceſtu. C. de ince. nup. l. cum ancillis. & no. in l. 2. C. de erogatione militaris annonæ. li. 12. Alioquin vr̃ ratum habere, vt no. in l. q. n. §. 1. ff. rem ratã haberi. Sed his non obſtãtibus videtur mihi, ſalua ſubſtãtia veritatis, ꝙ dicti mercatores non inciderint in decretum domini: & hoc primo per regulas gñales. nam regula eſt, ꝙ procurator non poteſt facere incidere dñm in pœnam, niſi habeat ſpeciale mandatũ, vel dñs ſup hoc certioratus ratificet. iſte eſt text. ff. ꝙ quiſq; iuris in alterum ſtatu. l. 3. §. ſi ꝓcurator. Præterea nunq̃ videtur habere mandatũ ad committendum falſum, vel quaſi falſum, vt ff. de falſis. l. diuus. §. nec gñalem. Item non vr̃ mandatũ niſi id, ꝙ de iure mandari põt, vt ff. de cond. inde. l. ſi ꝓcurator. §. Celſum. Item lex eſt expreſſa ad literã, ꝙ non vr̃ ei mandatum, ꝙ aliquid facit in fraudem: imo potius vr̃ prohibitum, vt l. ſi pater. ff. quæ in frau. cre. Pręterea iſte ꝓcurator non habuit mandatũ ſufficiens ſecundũ formã decretj: conſiderandũ eſt enim, ꝙ qñq; mandatũ eſt generale, qñq; ſpeciale, qñq; ſingulare: & id eſt ſingulare, ꝙ ſingulariter profertur. i. ꝙ omnẽ pluralitatẽ à ſe excludit, vt in c. 1. de noua forma fidelitatis. colla. 10. Vñ qñcunq; mandatũ eſt ęquiuocum, ꝙ poteſt interpretari plurib. modis, illud mandatũ non eſt ſingulare. Vñ oportet, ꝙ in mandato ſingulari exprimatur cã, perſona, quãtitas, & oĩa, quæ qualitatẽ futuræ litis demonſtrant ad vnguẽ, vt not. Gul. de Cu. ff. ſi quis caut. l. ſed & ſi quis. §. q̃ſitum. & in c. vt circa. de elec. li. 6. in verbo, oĩa & ſingula ſup quo verbo dicit Archi. i. ſingulariter, & ſpecialiter ſpecificata cum omnib. circũſtantiis ſingulorum, vt in c. conſt. de elect. in cle. idem dicit Pau. de Leaza. ſed iſtud mandatũ non fuit ſingulare, quia non fuit ſingulariter facta mentio de ꝓductione inſtrumẽti, de quo quæritur, nec quo tpe fuit celebratum, nec de quanta quantitate. Porro ꝓcurator dr̃, qui nihil ex aĩo ſuo facit, ſed ex aĩo domini ſolius, vt ff. de manu. vindicta. l. pr̃. nec obſtãt illa verba, & in omnibus, & per omnia &c. quia hanc captioſam formulã & verba artificioſe compoſita interp̃tatio decreti frãgit, vt ff. de tranſact. l. cum aquilianæ. Præterea in mandato ponuntur verba iuridica, ibi, inſtrã, & iura: & ideo non vr̃ mandatum, ꝙ committat mendaciũ, & dolum, nec tantus procurator acceptaſſet, nec acceptauit mandatum, ꝙ pertineret ad iniuriã cameræ, vt ff. de re milit. l. nõ omnes. §. à barbaris. Præterea iſta comparitio fuit facta non ad finem aliquid conſequendi, ſed ad cuiuſdã proteſtationis cõſeruationis iuris ſui: & ad hoc ſolum, vt taciturnitas non noceret dictis mercatoribus: quæ quidem proteſtatio proteſtantibus non nocet, vt apparet ibi, dum dicit, animo ſui iuris conſeruandi: vt ff. de ꝓcurator. l. procuratorem non ſemper. & ff. de religioſis. l. at ſi quis. §. pleriq; nõ ſemper. Præterea nulli eſt dubium, ꝙ procur. fecit bona fide: aliter non facturus. ſcriptura. n. ductus fuit, quæ ſcriptura habet primordium veritatis, vt ff. de interrõ. act. l. de ætate. §. ex cauſa. Ita ꝙ hic nulla fuit malitia, neq; dolus, ſed bona fides, quæ pœnam non meretur, vt ff. depoſiti. l. bona fides. & ff. de cõdi. & demõſ. l. quãuis. Præterea hoc eſt expreſſum in verbis decreti, ibi dum dicit. Si quis falſum, vel nõ verum ſcienter iurauerit: ſed hic nõ eſt ſcientia, neq; dolus, vt C. de falſis. l. nec exemplum. & l. 1. in fin. ff. de abigeis. & l. illud. ff. de liberali cã. Ex quibus omnibus concluditur, quod eſt ſtandum veritati abſq; eo, ꝙ in aliquam pœnam ſit incurſum, vt ff. de iure dotium. l. ſiue gñalis. & ꝙ no. in Auth. de iudicib. §. oportet. colla. 6. & l. filij. ff. pro ſuo. Et hoc dico, ſalua correctione peritorum, & fiſcalis aduocati, quorum correctionib. me ſummitto. Diceret aliqs, per oĩa s̃. dicta non excuſat̃ Thomaſius vnus ex dictis principalibus, qui cõparuerat coram ipſi magr̃is ſuo, & noĩe fratrum, & nepotũ, dicens ſe hr̃e hypothecata, & obligata ipſa bona pro quantitate florenorum mille auri per inſtr̃a rogata in Ciuitate Venetiarũ, ſiue Anconæ, quibus carebat. & quæritur: quia tam breui tpe producere non poterat propter itineris diſtantiam, quare petebat ſibi ſtatui congruam dilationẽ, intra quam poſſet inſtr̃a ipſa producere: & ſubdit, iurans inſuper ſuo, & dictorum nominibus, ꝙ ipſam comparitionẽ non facit in fraudem, nec per malitiam, ſed cauſa ſui iuris conſeruandi: & in omnibus, & per oĩa, ac de verbo ad verbũ, prout ex forma decretorũ, & ordinum præfati dñij ſuper hoc diſponentiũ iurare tenetur, & debet. Ad hoc. n. rñdetur, ꝙ pœna decreti non habet locũ, niſi qñ iuramentum præſtatur in productione, & oſtenſione iurium, ſeu inſtr̃orum. nam verba decreti hoc dicunt clare, ibi videlicet, ꝙ in veritate ipſam comparitionẽ, & iurium productionẽ, & oſtenſionẽ &c. ſed hic nulla fuit facta ꝓductio, vel oſtenſio iurium, vel inſtr̃orum in comparitione ipſius Thomaſij: vnde ſumus extra caſum ſtatuti, quia aliud eſt inſtr̃a producere, aliud verbotenus allegare, vt ff. de edendo. l. 1. §. edenda ſunt oĩa. & ff. de teſtibus. l. ꝓduci. & ff. de arbitris. l. non ex omnib. vnde cum ceſſat ſtatu. ceſſat & pœna ſtatuti. nam & ſi allegãdo attentetur, non tñ conſumatur delictũ, vt ff. ꝙ quiſq; iuris. l. 3. §. hęc verba. & eſt regula iuris, ꝙ vbi lex requirit factũ, nõ ſufficit attentatũ, maxime qñ attentatio non eſt ꝓxima fc̃tõ, & plene nota. in l. ſi quis non dicã rapere cum materia ſua. Item in attentatis, & nõ conſumatis habet locũ pœnitentia, q̃ hic interuenit, & maxime in extraordinariis criminibus, vt ff. de in ius vocando. l. q̃uis. ff. de falſis. l. qui falſam. & no. in l. ex hoc edicto. §. fi. ff. de alien. iudicij. de primo igitur ad vltimũ cõcludendo: qa ceſſant verba decreti, ceſſat & pœna, vt ff. de acq. hær. l. ſi ſeruũ. §. non dixit prætor. Ego Bald.

## CONSILIVM CXI.

1 *Ingreſſus religionem, qui non fecit profeſſionem, ſed in religione diu ſtetit ambiguus, an debeat remanere, an exire, an ad ſeculum remeare poſſit: & ſi non poteſt, an ſaltem poſſit aliam religionem ingredi, & nu. 2.*
3 *Frater minor an poſſit tranſire ad canonicatum regularem.*

In Chriſti nomine. Quidam iuuenis anno 17. intrauit religionẽ, aſſumpto habitu profeſſorũ indiſtincto ab habitu nouitiorũ, ſeu nõ profeſſorũ cum modica deliberatione, animo, & intentione mundũ relinquẽdi, ibiq; ſperans, & intendens perpetuo remanere, qui tamen non credebat, nec intendebat ſe obligare: imo ſemper putauit ſe non eſſe obligatum: & dum eſſet in prædicta religione, nunquã animum habuit obligandi ſe, nec non obligandi: ſed ſic ſimpliciter ibi manebat: qui elapſis duobus menſibus depoſito habitu reuerſus eſt ad ſeculum: poſt aliquod vero tempus deliberauit cum magna maturitate iterum reuerti ad ipſam religionem, & habuit cum fratribus longum 1 tractatum de reuertendo: tñ non eſt reuerſus. † Quæritur vtrũ de iure poſſit ad ſeculum remeare. Reſpondeo, infra probationis annum libere quis redit ad ſeculum, niſi profeſſionem fecerit tacite, vel expreſſe: vel appareat eum vitam voluiſſe abſolute mutare, vt extra de regularibus, & tranſeuntibus ad religionem. c. ſtatuimus. dico igitur quod ipſe in ſua cõſcientia ſpeculetur ſe, & ſi habuit animum omnino derelinquendi ſeculũ, & ſuſcepit habitum, vt ſupra, non põt ad ſeculũ reuerti. Si autẽ hanc conſcientiã non habet, aut nõ ſumus in cõtradictorio iudicio, ſed in foro pœnitentiali, & tunc ſtatur dicto eius, vt not. Inno. extra de iudiciis. c. nouit, aut ſumus in certamine fori iudicialis, & nõ p̃ſumit̃ in dubio, ꝙ voluerit ſe obligare religioni, ſed deliberare. nã annus dat̃ ad deliberandũ, & non p̃ſumitur quis



quis renunciare dilationi pro ſe introductæ, vt d. c. ſtatuimus. in verbo, niſi euidenter. apparere autẽ poteſt euidenter, primò ſi ſuſcepit habitũ ꝓfeſſorum diuerſum ab habitu nouitiorum ſecundò ſi fecit teſtamentũ, vel aliam diſpoſitionẽ de bonis ſuis, tanq̃ moriturus mundo: tertiò ſi appareant alia indicia clara, & certa: vt no. Goff. in d. ti. de regula. in ſumma ſua in 3. col. ibid. Item ingreſſus religionẽ non ꝓfeſſus &c. per habitũ enim indiſtinctũ non ꝓbatur aliqua differentia, vel qualitas, niſi interueniſſet alia declaratio verborũ, vt ff. de relig. & ſump. fun. l. at ſi quis. §. pleriq;. & p̃cipuè in iſto puero, qui ſtabilẽ mentem non habuit: ſed cui facilitas ætatis motiuũ tribuit variandi: nam vt ex themate apparet, primò fuit in opinione perpetuo remanendi, ſecundò nõ fuit in opinione ſe obligandi, & ſic eius animus vacillabat. & licet poſtea habuerit animũ, non tamen animus ille fuit coniunctus cum facto. tractatus enim verborũ obligationem non conſumat, niſi ſecuta ſit reſponſio, vt no. ff. de condi. in d. l. eleganter. in pr. ſup verbo, puto. Qua pp ſi conſcientia non refragãtur, puto iſtũ ad ſeculũ redire poſſe: ſecus autẽ ſi haberet cõſcientiã lęſam: ſuã autẽ conſcientiã nemo nouit niſi deus; & ipſe, vt no. ff. de pac. l. iuriſgentiũ. §. pactorũ. in 1. gl. 2 † Aliud dubiũ eſt ſup dicto Inn. in c. ſignificatũ. extra de regularibus, qui dicit, ꝙ epiſcopus poteſt diſpenſare cum minore. 25. annis, ꝙ tranſeat ad latiorẽ ꝓfeſſionẽ: nam dico dictũ Inn. eſſe verum, licet contra profeſſionẽ minor non poſſit petere in integ. reſtitutionẽ. tum quia ſtatum mutauit, vt ff. de mino. l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. tum quia vtiliter geſſit negotia animę ſuæ, vt no. eo. tit. l. aut p̃tor. in pr. in gl. nunquid ergo. tum quia adultus habetur pro maiore. 25. ann. vt extra de iud. ca. fi. & de hoc in ſpecu. de reſtit. in integ. §. qualiter. verſ. quid ſi maior. & per Pet. & Cyn. C. de ſac. ſan. ecc. auth. ingreſſi. Vltimò ſuper eo, 3 quod q̃ritur, † vtrum frater Minor poſſit tranſire ad canonicatum regularẽ, dicendũ eſt, ꝙ non; quia vitæ canonicorũ eſt regula latior: niſi ex diſpoſitione Papæ, pp altitũdinẽ, & ſingularitatem priuilegij dictæ regulę fratrũ Minorũ, & aliorum mendicantium: facit, quod no. Goffredus in dicto tit. de regularib. in ſumma ſua. §. ſi. qui incipit, in ſumma notandũ eſt &c. & facit ad prędicta. c. vnicũ. de voto. li. 6. & extra de regularib. & tranſeuntib. ad religionẽ. c. 1. li. 6. Præterea eſto, quod prędicatores, & minores infra annum ꝓbationis quenq̃ ad ſui ordinis ꝓfeſſionem recipere non poſſint, eo ti. c. non ſolum. li. 6. dicit tamen ibi gl. ꝙ talis ꝓfeſſio non obligat ordini: ſed obligat religioni in genere. & ideo in effectu ad ea, quæ dixi ſupra in pr. & tunc eſt certiſſimũ, ꝙ poteſt effici canonicus regularis, eum ſit obligatus religioni, & non ordini. Ego Bal.

## CONSILIVM CXII.

1 *Habitatores, & laboratores continui qui dicantur. ſed tu vide in 6. volu. idem conſilium, ſed magis ampliſſimum: & cum ſua poſitione caſus incipit, factum tale eſt, veritas eſt, quod cum olim magnificus. &c.*
2 *Immunitas conceſſa domino, & filijs, an porrigatur ad nepotes, & cæteros deſcendentes.*
3 *Quomodo intelligantur hæc verba, ab angariis, & perangariis, & ab omnibus oneribus appoſita in immunitate.*
4 *Immunitas, de qua ſupra, an extendatur ad bona poſtea quæſita.*
5 *Res ſubrogata ſuccedit in locum rei, in cuius locum ſubrogatur.*
6 *Immunitas conceſſa habitatoribus, an extendatur ad habitatores poſtea ſuperuenientes.*
7 *Immunitas conceſſa per vnum principem an tranſeat ad ſucceſſores eius.*
8 *Verba enunciatiua ex longinquitate temporis prolata faciunt præſumptionem.*
9 *Verba in immunitatibus ſunt ſtricte, & rigoroſe intelligenda.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, qui intelligãtur laboratores & habitatores cõtinui? Reſpondeo, illi, qui anno continuo in laborando, & agricolẽdo deſeruiunt, vt ff. de pub. l. fi. §. quoties. in verbo, anno continuo. nõ illi, qui dietim operas ſuas locant de die in diem: quia iſti non dñr laboratores, & habitatores continui, vt ff. de his, qui deiec. vel effu. l. 1. §. habitare. & in l. 1. ff. furti aduer. nau. caupo. ſtabula. & ff. de cõdi. indeb. l. ſi non ſortẽ. §. libertus. Iſtud autẽ priuilegium in pſona habitatorum, & laboratorũ non durat, niſi quandiu laborant, & habitant, vt ff. de legat. 3. l. qui concubinam. §. vxori meæ. & C. de ſac. ſan. eccle. l. qui ſub p̃textu. & facit. ff. de fun. inſtruc. l. ſi ita. §. mulier. & l. cum quidam duos, & ff. de pig. l. debitor. Secundò quæritur. 2 † an immunitas cõceſſa domino, & filijs pro eo, quod do. Fran. Imperium, quod habebat in ciuitate Placentiæ vna cum corpore ciuitatis, tranſtulit ad illuſtres Vicecomites Mediolani, porrigatur ad nepotes, & cæteros deſcendentes hæreditario iure ſuccedentes: Et videtur, quod non tranſeat ex natura priuilegij attenta ratione recti ſermonis: quia priuilegium eſt perſonale, vt in ca. priuilegium perſonale, de reg. iu. lib. 6. & quod ibi per Dy. & ff. de excu. tuto. l. 2. Item immunitas tendit ad excipiendum, & in facto conſiſtit, & in exceptionibus, & pactis poteſt quis vni hæredi prouidere, & non extenditur prouidentia ad alium hęredem, vt legitur, & no. ff. de pac. l. auus. Sed certe in caſu noſtro videtur poſſe dici contrarium. quia non ſequimur verborum figuram, ſed mentem, vt ff. de ver. ſi. l. quiſquis mihi. nam iſtud non eſt ꝓprie priuilegium, ſed pactum in quo quis videtur ſtipulatus filio vt hæredi, vt no. ff. de pact. l. ſi tibi. §. pactus. & l. tale pactũ. §. fi. fuit enim contractus innominatus, facio, vt facias. & non fuit donatio, nec liberalitas, arg. ff. de do. l. ſi pater. & ſic non obſtat. ff. de aqua quot. & æſti. l. 1. §. ꝓmittitur. Item nõ ob. in Auth. de non alien. §. emphyteuſim. quia ibi loquitur in contractu emphyteutico, qui in aliquo ſapit naturam vſusfructus. Item nõ ob. ff. de do. l. Aquilius Regulus. quia ibi conceſſio cohęrebat perſonæ, hic autẽ non cohærebat perſonę: nec in dubio p̃ſumitur cohęrere, vt not. Bar. de ſerui. lega. 3 l. pater. Tertiò q̃ritur, † quomodo intelligantur hæc verba. ab angarijs, & perangarijs, & ab omnib. oneribus cõis Placentiæ: Reſpõdeo, quid ſunt angarię & perangarię, no. C. de ſac. ſan. ec. l. neminem. & ff. de ver. ſig. l. ferri. nam neq; angariendi ſunt in perſona, neq; in plauſtris, vel ęorũ ſumptibus: vnde nec in collectis, quæ imponerẽtur loco operarũ, vt no. Bar. in l. 4. §. actor. ff. de re iud. Id autẽ, quod ſequitur, & ab omnib. oneribus cõis Plac. ſic exponitur: nam p̃miſſis ſpecieb. i. angarijs, & perangarijs, quę ſunt ſpecies onerũ, ſequitur clauſula generalis, & ab omnibus onerib. ciuitatis. Plac. vnde continet omnia onera, quę dinumerari poſſunt: quæ alij Placentini ſupportant, vt ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſecus ſi imponerentur à principe ex abſoluta principis poteſtate: quia hoc in iſta immunitate non clauditur, quod fit de plenitudine poteſtatis: quia perſona principis ſemper excepta intelligitur, vt in c. Imperialem. §. fi. 4 de prohi. feu. alie. per Feder. † Quarto q̃ritur, vtrum dicta immunitas extendatur ad bona poſtea quæſita? Et videtur, ꝙ ſic, vt ff. de ſeru. vrb. præd. l. ſi ſeruitus. & ff. de fun. inſtru. l. Lucius. In contrarium videtur, & eſt verius, per l. ſi ita. ff. de aur. & ar. leg. nam agitur de magno p̃iudicio reipu. ergo non veniunt futura vt no. C. quæ res pign. obl. poſ. l. fi. nõ ob. l. ſi ſeruitus, quia ibi loquitur de futuris circa rem p̃ſentẽ. i. de futuris luminibus circa rem ſeruientẽ ac dominantẽ. nec mirũ, quia acceſſorium naturã ſequitur principalis, vt ff. de fun. inſtru. l. Seiæ. §. Tyrannę. & ff. de leg. 3. l. p̃dijs. §. balneas. & C. de ſeru. vrb. præ. l. Olimpico. & quod no. C. de ſeru. l. non modus. & C. de ſac. ſan. ecc. l. 5 1. per Cyn. † Et p̃dicta ſunt vera, niſi res nouæ ſunt ſuccedaneæ veterum. i. emptæ ex pecunia reducta ex rebus antiquis, vel ex permutatione: quia in vniuerſalibus res ſubrogata ſuccedit in locum rei in cuius locũ ſubrogat̃, vt ff. de hæreditate vendita. l. venditor hæreditatis. & ff. de petitio. hære. l. ſi rem, & preciũ. & plene no. C. de rei vend. l. mater. ff. de leg. 2. l. Imperator. §. fi. cum l. ſeq. facit. ff. de don. inter vir. & vxor. l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. ff. de pignorib. l. cum tabernã. ff. de condi. & demon. l. filiæ. §. 1. & no. ff. de ver. ſig. l. Labeo, tantũ hoc indiget ꝓbatione fa-6 cti. † Quintò q̃ritur, vtrũ intelligatur de habitatoribus continuis, qui tunc erant: an de quibuſcunq;? Reſpondeo, hæc verba ſunt appellatiua, & conceſſa generi perſonarum: & ideo extenduntur ad quoſcunq;, vt no. Dy. in d. c. priuilegium pſonale. & ideo ſi aliqui laboratores ſunt mortui, vel expulſi, & in locum alij renouati, iſti noui gaudent immunitate veterũ colonorum, argu. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. ff. de condi. & demonſtra. l. filiæ. §. à Titia. C. de epiſc. & cleri. l. 1. C. ne filius pro patre, auth. habita. ff. de iudicijs. l. nõ alias. §. primo. 7 Sextò quæritur, cum iſta immunitas fuit conceſſa per illuſtrem dom. Marcum, vtrum tranſeat ad ſucceſſores eius; Reſpondeo, ſic, ſi ſucceſſorẽ habet in Imperio ſibi cõmiſſo: quia ſub nomine appellatiuo contrahi videtur. ff. de pac. l. iuriſgen. §. pactorũ. & ff. de prob. l. ſi pactũ. Conſulo tamẽ iſtis nobilibus, ꝙ per ſingulos ſucceſſores faciant ſibi immunitatẽ renouari, & quidem gratia eſt, ſi eis conceditur, & iniuria, ſi eis denegatur. hoc tantum reſidet finaliter in pectore dñorum, qui ſunt deuotioni

 & me-

8 & meritis ꝓuocandi: nõ pollicitationibus aſtringendi. † Quæ-
ritur vlterius, vtrum debeat apparere de cõpromiſſo? Et dicen-
dum eſt, ꝙ cum ſit executum, p̄ſumitur præceſſiſſe longiſſimis
temporibus pro eo fidẽ facientibus: nam ex lõginquitate tem-
poris p̄ſumitur pro verbis enunciatiuis, vt no. Cyn. C. de prob.
alioquin oportet fidẽ facere de cõpromiſſo tanq̃ de mandato,
vt legitur, & no. extra de offic. del. c. cum in iure. Vltimò quæ-
9 ritur, † qualiter verba in iſta materia ſint interpretanda? Re-
ſpondeo, in priuilegijs, quæ ſunt contra publicã vtilitatẽ, inter-
pretantur valde ſtricte, & rigoroſe, vt no. Gul. in l. beneficium.
ff. de conſti. pr. ſed nos ſumus hic in via cõtractus, in quo debet
ſeruari bona fides, & æquitas naturalis. verbis tñ congruẽs, vel
cõmuni intellectui loquentiũ, vt ff. de ver. ſig. l. nepos Proculo.
ver. nam qui ambigue loquitur. & l. vt Alphenus. ff. de leg. 3. l. li-
brorũ. §. ꝙ tamen Caſſius. ff. de vſu & habit. l. plenũ. §. æquitij ff.
de au. & arg. leg. l. pediculis. §. argento potorio. & l. Plautius. ff.
de ſuppel. leg. l. Labeo. §. idem Tubero. & §. nec mirũ. & l. 1. eo.
ti. cum materia ſua. & ff. de pact. l. veteribus. & extra de aucto. &
vſu pallij. c. ex tuarũ. & de priuilegijs. ca. porro. ff. de leg. 3. l. Of-
filius, & cætera. Ego Baldus.

CONSILIVM CXIII.

1 *Donatio cauſa mortis, poteſt reuocari: & ſi eſt facta cum pacto, quod non poſſit reuocari, tranſit in ſpeciem donationis inter viuos: & ideo inſinuanda, & renunciari non poteſt legibus inſinuationis.*

2 *Hæres poteſt renunciare quartis ſine inſinuatione: quia eſt plenior reſtitutio. Vide etiam in conſi. 115.*

In Chriſti nomine. Quædam domina Bro-
lia de Cãpo grandi vult
donare omnia bona ſua dominis I. & A. ſecretè, vt conſangui-
1 nei ſui neſciant: & ideo non vult, quod inſinuetur. † Quæritur,
an poſſit? Reſpondeo, ſic, cauſa mortis: tamen poſſet reuoca-
re, vt l. fin. C. de donationib. cauſa mor. Si autẽ donat eo pacto,
vt reuocare non poſſit, tranſit in ſpeciẽ donationis inter viuos,
vt ff. de don. cau. mor. l. vbi ita donatur. & notatur. C. de pact. l.
fi. & ideo ſine inſinuatione non valet vltra legitimã ſummã. Sed
quæritur, quid ſi eſt renunciatum legibus loquentibus de inſi-
nuatione? Reſpondeo, non poteſt renunciari, cum reſpiciant
publicam vtilitatem, ne fraudes cõmittantur, & ne quis prodi-
galiter vtatur ſubſtantia ſua, & quia inſinuatio eſt quædam for-
ma, & quædam ſolennitas, cui non poteſt renunciari, vt ff. de
leg. 1. l. nemo poteſt. & C. de iur. calum. l. 2. §. ſed quia veremur.
Et credo, quod etiam ſi fieret cum iuramento, non valeret vl-
tra legitimã ſummã, vt no. Bart. ff. de fideiuſſ. l. cum lex. ſed po-
ne, quod dono tot poſſeſſiones, quæ valent duo mil. flor. & in
contractu donationis ſpecifico res hoc pacto, ꝙ tot ſint dona-
tiones, quot res, & quod quælibet res intelligatur donata per
ſe: nunquid requiritur inſinuatio: & videtur, ꝙ non, vt ff. de ver.
ob. l. ſcire debemus. & ff. de edil. edi. l. ſi plura. In contrarium vi-
detur. hæc verba adiecta ſunt in fraudẽ legis, vt C. de don. l. ſan-
cimus. §. ſi quis. Iſtam opi. tenet Iac. de Aret. in Specul. de don.
§. quinimmo. idẽ ſi fierent de ſingulis rebus ſingula inſtrumen-
ta ſimul, vel etiam ſeparatim in fraudẽ legis, ff. de leg. 3. l. nomẽ.
§. filio, p̄ſumitur enim fraus ꝓpter immẽſitatem donationis: &
ideo concludit dñs Raynerius de Forliuio, ꝙ nullum conſilium
contra l. ſancimus. poteſt inueniri, & ſi poſſet inueniri aliqua
fraus hoc non pertinet ad virũ perfectũ, ſicut eſtis vos: nihilo-
minus ego cogitabo, ſi ſalua cõſcientia poſſem videre modum.
2 † Renunciare autẽ quartæ poteſt hæres ſine inſinuatione: quia
nõ eſt ꝓpriè donatio, ſed plenior reſtitutio, vt ff. quæ in fra. cre.
l. patrẽ. & l. ſi ſponſus. §. pe. ff. de do. inter vir. & vxo. l. ẽt. forte ſi
eſt quarta debita iure naturæ, per illam l. non. quæ alibi non re-
peritur. C. de inof. teſt. l. ſi qñ. §. fi. Ego. Bal.

CONSILIVM CXIIII.

1 *Stante inueſtitura feudi pro ſe, & hæredibus ſuis, & quibus iura ſua dederint, an mater poſſit ſuccedere filio in feudis.*

2 *Hæredes qui dicantur.*

3 *Hoc vocabulum, affictus, raro reperitur in iure.*

In Chriſti nomine. Quædam moniales fe-
cerunt inueſtituram in
quendam magiſtrũ Iacobũ de quadam domo: ita quod de cæte-
ro dictus magiſter Iac. & eius hæredes, & filius, & quilibet, cui
ius ſuum dederint, habeant, teneant, gaudeant, poſſideant in-
nouando inueſtituram antiquam eiuſdem domus factam in
quendam Facinum, & Zannium ad fictum ſolidorum duorum
anno quolibet: pro renouatione autem inueſtituræ in perſona
emptoris ſolueretur certũ quid: accidit, ꝙ deceſſit dictus ma-
giſter Iac. ex quo remanſerunt deſcendentes, & deſcendentes
1 deſcendẽtium: finaliter deceſſit vltimus relicta matre. † Quæ-
ritur, vtrum dicta mater ſuccedat in dicta domo, ſicut ſuccedit
in alijs bonis dicti ſui filij, necne. Et videtur, ꝙ ſuccedat, quia
2 inueſtitura dicit † de magiſtro Iac. & eius hæredibus. hæredes
autem vocantur in infinitũ, etiam quicunq; extranei, vt ff. de
prob. l. ſi pac. C de hær. inſti. l. fi. C. loca. l. viam veritatis. Præte-
rea illa verba, & cui ius ſuum dederit, hoc videntur importare:
quia ille, qui decedit ab inteſtato, videtur relinquere bona ſuc-
ceſſoribus inteſtati. vt l. 2. ff. de iur. codi. Sed contrarium credo
verius: nam veritas eſt, ꝙ iſte filius, qui vltimò deceſſit, erat in-
fans, qui nec tacite, nec expreſſe potuit concedere matri ſuæ:
vnde illa clauſula, & cui ius ſuum dederit. non habet locum in
infante. porro infans non dicitur decedere inteſtatus, ſed inte-
ſtabilis, vt l. 1. ff. de ſuis, & leg. oportet ergo nos facere funda-
mentum in verbo, hæredibus: ſi volumus dicere, ꝙ mater ſuc-
cedat: ſed iſtud eſt impoſſibile, quia in emphyteuſi eccleſiaſtica
iſtud verbũ, hæredibus, non ſumitur, niſi pro deſcendentibus,
vt in Auth. de non alien. §. emphyteuſim. & eſt glo. ord. ad lite-
ram in l. ẽt. in pr. ff. ſol. mat. & not. per Dy. in l. ex facto. §. fin. ff.
ad Treb. iſtum autẽ contractum eſſe emphyteuticũ, ita vulgus
3 interpretatur, † & naturã pactorũ, licet hoc vocabulũ, affictus,
raro reperiatur in iure. reperitur tñ in c. piſanis. extra de reſtit.
ſpol. Item ſi iſte contractus eſſet contractus innominatus, de-
beret iudicari ſecundũ naturã contractus emphyteutici, quia
ei magis aſſimilatur, quã alicui alij contractui, vt ff. depoſiti. l. 1.
§. ſi quis ſeruũ. Ex quibus cõcluditur euidenter, ꝙ dicta domus
ad monaſterium eſt reuerſa. & hoc verũ eſt, niſi conſuetudo pa-
triæ aliter ſe habeat, de qua cõſuetu. oportet conſtare. Ego Bal.

CONSILIVM CXV.

1 *Donatio facta fratribus an ſit realis, ita quod tranſeat ad hæredes dictorum fratrum.*

2 *Renunciari an poſſit inſinuationi.*

3 *Donatio an poſſit fieri de bonis patris viuentis.*

4 *Dos intelligitur ſecundum facultatem patris.*

5 *Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis.*

In Chriſti nomine. Verba dicunt, dom.
Antonia dedit, dona
uit, renunciauit, & refutauit Mattheolo, & Samparino fratri-
bus ſuis, & filijs domini Iac. & dñæ Luciæ omnia iura, & actio-
nes, quæ, & quas habet, vel habebit, vel habere poterit in om-
nem caſum & vitę, & mortis ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel
alio modo in bonis, ſuper bona, & ad bona paterna, & mater-
na, præſentia, & futura, propria, & emphyteutica: promittens
non reuocare ingratitudinis cã, vel aliqua alia, & promittens
non allegare, ꝙ debuiſſent inſinuari per formã legis, & ſtatuti
cõis Ceſenæ de don. inſinuandis: renuncians expreſſe certifi-
cata per me notarium infra ſcriptũ de dictis legibus, & ſtatutis
cõis Ceſenæ, & omni alij auxilio: & hoc fecit contenta dote
paterna, & de cõnſenſu patris, matris & conſanguineorum. Ac-
cidit, ꝙ dicti Matheolus, & Samparinus deceſſerunt viuente
patre, & matre, & ſororib. Deinde deceſſerunt pater, & mater
ſuperſtitibus dicta do. Ant. & ſororibus, ſorores volunt eam ex-
cludere. Et præſupponitur, ꝙ prædicta omnia fuerunt iuro val-
lata. Quæritur, quid iuris tam in ꝓprijs bonis, q̃ in emphyteu-
ticis, de quibus eſt expreſſa facta mentio in renunciatione p̄di-
cta? Quæritur igitur primo, an dicta donatio fuerit realis, ita
quod tranſeat ad hæredes dictorũ fratrum? Secundò de viribus
renunciationis ſtante ſtatuto, de inſinuandis donationib. Ter-
tiò, an dicta donatio potuerit fieri de bonis patris, & matris vi-
1 uentiũ tunc, & etiam quando deceſſerunt d. donatarij: † Et vi-
detur quo ad primũ punctũ, quod iſta fuerit realis, vt ff. de pro-
bat. l. ſi pactum. In contrarium videtur, quia hic cauſa finalis fa-
cit donationem perſonalẽ, non expreſſio nominis, nam cauſa
finalis fuit fauor fratrum, quæ hoc caſu ceſſat, vt ff. de pac. l. ta-
le pactum. §. fi. & l. quod dictũ. & hoc dictat ratio naturalis, quæ
pro lege hr̃, vt no. Cy. ſecundum Petr. C. de legi. & conſti. l. non
dubiũ. & charitas fraternalis. Item realitas, & perſonalitas pa-
ctorum cõſiſtit in mente, & mens ꝓbatur ratione, vt ff. de pact.
l. iuriſgentium. §. pactorum. Item videtur expreſſum. 10. coll.
ſi de feu. fue. controu. c. Titius cum Sempronio fratre ſuo: &
quia conſenſus patris & matris, fuit verſus fratres, non verſus
alios, arg. in Auth. de reſt. fideicom. §. manifeſtũ. & quod ibi no.
2 † Quo ad ſecundum punctum videtur, ꝙ dicta renuntiatio va-
leat, quia ius municipale eſt ius priuatũ, & poteſt ei renunciari
per regulam generalem. C. de pac. l. ſi quis in conſcribendo. &
C. eo. l. paciſci. In contrarium videtur; quia iuri cõmuni, quod
diſponit de inſinuationibus, non poteſt renunciari: ergo nec
iuri municipali: quia eadem ratio, quæ mouet ius municipale.
ſ. quia non eſt veriſimile, quod quis ſuum iactet. Item quia non
debet permitti, ꝙ quis male vtatur ſubſtantia ſua, & maximè in
3 mulieribus, quæ de facili decipiuntur. † Quo ad tertium pun-
ctũ videtur, quod dicta donatio fieri potuerit, vt C. de pac. l. fi.
In contrarium videtur, quia ex quo deceſſerant donatarij, non
poterat durare conſenſus patris, & matris, de quorũ hæredita-
te agitur, vſq; in id tempus, cum donatarij eſſent mortui, vt ff.
de iure codicillorum. l. quidã referunt. Solutio: omnibus con-
ſideratis dicta refutatio, & donatio non obſtat, quin dicta do.
Antonia ſuccedat cum ſororibus in virili portione facta colla-
tione dotis, quæ ideo debet conferri: quia immediate ſucce-
dit patri & matri, dicta refutatione non obſtante. Et hoc quia
fratres p̄deceſſerunt: vnde non poteſt venire ad ſucceſſionem
patris & matris, ex perſona fratrũ, ſed venit ex ꝓpria perſona:
& ideo debet conferre dotem, vt C. de inoffic. teſtam. l. qm̃ no-
uella. & licet fuerit confeſſa ſe habuiſſe dotem, tamen ſi non
apparet de quantitate dotis, vel quaſi, ſicut aſſolet fieri, quan-
do ingrediuntur monaſterium, iſta incerta confeſſio nõ poteſt
inducere cõputationem, ſiue compenſationẽ, vt ff. de caſtrenſi
4 pecu. l. ſi forte. & l. certam. in prin. ff. de confeſſis. † niſi forte di-
catur, & eſt ſatis rationabile, quod confeſſio dotis intelligatur
de dote ſecundum facultates patris, vt ff. de leg. 3. l. ſi filiæ. & ff.
de iure do. l. cum poteſt. §. gener. iuxta igitur illam quantitatem
debet fieri collatio, & ita teneo. de iuramento autem non facio
5 hic pondus, † quia iuramentũ non ſupplet defectũ inſinuatio-
nis, & quia iuramentũ non operatur vltra intentionẽ contra-
hentium, & quia ſi efficitur caducũ principale, iuramentũ an-
nihilatur, vt C. de non nu. pecu. l. fi. & ff. de leg. 1. l. ſi quis inqui-
linos. §. vlti. ff. de iure pat. l. adigere. §. fi. C. de leg. l. non dubium.
in fi. ff. de pac. l. iuriſgen. §. prætor ait. vt extra de fo. compe. l. ſi
diligenti. §. fi. Ego Bal.

CONSILIVM CXVI.

1 *Duo emphyteutæ inueſtiti in vno inſtrumento an dicantur obligati inſolidum, an pro parte dimidia: & ſi vnus eorum poſtea emerit totum dominium directum iſtius rei emphyteuticæ, res emphyteutica fuerit deſtructa, & refecta per vnum tantum, an poſſit repetere expenſas à conſocio, qui iam emit totum dominium directum. & nu. 4.*

2 *An ſi per ſcripturam appareat de ſolutione fictuum, licet non de inueſtitura, probetur antecedens. ſ. ſcripturam inueſtituræ præceſſiſſe.*

3 *Quoties vnus, & idem actus poteſt ſapere alienationem, & non alienationem, non debet præſumi alienatio.*

4 *Emphyteuta an poſſit agere cond. ind. ad cenſum, quem indebite ſoluit.*

In Chriſti nomine. Columbinus dedit in
emphyteuſim duas par
tes vnius caſtri, & quarundam poſſeſſionum Marſilio, & Cla-
uello in eodẽ inſtrumento pro annuo fictu. 63. lib. Placen. & 10.
ſolidorum: demũ poſt aliquod tempus dictus Colũbinus ven-
didit ꝓprietatẽ ſuam dicti ficti inſolidũ dicto Clauello, cedens
eidem omnia iura ſua realia, & perſonalia, & nominatim ius di-
cti ficti: poſt quæ accidit, ꝙ dictus Marſil. dũ vixit, & poſtmodũ
hæredes ſui poſſederunt, & gaudiuerunt totas duas partes ca-
ſtri, & terrarũ; & omni anno per longũ tempus, & vltra ſolue-
runt dictum integrũ fictum, id eſt, dictas 63. li. & 10. ſolidos den.
Placent. dicto Clauello: demũ in iſto medio tempore fuit de-
ſtructũ dcm̃ caſtrũ tempore guerræ: & tandẽ repoſitũ, & refe-
ctum magnis expenſis dcĩ Marſi. ſeu hæredũ ſuorũ. Ex hoc the-
mate inſurgunt dubia: primo, an hæredes dcĩ Marſilij tenean-
tur in futurum ſoluere dictas 63. li. & 10. ſoli hæredib. dicti Cla-
uelli? Secundo, quid iuris de dictis expenſ. vtrum pro parte di-
midia poſſint repeti per hæredes dicti Marſi. ab hæredib. dicti
Clauelli? Tertio, an per hæredes dicti Marſi. offerentes ſe velle
reſtituere æſtimationẽ mediæ partis fructuũ, poſſit agi condi-
ctione indebiti ad medietatẽ dicti cenſus, tanq̃ indebite ſoluti,
contra hæredes dicti Clauelli? Et vt hæc appareant incipien-
1 dum eſt à contractu ficti. † Et certum eſt, quod ad dictũ fictum
præfati Marſi. & Clauellus fuerunt obligati quilibet pro parte.
nam dicta emphyteuſis, cuius grã fuit contracta obligatio ficti,
peruenit ad quẽlibet eorum pro parte. Item quia quando plu-
res obligant ſe in eodẽ contractu ſimpliciter, quilibet tenetur
pro parte virili, vt C. ſi cer. pe. l. ſi non ſinguli. C. de loca. l. ſi di-
uiſa. ff. eo. l. cum apparebit. ff. de duo re. l. reos. §. cum in tabulis.
C. eo. l. 1. no. ff. ad Vell. l. vir vxori. §. fi. cum igitur obligatio fue-
rit diuiſa ab ipſo principio tum ex natura rei pro parte obuen-
tę, tũ ex natura obligationis ſimul contractæ, talis eſt obligatio
deriuatiua, qualis fuit primitiua, vt l. 2. §. Ex his. ff. de ver. ob. Sta-
tus enim primordialis obligationis ſemper eam ſequitur: neq;
mutatur tractu temporali, nec ex perſona ſucceſſoris, vt C. loc.
l. viam veritatis. & ff. de ver. ob. l. inſulã intra biennium. ex quo
de neceſſitate ſequitur, ꝙ ſi ſtandũ eſſet in finib. dictæ emphy-
teuſis, dictũ fictum ſolutũ inſolidũ poſſet pro parte repeti tanq̃
indebitum: præſumitur enim error ſaltem iuris, cum repetens
tractat de damno vitando, & natura negotij eſt aliqualiter con-
fuſa, vt ff. de proba. l. cum de indebito. & ar. ff. de cõdi. ſine cau-
2 ſa l. ſi fullo. † Modo videamus, an aliud negocium ſit geſtũ præ-
ter primum. Et videtur, quod ſic, videlicet ꝙ Clauellus partem
ſuam reconceſſerit in emphyteuſim dicto Marſi. & ſuis hære-
dibus, & hoc ꝓbatur ſic. Certum eſt, quod contractus aliquis
reſultat ſcã relatione penſionis ad rem, pro qua præſtatur pen-
ſio: iſte autẽ contractus reſultans videtur eẽ contractus emphy-
teuticus, quaſi deſcẽſiuus à primo, & ſi dicatur, ꝙ nõ poteſt eſſe
contractus emphyteuticus: quia non interuenit ſcriptura, quæ
eſt de ſubſtantia ꝓbationis ipſius cõtractus, vt C. de iu. emp. l. 1.
Item non interuenit inueſtitura, quæ eſt de ſubſtantia perfici-
endi dicti contractus, vt C. de iu. emph. l. fi. Reſpondeo ad pri-
mum, ꝙ ſatis eſt, ꝙ per ſcripturam appareant ſolutiones fictu-
um, ſeu fictorũ: nam quoties cõſequẽs ꝓbatur per ſcripturam,
& añs videtur ꝓbatum per eandẽ ſcripturã, vt C. de apocis pub
licis. l. quicunq;. lib. 10. Præterea p̄ſumptio legis hr̃ pro ſcriptu-
ra, ſed hic ex longo tempore p̄ſumitur ita eſſe, ſi allegetur adeſ-
ſe, vt expreſſe legitur, & no. de contractu emph. ff. de vſu. l. cum
de in rem verſo. & ita ꝙ nec ille, qui p̄ſtat fictum, poteſt negare,
nec negari, vt C. de agr. & cen. l. litib. lib. 11. & in c. quærelam. de
elect. Item non obſt. ꝙ non apparet de inueſtitura: quia ex quo
præcedit cã patientiam auctoris, hr̃ pro inueſtitura ſolenni, vt
C. de acq. poſ. l. minus inſtructus. idem quoq; dicendum eſt in
feudis, vt effectus inueſtituræ ſurgat ex patientia titulo præce-
denti, & in ca. ſciendũ. de cõſuet. recti feudi. & quia hæc eſt præ-
ſumptio iuris, pro ſcriptura debet haberi. C. de peti. hære. l. ſi
filius. C. cõmuni diui. l. pe. in glo. nam & bonorũ poſſeſſio de-
bet agnoſci apud acta: & ſic requiritur, ſcriptura tamen ꝓbatur
per longã patientiã, vt not. in l. 1. C. qui admi. ad bo. poſ. in con-
trarium videtur, ꝙ dictus contractus tacitè reſultans non cen-
ſeatur contractus emphyteuticus, ſed ſimplex locatio, quæ in
prædijs ruſticis p̄ſumitur de anno in annũ: non in perpetuum,
3 vt ff. loca. l. itẽ quæritur. §. qui impleri † & hoc ſic ꝓbatur quo-
ties vnus, & idem actus poteſt ſapere alienationẽ, & non alie-
nationem, nunq̃ præſumitur alienatio, vt not. in l. cum quod. ff.
ſi cer. pet. ſed actus iſte relatiuus penſionis in pecunia numera-
ta exiſtentis ad godimentũ fructuũ vere, & ꝓprie poteſt ſapere
ſimplicẽ locationẽ, vt ff. de p̄ſcri. ver. l. naturalis. §. 1. ergo nõ ſa-
pit alienationẽ, quæ fit per contractũ emphyteuticũ, vel loca-
tionem perpetuã, vt inſti. loc. §. adeo. ad hoc optime facit. C. de
præſcri. 30. an. l. male agitur. iſta hic eſt veritas, ꝙ p̄ſumitur ſim-
plex locatio, quæ in p̄teritum eſt conſumata, ſed in futurũ non
4 eſt inchoata, nec cõſumanda. d. §. qui impleto. † Ex hoc ſequun
tur duæ concluſiones. Prima, ꝙ pro p̄teritis non ceſſat condi-
tio inde. Secunda, ꝙ fructus p̄teriti non veniunt reſtituendi, vt
ff. de fur. l. ſi ſeruus. §. locaui. dicet aliquis, iſte Marſilius perce-
pit fructus ex re cõmuni, ergo tenetur iudicio cõmuni diuidun
do ad reſtituendũ pro parte. Repondeo, hic non eſt ſtandũ in
finibus cõmunionis, ſed vltra proceſſum ad contractum tacitæ
ſimplicis locationis, & ſoluta penſio. & ſcias, ꝙ iſtud nomen fi-
cti eſt nomen generale, & indefinitũ. vt extra de reſti. ſpo. c. pi-
ſanis. Ex præmiſſis apparet, quid iuris de expenſis: nam expen-
ſa refectionis, & perpetuæ vtilitatis non pertinet ad colonũ: &
quatenus eam vtiliter fecit, hẽt rei retentionẽ. vt ff. de vi, & vi
ar. l. colonus. dum tamẽ non oneret nũmis dñm: quia quod im-
portabilẽ ſarcinam imponit, nõ videtur viriliter geſtũ, vt ff. de


neg.

neg.geſt.l.ſed an vltro.§.pe. & ff.comm.l.in rebus. idq; arbitrio boni viri cõmittitur, qualitate rei, & pſonarum inſpecta, vt ff. de rei ven.l.in fundo.& quo caſu non pñt expẽſæ repeti, tamen poteſt, quod ædificatũ eſt, dirui, & exportari cementa ſalua remanente prima rei figura, & non deteriorata ſubſtantia. nec enim videtur impenſam donaſſe, qui fecit impenſam tanq̃ in re conducta: quia nec donandi occaſionẽ habebat. idem dicimus in fructuario, vt ff.de vſur.l.ad tempus. ex hoc reſponſum eſt ad omnia iſta dubia valde pulchra, & vtilia. Conſidera, aut inſtrumentũ dicit, ꝙ emphyteuſis fuit conceſſa duobus ſimpliciter, & ꝓmiſſa penſio ſimiliter: tunc enumeratione perſonarũ videtur diuiſa conceſſio, & penſio. de conceſſione non eſt dubium, quia faciunt ſibi partes per cõcurſum, cum vtile dominiũ nõ poſſit eſſe penes plures inſolidũ: de penſione ſimiliter non eſt dubium, vt l.reos.§.in tabulis.ff. de duob.reis.& C.ſi plures vna ſententia. l. 1. ſi vero eſt facta conceſſio cuilibet inſolidum, & penſio ꝓmiſſa à quolibet inſolidũ, tunc impoſſibile eſt, quod in conceſſione nõ faciant ſibi partes per cõcurſum: ſed in promiſſione penſionis, cum conſiſtat in genere, duo ſunt rei debendi inſolidũ. tamen aduerte: quia ne obligatio pro parte alterius ſit ſine cauſa, oportet intelligi inuicem fideiubere: vnde pro ea parte, qua tu fideiuſſiſti pro me, impoſſibile eſt; ꝙ cum ego ſim reus principalis, & tu fideiuſſor, poſſim contra te inſolidum agere: quia licet ex perſona cedentis videatur mihi cõpetere actionẽ, tamẽ ex pſona mea repel. vnde, ꝙ emerim ꝓprietatem totã, nihil ad rõbum: quia dolo facio, quod peto, quod per vtilẽ actionẽ mandati, vel negociorũ geſtorũ teneor reſtituere, vt in regul. dolo facit. ergo cõſilium verũ, & iuſtum. nec aliud dici poteſt, ſalua ratione recti ſermonis. In dubio videtur potius quis ꝓmittere ex cauſa tacitæ fideiuſsionis, vel verius ſe principalem pro eo conſtituere, vt in Auth. de fideiuſ.in princ. quã ſine cauſa, quia ſaperet donationẽ: aut eſſe inualida ꝓmiſſio, vt ff. de exce. doli.l.2.§.circa. & ff. de proba.l. cum de indebito. Ego Baldus.

CONSILIVM CXVI. El ſecundo.

1 *Immunitas conceſſa habenti 12. liberos an habeat locum, ſi ſemel habuit, licet perierint.*

In Chriſti nomine. Verba decreti ita dicunt, dicimus ꝙ iuxta ordines noſtros habentes immunitatẽ. 12. liberorum, qui liberi ſint 10. infra nu. ad minus ſuperuiuentes, in quorũ numero non cõputentur nati ex filiabus habẽtium talem immunitatem, ſeu deſcendentes ex linea fœminea, ſint, & eſſe debeant, exempti à muneribus, ſeu oneribus merè perſonalib. & ab extraordinarijs duntaxat: ad ordinaria vero, vtpote ad datia, & gabellas, & alia ordinaria teneantur, & conſtricti ſint, ipſis immunitatibus nequaq̃ obſtantibus. In quibus quidem ordinarijs intelligantur collectæ, ſeu taleæ, quæ veniunt cameræ noſtræ: volentes hunc ordinẽ ſeruari omnibus habentibus immuni-
1 tatem, 10. liberorũ, datum &c. † Quæritur, an liberis mortuis iſta immunitas perſeueret? Et videtur, ꝙ ſic, quia decet à principe conceſſum beneficium eſſe manſurũ, vt in c. decet. de reg.iur. lib.6. Non ob. quod tu proponis, ꝙ litera dicat, ſuperuiuentes: quia imo litera dicit, ſuperuiuentes. vnde ſufficit ſemel habuiſſe. 12. liberos, licet poſtea deceſſerint, & C. de inſti. & ſubſti.l.ſi quis hæredẽ. In contrarium videtur, quia cauſa immunitatis eſt numerus liberorum, ergo deficiente numero licet duret gratia in pteritis, quæ ſortita ſunt ſuum effectũ, tamẽ in nouis occurrentibus poſt mortem liberorum ceſſat Principis beneficium, vt ff. de exeu. tut.l.2.& ff. de iure pa.l.adigere.§.quamuis.& ff. de bonis liber.l. qui libertinus.§.poſthumus. Solutio: dicendũ eſt, quod aut iſta datia, & gabellæ erant ordinata, & conſumata in preteritũ, aut ordinata, non conſumata: quia pro parte ceſſerat dies termini, pro parte non: aut nec ordinata, nec cõſumata per prius, ſed poſt mortẽ liberorũ. primo caſu, quia eſt immunitas conſumata perdurat. ſecundo caſu videtur idem inſpecto initio, quo inſpecto immunitas incipit habere vim ſuam, argu. ff. ad munic. l. incola. tertio caſu non durat immunitas, quia peruenit ad caſum, à quo non poteſt incipere, vt ff. de le.2.l. Titia Seio.§.vſuras. Et quia vera litera dẽt eſſe, ſuperuiuentes: nam litera, ſuperuenientes, non poteſt adaptari ſecundũ rationẽ recti ſermonis, vt ff. de aur. & arg.l. Plautius. erronea igitur ſcriptura viciatur, & loco eius veritas ſubrogatur, vt ff. de leg.2.l. cum pater.§. cum imperfecta.& C.de teſta.l. error. ad prædicta facit totũ illud brocardũ, non dr̃ factũ, quod non pſeuerat, vt ff. de in rem verſo.l.ſi pro parte.§. verſum. Ego Bald.

CONSILIVM CXVII.

1 *Contractus illicitus, & fœneratitius quomodo dicatur: & quando fructus compenſentur in ſortem.*

2 *Pignoratitia licet ſit actio perſonalis tamen in contractu fœneratitio eſt in rem ſcripta.*

3 *Ementes bona fide an teneantur ad fructus conſumptos.*

In Chriſti nomine. Benedictus, & Codeus fecerunt venditionem cuidam Laurentio de certis terris p̃cio flore, 8. milium hoc pacto, ꝙ intra tempus 8. ann. poſsint reemere non cõputatis fructibus in ſortẽ: & ſi infra dictum terminũ non reemerent, quod dictus emptor teneatur dare dictis venditoribus florenos trecentos decẽ pro cõpleta ſolutione p̃dictorũ: & fuerunt interpoſita iuſa. Et ꝓponitur, ꝙ dictus emptor conſueuerat vſuras exercere, non tamẽ in eodẽ genere contractus, ſed in gabellis.
1 † Quæritur, an dictus cõtractus vſurarius debeat iudicari necne: & an poſsit agi pignoratitia fructibus cõputatis in ſortẽ: & quid ſi iſta bona fuerũt alienata per dictũ emptorẽ. Et videtur, ꝙ dictus contractus debeat cenſeri licitus, & non vſurarius, ſeu quædã venditio facta certis modis, & tẽporibus. nam iſta pacta pñt eſſe licita, ergo non p̃ſumuntur facta in fraudẽ, vt l.2.C. de pac. inter emptorẽ: quia potius debemus p̃ſumere bonũ, quam malũ, vt ff. pro ſoc.l.meritò. In contrariũ videtur, nam iſta pacta non poſſunt adaptari congrue, niſi contractui pignoratitio, & facto in fraudẽ vſurarũ. Et videt̃ caſus expreſſus extra de emp. & vend.c. ad noſtrã. & extra de pigno.c.illo vos. & hæc eſt veritas. Non obſt. ꝙ non exercuerit vſuras in eodẽ genere contractus, quia ſatis eſt, ꝙ in eodẽ genere vſurariæ prauitatis conſueuerit eſſe malus, vt in regula, ſemel malus. & ibi p Dy. vnde non eſt vis, qualitercunq; exerceat vſuras; dũmodo exerceat: quia peccatũ, qđ per pniam nõ deletur, ſuo pondere ad aliud trahit.
2 † & ſcias, ꝙ pignoratitia licet ſit actio pſonalis, tñ fallit in contractu fœneratitio, vbi eſt in rẽ ſcripta, ſecundũ Hoſtien. & alios. licet Inno. dicat contrariũ, cuius opi. de æquitate cano. non ſeruatur. nimirũ ne detur vſurarijs, & rectoribus materia fraudandi, arg. extra de iud.c.qa. V. ſi contractus fuit pignoratitius, reſciſſo contractu tanq̃ celebrato in fraudẽ canonũ etiã hypotheca reſcinditur, vt ff. de legi. & conſti.l.non omniũ.& vbi pignus, ibi fructus pignoris cõputantur in ſortẽ: & hoc verum eſt
3 reſpectu fœneratoris: † ſed illi, qui emerunt bona fide, non tenentur ad fructus naturales cõſumptos, quos in recõpenſatione culturæ lucrãtur, vt ff. de rei ven.l.fructus. & ibi ple.no. penſiones autẽ intelligunt̃ eſſe fructus induſtriales, ff. de rei vend.l. ſi nauis, ſed magis ꝓprie dñr obuenriones, vt no. ff. de cond.inde.l. & qa bona. ſi vrbana fide percepit eos ex ſua ꝓuidentia, lucratur ipſos. Ego Bald.

CONSILIVM CXVIII.

1 *Matrimonium inter conſanguineos per verba de præſenti nõ contrahitur, & ſi conſumatum eſt per copulam carnalem ſcienter, dos confiſcatur.*

2 *Nuptias illicitas qui primo contraxit, & poſtea licitas, vel econtra, an debeat puniri.*

3 *In delictis conſumatio facti, non iuris inſpicitur.*

1 In Chriſti nomine. † Verba matrimonij nõ faciunt matrimonium inter cõſanguineos, vel affines vſq; ad quartum graduũ, vt extra de conſangui. & affi. c. non debet. Et ſi eſt ſtatum in finibus verbi, & nõ interceſsit carnalis copula, tale matrimonium habetur ꝓ infecto, vt C. de legi. & conſti.l.non dubiũ. Si autem interuenit carnalis copula, & ſcienter contraxerunt nepharias nuptias, ipſo iure dos confiſcatur: ſi liberi non extant, & nõ debet reddi dos danti: ſed fiſco, vt plene legitur, & not. in Auth. de inceſt. nup. in prin. col.3. & ff. de condi. ſine cauſa.l.ſi fullo. Si autẽ errore iuris, vel facilitate ætatis ſint nuptiæ cõtractæ, non hñt locũ pœnæ, vt ibi no. ſ. ex parte minoris, ſed ex parte maioris bene hñt locum pœnæ. vnde ſi puer erat 15. ann. in quo toleratur iuris ignorantia, ipſe non incidit in pœnas: hoc enim dicit gl. expreſsè in d. aut. ſed mulier ætate maior bene incidit in pœnam, nec ei parcitur ratione ſexus: quia delinquit contra ius naturale, vt ff. de adul.l. ſi adulterium cum inceſtu. & C. de in
2 ius vo.l. venia. † Modo vlterius quæritur, ſi iſte iuuenis accepit aliam vxorem ſine iudicio eccleſiæ, vtrum veniat corporaliter, vel aliqua pœna puniendus, necne. & videtur, quod veniat corporaliter puniendus: quia duas duxit vxores eodẽ tempore, vt C. de adul.l.eum, qui duas. nec videtur excuſari ratione ætatis, quia eſt in dolo, vt ff. de min.l.auxilium.§.in delictis. & in l.1.C. ſi aduerſus delictũ. Contrarium dico, quia multũ refert, vtrum quis primo contrahat licitas nuptias, demum eodem tempore contrahat illicitas: & tunc quia multipliciter delinquit, puniendus eſt pœna cõtenta in d.l.eum, qui duas. vel alia ſecundum conſuetudinẽ, & ſtatuta locorũ: an vero primo contrahat illicitas nuptias, ſecundo contrahat licitas, & tunc non punitur, quia legitime factũ pœnã nõ meretur, vt C. de adul.l. Graccus. & quia bene fecit, & laudabiliter corrigendo errorẽ ſuũ, vt d.l. ſi adulteriũ cum inceſtu. nec eſt hic neceſſarium adire epm pro licentia, vt ff. de condi. inſti.l. quæ ſub conditione §.fi. quia fruſtra precibus imploratur, quod iure cõi conceditur, vt l.1.C. de theſau. lib.10. nam aperta erat natura iſtius negocij, & notoria: & notorium æquiparatur ſententiæ, vt l.emptorẽ in prin. ff. de act.emp. Ex his concluditur, ꝙ datũ nomine primæ dotis ſi nemo interceſſit, debetur cameræ Dñi. cæterum iuuenis iſte, de quo quærit̃, non eſt ppea, ꝙ dicatur bina matrimonia cõtraxiſſe, aliqualiter puniendus, niſi apparet de carnali cõmiſtione in perſona vtriuſq; mulieris cõtinuata, ita quia ẽt poſt ſecundum
3 legitimã cognoſceret primã; † quia in delictis conſumatio facti, non iuris inſpicitur, vt not. C. de legi. & conſti.l.non dubium. & d.l.eum, qui duas. & facit. C. de ſecũ.nup.l. qui contra. & quod ibi plene no. Nec obſt. dictus §.in delictis. ad id, quod ego dixi hunc minorẽ excuſari in totum: quia ibi totum fuit illicitum. hic autẽ ſecundũ matrimonium fuit licitum, & ita videtur intelligere glo. in d.l. eum, qui duas, ita ẽt intelligitur.l.1.ff. de his, qui no. infa. qñ prima ſponſalia tenuerunt. Secus ſi erant prohibita: nam tunc ex ſecundis ſponſalibus licitis & honeſtis non irrogatur infamia, & ita ſuper his punctis ſentio, ſalua ſubſtantia veritatis. Ego Bald.

CONSILIVM CXIX.

1 *Promittens manutenere cluſam, & ſuſcipiens in ſe riſchium, & omne periculum, ſi tamen diluuium euenerit, non tenetur, quia promiſsio intelligitur, ſi poſsibile ſit. & quid operetur renunciatio caſus fortuiti in fine conſilij.*

In Chriſti nomine. Verba dicunt, quod incantator teneatur mundare, & purgare omne nocumentũ, quod accideret in flumine: ita ꝙ aqua fluminis ſufficienter labi poſſit, & ripas manutenere, & molendinum in ipſo ſtatu, ſaluo ꝙ tempore guerræ non teneatur, & teneatur reſtituere cluſam in bono puncto, & ſtatu tempore finitæ locationis: ſaluo ſi aqua mutaret lectum, ſuſcipiendo in ſe omne riſchium, & periculũ, & ſumptus, promittens dictã cluſam manutenere bonã, & firmã vſq; ad tempus. 10. ann. quo durabat dicta locatio, ſiue contractus. Modo accidit diluuium maximũ, & deſtruxit adeo dictã cluſam quod
1 eſt difficile, & valde ſumptuoſum reficere. Quæritur, † quid iuris: vtrum teneatur ad ſolutionẽ annui ficti, & ad refectionem dictę cluſę, & molendini, an ad vtrumq;, an ad alterũ, & in ſumma quid iuris de omnibus iſtis? Et videtur, ꝙ teneatur indiſtincte ad omne periculũ caſus fortuiti, ſiue infortunati. Et primo: quia iſte emit, vel conduxit fructus in ſpe, vnde periculũ pertinet ad eum, vt ff. de act.emp.l. ſi iactum retis. ſecundo: quia qui excipit vnũ caſum fortuitũ. ſ. hoſtiũ, videtur in alio caſu contra ſe ꝓuidiſſe: nam exceptio firmat regulam in caſibus ſub eodem genere fortuitorũ non exceptis, ẽt ſi caſus ſint ſimiles. vt no. in l.1. de reg.iur. Item quia iſte ſuſcepit in ſe periculũ, quod ſignificat caſum fortuitũ, quando hoc vocabulũ ꝓfertur in contractibus, vt no. in l.1.C. commo. ff. ſi quis cautio.l.ſed & ſi quis.§. quæſitũ. & l.periculi. ff. de naut. fœnore: & l.periculũ. ff. ſi cer. pe. Item ꝓpter iſtud pactũ cõducit minori p̃cio, ff. de ſeruis expor.l. ſi venditor. ergo econtra dẽt ſubijci maiori periculo. C. de fur.l.pe.§. fi. Item in prouidũ incidit periculũ, quia culpa eſt ſic ſe obligare, & ſic culpa p̃cedit caſum, culpa, ſ. in contrahendo, arg. C. de dot. ꝓmiſ. l.fi. Item verbũ, riſchium. ſignificat caſus infortunales ſecundũ cõem vſum loquendi, cui debet ſtari, vt ff. de leg.3.l. librorũ.§.quod tñ. ſibi ergo imputet conductor, vel emptor, quia non eſt nouũ, nec inexcogitatũ, quod flumina ſint periculũ allatura. vt ff. de mino.l.verũ.§.ſciendũ. cum §.ſeq. In cõtrarium videtur: quia iſte eſt caſus pluſquã fortuitus: quia excedit metas ſolitas inundationis aquarum, & eſt quodãmodo miraculũ. & de tali caſu non videtur cogitatũ; quia ad ea, quę raro cõtingunt, neq; voluntas legis, neq; hominis videtur adaptari, vt ff. de legib.l.4. & fi. Itẽ pro hoc facit, nã ille, qui recipit in ſe periculũ contra naturã contractus, videtur in ſe recipere ſolita pericula, non inſolita, vt ff. de contrah. emp.l. fiſtulas.§. frumenta. Itẽ hoc pactũ lædit vltra dimidiã iuſti precij, ergo reduci debet ad ęqualitatẽ, & ꝓportionẽ, vt l.2.C. de reſcin.vend. & no. C. locati.l.ſi olei. Item quia non videtur quis velle ſe p̃cipitare, & patrimoniũ ſuum dilapidare, arg. ff. de ꝓbar.l.cum de indebito. Item iſte caſus eſt quodãmodo caſma: vt C. de iu.emphy.l.1. Item quia conductor videtur ſuſcepiſſe potius operã in ſe, quã viciũ cœli, vel ſoli, vt ff. loca.l.opus. & ibi per Bart. Item quia ꝓmiſſio facti habet tacitam conditionẽ. ſ. poſſibilitatis, vt per Bar. no. ff. de verb. obl.l. ſtipulatio iſta. poſt pr. & ff. de publ. l. Cæſar. item quia ꝓmiſſor ꝓmittit factum ſuum, nõ factũ naturæ, vt ff. de dã. infect.l.fluminũ §.vicium. & §. Seruius. itẽ quia promiſſor fecit preparatoria poſſibilia, vnde ei non imputatur impoſſibile, vt C. qui petunt tuto.l. cum à mr̃ibus. & ff. locat.l. ſi merces. §. vis maior. item quia verbũ riſchij, & periculi ſignificat in hoc contractu leuiſſimã culpam, quæ non veniebat de ſimplici natura contractus celebrati gratia vtriuſq; partis. item ſic, vt leuiſſima negligentia facit venire caſum, ita per locum à contrario exactiſſima diligentia facit non venire. Sed caſus noſter eſt in maximo caſu fortuito, & intolerabili, & extra omnẽ potentiã hominis, & non reparabilis ſumptu conſueto, vel æq; magno, ſed maximo, & nõ ſupportabili, & contra naturã contractus, & contra naturalẽ æquitatẽ: ergo per iſta verba nõ venit caſus p̃fatus, vt no. in d.§. q̃ſitum. in gl. ord. in fin. magnæ gl. & per concluſionẽ finalem, ego ecõtra teneo dictũ conductorem non teneri ad refectionẽ, nec ad penſionẽ interim, donec reficiatur: ſed noua cõuentione opus eſt inter p̃dictos, ac ſi locus caſmate, vel hoſtium incurſione periſſet: vel quaſi: ita quod eſſet deterioratus vltra dimidiã perceptionis reddituũ, arg. ff. de contrah. emp.l. domũ. namq;, qñ emitur piſcario in duplo vltra quã alius eſſet eam empturus; hẽt locũ lex 2. C. de reſcin. vendi. & ita dẽt intelligi, quod no. Bar. ff. de publicanis.l. quoties. §. qui maximos. Item quia non fuit renunciatũ exceptioni caſus fortuiti, vt d.§. quæſitum. Ego. Bald.

CONSILIVM CXX.

1 *Societas quid ſit.*

2 *Fratres ſi habeant bona pro indiuiſo, an inter eos præſumatur contracta ſocietas, & quicquid extrinſecus acquirunt, veniat communicandum.*

3 *Societas contrahitur non ſolum expreſſe, ſed etiam tacite.*

In Chriſti nomine. Quidã Antonius Zaninus, & Franciſ. fratres ſteterunt in cõmunione hæreditatis paternæ multis temporibus ſimul familiariter conueniendo in eadẽ domo: & mercati fuerunt ſpacio anno. 24. transfretando, & exercendo mercantiam gualdi, nec nõ diuerſarum aliarum rerum: quod gualdum transfretatũ dictis temporibus pro maiori parte emptum fuit in terra Vigueriæ, & alijs partibus per ipſum Zaninum, & in domo cõmuni ipſorum fratrum reponi factum per dictum Zaninũ: & etiam dictus Zaninus pro maiori parte geſſit omnia alia bona. & d. gualdum cõmune dictorum fratrũ repoſuit, ſeu reponi fecit conductum per ipſum Ant. extra Vigueriam, & in diuerſis alijs partibus: & venditum per ipſum Ant. pro maiori parte, & precium ipſius gualdi per eundem Anto. receptum fuit, & debitores occaſione dicti gualdi conſtitui fecit ſuo nomine. Nunc vero prædicti Anto. & Zaninus peruenire volunt ad diuiſionem omnium bonorũ: petitur per Zaninum ipſum Anto. dare debere tertiam partẽ totius precij dicti gualdi venditi per ipſum cum tertia parte totius lucri inde ſumpti, debitores occaſione p̃dicta pro tertia parte aſſignari. & omnia inde ſecuta debere cõmunicari, & diuidi. & eidem Zanino aſſignari ante dotes quondã matris, & vxoris ipſius Io. in domo ꝓuentas, & ei dare tertiam partẽ denariorum expeditorũ per ipſum Anto. occaſione vnius filij dicti Anto. tam in emptione librorum, quã aliorum, quæ emerſerunt dicto filio ſuo: & ea debere dari, quæ continentur in petitione porrecta per ipſum Ioan. & opponitur per ipſum Ant. lucrum dicti gualdi nõ debere communicari, & perueniſſe ex induſtria ſua, & ex pecunijs ſuo periculo mutuatis. & dictus Zaninus dicit dicta lucra perueniſſe ex in-

ex induſtria ipſorum, cum dictum gualdum per vtrunq; ipſorum negociaretur modo, quo ſupra. Et ex pecunijs cõmunibus ipſorum fratrũ, & ſi quæ pecuniæ mutuatæ fuerunt, fuiſſe redditas de denarijs cõmunibus dictorũ fratrum. Ex his quæritur, ꝙ ſit officium arbitratorũ in ꝓnunciando. & procedendo viſis petitionibus: & ſi dictus Anto. teneatur reddere rõnẽ de geſtis per ipſum: & ſi dicta bona debent cõicari &c. & dictæ dotes de-
1 trahi ante partẽ. † Ad euidentiã eſt p̃mittendum, ꝙ ſocietas eſt contractus vltro citroq; obligatorius lucrorũ, dãnorũ, cõmunicatiuus, atq; diuiſiuus eorum, ſicut æquitas dictat. v.g. ſi vnus ponit plus in ſocietate, quã alter quod hic non ꝓſequor, quia eſt materia. in l. 1. C. pro ſocio. Item quædã ſocietas eſt expreſſa: & de iſta ſtatur pacto expreſſo. quædã eſt tacita: & iſta p̃ſupponit, ſi quidem eſt ſocietas ꝓmercalis, quod vterq; exerceat artem, & non vnus tantũ: tamen non requiritur, quod in iſto exercitio vterq; ponat parem induſtriam: quia inter artifices longa dñia eſt, vt ff. de ſol. l. inter artifices, ſufficit enim quod vnuſquiſq; ponat eam diligentiam, quam ſcit adhibere, & caueat à culpa, à qua debet cauere, vt not. ff. de neg. geſt. l. ſi negocia.
2 † Ex his p̃miſsis dico, quod licet indiuiſa bona fratres habeant, tam ẽ quod extrinſecus acquirunt, quæritur acquirenti; & non alijs fratribus; quia aduentitium lucrum eſt, quemadmodum dicimus, cum viuo patre negotiantur. vt ff. ꝓ ſocio. l. cum duobus. §. ſi fratres. C. de decur. l. licet indiuiſa. & hoc eſt verum, niſi ꝓbetur inter eos contracta ſocietas. nam ſi illa ſocietas fuit contracta ad certa cõmercia, quæſtus, & damnũ illorum commerciorum debet eſſe cõmune. Si vero ad vniuerſam negociationẽ, tunc vtiliter: & idem de loco, vt plenè not. Bar. ff. de admi. tut. l. Titium, & Mæuium. §. altero. Modo videndũ eſt, nunquid hic p̃ſumatur contracta ſocietas negociatiua. nam tunc quicquid ex illo negocio ſequitur, cõmunicandũ eſt inter fratres, ſiue lucrũ ſit, ſiue damnũ, vt ff. ſi cer. pet. l. ſi totius. & quælibet contingit pro parte virili, vt ff. pro ſocio. l. ſi non fuerit. Modo videamus, ſi hic erat contracta negotiatiua ſocietas inter eos. & tunc quicquid ex illa ſequitur, quocunq; nomine ge-
3 ſtum ſit, cõmunicari debeat. † Sciendũ eſt enim ꝙ ſocietas non ſolum expreſſe contrahitur, ſed tacito conſenſu, qui p̃ſumitur ex actuum qualitate: vt qñ omnes negociantur & ex cõmunicatione lucrorũ, & participatione damnorum. Nam ex ꝓmiſcuis actibus ꝓbatur ſocietas: ſi igitur omnes dicti tres fratres negociabantur in arte gualdi, licet dictus Anto. poneret maiorem operam, quã alij & maiorem induſtriam, quia forte erat magis induſtrioſus, tamen ex ipſa factorũ qualitate tacita apparet ſocietatẽ eſſe contractã. nam ſimul negociando ex ipſo facto datur voluntas intelligi, arg. ff. ad munic. l. ſi quis inſtructus, & C. de inſti. & ſubſti. l. reprehendenda. & maxime pp longitudinem temporis, vt ff. de vſur. l. cum de in rem verſo. & ꝓpter præſumptionem charitatis fraternæ, vt ff. de ꝓbat. l. 1. §. ꝓcu. Et ſi dicatur, ꝙ dictus Ant. ſolus ſubibat pericula: quia periculo ſuo pecuniam mutuã accipiebat. Reſpondetur, ꝙ ex quo erant ſocij, iſtud dãnũ debet eſſe cõmune, videlicet cõmunicandum per actionem pro ſocio. Et ſi dicatur, ꝙ dictus Ant. fuit negociatus ſuo nomine neſcientibus fratribus, hoc potius arguit eius malitiã; quia debuit cõmuni nomine negociari, ex quo p̃cedebat ſocietas. ſocietas autẽ habet inſtar mandati: inuicem enim ſibi mandare vñr, quod ea, quæ ſiunt negociatiuè, cõmuni nomine fiant, arg. ff. de ꝓcu. l. licet. §. ea obligatio. licet hoc mandatum non pariat actionẽ mandati: quia nõ eſt gratuitus. vt l. quædam. in princ. ff. de eden. vnde ſi vera ſunt, quæ ꝓponuntur, ſ. quod omnes fratres fuerunt negociati reciprocè ac viciſſim, debent iudicari fuiſſe ſocij negociatiui: nõ dico aliarũ rerum, puta dotandi filias alterius ipſorũ: niſi de hoc fuiſſet appoſitum pactum expreſſum, vel tacitum: vt quia omnes habebant filias dotatas de cõmuni, vt ff. pro ſoc. l. ſi ſocius pro filio. & ratio eſt; quia iſte actus donandi non eſt actus negotiatiuus, ſed eſt onus incumbens pſonæ: & ſocietas non p̃ſumitur contracta, niſi in negociatis, vt ff. pro ſoc. l. ſi adijciatur. & ideo vnuſquiſq; agnoſcit onus dotandi filiam ſuam de ꝓpria portione, quia hoc onus non venit ex aliqua negociatione, ſed iure naturæ, vt l. qui liberos. ff. de ritu nup. ex hoc reſponſum eſt ad quæſita. fuit etiam concluſum, ꝙ ſocietas contracta in aliquo, cum contractus ſit bonæ fidei, excludit omne malum ingenium vnius ex ſocijs. Item contracta in aliquo, videtur cõtracta in omnibus, quæ ſequuntur ex illo durante ſocietate, arg. ff. de ſer. vrb. præd. l. ſeruitutes. §. domo. dotes etiam, videlicet matris receptę p patrẽ, & vxoris receptæ per ipſos eodẽ inſtrumento obligatos debentur filio, quando pr̃ recepit conſignari pro oneribus mr̃imonij, vt ff. fa. erciſ. l. ſi maritus. Illi tñ fratres, qui obligauerunt, dẽnt conſignari indẽnes. libri etiam empti de pecunia cõi pro filio alterius iſtorũ debent cõputari in portione patris, ſaltẽ tales, quales hodie ſunt, vt ff. fa. erciſ. l. ſi filia. niſi ꝓbaretur, ꝙ inter ipſos fratres interueniſſet alia cõuentio, quia tunc illa ſequenda eſſet, vt d. l. ſi ſocius pro filia. Ego Baldus.

## CONSILIVM CXXI.

1 *Reſcriptum principis contra ſtatutum an valeat.*
2 *Clauſula in reſcripto, quod non obſtante eius contumacia fieri debeat iuſtitia, quid operetur, & quomodo intelligatur.*

**In Chriſti nomine.** Proponitur, quod ex forma ſtatuti verus contumax in nõ reſpondendo poſitionibus hr̃ ipſo iure ꝓ confeſſo. Modo à principe emanauit reſcriptum, quod cum defenſio nemini ſit auferenda, quod nõ obſtante iſta contumacia
1 debeat ptibus iuſtitia miniſtrari. † primo quærit̃, vtrum valeat reſcriptum? Et videtur, ꝙ non, vt C. vt lite pen. in rubro, & nigro. & in Auth. in medio litis non fieri ſacras iuſſ. Sed contrarium eſt verũ; cum princeps ex certa ſcientia lit. motæ, & pend. reſcribit, & ita ſeruat conſuetudo principum, licet non apponatur clauſula, non obſtante. d. C. vt lite penden. & dicto titulo in medio lit. Et hoc eſt verum, niſi principi fuiſſet obreptum in facti cauſa: tunc enim reſcriptum non valeret, vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. tutor ſi petitus. & extra, de reſcri. c. ſuper lite-
2 ris. viſo de valore reſcripti præſuppoſito ꝙ valeat, † quæritur, qualiter dictum reſcriptum ſit intelligendum, videlicet ꝙ fiat iuſtitia contumacia nõ obſtante. & videtur, ꝙ contumacia non noceat in aliquo: quia eam princeps indulget: ſicq; onus probandi incumbit partibus, ſicut ab initio: quia princeps de ſua benignitate hoc ſtatuiſſe videtur, poteſt enim vt extra de dolo, & contu. c. 1. In cõtrarium videtur, quia dolus non debet remanere impunitus: ſaltẽ enim debet onus ꝓbandi retranſferre in aduerſarium; vt ff. de no. ope. nun. l. ſi prius. Itẽ princeps non intelligitur ſentire, nec velle illud, quod nõ debet de iure, vel ſcripta æquitate velle, vt extra, de reſt. ſpo. c. audita. Tamen licet actor non ꝓbet, fiſcus ab eo nihil petere pt̃. quia fiſcus, ſiue dñs, ſubtraxit ei copiam ꝓbationis, ar. C. de ꝓb. l. de poſſeſſione. Item non poteſt ei contumaciã obijcere aduerſarius: quia quod quiſq; iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodẽ iure vtatur, vt l. 1. ff. quod quiſq; iur. & de cõſti. c. cum acceſſiſſent. Item quia æqualitas debet ſeruari in iudicijs, vt l. fi. C. de fru. & lit. expenſ. So. ex quo princeps indulſit, & indulgendo cõtumaciam aboleuit, debet actori ſtatui terminus ad ꝓbandum: & ſi non probat, ſatis reus fecit ſuam defenſionẽ, vt C. de eden. l. qui accuſare. niſi, vt dixi ſuperius, principi in aliquo eſſet obreptum, quia tunc non valeret reſcriptum, deberet reus tanquã contumax, & confeſſus condemnari. Ego Bald.

## CONSILIVM CXXII.

1 *Venter ſi eſt inſtitutus hoc modo, ſi filium pareret, modo mortua matre prægnante puer eſt extractus ex corpore matris, an talis inſtitutio, vel ſubſtitutio facta locum habeat, quia non eſt proprie natus, ſed ſectus de ventre. Et vide infra conſi. 128.*
2 *Subſtitu. facta per hac verba, ſi contingeret filium meum mori ante legitimam ætatem teſtandi, an ſit pupillaris, an compendioſa.*

**In Chriſti nomine.** Verba teſt. ſic dicunt: inſtituit ventrem vxoris, ſi grauida eſſet, filium maſculũ peperit, ſeu pareret vnum, vel plures, ipſos æqualibus portionibus ſibi hæredes inſtituit. verum ſi grauida, vel prægnans non eſſet, vel ſi peperit, & pareret, vt præfertur, & cõtingeret eos mori ante legitimã ætatem teſtandi, & ad ipſam ætatẽ non peruenerint &c. Reſiduum vero omnium ſuorum aliorũ bonorum reliquit operæ eccleſiæ ſancti Michaelis: & dedit executores. Accidit, quod vxor teſtator. primo peperit filiam, ſecundò in alio ventre deceſsit in puerperio, & maſculus extractus eſt de vtero, qui nõ vixit, niſi vna die vel minus, hinc quæritur vtrum ſit locus dictę ſubſtitu-
1 tioni. † Et videtur caſus ad literã, ꝙ non, quia falſum eſt dicere, quod peperit, quæ ante partũ deceſsit, vt ff. de ver. ſig. l. anniculus. §. eum. In contrariũ videtur expreſſum, ꝙ peperiſſe dicitur, quæ in puerperio deceſſit, vt ff. de ſtatu ho. l. Aretuſa. cum l. ſeq. Super hoc paſſu dubitant aduocati Lucanæ ciuitatis. Ego alias cõſului, ꝙ dicta ſubſtitutio vendicat ſibi locum: conſiliũ meum eſt ipſa veritas non obſtantibus quibuſcunq; opinionibus contrarijs, quia friuolæ ſunt. Et conſiderandũ eſt, ꝙ qñ teſtator dicit, inſtituo vẽtrem, ille, qui eſt in ventre, inſtitutus eſt, ſiue naſcatur viua matre, ſiue ex vtero excidatur. Nam cum teſtator dicit, ventrem: perfecta eſt oratio: & quicquid adiungitur, quædam demonſtratio eſt, quæ non hẽt vitiare, licet per alium modum, quã per modũ demõſtrationis, verã notitiam habeamus: iſte eſt caſus. ff. de lib. & poſth. l. Titius. §. Lucius. Secundo hoc probatur: quia interdũ fit mentio de partu reſpectu viri generantis, interdum reſpectu mulieris concipientis. primo caſu veriſſimum eſt dicere, ꝙ ex ſemine partus productus eſt: vnde ſiue vxor decedat in puerperio, ſiue poſt partum, ille eodem modo deſcendit à patre, tam naturaliter, quam quoad affectionem paternam; vt ff. de inoffic. teſt. l. poſthumus. & l. quod dicitur. de libe. & poſthu. ff. de nego. geſt. l. cum pater. Si autem referatur ad matrem, tũc aut ipſa mater profert ſermonem, aut quidam tertius: ipſo primo caſu dicitur peperiſſe, licet ex ſecto vẽtre puer viderit ſolem, vt C. de inoffic. teſta. l. 3. & eſt ratio naturalis; quia eadem eſt affectio ſecundum naturam, & idẽ teſtandi conſilium, & neceſſitas, vt teſtamentum non rumpatur, vt C. de poſthu. hære. inſtituen. l. fi. Tertia ratio eſt: quia cum tractetur de commodo poſthumi, & eius fauore, poſthumus hr̃ pro iam nato, etiam dum eſt in vtero quo ad conſequendum inſtitutionis effectum, & maxime propter fauorem teſtamenti, vt no. ff. de lib. & poſthu. l. à primo hærede. & l. Gal. §. inſtituens. & l. qui in vtero. ff. de ſtat. ho. & ſic inſpecta iuris benignitate primo iſte fingitur natus, quã mater deceſſerit: hoc tenet expreſſe Odo. in d. l. anniculus. §. falſum. ſuper verbo extractus. dicit Odo. id eſt ſectus, & extractus de ventre, & filius pro iam nato habetur: vt ff. de inoffic. te. l. poſthumus. Odo. in lectura ſua, quam ego habeo, & ſi expedit, mittam eam: tamen non debet expedire; quia debet mihi credi alleganti authenticos Doctores. cum ergo ſumus in filio, ergo habetur pro nato, & manifeſte concluditur ex hoc eum inſtitutum eſſe, & connexe ſequitur, quod ſubſtitutio valeat. non obſtat dictus. §. falſum. in text. quia ille. §. debet intelligi in extraneo, non in filio. verbi gratia, quando teſtator relinqueret matri, ſi pareret, vel amico ſuo ſub eadem conditione. ſed quando inſtituit filium, tunc non habet locum ille. §. præterea ibi teſtator non diſpoſuit erga vterum, hic ſic. Et hęc reſponſio clariſſima eſt. Sed poſſet dubitari: quia maſculus non fuit partus immediatus, ſed mediatus ex ſecundo ventre, vtrum includatur in verbis teſtamenti? Et dico, quod ſic, primo per caſum. l. ff. de libe. & poſthu. l. placet. ſecundo per caſum teſtamenti; quia tibi teſtator dixit, vnum, vel plures. nam plures vix vno vtero naſcuntur, ſed raro: vnde conſiderato eo, quod communiter accidit, verba debent referri ad ſucceſſiuas prægnationes: nec debent reſtringi ad vnam, & eandem, quia mens naturalibus conuenire debet, vt C. de fideicom. l. cum acutiſ. & ff. de condi. & demonſtra. l. cum auus. & C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. generaliter. Item etiam in vno vtero vnus naſcitur prius, alter poſtea: & tamen quilibet eſt inſtitutus, vt l. 1. §. quare. ff. de ventre in poſſ. mitten. Nec obſt. quod filia fœmina fuerit primogenita; quia de ea fuit facta mentio de per ſe. præterea ſeparati caſus includunt diſpoſitionem, quæ reſultat ex coniunctione membrorum diſpoſitionis, vt ff. de libe. & poſthum.
2 l. ſi ita ſcriptum. & ff. de hæredi. inſti. l. Clemens patronus. † Demum quærit dilectus meus à me, vtrum ſubſtitutio facta per hæc verba, ſi contigerit filium meum mori ante legitimam ętatem teſtandi, ſit compendioſa tempore limitata, quæ comprehendit veram pupillarem, & veram vulgarem, & vtranq; quaſi expreſſam, an ſit pupillaris tantum: ſum conſuetus dicere, & eſt ipſa veritas, quod eſt compendioſa tempore limitata: vnde ſi decedit pupillus viuo patre, nõ euaneſcit ſubſtitutio: quia non eſt tacita vulgaris, ſed expreſſa vulgaris. & ſic non obſtat, quod no. ff. de captiuis. l. quod filius. & ff. de vulg. ſubſti. l. lex Cornelia. tenendo opinionem Dyn. nam iſtud eſt verum, quando teſtator diceret ita, filius meus hæres erit. quod verbum poteſt intelligi. niſi ſuperuiuat patri. viuo enim patre cõſtat, quod non eſt hæres patris, vt C. de capti. & poſtliminio reuerſis. l. nec nos. & C. de pac. l. fin. & C. de ſacroſan. eccle. Auth. ſi qua mulier. & hoc ſi decedit viuo patrẽ, ſed ſi mortuo patre, tunc adita per pupillum hæreditate patris compendioſa vertitur in meram pupillarem ex generali forma ipſius, & natura verborum eius; vt dixi in primo conſilio. ad hoc etiam facit opinio communis; quod ſubſtitutus ad vniuerſitatem bonorum facta mentione pupillaris ætatis, vel, quod pro eodem habetur, ſit ſubſtitutus recta via, id eſt, directa: quia pupillaris ætas eſt appoſita vt tempus, & vt terminus ſubſtitutionis, quod non eſt de natura fideicommiſſariæ, niſi eſſet fideicommiſſaria expreſſa, vt C. de inſtit. & ſubſti. l. generaliter. & ff. ad Treb. l. Scæuola, & ff. de vulg. ſub. l. qui habebat. reddendo ſingula ſingulis membris. Si autem teſtator non expreſſit hæc verba, ſi hr̃s, ſed dixit, ſi in pupillari ætate deceſſerit, certum eſt, quod ſi viuo patre decedit, conditio tamen eſt impleta, & ſubſtitutio purificata eſt. iſta ſubſtitutio autem non poteſt eſſe alia, quam vulgaris, cum ſit directa eo caſu, quando decedit in vita patris: fideicommiſſaria autem non poteſt fieri per patrẽ, ſi filius moritur in vita patris, vt ff. de vulg. ſubſt. l. cohæredi. §. cum filiæ. Præterea hoc videtur euidentiſſima ratione: nam idem eſt dictum, ſi deceſſerit in pupillari ætate, quod eſt dictum, ſi quandocunq; deceſſerit in pupillari ætate, quia iſta dictio, quandocunque, ſubintelligitur, vt ff. de vulg. ſubſtit. l. centurio. nemini autem venit in dubium, quod dictio, quandocunque pertinet ad compendioſam, vt in c. ſi pater. de teſta. lib. 6. Et ſciendum eſt, quod iſta ſubſtitutio vulgaris poteſt fieri etiam in legato: & potuiſſet fieri filiæ fœminæ in caſu noſtro, ſi teſtator hoc voluiſſet, vt ff. de leg. 2. l. vt hæredibus. nam vulgaris ſubſtitutio poteſt fieri etiam in legitima, vt ff. de libe. & poſthu. l. ſi poſthumus à primo. §. quod vulgo perpendat. Igitur pro opera eccleſiæ ſancti Michaelis me fideliter conſuluiſſe puto, primo propter dei reuerentiam, ſecundo propter maieſtatem rei veritatis. Dubium ergo principale, quod eſt de l. anniculus. §. falſum. nullo modo eſt dubium, quia ille §. nullo modo tangit caſum noſtrum: & ſic pro opera conſului, & qui conſuleret contrarium, recederet à veritate, & deficeret in vero intellectu legum, nam vt dicit gloſ. ordina. quia plerunque leges aliud videntur velle, quam velint, ſæpe decipiuntur magiſtri, & ſcholares, & maxime quando non ponderant verba teſtamentorum, quæ in ſe magnum pondus habent ad cognoſcendum quid eſt. Ego Baldus de Peruſio.

## CONSILIVM CXXIII.

1 *Hypotheca creditoris an ſit extincta; ſi ipſe à ſuo debitore emat, & poſt ei reuendat bona, quæ prius erant ſibi obligata.*
2 *Creditor, qui prior eſt, emens à debitore bona obligata an teneatur poſterioribus creditoribus.*

**In Chriſti nomine.** Quidã Alexander obligauit pro certa ſumma cuidam Auguſtino, & eius fratri omnia ſua bona præſentia, & futura, & nonnullis alijs creditoribus, qui tandem ceſſerunt dictis fratribus iura: tandem dictus Alexan. fecit venditionem de quibuſdam rebus fratribus dictis. Et not. quod non fuit datio inſolutum pro prioribus creditis, ſed ſimplex venditio: tandem dictus Alexand. & dicti fratres fecerunt compromiſſum in quendam arbitrum occaſione dictæ venditionis: qui arbitrator mandauit, quòd ipſo Alex. dante, & ſoluente precium dictæ venditionis infra certum terminum; quod dicti fratres tenentur reuendere dicto Alexand. & facta dicta venditione incontinenti dicti fratres locauerunt dictas domos, & terras dicto Alexandro: & poſtea fecerunt retro venditionem de dictis rebus domino Alexand. eo ſaluo, & reſeruato, quod per dictam reuenditionem nullum præiudicium generetur dictis fratribus in aliquibus ipſorum iuribus competentibus ſuper dictis rebus retrodatis eiſdem fratribus obligat. & hypotheca, vt ſupra, ſed ipſum ius ſit ſaluum. poſt prædicta dictus Alex. de dictis rebus fecit venditionem, & inſolutum dationem dictis fratribus pro prioribus portionibus debitis quas res dicti fratres tenent. Modo quidam alius creditor dicti Alexandri, poſterior tamen dictis fratribus agit hypothecaria contra dictos fratres, eſt quæſtio, vtrũ dicti fratres pro dicto antiquo debito; in quo ſunt priores tempore; poſſint defendere contra nouum creditorẽ hypothecaria agentem. & quæſtio ſtat in hoc, vtrum hypotheca dictorum fratrum ſit extincta, eo, quod emerunt

 res

res hypothecatas, & facti ſunt domini, vel eo, quod denuo re-
uendiderunt vel ex eo, quam denuo, & vltimo iterum emerũt,
1 & inſolutum receperunt, necne. † Et videtur dicendum, quod
hypotheca aliqua fuerit extincta: & hoc videtur probari pluri-
bus rationibus. primo: quia creditor emendo à debitore vide-
tur conſentire debitori, quod vendat pignus, & ſic ſoluitur pi-
gnus, vt ff. qui, mo. pi. vel hypot. ſol. l. ſicut. §. venditionis. ſecun-
do, quia per talem emptionem facti ſunt domini vnde rem pro-
priam non poſſunt hypothecatam habere, vt ff. de reg. iur. l. ne-
que pignus. Tertio, quia dicta hypotheca peruenit ad caſum, à
quo non poteſt incipere, ergo euincitur, vt ff. de verb. ob. l. plu-
ribus. §. & ſi placet. & l. exiſtimo. eo. tit. Quarto: quia ſemel libe-
rata eſt res à vinculo pignoris. & ideo nunquam in illud reinci-
dit, vt C. de remi. pig. l. ſolita prouiden. Quinto videtur lex ex-
preſſe hoc determinare: nam cum creditor in ſolutum accepe-
rit, eſt extincta obligatio perſonalis, ergo & hypothecaria eius
acceſſoria; vt legitur, & not. ff. de pac. l. ſi tibi. §. de pignore. In
contrarium videtur, quod dicti fratres, idemque creditores ſibi
reſeruauerunt iura hypothecæ, quæ reſeruatio valet, vt ff. qui.
mo. pig. vel hypot. ſol. l. ſi debitor. §. ſi in venditione. & ibi gloſſ.
2 ord. determinare videtur hanc quæſtionem ad literam. † Quæ-
ritur enim ſi prior creditor emit à debitore, an tenebitur poſte-
rioribus creditoribus? Et videtur, quod non, cum ſit iam ſolu-
tum vinculũ pignoris. In contrarium; quia videtur velle diſceſ-
ſiſſe à vinculo pignoris, ſi irreuocabilis eſſet datio à debitore fa-
cta, ar. de ſeparat. bonorum. l. debitor. & eſt expreſſum. C. ſi an-
tiquior creditor. l. 1. in fi. & ff. de exce. rei iudi. l. ex ſextante. §. La-
tinus. ita dicit gl. valde no. ff. qui potio. in pig. hab. l. quia debi-
tore ſuo. & maxime, quia hic non fuit inſolutum datio à princi-
pio, ſed ſimplex venditio, & ſic non ſumus in controuerſia doc.
de qua hr̃ in l. libera quidem Theodora. de ſen. interloc. & ff. de
pigno. act. l. eleganter. in princip. & l. qui res. in princip. ff. de ſo-
lu. & licet vltima fuerit datio inſolutum, tamen fuit cum reſer-
uatione, & proteſtatione: & ſic ſaluum remanſit ius proteſtan-
tis, vt d. l. ſi debitor. Ad intelligentiam veritatis diſtingue qua-
tuor caſus. Nam interdum poſſidet rem primo ſibi obligatam,
poſtea alteri, interdum econtra primo obligatam alij, poſtea ſi-
bi obligatam tantum. Primo caſu certum eſt, quod tuetur hy-
pothecaria, ſi poſſidet. ſecundo caſu non tuetur hypothecaria,
niſi ſibi offeratur debitum, & ita loquitur illa gloſ. ſolennis ſu-
perius allegata. Tertio caſu adhuc durat ſua hypotheca propter
ius offerendi, donec prior creditor ſit dimiſſus: eo em̃ dimiſſo
fruſtra duraret ſua hypotheca, cum habeat plenum, & irreuo-
cabile dominium: & res irreuocabiliter facta ſua ſibi non po-
teſt eſſe hypothecata, vt ff. de captiuis. l. in bello. §. ſi quis ſer-
uum. Quarto & vltimo caſu, quando erat obligata ſibi empto-
ri, ſolutum eſt ius pignoris, vt nemo poſſit euincere. Ego Bal-
dus de Peruſio.

CONSILIVM CXXIIII.

1 *Archipresbyter habet iuriſdictionem in ſubditos, & poteſt eis mandare: & propter tale exercitium iuriſdictionis ab epiſcopo ſuo non poteſt mulctari.*

1 In Chriſti nomine. † Archipresbyter habẽs
ſub ſe canonicos habet
iuriſdictionem, & poteſtatem etiam excommunicandi, ex quo
eſt in plena adminiſtratione, de offic. ord. cap. cum ab eccleſia-
rum prælatis. & de maio. & obe. cap. cum in eccleſijs. per Inno.
& Hoſt. & eo. tit. c. quanto. de off. arch. cum ſatis. de iudi. ca. de-
cernimus. & ibi per Ber. vbi dicit, quod omnes prælati, ſcilicet
qui ſunt in poſſeſſione prælaturæ, ſunt iudices ordinarij ſubdi-
torum ſuorum. Vnde iſte archipresbyter ſine dubio habet iu-
riſdictionem. tamen cauſa, quæ ſine cauſæ cognitione exerceri
non poteſt, extra territorium exiſtens, exerceri non poteſt, vt
in l. 2. ff. de offic. proconſulis, & legati. & ff. de iuriſ. om. iu. l. ex-
tra territorium. & in c. vt animarum, cum ſua materia. nam ſiue
extra exiſtens, ſiue extraneos iudicans dicitur procedere illici-
te, vt C. de decurionibus. l. duumuiri. lib. 10. Sed vbi non requi-
ritur cauſæ cognitio, vt in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictio-
nis, talis iuriſdictio poteſt exerceri vbiq; in loco honeſto, vt d. l.
2. de offi. proc. idem in mandatis, quæ faciunt ſuperiores ſubdi-
tis ſuis in his, quæ abſque iudicio mandari pñt: puta in his, quæ
pertinent ad obſeruantiam, vel conſtitutionum, vel regulę: ma-
xime quia de nullius præiudicio agitur, arg. ff. de arbitris. l. diem
proferre. in prin. & quod no. Inn. in c. 1. de iudicijs. lib. 6. His igi-
tur attentis; quia qđ iuſtum eſt mandauit, & quia præceptum
ſuum dupliciter iuſtificauit. ſ. & poſſet de iure, & non poſſet in
loco venire, dicendũ eſt, ꝙ per mandatum iuſtificat: ne incide-
ret in aliquã pœnam, quia in caſu, in quo de iure, vel de loco, vel
tempore non potuiſſet fieri, apparet factũ non eſſe, vt ff. de act.
& obl. l. non ſolum. & ff. de manumiſ. teſta. l. ſi quis locuple. in fi.
Præterea multa nõ potuit induci ſine cauſæ cognitione, & non
dato termino ipſi archipresbytero ad faciendã ſuam defenſio-
nem, vt C. cõmi. epi. l. præſes. & l. interlocutio. & eſt expreſſum.
ff. de re militari. l. 3. §. ſi ad diem. Præterea celeritate correctio-
nis intelligitur culpam, ſi qua fuerit, purgaſſe, vt ff. de adulterijs.
l. ſi adulterium cum inceſtu. §. fratres. & §. idem Pollioni. ff. de
offi. præſidis. l. illicitas. §. ſi. ff. de in ius vocan. l. quamuis. nam in
criminibus extraordinarijs habet locum pœnitentia re integra,
nedum hic, vbi non erat crimen, vt no. in l. & hoc ædicto. §. pe.
ff. de aliena. iudi. mũ. cauſa facta. & ibi gl. ordinaria, propter qđ
concluditur aperte, quod à dicto archipresbytero dicta mulcta
non poteſt exigi: præſertim cum mulctarum ſeuera compen-
dia non conſueuerunt, niſi propter contumaciam extorqueri,
vt ff. de verb. ſign. l. aliud. §. inter mulctam. & C. de modo mul-
ctarum. l. eos. non ob. ca. ſacro. de ſent. excom. quia alius eſt ibi
caſus. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CXXV.

1 *Contractus ex quibus coniecturis præſumatur ſimulatus, vſurarius, & illicitus.*

2 *Tranſactio poteſt fieri ſuper fraude, dummodo in ea non continetur fraus.*

1 In Chriſti nomine. † Tres fuerunt contra-
ctus, vnus trecẽtorum
flor. ex cauſa mutui: alter venditionis certæ pro dictis trecent.
flor. & vltra pro flor. tribus. Tertius contractus fuit tranſactio-
nis inter prædictos, & nomine tranſactionis fuit facta ſimilis
venditio pro dictis trecen. flo. & confeſſus fuit vltra dictos tre-
centos flo. dictus debitor ſe habuiſſe à dicto, vt ſupra. mutuante
lib. centum ſeptuagintaquatuor tertiolorum nomine dictæ
tranſact. & ad confirmationem dicti inſtrumenti venditionis,
dicit itaque debitor, quod omnes iſti contractus fuerunt facti
in fraudem vſurarum: & eos reſcindi petit: & illicitos, & vſu-
rarios iudicari: & probatum fuit dictum creditorem fuiſſe vſu-
rarium manifeſtum: & de hoc etiam apparet ſua cautio: ta-
men non videtur eſſe ſpecialiter probatum, quod dictus pri-
mus contractus fuerit vſurarius: ſed præſuppono, quod ita fue-
rit in rei veritate, & quod dubium non reſtet, niſi ſuper dicta
tranſactione. Quæritur igitur quid iuris? Reſpondeo, ſi obliga-
tio trecentorum floren. fuit fœneratitia, quicquid ex ea, vel ab
ea ſecutum eſt, debet in irritum reuocari, vt C. de legi. & con-
ſti. l. non dubium. §. fi. nam à primordio tituli poſterior forma-
tur euentus, vt C. de imponen. lucrat. deſcriptione. l. 1. lib. 10. &
non titulus contractus, ſed origo debet inſpici, vt ff. de do. l. qui
id, quod. & ff. de fideiuſſ. l. tutor. & hoc apparet manifeſte, quia
in quolibet poſteriore contractu tacite reepilogata eſt vſura.
& quicquid accedit ſorti per quemcunque coloratum contra-
ctum, eſt vſura, vt not. ff. ſi cer. pet. l. rogaſti. §. ſi tibi. & confeſ-
ſio facta verſus vſurarium eſt ſuſpecta de fraude vſurarum, vt
not. Guil. & Cyn. expreſſe. ff. de pactis. l. ſi tibi. 10. milia. in prin-
cip. Item ex ſucceſſiuis cautelis præſumitur fraus, vt not. in l. 6.
ff. de cond. inſti. in gloſ. no. Item iſta non fuit tranſactio, ſed ſor-
dida conceſſio: & hoc apparet ex ordine titulorum, ſiue con-
tractuum; & ex vacillatione, ſiue varietate eorum. quod enim
emptio non fuerit à pura fraude, apparet quia non conſonat,
nec ſe confrontat veritati. nam fruſtra in poſteriore contractu
tranſactionis eſſet adiectum precium librarum cẽtum ſeptua-
gintaquatuor, niſi quia prima vẽditio erat aſperſa vſuraria pra-
uitate: & ex varietate contractus p̃ſumitur fraus, vt C. mandati.
2 l. ab Anaſtaſio. † Ego non dico, ꝙ ſuper lite vſuraria non poſſit
tranſigi bona fide, cũ ſuper quolibet dolo tranſigi poſſit, niſi in
tranſactione ſit repetitũ vicium, vt C. de plus petit. l. 1. Sed hic
fuit repetitũ vicium, q̃a fuit incluſa vſuraria quantitas ſub ſum-
ma trecentorũ flo. & alia ſumma li. centũ ſeptuagintaquatuor,
vt ff. de reb. dubijs. l. ſi is, qui ducenta. §. 1. pp fermentũ igitur v-
ſurarũ tota maſſa corrupta eſt iuxta illud, modicũ fermenti totã
maſſam corrumpit, vt no. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. hoc etiam
apparet



apparet naturali, & ciuili ratione. nam nemo, quod emit ſemel,
pure, & libere, poteſt iterato emere, ac nouũ precium adijcere:
cũ rei factæ ſuæ iã retro per venditionem, & traditionem nulla
denuo emptio conſiſtere poſſit, vt ff. de reg. iu. l. neq; pignus. &
ff. de cõtrah. emp. l. rei ſuæ. Sed ſi appareret de vera numeratio-
ne, bñ potuiſſet contractus pignoratitius tranſire in cõtractum
venditionis per receſſum à pignore, & acceſſum dominij, vt l.
ex ſextante. §. Latinus. ff. de exce. rei iudi. Sed in quæſtione no-
ſtra non apparet de vera numeratione. Item tranſactio facta in
fraudem canonum non tenet. d. l. non dubium: cum ſimilibus.
Ex quibus concluditur, quod ſuper dictis libellis dictus Vicari-
us poteſt cognoſcere, imo quodammodo cognouiſſe: porro
ordo, & connexitas, & ſequela rerum geſtarum hoc manifeſte
declarant cuilibet recte intuenti, vt ff. de tranſ. l. cum hi. §. ex
cauſa. & §. ſi prætor. & optime facit. C. de tranſact. l. cum ea et-
iam. C. de fide inſtru. l. ſcripturæ. & C. de repudian. hær. l. 2. & ex
colligantia, & origine ſucceſſiua contractuum, deprehenditur
fraus inter prohibitos, de proba. l. qui teſtamentum. Ego Bal-
dus. Vide infra in conſi. 137. vbi ponuntur aliqua in fine, quæ
hic non ponuntur.

CONSILIVM CXXVI.

1 *Poſthumus, ſeu venter ex filiofamilias, qui multa bona acquiſiuerat ex caſtrenſi, an mittatur in poſſeſſionem bonorum caſtrenſium ſic poſtulante matre, an auus ipſe poſſidebit, & an curator ſit dandus ventri: & an mater, an auus erit curator, & natus per triennium educabitur apud matrem etiam auo inuito.*

2 *Auus poteſt ſubſtituere pupillariter poſthumo.*

3 *Conſiderare non debemus, quod euenire poteſt, ſed præſentem ſtatum.*

In Chriſti nomine. Quidam nobilis filius-
familias multa quæſi-
uit ex ſtipendijs ſuis armorum probitate: & nonnulla alia diſ-
currendo per totum cũ alijs armigeris, violando, & extorquen-
do, vt moris eſt in Italia: deceſſit iſte ſuperſtite patre, in cuius
erat poteſtate, & relicta vxore pręgnante, quę petit ſe mitti no-
mine ventris in poſſe. bono. quondam mariti: ſed pater, in cu-
1 ius poteſtate fuerat dictus armiger nobilis, contradicit. † Mo-
do quæritur, quid iuris in caſtrenſibus, & quaſi: quia de aduen-
titijs nõ eſt dubium, quod ſolus pater dicti nobilis habet vſum-
fru. vt C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. Et arguitur primo pro
patre: nam ſi poſthumus, qui eſt in vtero, hr̃ pro nato, ergo ad
patrem pertinet adminiſtratio, ſicut pertineret nato impube-
re, cum naſcatur in eius poteſtate, argum. ff. de nego. geſt. l. cum
pater. Item ſicut eſſet legitimus adminiſtrator bonorum nepo-
tis, vt C. de bo. mater. l. 1. ita debet eſſe legitimus adminiſtrator
vteri ratione ſpeciei de naſcendo: nam aut puer non naſcetur,
& ad ipſum patrem dicti nobilis pertinent bona, quia ſuccedit
filio ſuo ab inteſtato: aut naſcetur, & ad ipſum auum pertinet
adminiſtratio, & vſusfructus etiam bonorum caſtrenſium filij,
vt ff. de acquir. hære. l. Paulus. §. fi. Cum igitur in omnem euen-
tum ſit certum ius patriæ poteſtatis, habita conſideratione fi-
lij, vel nepotis, ergo mater poſſeſſionem ad ſe auocare non po-
teſt: & ſic non debet mitti ad talem qualem poſſeſſionem ven-
tris nomine. Præterea non debet dari ſibi licentia, vel habili-
tas adminiſtrandi, vel tangendi; quia in hoc poſſet eſſe pericu-
2 lum patris, vt ff. qui ſatiſ. cog. l. ſi fideiuſſor. §. fin. † Præterea
auus poteſt poſthumo pupillariter ſubſtituere, & matrem to-
taliter excludere, ſi contingeret puerum naſci, & decedere in
pupillari ætate, vt ff. de vulg. ſubſtitu. l. moribus. §. 1. & l. ſed & ſi
3 plures. §. ad ſubſtitutos. † Sed breuiter contrarium videtur ve-
rius; quia non debemus conſiderare, quod venire poteſt: ſed
præſentem ſtatum, quo impleto ille, qui eſt in vtero, eſt pars vi-
ſcerum, & ius matris potentius eſt in eo, vt ff. de ven. in poſ. mit-
ten. l. 1. & not. in d. l. cum pater. & non ſolum dum eſt in vtero,
ſed etiam vſque ad triennium dum eſt in lacte. vnde nec auus
poſſet interim matri auferre nepotem, niſi tranſiret ad ſecun-
da vota, vt in cap. vlt. extra de conuer. infidelium. cum gloſſ. val-
de not. Videtur igitur dicendum, quod mater debeat mitti in
poſſ. bon. ad conſequendum quoſdam effectus, quos producit
talis bono. poſſ. quæ ius non tribuit: ſic tamen vt detur curator
ventri, vel bonis, qui faciat ea, quæ pertinent ad officium dicti
curatoris: ita tamen ꝙ res mobiles, & pecuniæ ſtẽt in tuto apud
ædẽ ſacram, vt l. ita autem. in pr. ff. de admi. tu. ita ꝙ nec veniunt
ad manus dicti patris, nec dictæ mulieris, donec rerum natura
oſtenderit finẽ partus. redditis autẽ dictarum pecuniarum per
dictum curatorẽ veniunt diſponendi, & adminiſtrandi, ſecundũ
ꝙ dicitur in l. 1. §. curator. de ven. in poſ. mitten. cum ſi. Conſulo
tamen dictæ matri, & illis, qui habent ſibi conſulere, ꝙ hoc po-
tius tractent amicabiliter, quam controuerſialiter cum ſocero:
quia multa põt in iſta materia, vt ex ſuperioribus pãtet; & forte
hoc caſu dictus auus debet dari curator, & non mr̃, nec alius. de
materia iſtius curæ no. in Spec. de ſucceſſio ab inteſt. & ego dixi
in conſilio præcedenti iſtud conſilium, quod allegatum eſt in-
fra in con. 137. Indubitanter igitur dicta nobilis domina tria pe-
tere poteſt. ſ. ſe mitti in poſſeſſionem ventris nomine, ſecundo
curatorẽ dari bonis vel ventri, vt in l. 2. §. ſed ſi mater. ff. ad Tert.
licet Spe. dicat, quod non vidit vnquam dari curatorem ventri;
ſed ſiue detur curator bonis, ſiue ventri, dẽt facere inuentariũ,
& curare, ꝙ mobilium, & maxime pecuniæ non occultentur,
ne poſſint dilapidari etiam per auum paternum; quia nõdum
eſt legitimus adminiſtrator, cum ventrẽ non editum nõ habeat
in ptãte, vt l. vlt. ff. de aſſignandis libertis. & l. fi. ff. de col. bono-
rum. Tertium autẽ petere poterit, cum venter natus erit, quod
liceat puerum apud ſe per triennium educari etiam inuito auo,
vt plene not. extra de conuerſione infidelium. c. ſi. niſi contra-
heret ſecundas nup. vt in Aut. de nuptijs. §. omnes quoque. Na-
tus autem erit in ptãte aui paterni, & deſinet cura, cum cœpe-
rit eſſe in ptãte aui: & auus erit legitimus adminiſtrator, vt l. 1.
C. de bo. mater. in l. cum oportet. & l. cum non ſolum. C. de bo-
nis quæ liberis. ſic tamen quod nec auus, ſi eſt male morigera-
tus, vel ſuſpectus, poſſit dilapidare. ff. ad Trebel. l. Imperator. C.
de ſen. paſ. l. fin. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXVII.

1 *Feudum datum ad renouandum, renouandum eſt, vt eccleſia ſuum conſequatur laudimium, alíter vaſallus cecidit in pœnas.*

In Chriſti nomine. Quidam nobiles rece-
perunt in feudum quę-
dam prædia pacto appoſito, quod ea poſſint locare, & affictare
ad certum tempus, vel ad 10. annos ad renouandum, iſti nobi-
1 les ſic affictauerunt. ſc. ad 10. annos ad renouandum. † Quæri-
tur, renouatione nõ ſecuta, nec facta, vtrum iſta prædia ad mo-
naſterium ſint reuerſa, an ad dictos nobiles. Et videtur, quod ad
mon. Quia pactum eſt appoſitum cum mona. & non eſt obſer-
uatum. Conſtat enim, quod ex iſto pacto ius mona. acquiritur,
vt C. de iu. emphy. l. 2. in prin. & in 10. col. quib. mo. feu. amit. §.
eſt & alia. & eſt pp feloniam contractus, ipſa enim eccleſia dẽt
habere ſuæ iniuriæ, vltionem. Ex quo enim emphyteuta non
curauit pactum ſeruari, nec interpellauit affictuarios, cecidit à
iure ſuo propter ſuam culpam, quia tenetur nõ ſolum de facto
ſuo, ſed de facto eorum, qui habent cauſam ab eo, vt ff. de verb.
obl. l. ſi ſeruum. §. de illo. & l. ſtipulatio iſta habere licere. §. 1. Et
igitur in legem committitur, cui ex pacto l. non ſeruatur: non
enim conquereretur de iure tertij, ſed de proprio intereſſe, vt
C. de ſac. ſan. eccl. Auth. qui res iam dictas. & ff. locat. l. quæro. §.
inter locatorem. quod deberet hoc facere, & curare, probatur
per id, quod legi. & no. ff. de verb. obl. l. ſi ita quis. §. ca. l. & ff. de
pac. l. non impoſſibile puto. & maxime ſi pro renouatione de-
beat præſtari laudimium eccleſiæ, quemadmodum ſi debuiſſet
præſtari fictum. Et ſi nõ eſſet præſtitum, & eſſent elapſi plures
anni: quia pœna committitur, etiam ſi minimum quid nõ ſol-
uatur, vt ff. fa. erciſ. l. hæredes. §. idem iuris. In contrarium vide-
tur; quia iſta locatio ad renouandum non videtur tacite reno-
uata. nam feudum requirit ſcripturam, niſi ſint teſtes pares cur.
vt in c. 1. de feudo guardiæ, & caſtaldię. & vbi requiritur ſcriptu-
ra, non videtur res tacite recõduci. tex. eſt not. ff. locati. l. item
quæritur. §. qui impleto. in fin. §. ſi ergo dicta affictatio fuit fini-
ta tempore, vt C. locati. l. ſi cum Hermes. non autẽ reuerſa, quia
non conceſſa: finito igitur tempore ipſo iure redit in primũ ſta-
tum, & ſic eccleſia non hẽt ius vendicandi. Solu. ſi nihil eſt in
præiudicium eccleſiæ factum, non redit ad eccleſiam: quia nul-
la eſt culpa, ſed ſi eſſet factum in p̃iudicium eccleſiæ, vt quia ec-
cleſia dẽt hẽre laudimium de renouationibus fiendis, tunc re-
uerteretur ad eccleſiam, quia vaſallus nõ ſeruauit in hoc eccle-
ſiam indemnem: imo ſua culpa eccleſia incidit in læſionem, &
hoc patet expreſſe per iura ſuperius alleg. Itẽ contra pactũ fuit
dicta res affictata inſpecto exitu, ergo eccleſia hẽt ius reuocan-
di, vt in d. §. Eſt & alia. & §. ſi. in ti. quæ fuit prima cauſa bene-
ficij

ficij amittendi.& in cap.Imperialem.§.illud.de prohibita feudi alie.per Fed.Ex his ſequitur, quod vaſallus non ſolum renouare poteſt, ſed renouare debet, vt eccleſia cōſequatur laudimium, ſi ſolitum eſt præſtari; quia tenetur fideliter gerere rem domini ſui quò ad ipſum feudum. Si autem nō eſt conſuetudo, quod domino præſtetur laudimium pro renouatione, quæ fit à vaſallis in ſuum affictantem, tunc non poteſt conqueri dominus de iure vaſalli, vt not.in l.1.§.1.& in l.2.ff.ſi ager vecti.vel emph.petatur. Ego Bal.de Peruſio. Iſtud conſilium ſequens tendit ad illud idem, quod conſultum eſt ſupra in conſi.122.

CONSILIVM CXXVIII.

1 *Teſtamentum, in quo filius poſthumus eſt præteritus, an conualeſcat de iure ciuili, vel prætorio.*

2 *Subſtitutio facta ventri, ſi maſculum peperit, & ante legitimam ætatem teſtandi deceſſerit, an valeat, & comprehēdat ſolum ventrem, qui erat tempore teſtamenti: & quæ ſubſtitutio ſit iſta.*

In Chriſti nomine. Ad intelligētiam duorum dubiorum eſt præ-
1 mittendum, † quod dictum teſtamentum fuit nullum: quia filia in poteſtate teſtatoris poſita fuit præterita, cui nihil fuit relictum iure inſtitutionis, vt in Aut.vt cum de appel. cogno.§.aliud quoq; capitulum.niſi ſtatutum loci diſponeret, quod ſufficeret quoquo relicti titulo, ſicut erat de iure codi. vt C. de inoffi.teſt.l.omnimodo.& licet filia deceſſerit viuo patre, tamen videtur, quod teſtamentum non conualeſcat, vt ff. de liber. & poſthu.l.filius, qui in poteſtate.& Inſti.de exhæred. lib. in prin. Sed tamen contrarium eſt verum hoc caſu, quando filius teſtatoris fuit hæres inſtitutus, vt ff.de iniuſt.teſt. l. poſthumus. ver. idem & circa. nam tunc conualeſcit de iure prætorio, quo ad primum gradum inſtitutionis: tamen quia filius illico deceſſit, & bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas non petit, inſtitutio filij videtur eſſe in cauſa caduci: cum poſſeſſio non tranſmittatur ad hęredes, ſi non eſt agnita, vt ff.de bo.poſ.l.3.§.& acquirere. de iure vero ciuili teſtamentum non conualeſcit, vt ff. ſi tabulæ teſta.nullæ exta.l.1.in fi. & not. ff. de iniuſt.teſt. l. cum in ſecundo.& C.de contratab.l. poſthu. ſequitur ergo, quod ſi teſtamentum eſt nullū propter præteritionem poſthumæ, vulgaris ſubſtitutio facta filio maſculo non teneat. Eſt enim vulgaris: quia teſtator dixit, ſi non naſceretur.vt ff.de ven.inſpi.l. qui
2 ventri. † Sed dubium reſtat, vtrum ſubſtitutio facta ventri, ſi maſculum peperit, & ante legitimam ætatem teſtandi deceſſerit, habeat locum: & antequam veniam ad hoc, oportet præmittere talem quæſtionem, videlicet an teſtamentum prædictum intelligatur ſolum de ventre, qui erat tempore teſta. vt ff. de leg.2.l.ſi ita ſcripſiſſet. Contrarium eſt verum: quia teſtator non dixit, ſi prægnans eſt, ſed dixit, ſi prægnans eſſet: quod intelligitur, quandocunque ex dicto teſtatore eſſet prægnans, argum.C.de poſthu.hære.inſtituen.l.ſi. & ff. de libe. & poſthum. l.placet. nam in dubio debemus interpretari, quod teſtamentum valeat, & quod teſtator ſenſerit de caſibus neceſſarijs, vt not.ff.de libe.& poſthum.l.Gal.§.videndum. vnde natis diuerſis prægnationibus filia, & filio, intelligo teſtatorē de vtroque ſenſiſſe, videlicet de filia legando, & de filio maſculo inſtitutio fuit iſta: & dico, quod fuit pupillaris, quia illa verba, ſi deceſſerit ante legitimam ætatem teſtandi, hunc ſenſum exprimunt, id eſt, ſi deceſſerit in pupillari ætate, quia illa eſt ætas nō teſtandi, vt ff. de teſtam.l. qua ætate. vnde fuit expreſſa conditio, ſi deceſſerit in pupillari ætate: quapropter ſubſtitutio eſt formaliter, & figuraliter pupillaris. ſed tunc ſtatim, quæritur, an dicta ſubſtitutio euaneſcat propter præteritionem dictæ fœminæ: & gloſ. dicit, quod pupillaris ſubſtitutio non vitiatur ratione præteritionis, vt not.ff.de vulga.ſubſtit.l.1. & idē tenet Bar.ſed opi. Dyn.contra opin. gloſ. puto veram, quando ſubſtitutio pupillaris fit inſtituto, & non præterito: ſicut eſt in caſu noſtro.ſi autem fieret impuberi præterito: tunc eſſet vera opin. Dyn. arg. ff.de lega.3.l.ex filio. C. de fideicom.l.pen. & ideo in quæſtione propoſita pro opera eccleſiæ ſancti Michaelis ſentio tam in hęreditate paterna, quæ eſt tota deuoluta ad poſthumum; quia ſoror deceſſerat in vita patris: quam etiam in materna; quia ſolus ſupererat maſculus, & licet natus fuerit octauo menſe, qui non poteſt viuere ſecundum phyſicos, tamen ſufficit momento vixiſſe, vt C.de poſt.hær.inſtit.l.vxoris abortu.& l. quod certatum. & ita ſentio de his punctis, & de clauſula codicillari, non expedit tractari, cum ſubſtitutio pupillaris valeat iure directo. Item ſcias, quod inſtitutio & ſubſtitutio comprehendunt ſimiles caſus, id eſt, vbi eſt eadē intentio, & ratio, licet ſit aliqua diuerſitas in facto, quia realitatem intentionis inſpicere debemus, vt C.de poſth.hæredi.inſti.l.ſi.& C.de inſtit.& ſubſtit.l.ſi. & l. ſi mater. ſed extractus de vtero realiter nihil differt à nato, nec eſt imputandum teſtatori, ſi nō cogitauit caſum inſolitum, vt C.de inoffi.teſt.l.ſi mater. Item ad confirmationem opi.meæ in l.precibus, facit, quia ſubſtitutio ſub conditione, ſi viuo teſtatore moriatur, eſt vulgaris. & idem ſi ſit caſus, qui ex verbis concipi poſſit, vt ff.de lib.& poſth.l.Gallus.in princ.& §.1.Item facit de ventre inſpici.l. qui ventri. & de fideic. lib. l. Thais ancilla.§.Splendoforus. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXIX.

1 *Subſtitutio facta à matre pupillariter, & directo filio, an ſit inutilis, an valeat iure fideicommiſſi: & an decedente filio in pupillari ætate viuente matre teſtatrice euaneſcat ſubſtitutio.*

In Chriſti nomine. Domina Frāciſca quōdam Odonis fecit teſtamentum, in quo inter cætera hæredem vniuerſalem ſibi inſtituit Corradinum filium ſuum: & ſi forte dictus Corradinus filius ſuus decederet, infra annos 14. videlicet in pupillari ætate, ſibi hæredē ſubſtituit Petrinum fratrē ſuum, vel hæredes ſuos: & hanc ſuam vltimam voluntatem aſſerit eſſe velle, quod valere voluit iure teſtamenti, quod ſi iure teſtamenti non valeret, ſaltem valeat iure codicillorum, vel alterius vltimæ voluntatis, quo melius de iure valere, & tenere poteſt. demum deceſſit dictus Corradinus hæres inſtitutus ſuperſtite dicta domina Franciſca eius matre, & dicto Petrino eius auunculo: demum deceſſit dictus Petrinus ſuperuiuente dicta domina Franciſca, & ſuperſtitibus Michilino, & Margarita eius filijs: poſtea deceſſit dicta domina Franciſca teſtatrix: demum deceſſit dictus Michilinus, & Margarita, quibus ſucceſſit Benedictus, qui Benedictus dicit hæreditatem dictæ teſtatricis ad ſe pertinere. Modo quæritur, quid iuris: præſuppoſitis duobus ſtatutis ciuitatis Ianuæ, quorum vno cauetur, quod ſi quis habilis teſtamentum, ſeu vltimam voluntatem fecerit, vel aliam diſpoſitionem contemplatione vltimæ voluntatis, licet inſtitutiones, vel ſubſtitutiones ſecundum leges non fecerit, tamen diſpoſitio contemplatione vltimæ vol.facta ſit firma, ſi quinque idoneis teſtibus, &c. alio vero ſtatuto, ſiue capitulo ſtatutorum continetur ſic. Item ſi pater, vel auus pupilli, vel pupillæ teſtatus deceſſerit, ſeruetur, ſecundum quod ordinauerit: adeo quod ſi ipſi pupillo, vel pupillæ in ſubſtitutione tacuerit, & non fecerit ſecūdum iura pupillarem ſubſtitutionem, intelligatur tamen facta expreſſa vulgaris & pupillaris: ita quod nec mater, vel aliqua alia perſona aliquid petere poſſit, niſi ſecundum quod de iure petere poſſet, ſi per patrem, vel auum ſubſtitutio pupillaris eſſet facta: ſed poſt tempora pubertatis intelligatur, & ſit talis, qualis fuerit de iure.& de iſto ſecūdo ſtatuto nihil dicā, quia non facit ad propoſitum, cum loquatur ſolum in patre, vel auo
1 paterno ſubſtituentibus. † Reſpondeo igitur ad quæſitum, & primo quæro, vtrum Corradino decedente in pupillari ætate viua teſtatrice dicta ſubſtitutio omnino euanuerit? Et videtur, quod ſic, nam verba dictæ ſubſtitutionis ſunt formaliter verba ſubſtitutionis pupillaris, ſaluo quod nō eſt appoſita illa conditio, ſi hæres erit: ex natura enim ætatis intelligitur pupillaris, vt no.C.de impu.& alijs ſubſti.l.precibus.& ff.eo.l.1.& l.inſtitutis. de pupillari ſubſ.in princ.licet ſubſtitutio pupillaris facta à matre non teneat; vt not.in l.ſi mater. ff. de vulga. ſubſtit. qui non habet pupillum in poteſtate, vt legi.& not.eod.titu.l. moribus. iſta ergo ſubſtitutio pupillaris non tenuit vt pupillaris, nec vt tacita vulgaris, quia pupillus deceſſit viua teſtatrice, vt leg. & no.ff.de vulg.ſubſti.l.lex Cornelia.de priuil.credito. l. pater. & eſt expreſſum.ff.de captiuis. l. quod ſi filius. In contrarium videtur, primo per gl.ordi. quæ eſt.ff.de vulg. ſubſti. l. verbis ciuilibus. quam gloſ. dicunt communiter doctores omnes, quod ſi mater ſubſtituat filio pupillariter, & directo, quod ſubſtitutio non eſt prorſus inutilis, imo valet iure fideic.& ita tenet Gul.de Cu.Dy.Ray.& Bar. & hoc ratione naturali probatur: quia non debet imperitia mulieris, quæ neſcit, quid ſit pupillaris ſubſtitutio, vel vulgaris, officere veræ, & reali intentioni ipſius, ar. ff. de leg.2.l.codicillis.§.fi.& C.de teſt.l.qm̄ indignum.nam & ipſe iudex



iudex debet interpretari ex poteſtate ſibi conceſſa à lege vltimā voluntatem, ita ꝙ valeat, & non pereat, vt C.de fideicommiſſis. l.volunt.& l.fi.ff.de manu. teſt. crudelis eſt enim interpretatio, quæ fit ad ſubuertenda iudicia defunctorum, & iure, & veritatis diſpoſitione penitus aliena. vnde & ſi verba fideicommiſſi deficerent, tamen eum ſermonem pro fideicommiſſo debemus accipere, ar.ff.de leg.2.l.vnum ex familia. §. item Imperator Marcus. & confirmatur; quia teſtator voluit valere etiam iure codicillorū, vel alterius vltimæ voluntatis, prout melius de iure valere poſſet. per quę verba ēt directa vertitur in obliquā, ſi nullo tempore potuit valere iure directo, vt ff. ad Trebel.l. Scæuola. licet illa clauſula, ꝙ valeat iure codicillorū, abſolute poſita non referatur ſecundū gl. quæ eſt in Aut. ex cauſa. niſi ex defectu ſolennitatis teſtium, quæ gl. non habet hic locum; quia teſtōr vlterius proceſſit: voluit enim valere quolibet modo, quo melius poſſet. Præterea illa gl. cōiter non tenetur ſecundū Dyn.& Cy. Sed hic aduertendum: quia ego teneo in l.precibus.ꝙ ſubſtō facta per hæc verba, ſi infra talem ętatem deceſſerit. comprehendit omne tempus, quo infra pupillarē ætatem decedit: non.n. cōcurrit aliqua ratio reſtrictiua temporis, vtrum decedat in vita, vel poſt. vnde prout adaptatur tempori, & qualitati perſonarum, & caſui, per quem aperitur via ſubſtituto, talis cenſeatur ſubſtō compendio tēporis facta, ac ſi teſtator dixiſſet. Sed certe ſi eſt fideicommiſſaria ſubſtitutio, iſta nō poteſt fieri hæredi inſtituto decedenti in vita teſtatricis: cum inſtitutus hęreditatem adire non poſſit, vt C. de fideicommiſſis.l.eam quam. vnde ſi iſta ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, indubitāter euanuit, vt l.ſi nemo.ff.de re.iu. Sed mea opinio eſt, qđ iſta ſubſtitutio ſit cōpendioſa in eo ſimilis, & contineat vulgarem, per l.qui ventri.ff.de ven.inſpi.& C.de inſti.& ſubſti.l.fi. Et credo, quod iſta mea opinio ſit ipſa veritas: tn̄ ſi ille, qui hēt iudicare, vellet inhærere cōi opi. quod iſta ſubſtō facta à mr̄e eſſet fideicōmiſſaria, eſſet proculdubio in cauſa caduci, niſi diceremus per clauſulam codicillarem tranſlatam ad clauſulā inteſtati. ſed ex hoc capite non video, ꝙ ſit actum, nec diſputatum in iudicio, & ideo ex hoc capite reus condemnari nō poſſet. nec obſtat ſtatutum Ianuæ, quia poteſt, & debet intelligi ſecundū ius cōe, vt C. de noxali.l.2.& extra de conſue.c.cum dilectus. imo dictum ſtatutum facit pro iſta opinione, ꝙ valeat iure fideic. cum poſſet valere in omnem cauſam teſtati, & inteſtati vniformiter. & hoc per doctrinā poſitam in l. precib. cum ſi. & ſic iſta ſubſtitutio facta à matre non reputabitur compēdioſa, ſed mere fideicommiſſaria in omnem cauſam teſtati, & inteſtati. quia cum ſit vna, nō debet diuidi: & hoc ſequendo cōem opi. Ideo aūt res deuenit ad caſum inteſtati; quia hæres inſtitutus deceſſit vna cum teſtatrice. & ſic non adita hæreditate ex teſtamento. Ego Bal.de Peruſio.

CONSILIVM CXXX.

1 *Priuilegium confirmans, ſicut antea poſſidebant, quid operatur.*

2 *Conſuetudo, & præſcriptio, eſt optima priuilegiorum interpres.*

In Chriſti nomine. Verba proprie dicunt eccleſiam ſanctæ Mariæ de Cumulo, eccleſiam ſancti Laurentij, cum curte, & terris & hominibus ibidem manentibus, & alijs pertinentijs ſuis, vobis, ſicut ante rationabiliter poſſidebatis, auctoritate apo-
1 ſtolica confirmamus. † Quæritur, vtrum per hæc verba intelligatur conceſſa iuriſdictio ſpiritualis. Et videtur, quod ſic: quia concedens non habebat ibi aliquam iuriſdictionem temporalem, ergo videtur ſpiritualem conceſſiſſe, vt priuilegium aliquid operetur: vt ſupra prudenter allegatum eſt, ar. ad hoc. ff. de contrahen.empt.l.qui tabernas.& ff.de fun.inſtru.l.fundus, qui locatus. & quod not. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in fin. magnæ gloſſ. In contrarium videtur: quia non eſt hic appoſitum aliquod vocabulum, per quod iuriſdictio ſignificetur, vt in cap.1. de capita.qui cu. vendidit. col. 10. & extra de reſti.ſpol.c.cum ad ſedem.& C. de ſeruit.l.fi. nam homines noſtri dn̄i illi, qui nobis ſeruiunt, etiam ſine aliqua iuriſdictione, vt ff.de iuriſ.omnium iudi.l. qui iuriſdictioni. Præterea iſta fuit confirmatio in forma communi, & ideo nihil noui iuris tribuit, & ſi tribueret, pertineret ad honorantias, & alias præſtationes, quas faciunt homines locorum ratione perſonarum, vel rerum: non autem pertinet hæc vox ad aliquem ſpiritualem. Item pro hoc. C.de emancip.lib.l. ne auus. & ff.ne quid in loco pub.l.2.§.ſi quis à principe.& extra de aucto.& vſu pallij.c.
2 ex tuarū. Solutio: ex præteritis præſumimus in præſenti, † nam conſuetudo, & pręſcriptio eſt optima priuilegiorum interpres; & ideo non eſt recedendū ab eo, quod diu æquum, & iuſtū fuit; vt ff.de conſti.principum.l.beneficium.& l. in rebus. vnde ſeruandus eſt mos fideliſſimæ vetuſtatis, & minime ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt. illud videtur rationabile, quod prælati in homines ſuos habeant modicam coerctionem, per quam poſſint eos compellere ad obſequia conſueta præſtari eccleſiæ. & quod in hoc nomine eccleſiæ ſint iudices competentes, quod minime dubium eſſet, ſi facerent homagia. Ego Baldus.

Vide in conſilio 265 & conſilio 199.

CONSILIVM CXXXI.

1 *Locator, qui promiſit dare conductori poſſeſſiones ſeminatas, ſi dat ipſi conductori frumentum ad ſeminandum in ſolario, an ſufficiat.*

2 *Si locator dixit; quod non teneatur ſoluere decimam excepta tali, an intelligantur eſſe liberati à fiſco ipſi conductores? maxime cum in inſtrumento locationis ſint iſta verba, quod non teneantur ſoluere alicui perſonæ.*

3 *Si locator venderet poſſeſſionem locatam auctoritate propria, quia non eſt ſoluta penſio, an cadat ab aliquo iure ſuo.*

4 *Fructus percepti an extenuent ſortem principalem.*

In Chriſti nomine. Caſus eſt talis: quidam nobilis de Magnano locauit P. de Summariua certas poſſeſſiones ad certum tempus, hoc pacto expreſſo, videlicet quod d. locator teneatur, & debeat conſignare d.conductori in prin. præſentis locat. terras ſeminatas. quæritur, ſi dat frumentum in ſolario, & non terras ſeminatas, & d.P. confiteatur ſe habuiſſe frumentum, poſſit petere intereſſe? Secundo quæritur, ſi in inſtrumento continetur, quod d. P. de Summariua non teneatur alicui perſonæ aliquid ſoluere, niſi fictum limitatum in præſenti locatione dictis de Murana excepta aqua Muzi. nec etiam quod ipſi conductores, nec eorum maſſarij non teneantur ſoluere aliquam decimam vigore dictarum poſſeſſionum, quæritur, vtrum vigore iſtius pacti d. conductor ſit abſolutus à gabella fructuum percipiendorum? Tertio quæritur, ſi d.locator propria auctoritate reintrauit in poſſeſſionem rei locatæ, ex eo quia locator ceſſauit à ſolutione cenſus per bienniū, & vltra, ceciderit ab aliquo iure? & ſi non cecidit, ſi fructus erant in fundo locato, vtrum dicti
1 fructus extenuent ſortem principalem? † Super primo puncto vr̄, ꝙ locator non impleuerit ex parte ſua: quia nō conſignauit terras ſeminatas, vt promiſit, & ſic non poteſt dici liberatus ſolutione; quia aliud pro alio ſolui non poteſt: vt l.2.§. 1. ff. ſi cer. pet. in contrariū videtur, quod ſublata eſt obligatio conſignandi frumenti, quæ eſt obligatio principalis: ergo & acceſſoria ad intereſſe eſt ſublata, vt ff.de eo, ꝙ certo loco.l.centū Capuæ. & l.ſi. hoc videtur verius, non per hanc rationem, ſed quia conductor recipiendo frumētum ad ſeminandum vr̄ de obligatione aliquid relaxaſſe, vt ff.de fideiu. l. ſtipulatus opus. & eſt euidens ratio; quia locator non poterat ſeminare, cum ſemen eſſet
2 apud conductorem, arg.ff.de cond.& dem.l.Iul. † Super ſecundo puncto dicendum vr̄, ꝙ exceptio in vno caſu facta in alijs caſib. videatur contrarium diſponere, vt no. in l.1.ff.de reg.iu. nam officium exceptionis eſt confirmare regulam in caſib. nō exceptis: item declarare regulam, vt ff. de pen. leg. l. nā quod liquidæ.§.ſi qui penus. licet regulā non habeat ampliare; vt comprehendat ea, quæ non ſunt de genere regulæ, vt ff.de vſufru.leg.l.generali. Solutio: dicēndum eſt, ꝙ aūt pro dictis fructib. debebat ſolui fiſco, decima, & non alijs: & nomine fiſci intelligo gabellarios, & tunc locator tenetur ſoluere, vt verba aliquid operentur, vt ff.de vſu.l.ſi ſtipulatus.& ff.de fund.inſt.l.fundus, qui locatus. aut alijs perſonis erat ſoluendum præter fiſcum, & decimam: & tunc in illis verbis, alicui perſonæ, non includitur fiſcus; quia eſſet contractus, vt ff.de pac.l.inter debitorem. ff. de impenſis.l.neq; ſtipendiū.ff.de leg.1.l.apud Iul.l.hæres.ff.de le. 3.l.qui concubinā. ff. de vſufr. l. ſed & ſi quis.§.ſi quid cloacarij.
3 † Super tertio puncto dicendū eſt, ꝙ dn̄s non cadit à iure ſuo; quia colonus non poſſidet, ſed ipſe dn̄s vt C.de præſcrip.30.an. l.male agitur.& l.colonus.ff.de vi, & vi ar. † Super quarto puncto dicēdum eſt, quod ſi biennium erat decurſum, fructus pendentes, qui erant pars ſoli, vna cū ipſo ſolo reuerſi ſunt ad dominum, vt ff.de vſufr. leg. l. in fructu. ſecus ſi erant ante biennium ſeparati à ſolo: quia tunc dominus tenetur ſibi imputare in poſſeſ-

poſſeſſionem. & hoc de rigore iuris, ſed de ęquitate puto, quod quolibet caſu dominus teneatur ſibi compenſare, imo non poteſt penſionem petere, ex quo expellit conductorem à præſenti vſu rei, vt C. loca. l. æde. & ar. ff. loca. l. habitatores. alias præſtaretur penſio pro non fructibus: quod eſt abſurdum, vt ff. de vſufruct. in l. defuncta. quia iniquum eſt, quod habeat rem, & precium. i. fructus, & mercedem, vt l. 1. C. ſi ſeruus extero. & ff. de actio. empt. l. bona fides. licet ſecus dicamus in emphyteuta eccleſiæ: quia illud ſtatutum eſt in meram pœnam, vt C. de ſac. ſan. eccl. Auth. qui res iam dictas. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXXII.

1 *Eleemoſyna, quæ fiunt eccleſiis ſeu fructus dictarum eccleſiarum, qualiter diſtribuendi ſint.*

1 In Chriſti nomine. † Præſuppoſito, quod matrix, ſiue baptiſmalis eccleſia debeat de decimis habere tres partes, quarũ vna ſit ſua, altera fabricę ipſius eccleſię, alia pauperum, alia vero quarta ſit epiſcopalis Palacij, & canonicorum, proponitur in facto, quod de conſuetudine epiſcopus vſurpat ſibi tres partes, & quartam ſolam relinquit eccleſiæ baptiſmali: quæritur igitur, cum de conſuetudine eccleſia baptiſmalis non habeat niſi ſolam quartam, vtrum illa quarta veniat diuidenda in tres partes, ita quod vna pars ſit eccleſiæ pro fabrica, alia clericorum ipſius eccleſiæ, & tertia egentium, & miſerabilium perſonarum? Et videtur, quod iſta quarta pars non veniat diuidenda: quia eſt legitima portio rectoris, & clericorum ipſius eccleſiæ baptiſmalis. ergo iſta legitima non debet defalcari, nec diminui. cum enim matrix eccleſia non habeat niſi ſuam portionem, & ratam ſibi tangentem de iure communi, non tenetur alijs ad id, quod non habet vltra ratam ſuam, vt C. de inoffi. teſt. l. ſancimus. item iniuria, quæ fit per conſuetudinem fabricæ, & pauperibus, non debet redundare ad damnum eccleſiæ baptiſmalis, arg. ff. de euict. l. ſi per imprudentiam. contrarium videtur: nam hæc iniuria communis eſt rectoris fabricæ & pauperum, voco eam iniuriam, licet ſit conſuetudine munita, habita. ſ. relatione ad ius commune. porro iniuria communis plurium ſociorum, vel cõſortum; quoniam ipſi ſocietati fit, & non perſonæ, tendit ad damnum cuiuſlibet ſocij pro rata, vt ff. pro ſoc. l. cum duobus. §. fi. & l. ſi vnus. item licet ſcindatur emolumentum, eodem modo debet onus diminui pro rata, vt ff. de cond. & demon. l. Plautius. §. 1. item ſcinditur. æquum eſſet, quod ſi epiſcopus vſurpat ſibi id, quod debet conferri in fabricam, conferret; quia hæc portio grauata à canone tranſire debet cum onere ſuo, arg. C. de cad. tol. §. pro ſecundo. ſicut peculium tranſit cum onere collationis, vt ff. de condi. inde. l. frater à fratre. cum ſimus in iure conſuetudinario, illud, quod ſeruatum eſt præteritis temporibus, ita ſeruetur, vt ff. de pollici. l. toties. non enim poteſt eſſe noua quæſtio, quæ antiquitus per conſuetudinem eſt diffinita, vt extra de ſepulturis. c. certificari. & ſi qua tranſactio facta eſt ſuper iſtis cum plebe, idem iuris eſt de ſumma tranſactionis, quod de ſumma principali. ff. manda. l. ſi. & ff. de tranſactio. l. controuerſia. Solutio, rectori eccleſiæ tenetur reficere ſarta tecta, cum ſit vſufructuarius. ſimiliter expẽſas neceſſarias, iuxta reddit⁹, quos percipit, deducto ne egeat, vt ff. de vſufr. l. hactenus. & extra de præben. cap. cum ſecundum appellationem. & ſi fructus eſſent valde exiles, parrochiani tenentur ſupplere, ſicut antiquitus faciebant, quando curati erant pauperes. nam percipiunt ſpiritualia, rationabile eſt, quod ſubueniant maxime in alimentis, vt ait Apoſtolus. quotidianas autem diſtributiones debent habere illi, qui interſunt canonicis horis, quæ eis ſunt deputatæ à iure. ſi tamen eccleſia minaretur ruinam, tunc propter neceſſitatem eſſent minores quotidianæ diſtributiones dandæ, & reſiduum expendendum in reparatione, argumen. l. 1. in fin. vbi pupillus educari debet. & ſi quos fructus archipreſbyter indebite percipit ratione vacationis alicuius, ſcilicet præbendæ, debet ipſos conſignare, maxime pro reparatione eccleſiæ, arg. l. ſi aliquam. ff. de offi. proc. & legati. & facit. 11. q. 2. ca. quatuor. vbi dicitur, quod de oblationibus fidelium fiunt quatuor partes, vna eſt pontificis, id eſt, rectoris, alia clericorum, id eſt, collegij, tertia pauperum, quarta fabricæ. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXXIII.

1 *Iuramentum primum de non alienando an præferatur ſecundo de nõ contrauenıendo alienationi poſt ea factæ, vel econuerſo.*

2 *Vſuraria prauitas præſumitur ex pactis appoſitis in inſtrumento. Item præſumitur, ſi eſt ſolitus fœnerari.*

3 *Pactum de retrouendendo ſi erat factum duobus, an ſufficiat oblatio pretij, ſeu depoſitio facta ab vno ſolo ipſorum tantum.*

In Chriſti nomine. Quædam mulier filiafamilias habens bona materna iurauit ea non alienare, nec patri alienanti conſentire, & hoc præſente, & intelligente Titio: demum pater cum conſenſu filiæ iurantis non contrauenire vendidit dicta bona dicto Titio: & iſta mulier erat minor 25. anno. vel maior vult venire contra dictã venditionem, eo quod pater bona aduentitia vendere non potuit, nec ipſa conſentire, obſtante dicto primo iuramento. Contra allegatur, quod ex quo contraxit ſolenniter præſtito iuramento, per tale iuramentum datur robur contractui, & ętati: quod enim dicimus, quod iuramentum repreſentat maiorẽ ætatem, non eſt aliud dicere, niſi quod iuramentum præſtat robur, & fortimentum ætati, ac ſi iurans eſſet ætatis legitimæ per curſum naturæ, vt in auth. ſacramenta pu. & plene 1 no. in l. 2. C. de reſcin. ven. † quæritur ergo, quid iuris? Reſpondeo, Speculator dicit, quod iuramentum primum fuit licitum, & honeſtum, & ideo ſecundum iuramẽtum fuit illicitum: nam primum poteſt obſeruari ſine interitu ſalu. æternæ: ſecundum autem non, & ideo non valet ſecundum iuramentum, ſed valet primum. & idem tenet Io. An. extra de iureiur. cap. mulieri. nec enim primum iuramentum fuit clandeſtinum, vel captioſum aduerſario; quia fuit præſtitũ eo ſciente, & intelligente, & non contradicente. Item potuit in ſe primum iuramentum habere iuſtam cauſam motiuam, ſeu impulſiuam, quia forte puella fieri ſibi impreſſionem à patre, vel de hoc ſuſpicabatur, vt ff. de acqui. hæ. l. Celſus. & ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. quæ onerandę. porro nec habet locũ pœnitentia: quia iuramentum præſtatur Deo, & ideo non poteſt remitti, niſi per Dei miniſterium, vt extra de iureiur. c. debitores. & certe in hoc caſu credo Spe. opinionem eſſe veram. ſecus ſi iuramentum non deueniſſet in notitiam contrahentis ſecum, vt in l. 1. in fi. ff. de act. emp. Item eſt attendendum, vtrum iurauerit non vendere, an non conſentire, an neutrum facturum, vt ff. de manu. vind. l. ſi pater. §. fil. & ff. de re. iud. l. aliud eſt vendere. vel dic, quod qualitercunque iurauerit, nec vendere, nec conſentire poteſt ſuper re propria. non obſ. d. l. ſi pater. §. fi. & ff. de reg. iur. l. aliud eſt vendere. quia ibi loquitur, quando conſentitur in re aliena, & ad confirmandum contractum alterius domini, facit. ff. qui. mod. pig. vel hyp. ſolui. l. ſicut. §. venditionis: & l. ſi conſenſit. Concludendo ergo dico in caſu propoſito, ſecundum iuramẽtum non tenere: quia non poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & imputet ſibi, qui cum tali contraxit. & hoc de primo puncto. Et adde, quando primum iuramentum eſt præſtitum dolo, id eſt, in fraudem proximi ſui, illud primum iuramentum non poteſt obſeruari ſine detrimento ſalutis æternæ: quia ſcriptum eſt, proximum tuum non fraudabis. ergo primum iuramentum non tenet. valet igitur ſecundum iuramentum, & eſt ſeruandum eique de primo pœnitentia iniungenda, vt leg. de periurio. ff. de crimine ſtellionatus. ff. de falſis. leg. qui duobus. l.

2 † Super alio puncto dico, quod ex pactis appoſitis ſecundum materiam vſurariæ prauitatis præſumitur vſuraria prauitas interceſſiſſe: vt extra de pignor. capit. illo vos. & extra de empti. & vendit. cap. ad noſtram. præſertim ſi conſonat qualitas perſonæ cum actibus, vt l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. ff. de tranſa. l. cũ hi. §. in cauſæ. & no. per doct. C. plus valere quod agitur. l. emptione. Item quædam prima facie honeſta videtur, quæ tacite turpitudinem habent, vt ff. de actio. & obli. l. fi. Item deceptis, & non decipientibus iura ſubueniunt. Item in contractu mutui facilius præſumitur vſura, quam in alijs contractibus; quia non præſumitur mutuans velle iactare interuſurium medij temporis, vt C. de vſur. l. cum allegas. in alijs contractibus ſic conſueuit exerceri vſuraria prauitas, & ideo multum refert, an præceſſerit contractus mutui, & ſufficit illa duo probare, quæ ponuntur in c. ad noſtram. de pig. an alius contractus, & tunc debent probari, quod ſit conſuetus exercere fęnus. Tertio caſu, quando nullus alius contractus præceſſit, ſed incepit à contractu venditionis cum deceptione, & pacto prædictis, & non pręſumitur vſura, eſt probandum ipſum conſuetum fœnerari, vel ſimiles contractus exercere in fraudem, de quo per Cyn.



3 Cyn. in d. l. emptione. & C. de prob. l. 1. † Circa tertiũ dubium, quo quæritur, an dicta depoſitio valeat, & an teneatᷣ facere retrodatũ in manibus dictæ Balzerelæ tantũ, cuius nomine facta fuit dicta depoſitio, nõ obſtante ꝙ in pacto dicatur, ꝙ promiſit facere venditionẽ, ſeu retrouenditionẽ in manibus dictorũ patris, & filiæ, ſi ſibi daretᷣ, vel offerretur preciũ aſſertæ venditionis, videtur dicendum, ꝙ vnius oblatio ſufficiat, quia ſunt duo rei credendi, vt C. de duo. reis. l. fi. & quia pro ſolutione habetᷣ, quæ nedũ poteſt fieri ab obligato, ſed etiã ab alio, vt ff. de ſolutio. l. qui perſonã vtriuſq;. vt pactum ſeruetur: & tunc pater tenetur, vel hæres eius reſtituere partem pecuniæ depoſitæ nomine filiæ, vt ff. de contrah. emp. l. fundus ille. & C. ſi cert. pet. l. ſi abſentis. & l. cum quæritur. de admin. tut. ſed ſi pater conſenſit, quod tantum filiæ fieret retrouenditio, nullum dubium eſt, vt l. ſicut. §. venditionis. ff. quibus modis pig. vel hypo. ſol. & facit. ff. de verb. oblig. l. ſi ita quis. §. Seia. Ego Baldus.

Vide in conſilio 74.

CONSILIVM CXXXIIII.

1 *Ignominioſa inſtitutio eſt potius præteritio, cum non ſit facta cum titulo honoris, & ideo teſtamentum facit nullum.*

2 *Filiatio qualiter præſumatur.*

In Chriſti nomine. In primo teſtamẽto Titius inſtituit Seium per hæc verba. Seiũ filiũ meũ legitimũ naturalẽ mihi hæredẽ inſtituo vniuerſalẽ: ſimiliter mater fecit eandẽ inſtitutionẽ: Tandẽ d. Titius fecit ſecundũ teſtamentũ, in quo dixit, Seium, quẽ feci aliàs hr̃dem tanq̃ filiũ inſtituo hæredẽ in tali fundo. In alijs autẽ bonis meis hr̃dẽ vniuerſalẽ inſtituo Caiũ fratrẽ meũ. Modò ſtatu. ciuita. Mediolani cauetur, ꝙ hæres ipſo iure adipiſcatᷣ poſſeſſionẽ bonorũ defuncti, in cuius ſtatuti executione d. Caius petijt ſe mitti in poſſeſſionẽ bonorũ teſtõris tẽpore mortis: cõtradicebat Seius, quia ex figura teſtamẽti ſecundi nõ fuit inſtitutus vt filius, & ſic fuit pręteritus: igitᷣ teſtm̃ ex ſua figura nullũ. iudex ꝓnunciauit ꝓ dicto Caio in omnib. bonis eũ mittendũ, & conſeruandũ in executione dicti ſtatuti: & etiã de iure cõi ſalua le-1 gitima dicti Seij quẽ filiũ declarauit. † Et eſt ſciẽdũ, ꝙ fuit diſputatũ de iſto Seio, an eſſet partus ſuppoſitus, necne: & hinc inde receptæ ꝓbationes: nec apparet maximè plenè ꝓbatũ de partu ſuppoſito: vnde cũ fuerit natus ex viro, & vxore in domo, vicinis ſcientibus, præſumitᷣ filius, vt l. filiũ diffinimus. etiã ſi mater contrariũ aſſeueret, & ibi plenariè no. do. Cyn. in ſua lect. cuius verba hæc ſunt: opponitᷣ primo. Itẽ ex eo, ꝙ fuit inſtitutus vt filius in primo teſtamento, præſumitᷣ filius, & legitimus filius, vt C. de naturalib. liberis. Auth. itẽ ſi quis. itẽ eo ꝙ ſemp fuit habitus, tractatus vt filius, vt ff. de manu. teſt. l. vxorem. & ff. de verb. obl. l. quidã cũ filiũ. & extra de prob. c. per tuas. & dicit gl. decreti, ꝙ ſi aliquis publicè habitus eſt ꝓ filio alicuius, hoc habetᷣ pro notorio, vt no. 2. q. 1. c. manifeſta. Itẽ iſte filius in vlt. teſtamento noĩatur, vt extra de prob. c. per tuas. & dicit gl. decreti, ꝙ ſi aliq̃s publicè habitus eſt pro filio alicuius, hoc habetᷣ pro notorio, vt no. 2. q. 1. c. manifeſta. item iſte filius in vltimo teſtamẽto nominatus vt extraneus vr̃ cũ ignominia inſtitutus, ac ſi dixiſſet partus ſuppoſitus, vel falſus filius: & hoc pater ex eo, ꝙ ſequitᷣ: quia propterea aliũ fecit hæredẽ vniuerſalẽ: ſed ignominioſa inſtitutio eſt potius præteritio, & ideo teſtm̃ eſt nullũ, vt no. in l. pen. C. quemadmodũ teſta. aperiantur. & l. turpia. ff. de lega. 1. & l. & ſi pepercerit. ff. de libe. & poſth. Item lex dixit, ꝙ filius debet inſtitui in honorẽ ipſius, vt l. filiũ. in prin. ff. de lega. pręſtan. ſed hic fuit inſtitutus in infamiã, quia tacendo eum filiũ tacitè partum accuſauit, ideo. n. tacuit, vt daret intelligere delictũ, vt in Auth. quib. mo. na. eff. legi. §. 1. itẽ non eſt veriſimile, ꝙ fratrẽ prætuliſſet filio, niſi quia fuit in filiatione circunuentus, vt ff. de hær. in-2 ſti. l. Lucius. † vel quia in dubio applicabat opinionẽ ſuam ad eã opinionẽ, quę poſtea per ſententiã declarata eſt falſa: & error in filiatione reddit teſtamẽtũ nullũ, vt l. 1. ff. de car. edic. C. de hær. inſti. l. ſi pater. C. de fideic. l. eam, quã. C. de teſt. mili. l. ſicut certi. & l. ſi cũ vel in vtero. hoc enim tale eſt, quale ſi teſtator crederet ſe filiũ non habere, cũ haberet, vt ff. de teſta. tut. l. ſi quis ita. quapropter de primo ad vltimũ concludendo ponderata dicta ſentẽtia, & verbis eius, quæ dicũt, ꝙ eſt verus filius legitimus & naturalis, ꝙ ſi teſtator credidiſſet, minimè fratrẽ inſtituiſſet, vt dicit. l. illa. no. ff. de pac. l. tale pactum §. fin. pręſumo teſtatorẽ in filiatione erraſſe, vel dubitando inclinaſſe in partẽ non verã: ꝙ idem eſt, ꝙ errare, vt C. de furtis. l. manifeſtiſſimi. §. ſi autem dubius. dicunt doctores in d. l. & ſi pepercerit. ſuper verbo, & an credebat. vel eſt dubiũ, ꝙ crederet: & ita probatur ſupra in l. hic allegata. infra eo. l. ſi poſthumus §. 1. Franc. de Albergotis dicit, credo teſtamentũ non valere; quia nõ fuit inſtitutus cogitatione, & charitate paterna, nec pio affectu: ſed indecorè, & cum ignominia, & contra ſolitũ ordinẽ naturæ cognoſcẽtis. Nullus enim eſt ita demens, qui his ſermonibus vteretur circa eũ, quẽ verum filiũ eſſe putaret: nec aliquis homo prudens eſſet iſtius intellectus, vel interpretationis. veræ autem interpretationes omnibus conueniunt, vel pluribus, vel ſaltẽ ſapientibus. Porrò frater meus non eſt generatio mea, ſed filius meus ſic, & nemo videtur alienã generationẽ ſuæ anteponere, vt in c. 1. §. cũ verò Corradus. qui feu. da. poſſ. col. 10. & C. de fideic. l. cũ acutiſſimi. Præterea ſi pater in dolo ita fuiſſet locutus, obſtaret exceptio doli, vt ff. de doli excep. l. 1. in fi. & hæc dico viſa dicta ſententia: nam ſi non poneretur pro cõſtanti filiatio, niſi contrariũ in dubio, nõ reſcinderetur teſtamentũ: & facit. C. de teſta. Auth. hoc inter liberos. videlicet vt primum teſtamentũ valeat, & ſecundum teſtamentũ ſit nullũ rationibus ſupradictis: nec enim poteſt accreſcere quaſi inſtituto in re certa, quia fuit inſtitutio vicioſa, eo ꝙ non fuit tanquã filius nominatus, nec cũ honoris titulo, ſed magis cũ opprobrio, licèt tacito, tñ nõ ita tacito, quin ex verbis cõcipi poſſit. Porrò ſæpe vnũ dicimus, & plura ſignamus, quæ habent caudã inuicẽ colligatã. aliàs diſpoſuerã ſuper iſta materia nõ loqui, nec volui ante dictam ſententiam aliquid loqui pro, vel contra. non quia eſſem alicui obligatus, ſed quia ita placebat ex mea gratuita pollicitatione. Ego Baldus.

CONSILIVM CXXXV.

1 *Interitus non liberat debitorem, niſi pereat ſpecies debita, vel genus ſubalternum corporale. & ideo fideicommiſſum debetur in eo ſtatu, qui erat tempore mortis teſtatoris, non autem tempore mortis fideicommiſſarij.*

In Chriſti nomine. Per Caſinas. i. domos fęnori publicè deputatas cũ pecunijs, & mercibus diuiſit inter liberos cautione præſtita, ſed nõ ſeruata de reſtituẽdis vſuris: & rogauit decedentẽ ſine liberis reſtituere alijs caſinã ſibi obuentã in partẽ: accidit, ꝙ caſina, quę obuenerat vni ex filijs, puta Titio poſt multos annos, & poſt multas rerũ mixturas, & poſt pignora noua, nouaſq; pecunias fuit à prædonibus derobata per vim: demũ deceſſit dictus Titius ſine liberis: petitur, ꝙ reſtituat caſinam cũ æſtimatione merciũ, & pecuniæ, quæ erant tẽporis teſtatoris, vel cũ totidẽ, ſeu tantundem: obijcitur de caſu fortuito, quæritur, quid iuris? 1 † Ad euidentiã pręmitten. ꝙ hic eſt cõſiderandũ, vtrũ genus, vel quãtitas in genere ſit in fideicõmiſſo, an verò ſpecies, & pecunia, q̃ reperiũtur in illa caſina tẽpore mortis dicti Titij, rogati, an q̃ quolibet tẽpore, ita ꝙ fideicõmiſſum creſcat, & decreſcat, ſicut peculiũ: & vr̃, ꝙ res, & pecuniæ pertinentes ad illã caſinã tẽpore mortis teſtatoris venerint in fideicõmiſſo, & nõ alię res, vt ff. de au. & arg. leg. l. ſi ita. & ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. teſtamẽto. & ff. de leg. 2. l. ſi ita ſcripſiſſet, & facit optimè. C. de ſecundis nup. l. hac edictali. §. mobiliũ. illæ autẽ res, & pecuniæ nõ fuerũt derobatæ, ſed in vtilitatẽ grauati cõuerſę: & ſufficit, ꝙ ſemel, licet poſtea caſus fortuitus euenerit, vt ff. ꝙ met. cau. l. ſi ipſa. & l. ꝙ diximus. præterea iſte Titius ſuo cõmodo mutuabat, ergo & ſuo periculo, vt ff. pro ſocio. l. ſi ſocius. §. 1. & C. de furtis. l. manifeſtiſſimi. §. ſed cũ in ſecũda. & ff. de admin. tut. l. Titium & Mæuium. §. altero. præterea iſte caſus nõ cõtingit in rebus fideicõmiſſo cõprehenſis, ſed in reb. ipſius rogati: quæ res non veniũt in fideicõmiſſo, & per cõſequens non ſunt in periculo fideicõmiſſarij, ar. C. locati. l. ſi damnũ. porrò cum iſta ars fœnerãdi reprobata ſit iure diuino, & humano, & oĩs vſura appelletᷣ dolus, nõ venit in reſtitutione fideic. ꝙ hr̃s piculo aĩæ ſuæ acquiſiuit ex vſuraria prauitate, vt ff. ꝓ ſocio. l. ꝙ autẽ. & arg. ff. ad Treb. l. debitor. §. fi. ff. fa. er. l. cæteræ. id aũt, ꝙ tpe mortis, erat in bonis defuncti, bñ erat fideic. ſicut quæſtus meretricis teſtãtis. ff. de pet. hær. l. & non tm̃. ff. ad Treb. l. ſed & qui magna. quia hr̃s rogatus nõ põt allegare turpitudinẽ defuncti, vt C. de cõi ſeruo manumiſ. l. ſi creditoribus. In cõtrariũ videtᷣ: quia dictũ fideic. fuit vniuerſale, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. menſę. & in vniuerſalib. vna res, & vna quantitas ſuccedit loco alterius rei, vel quãtitatis, vt ff. de leg. 2. l. imperator. §. fi. cũ l. ſeq. & ff. de pig. l. cum tabernam.

& ff.de fun.inſtr.l.Lucius. & no. per Iac.de Are.C. de iure do.l. vbi adhuc. Solutio: pater præſtando cautionẽ videt̃ inhibuiſſe, vt fœnus amplius exerceat̃ cum rebus, & pecunijs ipſius: quia cauere,& poſtea fœnerari ſunt cõtraria.videt̃ igitur teſtator diſpoſuiſſe de caſinis in eo ſtatu in quo erant tẽpore mortis ſuæ. præterea iſte actus fœnerandi habet in ſe delictum, vnde d.Titius fœnerando fuit in culpa, quæ non debet nocere fideicommiſſario vniuerſali: debebat.n.à fœnore, & caſina penitus deſiſtere. item in illicitis cõmercijs nulla legitima cõſequentia eſt, & ideo res non ſuccedit loco rei, & per conſequens d.Titius à fideicõmiſſo non eſt liberatus, quia res non fuerunt peremptæ, quæ fideicõmiſſo cõtinebantur, ſed ex induſtria cõuerſæ in vtilitatẽ grauati. vnde de primo ad vltimũ concludẽdo, quia interitus nõ liberat debitorem, niſi pereat ſpecies debita, vel genus ſubalternũ corporale, vt ff.loca.l.in naue Saupheli: & l.id quod. ff.ſi cert. pet. genus autẽ intellectuale perire nõ poteſt: quia æternũ eſt, vt ff.ad l.Fal.l.in ratione.§.incertæ.ſequitur, & cõcluditur, ꝙ dictum fideic.venit reſtituendum attentis mercibus, & pecunijs, quæ erant tẽpore mortis teſtatoris, vt ff.ad l. Fal. l. in quantitate.§. magnæ. non obſt. ff. ad Treb.l.mulier.§. ſi hæres. quia ibi primæ ſpecies interitu perierunt, non autem conuerſæ fuerunt in vtilitatẽ grauati. præterea eſt ratio eadẽ diminutionis, & augmenti, ſed augmentum non pertineret ad fideicommiſſarium vniuerſalem: quia non tenetur grauatus facta fideicommiſſarij procurare, ergo nec detrimentum, per locum à contrarijs, vt ff.ad Trebel.l.poſtulante Sticho. Ego Bald.

### CONSILIVM CXXXVI.

1 *Statutis duobus ſtantibus, quorum vnum vult per ſententiam transferri poſſeſſionem, aliud vult executionem eſſe fiendam, quæritur, an ille, qui ſententiam habuit, teneatur facere executionem.*

2 *Exceptiones, quæ non potuerunt opponi ante ſententiam, poſſunt opponi poſt, quando cauſa incipit à condemnatione, exceptiones rationabiles non intelliguntur remotæ.*

3 *Conſuetudo practicæ eſt ſeruanda.*

4 *Executio duplex eſt.*

In Chriſti nomine. Præmiſſis duob. ſtatutis, quorũ vno cauetur, ꝙ inſtrumentũ publicũ habeat̃ pro ſentẽtia, & etiã pro tranſlatione poſſeſſionis: & alio, quo cauet̃, ꝙ fiat executio per quaſcunq; manus res tranſierit: ſupponit̃, ꝙ creditor agit hypothecaria contra extraneũ poſſeſſorem.
1 † Quærit̃, vtrũ obſtet exceptio nõ factæ excuſſionis: & vr̃ ꝙ ſic, quia nõ eſt intentata cõdictio ex l.ſed hypothecaria: & imputet ſibi, ſi non propoſuit meliorẽ actionẽ, vt no.in l.quidã.ff. de in rem verſo. In cõtrariũ vr̃: quia poſſidẽti nõ eſt neceſſaria excuſſio, vñ ꝑ hypothecariã hic non auocat̃ poſſeſſio, ſed confirmat̃ ipſi creditori. Itẽ quia ꝑ ſtatutũ ſentẽtia intelligit̃ lata nõ ſolum cõtra debitorẽ, ſed contra quemlibet poſſeſſorẽ: & exceptio excuſſionis nõ poteſt opponi poſt ſententiã, quia eſt exceptio ordinis, vt ff. de fideiuſ.l. ſi fideiuſſores.§.idẽ rñdit.ſolutio eſt, ſi bñficio ſtatuti creditor fingit̃ poſſidere, tamẽ ex quo agit hypothecaria, facit aduerſarium poſſeſſorẽ, quia tacitè videt̃ renũciare poſſeſſioni, vt probat̃ ex cõiunctione duarũ.ll.ff. de pig.l.ſi fundus.§. in vendicatione. & ꝙ no.ff.de acq. poſſ.l.naturaliter.§.nihil cõmune. Itẽ non ob. ꝙ habeat̃ pro condemnato: quia per iſtã fictionẽ non tollũtur ex-
2 ceptiones legitimæ. † Præterea quãdo cauſa incipit à condemnatione, & ſic exceptiones nõ potuerũt opponi ante ſententiã poſſunt opponi poſt ſententiã, vt extra de iureiur.ca. debitores. & no.in l.Neratius.ff.de condi.inde. Et ideo niſi aliud ſit obſeruatum in pract.iſtorum ſtatutorum, dico exceptionẽ excuſſionis ad proceſſum obſtare, maximè quia ſtatutum de hoc non facit mentionẽ: vnde non intelligit̃ remouere exceptiones rationabiles.l.ità pudor.C.de adult.& l.1.§.1.ff. quod vi, aut clam. & in c.3.extra de reſcrip. & extra de conſue.ca.cum dilectus. & C. de noxa.l.ſi ſerui veſtri.alias ſequeretur, ꝙ nulla exceptio poſſet opponi, neq; dilatoria, neq; peremptoria, vt C.de prob.l.exceptionẽ.C.ſen.reſc.non poſ.l.peremptorias.quod falſum, & iniquum eſt, vt C.ſi cõtra ius, vel vtili. publicam.l. & ſi non cogni-
3 tio. † tñ (vt dixi) conſuetudo practicæ ſeruet̃, ſi de ea apparet, vt
4 ff.de legi.l.minimè. † Porro duplex eſt excuſſio: vna pro veniendo ad nomina debitorũ executiuè, & tunc primo excutiunt̃ res mobiles: ſecũdo immobiles: tertio ad noĩa peruenit̃, vt ff. de re iud.l.à diuo Pio. Alia eſt diſcuſſio, quæ ſit de reb.mobilib. & immobilibus, & nominib. debitorũ, antequã perueniat̃ ad extraneum poſſeſſorẽ per hypothecariã, vt in Auth. de fideiuſ.§.ſed neq;. & de iſta ſecũda excuſſione quærit̃ à me in puncto prædicto. itẽ cõſiderãdũ eſt, ꝙ ex quo ſtatutũ loquit̃ de poſſeſsiõe cõiũctim cũ ipſo cõtractu, neceſſario loquit̃ de bonis poſſeſsis à debitore tpe cõtractus, nõ de poſtea ꝗſitis, niſi tradant̃ per nouã traditionẽ, vt ff.ſi cer.pet.l.ſi ſocius.& l.3.ff.pro ſoc. Ego Bal.

### CONSILIVM CXXXVII.

1 *Vide ſupra quaſi de verbo ad verbum, ſed tamen hic copioſius, & aliqua pulchriora adduntur in conſi.126.*

In Chriſti nomine. Quidã nobilis filiusfamilias quæſiuit ex ſtipendijs ſuis armorũ probitate, & nonnulla diſcurrendo per totum mundũ cum alijs armigeris violando, & extorquendo, vt moris eſt in Italia: deceſsit iſte ſuperſtite patre, in cuius erat poteſtate, & relicta vxore prægnante, ꝗ petit ſe mitti nomine ventris in poſ.bonorũ quondam mariti: ſed pater in cuius ptãte fu-
1 erat dictus armiger nobilis, cõtradicit. † Quærit̃, qd iuris? & vr̃, ꝙ non debeat in poſſeſsionẽ mitti, nam gubernacula vñr pertinere ad ſolũ auum paternũ, vt C.de bo. mat.l.1. quia cũ poſthumus habeatur pro nato, vt ff.de ſta.ho.l.qui in vtero.ergo fingit eſſe in ptãte aui paterni, & exiſtenti in ptãte alterius non poteſt dari curator, vt C.de bo.quæ lib.l.fi.ipſe ergo auus pr̃nus vr̃ eſſe curator, ventris, & tanquã curator poſsideret curatorio nomine, & ſic poſſeſsio nõ dẽt tradi in manib. mr̃is: quia pr̃ non hẽt ius legitimæ adminiſtrationis, vt ff.de ſol.l.filiæ.& ff. de neg.ge. l.qui aliena.§.quãquã. Itẽ arg.tutoris teſtamentarij, qui adminiſtrat bona vteri, ſicut ẽt nati, vt ff. de neg.geſt.l. cum pater curator. Sed br̃ veritas vr̃ in cõtrariũ ſcilicet ꝙ mater ſit in poſſeſsionẽ mittenda noĩe ventris, quia edicto prętoris nõ diſtinguit̃, ergo nec nos diſtinguere debemus, vt ff. de ven. in poſ.mitten.l.1. nã poſthumus eſt pars viſcerũ matris: & ſicut mr̃ nõ eſt in poteſtate parentis, vt ff.de colla. bono.l. fi.ff.de aſsi. li.l. vlt. hinc eſt, ꝙ interim præteritus nõ rumpit teſtamentũ, vt l. poſthumi per vtilẽ.§.ex his apparet.ff.de iniu.teſt.& no.ff. de libe.& poſthu.l. poſthumus.& primò non obſt.l.cũ pr̃. quia ibi adminiſtrauit de facto, vt ibi no. Concludo ergo, ꝙ mr̃ debeat in poſ.mitti ad cõſequendũ effectus, qui ex tali miſsione ſequuntur. & ſi quærat̃, qui ſunt iſti effectus, rñdeo, primus eſt: quia dẽt ali noĩe ventris. l.3.§.antepen.ff.de iureiur. & ff.de ventre in poſſeſsio. mitten.l. curator.ſecũdus effectus eſt, ꝙ ipſa mr̃ petet curatorẽ ventri, vt ff.ad Ter.l.2.§.ſed. Spec.tamẽ dicit, ꝙ nunquã vidit dari curatorem ventri, & ideo non ponit formã huius curæ.ſed ſiue ventri, ſiue bonis det̃ curator, matris pietas dẽt hoc prouidere, & debebit fieri inuentariũ, ita ꝙ mobilia, & maximè pecunia nõ poſſint occultari: ſed debeant collocari in loco tuto vſq; ad natiuitatem pueri, eo autẽ nato euaneſcet cura, & adminiſtratio pertinebit ad auũ pr̃num ratione vſusfructus, vt no.C.de bon.quæ li. Auth. excipitur, & licet pater, vel auus paternus non debeat ſatiſdare: tñ deſcriptio dẽt fieri: quia eo mortuo ad eũ peruenta debent puero reſtitui, vel puero emancipato, vt C.de bon.quæ lib.l.cum oportet.§.fi. & quia iſta deſcriptio prodeſt, & nemini nocet, vt C.de iur.fiſ.l.facultas. lib.10. & ibi per And.de Barulo. Itẽ nõ dẽt dari curator ſuſpectus matri, ad quem poſſet deuenire ſucceſsio pueri ordine turbato mortalitatis: & qa ſuſpectus matri videt̃ eſſe ſuſpectus filio, vt C. ſi cõtra matris volunta. tutor datus fue.l.1.ſed ſi auus eſſet ſuſpectus, poſſet ei dari coadiutor, ar.ff.de ſuſpect.tut.l.ſi tutor aliquo. Nec enim ferendus eſt auus, ſi velit dilapidare, vel occultare.C.de ſent. paſ.l.fi. & ff. ad Treb.l.imperator.vel negare, vt ff. ad l.Falc.l. hr̃ditatum.§.fi.in honorẽ enim ſanguinis non dẽt remoueri, ſed alius fide dignus dẽt ei aſſociari in adminiſtrando, vt ff.de ſuſpect.tuto.l. ſi tutor aliquo. Itẽ ſatis magnus effectus eſt, quod ſatisfit iuri, arg.ff.de mi.l.ait prætor.§.permittitur. Item eſt alius effectus, quod mater, quæ diligens reperitur, & pia, vſq; ad trienniũ debebit alere puerũ, velit, nolit auus: quia dũ puer ſugit, nihil diſtat ab eo, qui eſt in vtero.hoc plenè, & clarè no. extra de cõuer.infideliũ. c.fi.niſi mater tranſiret ad ſecũda vota: quia tunc deſinit eſſe legitima educatrix, vt in Auth.de nupt.§. eiuſdẽ quam principis. colla.3. per prædicta tamẽ non nego, quin auus Paternus in teſtamẽto poſsit pupillariter ſubſtituere, & alia iura patria exercere. Item licet bona per probitatem armorũ acquiſita ſint caſtrenſia in acquirente: tamen mutatione perſonæ caſtrenſia eſſe deſinũt, & auo in ptãte habẽti ꝗritur vſusfructus, & quaſi, vt ff.de acq.hær.l.Paul. rñdit ꝑ procuratorẽ.§.1. quia mutata cõditione perſonæ, & rei, ſtatum conuenit mutari, ac qualitatem, vt C.de imponen.lucratiua deſcrip.l.1.lib.10. Ego Baldus.



### CONSILIVM CXXXVIII.

1 *Ciuis creatus cum cõditione, quod propter hoc non inferatur damnum villæ, à qua eſt ortus, ſi poſtea emit in dicta villa, teneatur ſoluere collectas, ac ſi non fuiſſet creatus ciuis. & nu.4.*

2 *Collectæ, ſeu taleæ quo loco ſunt ſoluendæ.*

3 *Emancipatio facit duas familias, non tamen tollit ius publicum, nec originem, vel domicilium.*

In Chriſti nomine. Petrinus de Iſeo æſtimatus in dicto caſtro Iſei emancipauit Franciſchinũ eius filium, tandẽ d.Franciſchinus impetrauit literas ciuilitatis ciuit. Brixiæ, in cuius diſtrictu eſt dictũ caſtrum Iſei, à Mag.domino, ꝙ B.cum clauſula, ꝙ proinde cõmune Iſei non patiatur aliquod damnũ ex dicta gratia: ſubſequẽter magnificus, & illuſtris dominus Comes virtutum conceſſit ſimiliter iura ciuilitatis dicto Franciſchino impetranti: adiecta clauſula, ꝙ cõmune Iſei exoneretur à ciuitate Brixiæ de tanta quantitate, quanta eſt ſumma æſtimi, quam ſuſtinebat ille ſupplicans: nouiſſimè vero ad ſupplicationem cõmunis Iſei præfatus princeps confirmauit literas ciuilitatis, prout iacebãt per literas dicti primi magnifici obſtantib. alijs eiuſdẽ illuſtris literis, qui Petrus poſt emancipationẽ acquiſiuit plura bona in caſtro, & territorio Iſei. Quæritur, vtrũ dictus Petrus, & dictus Franciſchinus teneantur ſoluere factiones pro dictis bonis ac-
1 quiſitis in terra, & territorio Iſei? † Reſpõdeo, dictus Frãciſchinus tenet̃, quia ſunt duo in æſtimo, vt ff.ad munic.l.incola. Petrinus nõ: quia nihil habet facere in dictis bonis, nã filius emancipatus acquirit ſibi, & non patri, vt l.1.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.& l.cum oportet.C.de bo.quæ lib.nam poſt emancipationẽ duæ familiæ ſunt, quia duo patresf. ſed ſi filius eſſet in poteſtate, vna familia eſt, & vnum æſtimũ reputat̃.vt eleganter no. in l.1.C.qui ætate.li.10. Porrò nihil proponit̃, propter ꝙ emancipatio debeat præſumi ſimulata, & in fraudẽ æſtimi facta cum per hoc non fiat deterior cõditio cõmunis Iſei, cũ d.Franciſchi-
2 nus ſoluere teneatur, vt C.ſine cenſu vel reliquis.l.omnes. † Secũdò quærit̃, ſi pro exigendis factionibus cõmune fecit expenſas, vtrũ debeat ei reſtitui? Reſpõdeo ſic, à dicto Franciſchino, qui ſoluere tenebatur, vt l.1.C.ſumptus iniũcti muneris. li.11.
3 † Tertiò quærit̃, an pendente iſta quæſtione dictũ cõmune Iſei poſſit compellere prædictos Petrinũ, & Franciſchinũ ad onera ſuſtinẽda? Rñdeo, iudex dẽt mãdare dicto Franciſchino, ꝙ dicta onera ſubeat nulla cauillatione obſtante, vt in Auth. de manda-
4 tis principũ.§.coges.col.4. † Quartò quærit̃, vtrũ dictus Franciſchinus teneat̃ ſoluere poſt dictã gratiã. Rñdeo ſic: quia à prima gratia illuſtris dñi fuit receſſum ꝑ literas poſteriores, & iuſtiores, vt extra de reſt.ſpo.c.audita.§.ſi verò poſt. vnuſquiſq; enim tenet̃ ſoluere ꝓ bonis, ꝗ poſſidet in loco, vbi ſunt bona æſtimata, & functionibus obligata, vt C.de immu. nemini cõcedenda. l.per Bithiniã.& C.de munerib. patrimoniorũ.l.1.& C.de mun. & in quo loco.l.vnica.& ibi plene no.de materia.lib.10. Puncta nõ fuerũt bñ formata, qa iſte Franciſchinus poſt emancipationẽ acquiſiuit bona extra territoriũ Iſei in Brixiano: eſt tamẽ verũ, ꝙ moratur in quadã tertia villa diſtrictus Brix. Quæritur, in quo loco debeant conſtringi pro dictis bonis. Ego Bald.

### Ad idem. CONSILIVM CXXXIX.

In Chriſti nomine. Cõſuetudo eſt in terra Iſei diſtrictus Brixiæ, ꝙ homines dictæ terræ ſoluãt datia, & collectas, & onera incumbentia vniuerſitati dicti loci, ꝗ poſtea diſtribuũt inter ſe ſecundum quantitatẽ æſtimi, ꝙ ſoluant pro bonis eorũ exiſtentibus in quocunq; loco diſtrictus Brixiæ. Modo quidã filiusfamilias dicti loci Iſei fuit emancipatus à patre, & impetrauit citadinantiã ciuitatis Brixiæ ſaluo iure cõmunitatis Iſei: & emit in diſtrictu Brixiæ extra diſtrictũ Iſei quædã bona immobilia, & habitat alibi nõ in diſtrictu Iſei. Modo cõmunitas Iſei vult cogere eũ, ꝙ
1 faciat æſtimũ ꝓ dictis bonis in æſtĩo Iſei: ipſe cõtradixit. † Quærit̃, quid iuris: & vr̃, ꝙ non teneat̃: quia nihil hẽt in diſtrictu Iſei, neq; ibi habitat, neq; ibi fecit æſtimũ. Et ſi dicat̃, ꝙ qñ pr̃ fecit ęſtimũ, etiã filius vr̃ ęſtimatus, & hẽt fauores, & vtilitates, & ſimiliter officia, ſicut alij æſtimati, vt ſingulariter no.in l.2.C. qui ætate.li.10. Rñdet̃, ꝙ hoc verũ, qñ eſt in ptãte pr̃is, ſed emancipatus eſt pr̃familias ꝑ ſe, nec amodo intelligit̃ eſſe eadẽ familia cũ patre, vt ff.de ver.ſig.l.ꝓnũciatio.§. familiæ. filij .n. emãcipati ꝑ ſe ſtantes, & negociãtes ſunt caput ſuæ familiæ, & pr̃esfamilias, imo iure antiquo habent̃ ꝓ mortuis quo ad patrẽ, vt ff.de lib.& poſth.l.Gallus.§.& quid ſit tm̃.Pręterea aut iſtæ collectæ ſuccẽdũt loco onerũ realiũ, & tũc quia pręſtant̃ pro territorio, deberet ſubiri in loco, vbi ſunt res, vt C.de immunitate nemini concedẽda.l.fi.vbi vr̃ expreſſum, & plenè no.in l.1.C.de mulie.& in quo loco.li.10.aut ſuccedit loco onerũ perſonalium, puta loco guardiæ, vel angarię, & dẽnt ꝑſtari in loco, in quo habitant: alias cogerẽtur oĩ tertia die mutare domiciliũ, ꝙ eſt abſurdũ. In contrariũ tñ vr̃, tũ de iure cõi, tũ ex forma cõſuetudinis. Ecce de iure cõi collectę imponũtur municipib.& originarijs, & ſola poſſeſſio nõ facit quẽ municipẽ, vel originariũ, ergo oportet, ꝙ faciãt ęſtimũ, & ſoluãt tanꝗ debitores functionũ ius publicũ in loco, vñ ſunt, nõ in loco, vbi res ſunt, qa ꝑſona trahit ad ſe res, non ecõtra, vt ff.de æd.edi.l.iuſtiſſime.iſta eſt gl.or.nõ vulgaris. ff.de mun.& ho.l.reſcripto.§.fi.Pręterea & ſi hoc nõ eẽt verũ de iure cõi: qa forte res ſunt in territorio alterius ꝓuincię, vel ciuitatis, ꝗ hẽt ſtatutũ, vel cõſuetudinẽ, ꝙ ꝓ reb. ſui territorij ſoluat̃ ibi: tñ ĩ caſu nr̃o nõ eſt ita: qa vtrũq; territoriũ eſt ſub ciuitate Brix. & illa ciuitas eſt ſub vno dño magnifico nr̃o, & ideo nõ eſt dicta cõſuetudo minus rõnabilis, cũ ad vnũ principalẽ fiſcũ oĩa referant̃, vt in Aut.qui.mo.na.§.ſi quis igit̃ ex qualibet. & ff.ad munic.l.qui ex vico. & C.de ep.& cle.l.nulli.§. ꝙ ſi ex vico. vñ finaliter eſt vnũ, & idẽ marſupiũ fiſcale: valet igit̃ cõſuetudo, & etiã ſtatutũ, ſi eſſet à ſupiore cõfirmatũ. nec certè aliqd facit emãcipatio: quia ꝑ eũ nõ tollit̃ ius publicũ, ſed ſola paterna poteſtas, nec per eũ ſoluitur origo, vel domiciliũ, vt ff. de muni. l.aſſumptio. in princ. & maxime ſi ſtatutum loci diſponeret, quod talis emancipatio haberetur pro ſimulata, & facta in fraudem fiſci illius loci, ſicut dicit̃ eſſe in dicto oppido, vel villa Iſei. Ego Bal.

### CONSILIVM CXL.

1 *Subſtitutio facta pupillo de determinata quantitate verbis communibus, an dicatur pupillaris: & an mater, an ſubſtitutus teneatur petere tutorem filio? & an filius, cui eſt legatum iure inſtitutionis, dicatur legatarius, an hæres: & mater ſi non petat tutorem, an priuetur omni hæreditate filij, ac etiam legitima?*

2 *Legitima an poſſit tolli per ſtatutum ita in deſcendentibus, ſicut in aſcendentibus.*

In Chriſti nomine. Viſo teſtamẽto Henrici de Pontremulo, & inſtitutione, & ſubſtitutionib. in eo factis, ac legato iure inſtitutionis relicto filio eius pupillo, ꝓſuppoſitoq;, ꝙ dictus teſtator deceſſerit ſuperſtite mr̃e ſua, ac ẽt ſuperſtite vxore ſua nomine Conteſina, ac ẽt dña Petra pupilla filia legitima, & naturali dictorũ Henrici, & dnę Conteſinæ, quodq; dicta pupilla ſuperuixerit eius patri per tempus pluriũ annorũ, & ꝙ dicta Conteſina
1 nõ ſuſceperit tutelã dictæ pupillæ. † Quærit̃, vtrũ dicta dña Cõteſina ſuccedat dicto pupillo in legato, vel legitima debito, ſeu debita dictæ pupillæ in bonis dicti Henrici patris ſui? Et videt̃, ꝙ ſic, quia pater ſubſtituit dictæ filiæ pupillæ in ea certa quãtitate, quã ei reliquerat iure inſtitutionis ſub ea conditione, ſi decederet antequã ad matrimoniũ tranſiret, quæ quidẽ ſubſtitutio ratione pupillaris ætatis videt̃ eſſe ſubſtitutio pupillaris, vt inſti. de pup. ſubſti. in prin. Tunc arguo ſic, qñ pater ſubſtituit pupillariter filio ſuo impuberi, onus petendi tutorẽ non pertinet ad matrẽ, quę nõ ſperat ſucceſsionẽ impuberis: ſed pertinet ad ſubſtitutũ pupillarẽ. & ſi ille nõ petit tutorẽ, priuat̃ ſubſtitutione & deuoluit̃ hr̃ditas ad matrẽ, vt C.de legit.hær.l.ſciãt.vbi vr̃ expreſſum, & no.ꝑ Bar.in l.2.ff.qui petãt tut.& ꝑ me in l.precibus.in lectura mea diffuſe examinat̃. In cõtrariũ eſt veritas: qa iſta ſubſtitutio nõ fuit pupillaris, cũ fuerit facta in quãtitate determinata, & in verbis cõmunib. nõ directis, vt no.Dyn.& Bar. & oẽs.ff.ad Treb.l.cogi.§.gñaliter.nõ ob.ff.de vul.ſubſt.l.cohęredi.§.fi. quia ibi fuit facta ſubſtitutio verbis ciuilib. & directis, ꝗ trahũtur ad vniuerſum, ſed nõ eſt ita, qñ filius nõ eſt inſtitutus in vniuerſo, ſed ſolũ in re, vel quãtitate taxata: & alius eſt hæres vniuerſaliter inſtitutus: nam talis per oĩa hr̃ loco legatarij adita hr̃ditate ꝑ hr̃dẽ vniuerſalẽ hoc ſolo excepto, ꝙ nõ põt rumpere teſtm̃ tanꝗ præteritus, vt no.ff.ad Treb.l. ſi quis priore.& propterea talis ſubſtitutio in legitima nõ valeret tanquã fideicommiſſaria; & iſta eſt veritas.tũc igitur apparet, ꝙ non dato ſubſti-



tuto

tuto pup. mr̃ ſperat ſucc. pupilli, & iõ tenet̃ petere tutorẽ ĩ. an-
nũ, & ſcdm Bar. ẽt añ, cũ primũ p̃t: ꝙ mihi nõ placet inſpecto iu-
re. C. & inſtõnũ, & ẽt authẽticorũ, vt inſti. ad orficianũ. §. nouiſ-
ſime. nã illa l. ſciãt. ſemp dat annũ ad petẽdũ, ita ſeruat cõſuetu-
do. iſta igit̃ mr̃ nõ petẽdo tutorẽ, nec in legitima filij, nec in ali-
quo ſuccedit filio, vt in Auth. de nup. §. ſi aut tutelã. & C. ad Tre.
l. omnẽ. nã cum in totũ ipſo iure repellat̃ à ſucceſſione tanq̃ in-
digna, & priuata à iure, vt C. ad Tert. l. matres. merito in aliquo
nõ ſuccedit, & iõ ita teneo. vltra pr̨dicta eſt ſtatutũ Pontremu-
li, ꝙ excludit eã, ſiue petat, ſiue nõ, exiſtẽtib. agnatis vſq; ad gra-
2 dũ limitatũ in ſtatuto, qui extant, vt mihi proponitur. † & licet
Dy. dicat, ꝙ legitima nõ p̃t auferri filijs per ſtatutũ, niſi forte ha-
beãt aliq̃d loco legitimæ, puta dotẽ, tñ ſecus in aſcẽdẽtib. quib.
debet̃ legitima, niſi ſtatutũ obſtaret: quia nõ debet̃ adeo parẽti-
bus, vt filijs, & hoc etiã tota die practicatur, & obſeruatur vbiq;
locorum: & ideo minimè ſunt mutanda, quę interpretationem
certam ſemper habuerunt, vt ff. de legibus. l. minimè. Ego Bal.

CONSILIVM CXLI.

1 *An à poſſeſſorio, & executione appelletur.*
2 *Exceptio dominij præualet ad excluſionem poſſeſſorij.*
3 *Appellatione hæredis intelligitur de vero hærede in ſtatuto, nõ de abuſiuo.*
4 *Oculus legis omnia videt, omnia intuetur.*
5 *Omnis articulus vſurarum debet dirimi ſecundum ius canonicum.*
6 *An à decreto appelletur & ab executione ſententiæ à poſſeſſorio.*
7 *An appelletur à cauſis mixtis, & à ſententia nulla.*
8 *An appelletur à ſententia lata ſuper condi. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & à Carboniana, & ventris nomine, & à decreto, vel ſi ẽ ſentẽtia nulla.*

In Chriſti nomine. Præmiſſis verbis cuiuſ-
dam ſtatuti Mediolani
dicẽtis, ꝙ mortuo aliquo poſſeſſio bonorũ tranſeat in hæredẽ
eius ipſo iure ſine aliqua apprehenſione. Et ſi quis, qui non fue-
rit hæres, ingrediatur poſſeſſionẽ bonorũ hæreditariorum, in-
greſſus ſit nullius momenti, &c. Itẽ præmiſſis verbis cuiuſdã ſta
tuti dicẽtis. Si quis de cætero voluerit relinquere in vltima vo-
lũtate, vel hr̃dẽ inſtituere, hoc liceat facere, niſi aliàs prohibea-
tur à iure teſtari, vel relinquere, adhibitis bñ, & rogatis quinq;
teſtib. & trib. notarijs, &c. Item præſupponit̃ quoddã aliud ſta-
tutũ, ꝙ filiatio, & alia proximitas ſanguinis poſſit ꝓbari per in-
ſtrumentũ, vel inſtrumẽta facta, & cõſcripta à l. annis retro, vel
ꝑ ꝓbationẽ vocis, & famæ factæ ꝑ tres teſtes bonę famæ, & opi-
nionis, &c. Itẽ præſupponit̃ quædã cõſtitutio ep̃alis, quæ ſerua-
tur ad vnguẽ, ſiue ad plenũ in ciuitate Mediolani, vbi reperitur
diſpoſitũ, ꝙ teſtamẽta facta per manifeſtos vſurarios nõ valeãt,
ſed ſint irrita ipſo iure, ſi facta ſunt vſuris nõ reſtitutis ꝓ viribus
ſuarũ facultatũ, & cautione nõ præſtita: & in qua ponuntur hęc
verb. illos nãq; quò ad prædicta declaramus vſurarios manife-
ſtos, de quib. per parrochiã, in qua habitauerint, vel ibi moriẽ-
tur, fama publica fuerit extorſiſſe vſuras, à quib. iurãtibus, ẽt in
abſentia vſurarij corã ipſo vicario, vel ſacerdote illũ vſurariũ ex-
titiſſe, vel de quib. recepiſſe, vſuras per cõſpectionẽ ipſorũ, aut
per idonea, argumenta, ſeu alio legitimo modo apparebit, &c.
Modo caſus talis eſt: A. de ciuitate Mediolani, & domina Berta
fuerũt vir, & vxor, ex legitimo mr̃monio inter eos cõtracto te-
nuerũt, & tractauerũt. C. eorũ filiũ legitimũ & naturalẽ nutriẽ-
do, & alendo à die eius natiuitatis in domo habitationis ipſorũ
iugaliũ, & eũ pro filio legitimo educãdo, oĩa alimẽta eidẽ neceſ-
ſaria præſtando, vocãtes eum ſemp filiũ legitimũ & naturalẽ, &
tractantes eũ, prout faciunt veri & legitimi parentes erga filios
ſuos legitimos & naturales: ſic publicè tractatus, & reputatus
eſt per cognoſcẽtes ipſum: q A. iã plurib. annis elapſis in ciuita-
te Mediolani, vbi cognitus erat, ſuũ ſolẽne cõdidit teſtm̃ in quo
poſt legata ꝑ eũ ibi diſpoſita dictũ C. hr̃dẽ vniuerſalẽ, tanq̃ filiũ
ſuũ legitimũ & naturalẽ deſcẽdentẽ per hęc verba: dictũ C. filiũ
meum legitimũ, & naturalẽ inſtituo in omnib. alijs meis bonis.
deinde dicta B. cũ eſſet infirma corpore, ſed ſana mẽte, dubitãs
de morte ſuũ ſolẽne cõdidit teſtm̃ p̃nte, volente, & conſentiẽte
expreſsè dicto A. viro ſuo: in quo dictũ C. tanquã filiũ ſuũ legiti-
mũ & naturalẽ ſibi hr̃dẽ inſtituit per hęc verba. In reſiduo vero
bonorũ ipſius teſtatricis inſtituit ſibi hr̃dẽ vniuerſalẽ C. filiũ le-
gitimũ & naturalẽ ipſius dñę teſtatricis, & ipſius A. & ſubiungi-
tur in teſtamẽto, & p̃nte ſemp, & inſtãte ipſo A. viro eius teſta-
tricis, & ad prædicta diſtribuenda ſe obligauit. deinde ipſe A. de
menſe Februarij, ſiue Martij 1385. cũ iuiſſet vltra mõtes ꝓ certis
negocijs ſuis, ibidẽ deceſſit, & mortuus eſt, modo poſtq̃ fuit cer
tũ de morte ſua, ſupuenit quidã noĩe D. aſſerẽs ſe fratrẽ dicti A.
& ꝓduxit quoddã teſtm̃ factũ extra terram ꝓpriã dicti teſtõris
de mẽſe Februarij die 25. mẽſis, ꝙ aſſerit factũ ꝑ ipſum A. in for-
ma ſolenni: & in quo diſponitur reuocãdo oĩa alia teſtamenta ꝑ
eũ cõdita, in quo apparet dictũ D. hr̃dẽ vniuerſalẽ dicti A. & ap-
paret relictũ ſcm̃ dicto C. per hæc verba. Itẽ iudico, volo, & re-
linquo iure inſtõnis, ꝙ C. quem ego teſtator hucuſq; nutriui, &
alui & nutriri feci in domo mea, poſt meũ deceſſum habeat, &
hr̃e debeat poſſeſſionẽ meam, & omnia bona mea, quæ habeo,
& poſſideo in tali loco, & aliter in dicto teſtamẽto eum nomi-
nando: nec aliter eũ inſtituẽdo. poſt quæ dictus D. exiſtente di-
cto C. in tenuta, ſiue poſſeſſione bonorũ teſtatoris aſſerit, vt ſ̃.
hoc modo: videlicet quia ꝓbatũ eſt, ꝙ ante mortẽ dicti A. dictus
tenebat, & poſſidebat bona ipſius A. noĩe ipſius A. p̃ris ſui, &
poſt mortẽ tenuit, & poſſedit dicta bona, vſq; quo dictus D. in-
trauit bona p̃dicta hoc modo: q̃a cõparuit quidã eius noĩe co-
ram vicario poteſtatis Mediolani aſſerendo dictũ A. mortuũ, &
ꝓbando de eius morte ꝑ duos teſtes, & obtinuit ſentẽtiã oſtẽſo
dicto ſcdo teſtamẽto ad executionem dicti ſtatuti diſponẽtis de
cõtinuatione poſſeſſionis, &c. nõ citato in aliquo ex p̃dictis di-
cto C. de intrãdo poſſeſſionẽ dictorũ bonorũ: cuius ſñiæ vigore
iuit cũ nũcio cõis ad dicta bona. Et nũcius, vt retulit, in dicta bo-
na eũ introduxit, & poſt p̃ceptũ fuit colonis, vt ei rñderent, qui
coloni cõtradixerunt noĩando dcm̃ C. in dñm & qui C. dixit cõ-
tradicẽdo p̃dicat fieri nõ debere multis rõnib. & cauſis: & ma-
ximè, q̃a nõ citatus. & finaliter quæſtio cõmiſſa fuit de volũtate
partiũ trib. quorũ duo ꝓnunciauerũt hac forma, videlicet, de-
claramus cognito ex ꝓbationib. factis corã nobis, ꝙ dictus C.
filius fuit, & eſt dicti quondã A. & ꝑ hoc debet̃ ei lrĩma iure na-
turæ ꝑ p̃fatã ſentẽtiã, & inde ex ea occaſione ſecuta cõceſſa di-
cto D. fuiſſe, & eſſe nullã. in cæteris autẽ bonis legitimã aſcen-
dentib. dicimus ipſam ſententiã & inde ſequuta valere, & tene-
re: & in eis bonis dcm̃ D. fuiſſe, & eſſe poſſeſſorẽ: item abſolui-
mus ambas partes ab expẽſis. altero verò pronunciauit in effe-
ctu ſententiã prædictã nõ fuiſſe iuridicã, à qua ſentẽtia fuit ap-
pellatũ per alterã partẽ, dr̃, ꝙ non potuit in poſſeſſorio maximè
hoc appellari. Replicatur, ꝙ imo potuit, maximè cõſiderato, ꝙ
dictus teſtator erat vſurarius manifeſtus. Modò quæritur, quid
1 iuris? † Et ad euidentiã eſt præmittendum primò, ꝙ de iure ca-
no. poteſt à quolibet poſſeſſorio appellari: licet enim antiqui-
tus fuerit quæſtio, de qua plene no. extra de reſti. ſpol. c. cum ad
ſedẽ. tñ iſta quæſtio determitata eſt hodie ꝑ cle. primã. de cauſa
poſſeſ. & proprie. videlicet ꝙ à ſententia lata in poſſeſſorio poſ-
ſit appellari, & tanq̃ à diffinitiua, nã ſi appellaretur tanq̃ ab in-
terlocutoria, eſſet neceſſe appellari in ſcriptis, & ex cauſis legi-
timis: & hoc in poſſeſſorijs alijs, q̃ regulantur à iure cõmuni, ſed
ne ſcriptus hęres in poſſeſſionẽ mittatur fauore executionis te-
ſtamentorum, ſiue iſta miſſio dicetur interlocutoria, ſiue diffi-
nitiua, de iure ciuili nõ appellat̃, ſed de iure canoni. appellat̃, ſi
grauamen eſt manifeſtum, vel notoriũ. i. per ſe notũ. Vnde ſi iu-
dex miſit hr̃dẽ in poſſeſſionẽ ex teſtamento, ꝙ iuris rõnib. non
ſubſiſtit: & ex hoc ſi ante ſententiã liquidè eſt ꝓbatũ, & ex actis
apparet, poteſt appellari, vt no. in c. Romana. §. ſi autẽ poſt ſe. de
app. lib. 6. Conſidera, ꝙ appellatio à diffinitiua ſemp tenet: nec
eſt neceſſe, ꝙ lex nominatim eam permittat: ſufficit enim ſi no-
minatim non prohibeat, vt ſingulariter no. ff. de rei vendi. l. qui
reſtituere. quomodo ergo dicit ille. §. ſi autẽ. ꝙ iudex, ad quem
dẽt cognoſcẽre, cũ appellatio eſt prohibita interponi. Rñdeo:
q̃a appellãs talẽ cãm allegabat, q̃ ſi eſſet vera, appellatio ꝓcede-
ret: verbi gratia, ſi dicebat ſe cõfeſſum fuiſſe ꝑ metũ, vel altera
pars dicebat contra appellantẽ eſſe notoriũ facti, ſed appellans
negabat notorium. i. per ſe notũ, vel ex actis indubitanter cla-
rum: cum ergo cã delatiua appellationis, & econtrario eam in-
fringens ſunt in dubio, ſemper pro appellãte quoad iuriſdictio-
nẽ differendã, & etiã de iure ciuili poſſet peti reſciſſio cõtraria
ſuperioris imperio, ſi quis eſſet mitti iuſſus ex teſtamẽto ꝙ pri-
ma facie apparet nullũ. Eſt enim iſte recurſus potius, q̃ appella-
tio, iuxta ea, q̃ legunt̃, & no. ff. qui ſatiſ. cog. l. arbitro. & C. de ac-
cuſ. l. abſente. & per Bar. ff. de app. l. ſi expreſſim. Nam dicta miſ-
ſio requirit, ꝙ teſtamentum ſaltem ſit apparens, & prima facie
exiſtens in cortice, licet non ſit exiſtens in medulla ſine radi-
ce ſolennitatis, & ſubſiſtentiæ. Quæ enim requirunt altiorem
indaginem futuram fieri, non officiunt huic poſſeſſorio: quia
eſt poſ-



eſt poſſeſſoriũ quaſi recuperandæ poſſeſſionis, ac ſi diceremus,
ꝙ hr̃ditas fuerit quaſi ſpoliata in perſona hæredis reſtituẽda, &
reintegranda: licet hr̃ditas propriè non poſſideatur, vt ff. ſi quis
teſta. libe. eſſe iuſſus fue. l. 1. §. Scæuola. nam poſſeſſioni defuncti
ius quoddã inerat, vt ff. vti poſ. l. 1. in fi. quod ius hæreditatis ha-
bet, conſiderando ipſum ius in abſtracto intellectus, & non in
concreto actus corporalis, vt ff. de vſuc. l. cœptam. & l. nunquã.
§. vacuum tẽporis. ff. de acq. poſ. l. cum hr̃des. ſic ergo cõcluden-
dũ, ꝙ beneficiũ edicti ſimile ſit beneficio interdicti recuperan-
dæ quaſi poſſeſſionis. & ideo in edicto nõ eſt plenè diſputandũ
de vero iure hęreditario, ſed ſolũ de prima figura, ſiue apparen-
tia, vt ff. de falſis. l. ſi quis legatũ. & ff. de pœn. l. ſi quis aliquid. §.
2 teſtamẽto. † Secũdo præmitto, ꝙ licet in poſſeſſorio recuperã-
dæ nõ ſit diſputandũ de dominio, tñ ſi eſt diſputatũ, & probatũ,
exceptio dominij præualet ad excluſionẽ poſſeſſorij. iſte eſt ca-
ſus no. & vnicus in iure extra de reſt. ſpo. c. 1. & ita intelligitur,
3 ꝙ no. ff. de iu. l. ſi de vi. in fi. magnæ gl. † Tertiò eſt præmittendũ,
ꝙ quicquid ſit in ſimplici edicto diui Adriani, vel Iuſtiniani, tñ
in edicto Mediolani, id eſt in l. municipali, ſi hæres ſcriptus vult
prætendere poſſeſſionẽ à ſe vigore, & fictione ſtatuti continua-
tã, debet docere de veritate, ꝙ verè ſit hęres: & omnis exceptio,
quę pertineret ad petitionẽ hęreditatis, habet pertinere fictio-
nem, & beneficiũ ſtatuti. nam ſtatutũ loquitur de hærede, ergo
de vero hærede exiſtente, & nõ de abuſiuo, vt l. 2. ff. quemadm.
teſta. aper. & ff. de ver. ſig. l. Paul. vnde de omni iure hæreditario
vero, & ẽt de apicibus iuris debet diſputari, ſi quis nitatur ex di-
cto ſtatuto, & ſi dicatur, ꝙ dictũ ſtatutũ veniat ad interpretatio-
nẽ iuris cõmunis, & ideo in eiſdẽ caſib. ẽt, vt in Auth. de filijs añ
dotalia inſtr̃a natis. §. fi. reſpõdet̃, ꝙ imo eſt contra ius cõmune,
& eſt fictio cõtraria veritati, & de nulla poſſeſſione facit aliquã
fictè. & quia eſt cõtrariũ iuri cõi, nõ p̃t regulari ſecundũ ius cõ-
mune. Itẽ ſi dicat̃, ꝙ iſtud ſtatutũ factũ eſt ad executionẽ. l. edi-
cto. vt executio, quę debebat fieri per iudicẽ, fiat ꝑ legẽ munici-
palẽ: ꝙ ſatis vr̃ probabiliter dictũ. Tñ hic vr̃ cõſiderãdũ ſubtili-
4 ter, ꝙ lex nõ exequit̃ aliquid iniuſtũ, vel irritũ, † quia oculus le-
gis, ſicut oculus Dei oĩa videt, oĩa intuetur, vt dicit lex illa no. ff.
de cõdi. ob cãm. l. ſi pecuniã. §. ſi ſeruũ. Et ideo concedo, ꝙ dictũ
ſtatutũ eſt ad executionẽ edictalẽ, vbi requirebat̃ decretalis in
perſona veri hr̃dis, ſed nõ in perſona hr̃dis abuſiui, & prima fa-
cie tm̃. Et ideo ſtatutũ prudẽter fecit mentionẽ hr̃dis, modo ta-
lis qualis hr̃dis, ſed in ſuo potiori ſignificato, id eſt hr̃dis veri. ſe-
cus ſi teſtator diceret, quiſquis mihi hr̃s erit, ſit hęres filio meo.
nam his verbis ſubſtantiuis hr̃dis efficacia demonſtrat̃, vt ff. de
vul. ſub. l. qui liberis. §. hæc verba. hæres enim eſt, qui eadẽ per-
5 ſona cũ defuncto eſt, ꝙ niſi ꝑ veritatẽ cõtingere nõ põt. † Quar-
tò præmittendũ eſt, ꝙ omnis articulus vſurarũ debet dirimi ſe-
cundũ ius canonicũ tam in foro eccleſiaſtico, quã in foro ſecu-
lari: & tam in cauſa principali, quam in cauſa appellationis, quia
appellatio mutat forũ, & iudicem, cauſæ tñ qualitate retenta: &
cũ leges in materia vſurarũ ſubiaceãt canonibus, nec in hoc de-
dignent̃ ſacros canones imitari, vt plene no. C. de vſuris. Auth.
ad hęc. & in Auth. de eccleſiaſticis titulis. in prin. patet, ꝙ ſeruã-
di ſunt canones in quolibet foro, & qualibet cauſa, vt in c. quã-
quã. §. fi. de vſuris. li. 6. no. extra de for. comp. c. ꝙ clericus. nemo
enim dixerit, teſtm̃ vſurarij manifeſti executionẽ mereri, cũ de-
cretalis nõ ſolũ damnet teſtationẽ mentis, ſed ẽt teſtiũ p̃ntiam
remoueat: ita ꝙ teſtm̃ eius dr̃ carere teſtibus, niſi ſuperueniat
cã cõfirmans. i. ſolẽnis cautio, quæ hoc caſu fingit retro, vt d. c.
6 quanquã. in tex. & in nouella. † Ex his, quæ p̃miſſa ſunt, cõcludi-
tur euidẽter, ꝙ dict. appellatio habito reſpectu ad capitulũ vſu-
rarũ procedit de iure cano. & ciuili imitante canonicũ. Item ap-
paret euidenter, ꝙ procedit habito reſpectu ad ſtatutũ Medio-
lani: cum illud ſtatutũ exigat cauſam proprietatis. Item proce-
dere vr̃ quòad l. edicto. quia licet non debuerit diſputari de me-
ritis teſtamẽti, tñ ſi eſt diſputatũ, & doctũ de nullitate, nõ poteſt
iudex cõtra cõſcientiã actorũ in poſſeſſionẽ mittere p̃ſuppoſi-
ta opinione multorũ, qui dñt, ꝙ teſtm̃ ſecũdũ ſit nullũ p̃teritio-
ne filiationis. nã de dicta p̃teritione cõſtat ꝑ ſcripturã, ex cõiũ-
ctione duarũ ſcripturarũ primi teſtamẽti, & ſcdi. ſatis. n. cõſtat,
ꝙ ex cõiunctione duarũ ſcripturarũ liquent, ar. C. de fid. inſtr. l.
comparationes. Ego hũc paſſum libenter p̃tranſeo: quia de hoc
nõ eſt nunc diſputandũ: ſed duntaxat, an appellatio ſit introdu-
cenda, necne. porrò omnis appellatio, q̃ iuſtificari p̃t, & nõ pec-
cat in materia, nec in forma introducẽda, eſt quaſi actori in hoc
noua cã, cui fauendũ eſt in prin. cauſæ potius, quã reo. iura ſunt
vulgaria. Sed hoc tm̃ dico, ꝙ quia ꝓmiſcuè, & implicitè cognitũ
eſt de eo, ꝙ cõcernit cauſam ꝓprietatis, & poſſeſſionis, & cau-
ſam vſurarũ, proculdubio debet appellatio introduci, & demũ
trutinari, & ſecũdũ naturã appellationis decidi. Illud nõ omit-
tam, ꝙ filius, qui tempore patris detinebat, & habebat quoddã
ire, & agere, poſt mortẽ patris plene præſumit̃ poſſidere, & im-
mediate, vt not. in d. l. cũ hæredes. & inſti. de hær. quali. & dif. §.
ſui. & eo nõ citato decretũ iudicis fuit ipſo iure nullũ: tum quia
hęres prę̃ſumit̃, tum quia p̃ſumitur poſſeſſor, vt ff. de ventre in-
ſpi. l. 1. §. denunciari. vbi & expreſſum eſt, & ẽt regula iuris tam
ciuilis, quã canonici, vt eſt bene in l. meminerint. C. vnde vi, &
C. ſi per vim. l. fi. & in c. licet ep̃s. de præb. li. 6. Illud ẽt eſt cõſide-
ratione dignũ, ꝙ primũ teſtm̃ fuit validũ, & ſolenne, & fauora-
bile filio: ſecundũ autẽ teſtm̃ nõ fecit expreſſam mentionem de
primo, ſed in gñali clauſula, quæ nõ vr̃ ſufficere ad primũ teſtm̃
tollendũ, vt C. de teſt. Auth. hoc inter liberos. cum primum te-
ſtamentũ corã tot notarijs, & teſtib. factũ, & in quo neceſſaria
eſt ſcriptura ſecundũ formã ſtatuti Mediolani, debeat quaſi in
ſcriptis factũ reputari, vt C. de fid. inſtr. l. contractus. hæc igitur
ſpeculãda ſunt, & omnia conſiderãda ſalua ſentẽtia conſilij po-
tioris, vt in l. Claudius Felix. de hac ẽt materia aliquid diſcurrẽ-
7 do notaui in l. 1. C. de ſecundũ tab. poſt Gy. † illud ẽt non omit-
to, ꝙ quãdo ſunt duę cauſæ ſimul cõplicatæ, quarũ vna appella-
tionẽ reſpuit, alia cõcedit, & ſentẽtia eſt ſimul lata ſup vtraq;, p̃t
ab vtraq; appellari, maximè ex cauſis expreſſis in iure: vel quan-
do ſentẽtia eſt notoriè iniuſta: quo caſu appellatio ponitur pro
recurſu. nã huic in mero officio iudicis medendũ eſt per ſupe-
riorẽ. iſte eſt tex. & gl. ord. ſcdm vnũ intellectũ, qui cõmuniter
approbat̃ à doctis ſublatis auctoritatibus. ff. qui ſatiſ. coga. l. ar-
8 bitro. † & ad prædicta facit, ꝙ diximus, ꝙ à ſentẽtia lata ſup con-
dictione ex l. ſi quis in tantã. C. vnde vi. põt appellari, quia exce-
dit notiſſimos terminos ſimplicis poſſeſſorij. Item iniquum eſt
quem locupletari cũ aliena iactura, & de bonis alterius: & iſta
eſt æquitas ſcripta in l. ſi me, & Titiũ. ff. ſi cert. pet. vñ ſequit̃, ꝙ
iudex ex officio ſuo, licet rigor iuris deficiat, debet ſupplere de
æquitate, vt ff. de petitio. hær. l. planè. in fi. & illa ẽt eſt ratio, quæ
mouit gl. in d. l. arbitro. Item quãdo iniquitas eſt detecta maxi-
mè per inſtrumẽta ſubſtantialia litis, tũc propter notoriã iniu-
ſtitiã: cum notorium æquiparetur declarationi iudicialiter fa-
ctæ, poteſt appellari à ſententia, nõ obſtante, ꝙ alias ſit appoſi-
ta appellatione remota. hoc dicit gl. ord. de reſti. ſpol. c. ex con-
queſtione. in gl. pen. quia nõ debẽt iniuriæ procedere, vnde iu-
ra naſcuntur, vt C. vnde vi. l. meminerint. Sanè à primo decre-
to, ꝙ eſt detentorium, ideo appellatur, quia conſtituit ius in re,
id eſt pignus prætoriũ. Item à Carboniana, & ventris: quia dif-
fertur interim petitoriũ, nec eſt momentanea, ſed habet tem-
poris determinati limitationẽ, vt l. fi. C. de Carb. edi. cauſa etiã
filiationis decidẽda eſt ꝑ ius canonicũ tam principaliter, quam
incidenter, vt extra de ord. cog. c. tua. & c. lata. extra qui fil. ſint
legitimi, tã in cauſa prima, q̃ appellationis, vt ibi patet. Ego Bal.

CONSILIVM CXLII.

1 *Compromiſſum inter duas terras de mãdato principis an valeat, cum vna ex dictis terris ſit proteſtata, quòd faciebat ex metu principis: & an laudum incontinenti latum poſt commiſſionem valeat, vel non: & nu. 3.*
2 *Per 40. annos clauditur via dicendi nullum laudum.*
4 *Quando eſt q. de territorio, &c. an talis controuerſia poſſit compromitti.*

In Chriſti nomine. Dominantibus magni-
ficis, & illuſtrib. dñis d.
Luchino de glorioſis Vicecomite de Mediolano in ciuitate Ver
cellarũ, & illuſtri principe, & dño do. Ioanne Marchione Mon-
tis Ferrati in terra Caſalis. Ecce, ꝙ lis, & quæſtio ſuper territo-
rio, & finibus dictarũ terrarũ vertebatur inter ipſos, & homi-
nes ipſorum locorũ: vnde vt non veniretur ad rixas, & conten-
tiones vlteriores inter partes prædictas, præfatus dñs Marchio
mandauit ſub pœna duorũ miliũ flor. & indignationis ſuę p̃tãti,
conſilio, & comitatui dictæ terræ Caſalis, ꝙ cõſtituerent quen-
dam ſindicũ ad compromittendum de iure, & de facto dictam
cauſam, ꝙ ſimiliter fecit d. dñs Luchinus in cõmunitate Vercel-
larum: & facti ſunt ſindici hinc & inde, tñ illi de Caſale ante cõ-
ſtitutionẽ dicti ſindici, & poſt fuerunt proteſtati, ꝙ dictum ſin-
dicũ faciebant per metũ dicti dñi Marchionis, alias nõ facturi.

 demum

demũ durante eodẽ metũ dicti ſindici fecerũt cõpromiſſum de
iure, & de facto, & arbitri electi incontinenti iudicauerunt, &
ꝓnunciauerũt. Et ꝙ prædicta fecerunt iã ſunt 40. anni, & vltra.
1 † Nunc hoĩes, & cõitas Caſalis vult dicere dcm̃ ſindicatũ, laudũ,
& cõpromiſſum fuiſſe ipſo iure nullũ: q̃a conſtitutio ſindici fuit
impreſſiua, & ꝑ metũ ſuperioris. ecõuerſo dr̃, ꝙ iuſtus fuit me-
tus, quũ p̄dicti dñi haberẽt iuriſdictionẽ, & ptãtẽ imperãdi, ne
venirent̃ ad rixas, & arma, ac ẽt ꝓ bono pacis quædã nõ ſolũ per-
mittunt̃, ſed ẽt iubent̃, vt ff. de vſuf. l. æquiſſimũ. & extra de p̃b.
c. niſi eſſet. & ff. de no. ope. nun. l. 1. §. & poſt operis. Prætereà iſti
cõpromittentes nõ cõpromiſerũt de iuriſdictione ſua, quia iu-
riſdictio nõ eſt apud ciuitates, ſed apud dños ciuitatũ ſcd̃m Inn.
vnde iſti, qui fecerunt caſum cõpromitti, erãt illi, quorũ princi-
paliter intererat. Subditorũ autẽ nõ erat cõtradicere, ſed obe-
dire, quotiẽs enim de iuriſdictione quærit̃, de ſtatu agit̃: & quę-
ſtio ſtatus ptinet ad ſupiorẽ, nõ ad ſubditos, vt no. Inn. extra de
iud. c. cũ deputati. & in c. olim. el 1. de reſt. ſpo. niſi diceret̃, ꝙ do-
miniũ erat tyrãnicũ: q̃a nõ erat cũ pmiſſu Imperatoris. ſed huic
allegationi nõ eſt inſiſtendũ, q̃a totus mundus ſeruat cõtrariũ.
vñ venio ad aliã allegationẽ ꝓ alia parte, videlicet ꝙ dictus ſin-
dicatus nõ tenuerit: & hoc per l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquir.
hęr. ſ. ꝑ gl. ibi poſitã. Sed ad illã gl. poteſt rñderi, quia loquitur in
eo, ꝙ dependet à volũtatę vnius, ſed cõpromittere dependet à
voluntate duorũ. Itẽ ſicut valet factum à procuratore reuoca-
to, ſi reuocatio nõ deuenit in noticiã, ita ꝑ ſimile dẽt valere hic,
ne doloſa cautela proteſtãtib. proſit: quia dolus nemini dẽt pa-
trocinari, nec illuſio, q̃ proprie reſpicit auctoritatẽ ſuperioris,
vt in c. 1. de renũ. in cle. Itẽ factũ cõtrariũ proteſtationi, vt extra
de cõſtit. c. cũ M. Ferrarien. Itẽ tanto tp̃e fuit laudũ obſeruatum
poſt mortẽ dictorum dñorum: & poſtq̃ ceſſauit impreſſio: quia
oĩa ratificata vñr, vt no. ff. de condi. ob turp. cãm. l. ſi ob turpẽ. &
2 ꝑ Cyn. in l. 2. C. ꝙ met. cau. † Itẽ elapſi ſunt 40. anni, per quã prę-
ſcriptionẽ claudit̃ via dicẽdi nullum, q̃ via eſt officium iudicis,
vt no. de præſc. 30. ann. l. ſicut. quinimo ẽt querela falſi tollit̃ tã-
to tẽpore, vt legit̃, & no. C. de fal. l. querela. Solu. ꝓ reſolutione
dicendũ eſt, ꝙ tranſactio impreſſiua non valet, & eſt impreſſiua
illa, q̃ fit cogente imperio impreſſiuo, tex. eſt. C. de tranſact. l. ſi
3 quis maior. † Illud ẽt non eſt omittendum, ꝙ cum nihil de iure
tranſigentium fuerit cognitũ, ſed ex abrupto, & eadẽ die fuerit
pronunciatum: nõ vr̃ valuiſſe ꝓnunciatio, niſi iura partiũ eſſent
notoria arbitris, & arbitratoribus ꝙ non præſumitur, niſi con-
ſtet: vt no. in l. ſed & ſi per prętorẽ. §. quoties. ff. quib. ex cau. ma.
& hoc verum, niſi partes eſſent paratę ad rixas, & arma: quia tũc
omnia valẽt propter publicam vtilitatẽ. Iſtæ enim ciuiles diſce-
ptationes cõſueuerunt omnia mala producere: & ideo dñt au-
ctoritate ſuperioris cõpeſci, vt no. Inn. extra de prob. c. in pñtia.
hoc ſimpliciter ꝓbandũ, vel p̃ſupponendum: quia in facto con-
ſiſtit. Porrò ille, qui fallit, ne fallatur, dr̃ vti prudentia, nõ calu-
mnia, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. Titio. & l. fi. C. de pondera.
4 auri. & l. 1. §. nõ fuit. ff. de dolo. vbi de hoc. † Illud ẽt prætermitti
non debet, ꝙ cum quæſtio eſt de territorio, cui ineſt iuriſdictio
iuriſdicendi, decreta interponẽdi, & gladij ptãs, talis cõtrouer-
ſia nõ põt cõpromitti, vt no. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. de
liberali. niſi tale cõpromiſſum auctoritas ſuperioris, merum, &
mixtũ imperium hñtis cõfirmaret, & tunc valeret ptãte confir-
mationis, & nõ aliter, vt ff. de off. procon. l. obſeruare. §. fi. & in
Aut. de defen. ciui. §. interim. nã priuatus iuriſdictionẽ neq; da-
re, neq; auferre põt: & maximè ꝑpetuã, vt C. de iuriſ. om. iu. l. pri-
uatorũ. & ibi no. facit ꝙ no. extra de cõſti. c. cũ oẽs. & c. cũ acceſ-
ſiſſent. Itẽ iuriſdõ data ꝑ metũ eſt ipſo iure nulla, vt ff. de iu. l. 1. §.
Nec mirũ, q̃a ineſt ibi mutatio ſtatus naturalis liberi, & illa eſt
ratio. l. 1. §. quæ onerãdæ. ff. quarũ rerum actio nõ dat̃. Ego Bal.

## CONSILIVM CXLIII.

1 *Statuta licet fiant ab inferioribus, tamen non valent, niſi demum confir-
mata à ſuperioribus, & ſtatuta tolluntur per contrariam diſſuetudinẽ.*

**In Chriſti nomine.** Caſus talis eſt. Quidam
nomine Ant. Bertã ac-
cepit in vxorẽ, quæ ꝑ decennium in mr̃onio ſecum manſit, poſt
decennium deceſſit ſine liberis: Frater p̄dictæ Bertæ petit dotẽ
ſibi reddi ſecundum cõmunẽ conſuetudinẽ illius loci: opponit
maritus dicens ipſam dotẽ ad ſe pertinere vigore cuiuſdã ſtatu-
ti antiqui conditi per cõmune loci illius ſine auctoritate ſui ſu-
perioris: quo cauetur, ꝙ vxore poſt decennium decedente dos
ſit mariti. Quod ſtatutum nunquã fuit allegatũ niſi nunc: imo
cõmunis cõſuetudo in dicto loco ſemp fuit, ꝙ ſi vxor ſine libe-
ris deceſſiſſe reperta fuerit quãdocunq;, dos ꝑ attinentes ſemp
fuit recuperata. Sunt etiã ſtatuta noua, in quib. de hoc nulla fit
mentio: nec de hoc fuit vnquã aliqua lis, vel controuerſia: imo
ſemper fuit dos attinentib. reſtituta. Super hoc quæritur, quid
1 iuris? † Secundùm ea, quæ præponuntur dictum ſtatutum non
valuit: quia tunc demum valet ſtatutum ſtatuentium, quãdo ad
eos pertinet ſtatuta confirmare, ſed quia ad eos, de quibus quę-
ritur, non pertinebat cõfirmatio ſtatutorum, ideo ab ipſo prin-
cipio ſtatutum fuit inefficax, vt C. de iur. om. iu. l. priuatorum. &
vtrobiq; no. Non obſ. ff. de iuſ. & iu. l. omnes populi. quia ibi nõ
dicit̃, ꝙ omnis populus poſſit facere ſtatutum. Sed dicit, ꝙ ille
populus, qui legibus ſcilicet proprijs, aut moribus regitur, par-
tim ſua, &c. illa enim dictio, qui, ponit̃ reſtrictiuè, vt C. de ſum.
trinit. l. 1. ad hoc facit in Auth. de defen. ciui. §. interim. & licet
ſtatuta facere quãdoq; ſit baſſæ iuriſdictionis, tamẽ ſtatuta con-
firmari ſemper eſt meri imperij. Et non poſſunt confirmari ſta-
tuta, niſi per magiſtratum habentem merum imperium, vt no.
in l. 1. §. 1. ff. quod quiſq; iuris. & C. de ſenten. & interlocuto. l.
nulli. Præterea cum ſuperior quædam ſtatuta confirmet, quic-
quid non inuenitur confirmatum, videtur derogatum, vt l. tri-
bunus. §. vlt. ff. de milit. teſta. & no. per Dyn. ff. de lega. 1. l. legata
inutiliter. & C. de emenda. Iuſtin. C. l. 1. Præterea contraria con-
ſuetudo præualet, vt ff. de legibus. §. fi. & maximè cum conſo-
nat iuri communi, quia de facili redit ad naturam ſuam, quam
lex actioni de dote dedit, vt ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. verſicu-
lo, quid in ſpecie dotis. patet igitur ex prædictis, quòd dicta dos
nõ cedit lucro mariti, ſed dẽt reddi hæredib. mulieris. Ego Bal.

## CONSILIVM CXLIIII.

1 *Locatores conducti ad incidendam aliquam ſyluam per tertiam perſonam,
an teneantur nominando ipſum conductorem, an ipſe conductor tenea-
tur confiteri. & vide in conſi. 264.*
2 *Culpa in omittendo non venit actione. l. Aquilia. & ob leuiſſimam culpam
quis nunquam punitur criminaliter, vel pecuniariter.*
3 *Turbare non dicitur, qui non habet intentionem turbandi.*
4 *Statutum dans arbitrium puniendi intelligitur, vbi eſt delictum.*

**In Chriſti nomine.** Præſuppoſito cõmunis
Papię ſtatuto, quod im-
ponit certã pœnã pecuniariã turbantibus aliquẽ in poſſeſſione
alicuius rei, q̃ verè poſſidebat. proponatur, ꝙ A. & B. fuerũt cõ-
ducti per C. ad incidendum quandã ſyluã re vera poſſeſſam per
D. iuxta aliud nemus dicti D. cõductoris operarũ dictorum A. &
B. fuerunt exinde accuſati dicti locatores operarũ, & dictus cõ-
ductor operũ. Modo quæritur, non reuocando in dubium poſ-
ſeſſionẽ dicti D. vtrum dicti locatores, vel dictus cõductor pro-
inde teneant̃ ad pœnã ſtatuti, an vero ſimplici actione legis A-
1 quiliæ, vel interdicto ꝙ vi, aut clam. † Et vr̃, ꝙ teneãtur ad pœnã
dicti ſtatuti: quia ſtatutũ nõ diſtinguit, vtrũ interuenerit dolus,
necne, ergo nos debemus diſtinguere, vt ff. de publicia. l. de pre-
cio. Itẽ nõ debet ſub prætextu erroris fieri alteri iniuria, ne me-
lioris condi. ſit ſtultus, quã peritus; vt l. ſeruus. ff. ꝙ vi, aut clam.
Itèm quia debuerunt inquirere ſaltẽ domeſtica inquiſitione, &
inter circuncohærentes cuiuſnam eſſet dicta ſylua, & quis poſ-
ſideret: nam ſi inquiſiuiſſent, facile cognouiſſent, vt C. de inge-
nuis manumiſ. l. ſi auiam. & ff. de fluminibus. l. 1. §. 1. Et nõ inqui-
rere de eo, de quo conſueuit, & debuit inquiri, eſt ſpecies latæ
culpæ, vt ff. de noua. l. doli mali. §. fi. prætereà ille, qui dat dam-
num in re aliena, non ſolum tenetur, actione l. Aquiliæ ciuili-
ter, ſed etiam criminaliter ad pœnam imponendã fiſco, iſta eſt
gl. ſingularis in l. fi. ff. de priua. delict. In contrarium videt̃, quia
nullũ damnũ datũ eſt, ſi ſylua erat cædua, ita tamen ꝙ ligna non
fuerint aſportata per eos. ſecus ſi ſylua nõ eſſet cædua: quia tunc
aliquod damnũ eſſet datũ, vt ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi
oliua. & ff. ꝙ vi, aut clam. l. nam & ſi ramos. Itẽ in interdicto ꝙ vi
aut clam, non diſtinguit̃ damnũ à nõ damno. quia ipſa turbatio
poſſeſſionis hr̃ pro damno dato, vt plenè no. ff. ꝙ met. cau. l. ex-
tat. In cõtrariũ eſt gl. or. ad literã. ff. de rei vendi. l. in rẽ. §. tignũ.
nam iſti locatores operarum excuſantur, quia in talibus cõſue-
uerunt operari, & locare operas ſuas, vt ff. de iniurijs. l. item a-
pud. §. ſi quis Aſtrologus. & habito reſpectu ad artem ſuam de-
2 derunt operã rei licitæ. † Item & ſi aliqua culpa poſſet imputari
dictis



dictis opificibus fuit in omittẽdo inquirere: quę culpa in omit-
tendo non venit in actione l. Aquilię: quia leuiſſima, vt dicit ille
tex. no. l. ſi cuius. §. de præteritis. ff. de vſufru. prętereà ob leuiſſi-
mam culpã nunquã punitur quis criminaliter pœna ordinaria,
ſicut eſt iſta, nec ẽt pœna pecuniaria. hoc ſingulariter no. Cyn.
C. de epiſ. & cle. l. ſi quis non dicam rapere. Et per hoc excuſan-
tur locatores, operæ conductor tamen non excuſatur: quia de-
buit ſcire, & fines, & terminos rei ſuæ, nec debuit errare in fa-
cto ſuo, vt C. finium reg. l. ſi conſtiterit. & l. fin. ff. pro ſuo. & ff.
de acquir. hæredit. l. duo fratres. Ex his apparet, quod culpa le-
uiſſima habet quandam latitudinem, cuius minimus gradus,
ſiue minimum attentatiuum eſt in non faciendo, etiam ideo de
minimis non curandum: quia qui tam modice trãſgreditur, nõ
vituperatur, vt l. quamuis. ff. de condi. & dem. Sic igitur leuiſſi-
ma culpa vnius & alterius non ſunt idem, vt §. de præteritis. ſi
ſubtiliter intelligatur. Porrò iſti locatores operarum manualiũ
ſunt ruſtici, & ruſticitati parcitur, præterquam in iure naturali,
vt C. de in ius voc. l. venia. Credere autẽ bono viro eorum ope-
rã conducenti, cum quilibet p̃ſumatur bonus, nõ eſt facere ali-
quid cõtra ius naturale, vt no. ff. de condi. & dem. l. Titio. & fa-
cit, qđ no. C. de ſer. fug. l. quicunq;. §. pe. vbi cõtractus licitus ex-
cuſat errantẽ, & ibi dixi. facit ad prędicta: quia lex dicit ſcientiæ,
non ignorantiã volumus obligari, vt C. de tabularijs. l. generali.
nã pœnæ non ſunt proditæ deceptis ꝓpter lubricum ignorãtię.
3 facit. ff. de decretis ab ordine faciendis. l. fi. † Itẽ non dicitur tur-
bare, qui non habet intentionẽ turbandi, vt eleganter not. in l.
ſi duo. in prin. ff. vti poſſidetis. niſi eſſent vicini: quia præſumun-
tur ſcire, vt l. ſi ita. ff. de fun. inſtr. & l. 1. §. 1. ff. de flum. & no. in l. C.
quãdo fiſcus, vel priu. & l. dñs horreorum. ff. loc. & l. 1. C. vbi de
ratiocinijs agi oportet. & per Bar. in l. 1. ff. ſi cer. pet. Illud non o-
mittendum, ꝙ ſi iſti operarij exceſſerunt fines mandati in mit-
tendo falcẽ in meſſem alienam, dñs non tenetur; quia nõ mãda-
uit, nec ratũ habuit, vt extra de reſ. ſpo. c. cũ ad ſedem. Nec obſt.
c. vlt. de homicidio. li. 6. q̃a ibi mandatarius exceſſit modũ in of-
fenſa pſonali, hic in reali. Item ibi modus non poterat in ingreſ-
ſu gladij limitari: quia gladius magis obedit corpori, quàm ani-
mæ, & alia alijs mortifera eſſe ſolent: & mors atrocitati vulnerũ
eſt cõnexa & inſeparabilis: & ideo inſpicitur, qđ nocet: quia do-
lus caſum præcedit: alias ſecus, vt ff. ad Sil. l. qui poſthumus. nec
etiam ipſi operarij propter ignorantiam, vt prædixi, & ſi dica-
4 tur, ꝙ imo debẽt puniri pœna arbitraria: quia † ſtatutum dat ar-
bitrium. Reſpondeo, arbitrium puniendi nunquã intelligitur
conceſſum, vbi funditus nullum eſt delictum. arbitria enim ca-
dunt in electionibus pœnarum inter pœnam, & pœnam, vt ff.
de pœnis. l. hodie. Sed vbi nõ eſt delictum, ibi non eſt pœna ali-
qua, & ideo non cadit electio, ſeu arbitrium inter pœnã; cũ ipſa
innocentia reus ſit tutus: & fides innocẽtiæ maximæ habeat ſe-
curitatem, vt C. de iniurijs. l. ſi non conuicij. At vbi genus cri-
minis qualitati pœnæ non conueniret, ibi de neceſſitate fit di-
greſſio à pœna ordinaria ad pœnã arbitrariam aſcendendo, vel
deſcendendo ad pœnã, vel à pœna, prout congruit gradib. cul-
pæ. Item & ratione ſubiacentis pſonæ fit ſimiliter permutatio,
vt C. vt infra certum tp̃s crimi. quæſtio termin. l. 2. & ff. de pœn.
l. hodie. & ff. de his, qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. &
videat̃, qđ no. Bar. in l. 1. §. 1. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fuerit. Itẽ
abſurdũ eſſet dicere, ꝙ ille, qui locat operas ſuas pro vna die, vel
paucioribus, teneretur inueſtigare poſſeſſorẽ: quia maius tem-
pus occuparet inueſtigatio, quàm opera, vt ff. de damn. infe. l.
inter quos. §. ſi dñs. ipſe etiam mandans excuſaretur, ſi nõ man-
dauit certitudinariè de loco, quia non intelligitur mandaſſe ea,
quæ iuri nõ conueniunt, vt l. ſi pater. ff. quę in fraudẽ credito. &
l. ſi procura. ff. de condi. indeb. & ibi no. Ego Bald.

## CONSILIVM CXLV.

1 *Subſtitutus moriens ante euentum conditionis an tranſmittat ſubſtitutio-
nes ad hæredes ſuos.*

**In Chriſti nomine.** Albert⁹ à lege ciuis Ve-
ronæ parrochiæ ſanctæ
Mariæ in claica deceſſit teſtatus, & in eius teſtamento inſtituto
Antonio eius filio legitimo, & impubere hærede vniuerſali, ei-
demq́; ſubſtituto dño Canſegnorio de la Scala tũc domino ci-
uitatis Veronę per hæc verba, videlicet, ſi Antonius filius meus
legitimus, & hæres vniũerſalis infraſcriptus deceſſerit ſine filijs
ex legitimo matrimonio natis, tunc, & eo caſu inſtituo Canſe-
gnoriũ dictũ meum hæredẽ vniuerſalẽ. Nunc eſt, ꝙ prælibatus
Canſegnorius ſubſtitutus, vt s̃ deceſſit per 12. ann. ante mortem
prædicti Antonij inſtituti, & tũc impuberis: demum prædictus
Ant. mortuus eſt ſine filijs legitimis. Nunc quæritur, nunquid
prædictus Ant. de hæreditate prædicta teſtari potuerit. an verò
ipſa hęreditas iure ſubſtitutionis p̄dictæ ptineat ad hęredes p̄li-
1 bati domini Canſegnorij modo, quo ſupra ſubſtituti? † Quia
iſta quæſtio determinatur per illam ſolennem & notabilẽ, l. ff.
de acq. hær. l. qui patri. cum gl. ſua: ideo decidendo quæſtionem
dico, ꝙ duo ſunt caſus, nam interdũ ſubſtituitur impuberi co-
hæres eius, & tunc licet decedat viuo impubere, tranſmittit ius
ſubſtitutionis pupillaris, ſi pupillus deceſſit poſtea in pupillari
ætate, & hoc operatur vnio ſubſtitutionis pupillaris, & iuris ac-
creſcendi, qđ trahit ſubſtitutionem ad naturam ſuam magis fa-
uorabilem: quia in tranſmittendo eſt fauor. aut ſubſtitutus non
fuit datus cohæres impuberi, vel inſtitutus deceſſit adulta æta-
te: & tunc nulla fit tranſmiſſio; quia ſubſtitutio eſt effecta cadu-
ca, vt C. de cad. tol. §. pro ſecundo. & l. ſed & ſi plures. ff. de vul.
ſubſt. ex quib. apparet, quòd dictus dominus Canſegnorius ad
hæredem ſuum dictam ſubſtitutionem non tranſmiſit, vt plene
in l. 2. C. de his, qui ante aper. tabu. Non ob. ff. de leg. 2. l. ꝙ prin-
cipi: quia iſte nõ eſt ille princeps, de quo ibi loquitur, quia eius
ſolũ nulla perpetuitate viget. item apparet ex p̄dictis, ꝙ ſi dictus
pupillus deceſſit in adulta ætate, potuit liberè teſtari; quia eua-
nuit ſubſtitutio, vt d. § pro ſecundo. cum materia ſua. Ego Bald.

## CONSILIVM CXLVI.

1 *Legitimatus iura legitimorum an plene cõſequatur, & an legitimatio co-
hæreat territorio.*
2 *Filius tam præſens, quàm abſens, an poſſit legitimari de voluntate patris
tam præſentis, quàm abſentis.*
3 *Spurius poteſt inſtitui cum conditione, cum capere poterit.*
4 *Spurio poteſt fieri vulgaris ſubſtitutio.*
5 *Auus an nepotem legitimè natum ex filio ſpurio poſſit hæredem inſtituere,
vel ſubſtituere? & de cautela ad hoc.*
6 *Cautela, qualiter habens ſpurius poſſit excludere trãſuerſales ſibi odioſos.*
7 *Forma inſtitutionis filiorum ſpuriorum legitimatorum qualis debeat eſſe.*
8 *Abſens & ignorans an poſſit legitimari.*
9 *Legitimatio an valeat, ſi teſtator habet duos filios ſpurios eiuſdẽ nominis,
& ex diuerſis concubinis natis, nec apparet in priuilegio legitimè, de quo
ſenſerit.*

**In Chriſti nomine.** Titulus principis Acha
iæ. Amadeus de Sabau-
dia princeps Achaiæ, &c. Inſcriptio, ſiue Titulus, quo ſe inti-
tulat Comes Sabaudiæ, talis eſt: videlicet Amadeus Comes Sa-
baudiæ, Dux Cablaxij, & Auguſtæ in Italia, Marchio, & prin-
ceps, ac Imperialis Vicarius generalis. Præſuppoſito, quod do-
mini Comes Sabaudiæ, & princeps Achaiæ habeant, prout ha-
bent, priuilegia efficacia ad legitimandum naturales filios, ſpu-
rios, manzeres, inceſtuoſos, adulteros, ſeu adulterinos, vel ex a-
lio quocunq; inceſtuoſo, ſeu damnato coitu natos, & quòd le-
gitimationes ſint factæ in forma: Quæritur primo, nunquid in-
ſtitutiones, & ſubſtitutiones factæ in dictamine teſtamenti ſint
validæ, & procedãt de iure, an ne. Secundo quæritur, nunquid
teſtator in caſu, in quo præmiſſa oĩa ceſſarent, poſſit filios alte-
rius ſpurij hr̃des ſuos vniuerſales inſtituere & ſubſtituere, quos
voluerit, an ne. Tertiò quæritur, nunquid ipſe teſtator ex illis
cauſis, ex quibus pater poteſt filium ſuũ exhæredare, aut aliqua
ex eiſdem, vel ex alia cauſa poſſit in ſuo teſtamento, aut codicil-
lo, vel aliter exhæredare, & priuare totaliter ſororem ſuam, &
filios ſororis ſuæ ab omni ſucceſſione & hæreditate, ac bonis
ſuis, ita & taliter, ꝙ ſiue teſtamẽtum ſit validum, ſiue ad cauſam
inteſtati reuocatur, non poſſit ipſa ſoror, & filius ſororis quic-
quam petere, nec requirere in bonis, & hæreditate teſtatoris.
Quarto quæritur, nunquid filij teſtatoris legitimari poſſint per
alium, puta per d. Ducem Mediolani, vel comitem Palatinum,
vel alium habentem ſuper legitimando plenam poteſtatem ab
imperiali culmine, &c. & an per ſecundam legitimationem vi-
tietur prima legitimatio, vel ne: & an vna per aliam roboretur,
& validetur? Quinto quæritur, quæ vel qualis eſt melior, tu-
tior, & clarior via, & modus tenendi, & faciendi, per quos te-
ſtator, & eius filij ſpurij; quia filijs legitimis & naturalibus, &
etiam naturalibus tantum caret, poſſint habere, obtinere,
quod intendunt? quia pater vult omnino vniuerſa bona ſua
ad dictos filios ſpurios peruenire poſt mortem ſuam. Sextò,

& vltimo videtur quæri, ſi teſtator habeat duos filios ſpurios eiuſdem nominis ex diuerſis concubinis natis in diuerſis partib. agentes, nec appareat in priuilegio legitimationis, de quo fuerit ſenſum, an talis incertitudo viciet legitimationẽ? Itẽ an declaratio patris volẽtis declarare, de quo ſenſerit, admittatur, ſiue recipi poſſit? Reſpondeo ad dubia, ſiue puncta ſuperius formata, ac melius formanda conſiderans. Præmitto ad euidentiã, ꝙ quãdoq; ſtatus perſonæ oritur de nihilo, vt in filio adoptiuo. nam adoptio non inuenit aliquem filium, ſed de nouo facit ciuiliter, & fictè natura cooperante: & de hoc nihil ad caſum noſtrum, quandoq; ſtatus perſonę transfertur in oppoſitũ ſtatum,
1 vt de ſpurio in legitimũ: & iſte eſt caſus noſter, † vbi conſidero; ꝙ talis legitimatio ſi ſit facta ſolenniter, & iure Imperiali priuilegio vel conſuetudine permittente, cuius cõſuetudinis cõtrarij memoria non exiſtat, talis legitimatus iura legitimorũ plene conſequitur: tamẽ hac diſtinctione, ꝙ aut legitimans habet poteſtatẽ legitimãdi ratione territorij ſuis finib. circumſcripti, & nõ poteſt legitimare extra territoriũ ſuũ, neq; pſonaliter, neq; realiter, vt extra q filij ſint legitimi. c. per venerabilẽ. vnde non poſſet Comes Sabaudiæ legitimare Florentinũ ad ſucceſſionẽ rerum alterius Florẽtini extra principatũ Sabaudiæ exiſtentiũ. Aut habet authoritatẽ legitimandi ex priuilegio Imperiali ſimpliciter: & tunc poteſt legitimare in toto Romano Imperio: qa authoritas legitimandi non cohæret territorio Sabaudiæ, ſed eſt per ſe, & in genere ſubſiſtens. ad hoc facit, qđ not. dominus
2 Dy. in l. ergo. §. 1. ff. de acq. rer. do. † Item p̃mitte, ꝙ de voluntate patris tam præſentis, q̃ abſentis poteſt legitimari filius tam præſens, q̃ abſens: dum tamẽ conſentiẽs, vt in Auth. quib. mod. natu. effi. ſui. §. & generaliter. nam legitimatio, prout principi ſupplicatur, eſt quædã ſupplicatio, q̃ poteſt fieri nomine abſentis, etiã ſine mandato, dũmodo habeat ratum, ſed prout reſidet in principe legitimante, ibi propriè conſiſtit realitas legitimationis, q̃ eſt meri imperij, & plusq̃ meri, ſi plus dici poteſt: quia nõ poteſt fieri ſine derogatione legũ cõmunium, vt in Auth. quib.
3 mo. na. effi. ſui. §. fi. col. 7. † Item cõſidera, ꝙ ſi ſpurius poteſt inſtitui ſub conditione, cũ capere poterit, quantũ ad excludendũ interim ſucceſſores inteſtati, tñ inſtitutus nõ poterit hæreditatem adire, donec ſubſit habilitas ad ſuccedendũ, vt ff. de le. 2. l. ſi
4 ita quis. † Item præmitte ad euidentiã, ꝙ ſpurio poteſt fieri vul-
5 garis ſubſtitutio, tex. & gl. no. eſt C. de hær. inſti. l. 2. † Item licet ſint diuerſæ opiniones, an auus nepotẽ legitimè natum ex filio ſuo ſpurio poſſit hæredẽ inſtituere vel ſubſtituere, quidam. n. dicunt, ꝙ non: quia non habet legitimã radicem, nec ordinatam conſequentiã tanq̃ genitus ex radice abominabili, & dãnata, vt C. de naturalib. liberis. l. fi. tamẽ illa ratio reſpicit ſucceſſionem inteſtati. vnde alij dicunt, ꝙ poteſt inſtitui & ſubſtitui: quia licet pater ſit ſpurius, ipſe tamen eſt legitimus & habilis ad honores, & ſucceſſiones, & ad omnia: quia in eis non eſt macula, & potius debet inſpici perſona immediata, quàm perſona mediata: qa magis cohæret cauſato cauſa proxima quàm cauſa remota, vt ff. de condi. & demonſt. l. cum tale. §. pen. & no. in l. ſi mulier. ff. rer. amot. non ob. quòd nepos diligatur propter filium, vt ff. de verb. ſig. l. liberorum. quia hoc quod naturale eſt eradicari non poteſt, & obeſſe non debet nepoti. item capit vt quilibet, cum non inueniatur lex prohibens, neq; ratio prohibitionis vrgens. iſta quæſtio breuiter tangitur in gl. in d. l. fi. & fuit diſputata per Rofredum. veritas eſt, quòd virtus matrimonij eſt permiſſa, & ideo inſtitui & ſubſtitui poteſt: quia non debet nepos odio paterno excludi, vel inhabilitari, vt ff. de contratab. l. non tantum, §. ſi emancipatus. dicit Bar. quòd bonum conſilium erat apponere clauſulam, quòd patri iſtius nepotis nullus acquireretur vſusfructus, & ego laudo iſtud cõſilium, vt euitetur omnis præſumptio fraudis: & induco, quod no. in ſimili in l. 1. in fi. ff. de autho. tut. Ex prædictis apparet, ꝙ non eſt opus exhæredare ſororem ipſius in teſtamento aui: quia non eſt turpis perſona inſti-
6 tuta, vel ſubſtituta. † Item apparet quædam cautela, qualiter habens ſpurios poſſit excludere tranſuerſales ſibi odioſos, dũ tamen ſpurius poſtea legitimetur, alias non excluderentur ſpurio mortuo in ſpurietate ſua: poterit etiã aſſignari ſpurio terminus ad faciẽdum ſe legitimari, arg. ff. de hære. inſtit. l. ſi ita quis inſtituatur. porrò ille, qui apponit conditionẽ, videtur cõſentire, & velle eam exiſtere, vt no. in l. 2. C. de condi. inſer. dictus teſtator, qui apponit illã clauſulã, cum capere poterit, videtur conſentire principi quandocunq; legitimanti: qa dicta clauſula non habet certi temporis determinationẽ, text. eſt no. in d. l. ſi ita quis. Caueant tamẽ ſe legitimari facientes à veri ſuppreſſione, & falſi expreſſione, vt l. fi. C. de his, qui à nõ domino manumittũtur. iuxta illud, ſi curam medicantis expectas, oportet, vt vulnus detegas tuum. & idem præſtant leges negocijs, quod medicamenta morboſis, vt dicit tex. in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. Caueant tamẽ ſibi teſtatores, qui apponunt hanc clauſulam: quia legata relicta ſub tali forma non valerent, nec mererentur executionẽ aliquã ante legitimationem filij, etiã ad pias cauſas, vt ff. de leg. 1. l. hæc verba. vbi dicitur, ꝙ conditio appoſita inſtitutioni videtur repetita in legatis, & ideo legata pariter non deberent interim ratione conditionis pendentis, non ratione hr̃ditatis non aditæ. ſed omiſſis omnib. ſupradictis. nunc nouũ conſilium incipiã, & quibuſdã nouis punctis p partem mihi forma-
7 tis reſpondebo magis congruenter, & ordinato modo. † Et primò, qualis debeat eſſe forma inſtitutionis, vtrũ pater debeat dicere, tales meos filios naturales. Rñdeo, non debet hoc modo loqui, primò: quia non ſpurij, ex quo ſunt legitimati: & ideo nõ debẽt inſtitui cũ ignominia. Itẽ non debet dicere naturales: qa nunc ſtatũ mutauerũt, nec ſunt deinceps turpes perſonæ, vt C. de nup. l. imperialis. ſed debet loqui, ꝓut veritas iacet: dicendo tales filios meos legitimatos hæredes inſtituo, & ſatis laudo ꝙ ad cautelam relinquat etiam modicum iure inſtitutionis. licet hoc fiat ad cautelam. Item laudo, ꝙ pater natos nepotes ex dictis ſpurijs ſubſtituat eis tã natos, quàm naſcituros vulgariter, & per fideicõmiſſum, & ꝙ prædicta ſint vera, patet per ea, q̃ ſu-
8 perius ſcripſi. † Et aduerte, ꝙ abſens, & ignorãs poteſt legitimari authoritate principis: qa partis abſentia in eo, qđ eſt vtile abſenti, Dei præſentia repletur, vt C. de eman. lib. l. fin. quæ dicit, ꝙ infans authoritate principis poteſt emancipari ꝓpter ſuũ fauorem. ad hoc. ff. de iurei. l. Labeo. & qđ ibi not. ſimiliter dico, ꝙ poteſt legitimari, & tñ infans nõ poteſt conſentire, ſed patris, ac principis authoritas oẽm defectũ abſtergit, vel poteſt dici, ꝙ fiat legitimus: tñ non in poteſtate, niſi cõſentiat. Itẽ poteſt dici, ꝙ filius tacitè intelligitur habere ratũ, arg. ff. ſol. mat. l. 2. §. voluntate. Nã de ſuo mero fauore tractatur. vnde concluditur, ꝙ ſiue expreſſe ratum habeat, ſiue tacitè, ꝙ capax eſt, nec eſt neceſſe, ꝙ in legitimatione interueniat cõſenſus ſororis, vel alterius trãſuerſalis: vt plenè no. per Bar. & p me. ff. de lib. & poſth. l. Gallus. præſertim, quia nec turpis perſona eſt talis legitimatus, vt C. de nupt. l. Imperialis. & eſt expreſſum de ritu nup. l. qua in prouincia §. diuus. Conſulo tñ, ꝙ de iſtis ratificationibus fiant publica inſtrumenta tam per patrem, q̃ per filios, & melius eſſe, ſi denuo legitimarentur patre, & filijs conſentientibus coram dictis magnificis, & illuſtrib. dominis ad omne dubium remouendũ: &
9 poſt legitimationes fiet teſtamẽtũ nouũ. † Si pater habeat duos filios ſpurios eodẽ nomine, ita ꝙ incertitudo oriatur ex nomine, de quo ſenſerit, non valet legitimatio, nec ſtatur declarationi eius: quia non eſt actus ipſius tantum. ſ. ipſius, & principis. ff. de teſt. tut. l. duo ſunt Titij. oportet igit̃, ꝙ à principio legitimet̃ clare & apertè: vel dicat duos filios meos quorũ quilibet vocat̃ Ioannes, vt ſic ex nomine nulla ſit dubitatio, qđ ipſe ſenſerit aut princeps, legitimatio. n. eſt quædam diſpenſatio, quæ debet eſſe clara, & dilucida: vt in c. 2. de filijs presby. lib. 6. & in c. quia nonnulli. extra de reſcrip. Si aũt cum ſint de diuerſis concubinis geniti, exprimitur nomen concubinæ, ſatis eſt clarũ, vt ff. de lib. & poſth. l. & ſi pepererit. in princ. & ideo nõ expedit diſputare de dubio noſtro viſo inſtrumento legitimationis, vbi exprimitur nomen matris, quod ita reddit legitimationem certã, ſicut nomen patris: & plus; quia certius, nam mater ſemper certa eſt, vt ff. de ſtatu homi. l. vulgo. Ego Baldus.

## CONSILIVM CXLVII.

1 *Statutum prohibens iuramẽtum deferri minori, & ſi deferatur, quòd non ſeruetur, an valeat.*
2 *Iuramentum eſt perſonale, & ad hæredem non porrigitur.*

**In Chriſti nomine.** Statutum, quod ſupponitur in facto q̃ſtionis, q̃ ſequitur vigens in Papia. Rubr. ꝙ ſacramentũ non deferatur minoribus 18. ann. & de pœnis cõtra facien. Itẽ ſtatuimus, ꝙ aliqua perſona nõ deferat ſacramentũ alicui minori 18. ann. in aliquo contractu, vel diſtractu: & ꝙ aliquis notarius de aliquo ſacramento, qđ præſtetur, vel fiat p talẽ minorem in aliquo contractu, vel diſtractu, non conficiat, nec reddat inſtr̃m. Et ſi cõtra factũ fuerit, puniat̃, quicunq; dederit dictũ ſacramentũ, vel qui iurare fecerit minorẽ p̃dictum, & notarius, q inſtrumentũ fecerit, & quilibet ipſorũ in li. 25. Papi. pro quolibet ipſorũ, & qualibet vice: & ſacr̃m taliter datũ, & factum nõ valeat, ꝙ quilibet, qui notificauerit, & notificari fecerit iudici eccleſiaſtico dictũ ſacr̃m ꝓ cõpellendo minorẽ p̃dictũ, & ab obſeruãtia iuramenti, puniat̃ ꝓ quolibet, & qualibet vice in lib. 25. Papien. & vltra ipſi minori teneatur ad reſtitutionẽ dãni, qđ ꝓpterea dictus minor pro eo, ꝙ moleſtaret̃ per iudicẽ eccleſiaſticũ, vel eius mandato ad obſeruationẽ ſacramẽti, qđ ſtatutũ locũ nõ habeat in ſacramento pacis, q̃ fieret de guerra capitali. & ꝙ de cætero auth. ſacr̃a puberũ. nõ habeat locũ in ciuitate Papiæ, & eius diſtrictu: nec etiã alia q̃libet iuris diſpoſitio, q̃ idẽ, vel ſimiliter diſponeret. Præſuppoſito dicto ſtatuto ſequit̃ talis caſus. Quidã Giãninus deceſſit, iã ſunt plures anni ſupſtite Iacobo eius filio legitimo, & naturali minore 18. ann. hr̃de dicti ſui patris, & Frãciſchinæ eius matris, & Antoniæ eius auiæ paternæ: q tutore & curatore carẽs tenuit certo tp̃e dicta bona, & anno curſo 1395. duct⁹ fuit ad terrã Stratellæ, q̃ eſt de diſtrictu Papiæ, ſed tñ in tẽporalibus & ſpiritualib. eſt dñi ep̃i Papiæ, & ibidẽ in p̃ſentia poteſtatis dictæ terræ repudiauit dictas hr̃ditates paternas, & auitã: & iurauit ipſam repudiationẽ & abſtenſionẽ ratã, & firmã ꝑpetuò habere, & tenere ſub p̃iudicio animæ ſuæ, & bonorũ ſuorũ obligatione, ꝓteſtãs ſe fore puberẽ, & minorẽ 14. an. & in ipſa repudiatione idẽ poteſtas ꝓnunciauit eundẽ minorẽ dicta ætate: poſt q̃ ꝓnunciationẽ donauit dictas hr̃ditates p̃ſtito corporali iur̃o de nõ veniẽdo cõtra: deinde ingreſſus eſt religionẽ ordinis fratrũ heremitarũ: nunc fratres dñt dictum iur̃m nõ valere, ac p̃dicta oĩa eſſe nulla, vel ſaltẽ inualida: dicunt etiã dictas ſucceſſiones ad eorũ ordinẽ ꝑtinere, & ipſas ſucceſſiones volũt aduo-
1 care. † Quærit̃, quid iuris? Rñdeo, dictũ iur̃m nõ tenere, nec dictos fratres teneri ad obſeruantiã dicti iuramenti, neq; authen. ſacramenta puberũ. habere locum in iſto caſu. & ad verã intelligentiã p̃dictorum conſidero tres caſus: nã interdũ iuramentũ prohibet̃ p̃ſtari, interdũ ꝓhibetur recipi, interdũ ꝓhibetur tã p̃ſtari q̃ recipi. & aut conſideramus ius ciuile, aut ius canonicũ, aut vtrunq; tam ciuile q̃ canonicũ. Siquidẽ cõſideramus ius ciuile indiſtinctè, non valet iuramentũ, quod iure publico prohibetur, vt ff. de leg. 1. l. ſi quis inquilinos. §. fi. ſecus ſi iure publico permitteretur, & ita loquitur auth. ſacramẽta puberũ. & eſt ratio; quia cũ iuramẽtũ ꝓhibetur, naturalis ætas cõſideratur; nec repræſentat minorẽ eſſe maiorẽ: qa fictio iſta ætatis remota eſt p ſtatutum, ar. C. de his, qui ve. æta. impe. l. fi. Si verò loquimur de iure canon. aut ſtatutũ vult in totũ derogare iuramentis minorũ caſſando dictã auth. ſacramẽta puberũ. in totũ. & non põt: qa ſacramentũ eſt de iure naturali, cui ius diuinum cooperat̃, vt inſti. de iu. natu. §. ſed naturalia. & qa lex principis eſt potentior, q̃ ſit ſtatutũ municipale, & magis rationabile in ſuo genere. Si verò ſtatutũ diſtinguit illam auth. ſed non tollit, vt diſtinguẽdo adultã ætatẽ, vt quia limitat̃ illã auth. diſtinguendo inter plenã pubertatem 18. an. vel 20. & non plenã, vt ab inde infra, tunc bene valet ſtatutum: ne minores malè vtantur ſubſtãtia ſua, & maximè tota, vel maiori parte: & præſertim donando, nam donare idem eſt, quod perdere: & reipub. intereſt, ne quis vtatur malè ſubſtantia ſua: & tunc abſq; dubio dictum ſtatutũ valet: quia eſt bonum & æquũ. vnde cõpetit ei propriè legis diffinitio, vt l. 1. in prin. ff. de iuſt. & iu. & plene no. per Bar. ff. de fidei. l. ſi quis ꝓ eo. & per me. C. de legi. l. non dubium. ad hoc facit. ff. de tranſ. l. cũ aquiliana. in ratione ſui ibi, dum dicit, captioſam liberalitatem interpretatio prudentũ fregit. Præterea iuramentũ habet duo extrema, vnũ ex parte iurantis, & hoc ꝑtinet ad religionẽ: aliud ex parte eius, cui iurat̃: & hoc eſt mere tp̃ale, & ſtatutũ põt prohibere, ne recipiat̃, vt in l. 2. C. ne fidein. do. dent. itẽ põt ꝓhibere, ne in publicã ſcripturã redigat̃, q̃ nõ poteſt cõfici, niſi vtroq; mandãte, & mandatũ nõ tenet, vt in Auth. de non alie. §. qa verò Leonis. certè nec aliquid facit, ꝙ minor vadat ad aliũ locũ, etiã ſi non eſſet de diſtrictu pœnitentiali, nec iuriſdictionali. i. neq; de ſolo, neq, de Imperio, quia locus non inſpicitur hic, ſed pſona, & ætas: & quia ſtatutum eſt fauorabile, fauor minorũ extendit ſe vbiq;, vt no. Bar. in l. cunctos populos. & forte etiã alia ratione dicti fratres nõ tenentur ſeruare dictũ iuramentũ tanquã eis aliquod inducens ſpiritualitatis vinculum: quia ingreſſus religionẽ mendicantiũ habetur pro mortuo, & fratres eius in locũ ſuccedunt magis principis indulgentia, q̃ ſucceſſionis legitima conſequentia, vt ff. de adop. l. ſi atrogator. §. ſed an impube-
2 ri. † iuramentum eſt perſonale ex parte iuran. nec afficit hæredem, vt extra de iureiurando. c. veritatis. Ego Bald.

## CONSILIVM CXLVIII.

1 *Promiſſio inſtituendi aliquem non valet etiam cum iuramento: & nu. 8.*
2 *Promiſſio, et remiſſio de non ſuccedendo an valeat, etiam cum iuramento.*
3 *Edictũ, quod metus cauſa, nõ tam fuit verbũ hominis; quàm verbum Dei.*
4 *Metus an præſumatur in filio.*
5 *Beneficio reſtitutionis in integrum non præſumitur renunciatum, niſi expreſſè renunciet.*
6 *Pactum de futura ſucceſſione diuidenda quando valeat.*
7 *Filius contentus dote, vel donatione propter nuptias, vel legitima ſibi aſſignata, an poſſit liberare patrem ab onere aliquid ſibi relinquendi.*
9 *Statutum an poſſit reprobare iuramentum.*
10 *Non appellatur à laudo, nec à ſententia confirmatoria laudi.*
11 *Statutum diſponens, quòd non poſſit appellari, querelari, ſupplicari, nec de nullitate dici, an tamen poſſit peti in integrum reſtitutio.*
12 *Sponſalia clandeſtina an valeant.*
13 *Sponſalia clandeſtina quæ dicantur.*
14 *Probatio ætatis cui incumbat.*
15 *Statutum prohibens minorem contrahere quomodo intelligatur.*

**In Chriſti nomine.** In caſu propoſito p̃mittendum eſt ad euiden-
1 tiam. ꝙ interdum fit pactum de futura ſucceſſione hominis viuentis promittenda, interdum remittenda, interdum diuidenda, interdum aliquid accipitur de præſenti pro legitima portione, & fit pactum de plus non petendo, primo caſu nõ valet promiſſio: vt ſi promitto per pactum aliquem hæredem inſtituere: quia tendit directè ad votum, & motiuum captandæ mortis alterius, vt ff. de verb. obl. l. ſtipulatio hoc modo. & iſta promiſſio non poteſt validari iuramento: quia iuramentũ non debet eſſe occaſio delinquendi, vt C. de indicta vidui. tol. l. 1. C. de legi. l. nõ dubium. §. fi. licet Speculator dicat, quòd teſtator poteſt obligare ad non reuocandũ teſtamentũ cũ iuramento. & idem dicit d. Cy. in l. hæredes palam. & in c. quod ſemel placuit. tamẽ iſtud verum non eſt; quia hoc nihil aliud eſſet, niſi promittere futuram ſucceſſionem, & auferre ſibi ius publicũ. i. libertatẽ teſtandi, vt no. C. de tranſac. l. cũ donationis. & in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. per Bar. & ff. pro ſoc. l. cũ duobus. §. itẽ reſpondit. non ob. ff. de act. empt. l. ſi quis ſeruũ. quia ibi ex iure cõſtituto inter viuos aliquid promittebatur poſt mortem: hic autem nullum erat inter viuos ius conſtitutum. & per hoc reſpondetur ad contraria, quæ loquuntur de patrono emancipatore, qui tenet inſtar manumiſſoris, & iſtud primum membrum non pertinet ad
2 articulum quæſtionis. † Sequitur ſecũdum membrum. ſ. vbi interuenit promiſſio de non ſuccedendo: & tunc aut interuenit iuramentum firmans renunciationem, quod quidem iuramentum ſit præſtitum libero arbitrio, non per vim, vel fraudem, & iurans ſit in ætate adulta, quę ætas eſt apta ad iuſiurandum, nam idẽ facit iuſiurandũ adulti, quòd fecit ætas 25. ann. & plus: qa addit religionis vinculum, vt no. in l. 2. C. de reſcin. ven. ſtari ergo debet iuramento, vt in c. 2. de pac. lib. 6. ſed ſi interuenit metus, vel fraus, tunc non debet ſtari, vt C. de tranſac. l. ſi quis maior. & in Auth. ſacramenta puberũ. & hoc naturali ratione; quia cum recipiens tale iuramentũ peccet, abſolutio peccatorũ neq; per vim, neq; per fraudẽ extorqueri poteſt; & ideo recipiens iur̃m peccat, & non debet audiri, etiã loquẽdo de mera iuſtitia natu-
3 rali. † Vnde dicit magiſter Raymundus in ſumma ſua, ꝙ edictũ prætoris dicentis, quod metus cauſa geſtum erit, ratum non ha-
4 bebo, non tam fuit verbum hominis, quàm verbum Dei. † Sed quæritur nunquid iſte metus præſumatur? Et dic, ꝙ regulariter non fallit, vbi contractus celebratur cũ eo, qui habet facultatẽ imperandi: & cum hoc interuenit enormis læſio, puta circa ſtatum, vel libertatem, vel maioris partis patrimonij iacturam, vt ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. §. quæ onerandæ. huc metum gl. ibi appellat nimiam reuerentiam, id eſt, non auſum contradictionis, vt l. vlt. ff. de fur. & idem dicit gl. in decretis. Sed dubitatur hic, apparet inſtrumentũ, ꝙ filia fuit dotata, & ꝙ renunciauit futuræ ſucceſſioni, ſiue, quòd melius eſt dicere, ſpei qualiquali, & omni futuræ ſucceſſioni: & iurauit, &c. nec eſt aliter extenſum iuramentum. Nunc dubitatur de intellectu iſtius breuiloquæ orationis, &c. quomodo per æquitatẽ iuſdicentis debeat interpretari: & dico, ꝙ debeat interpretari hoc modo, iurauit.

rauit.ſ.non venire cõtra,nunquid ergo poterit venire cõtra ra-
tione ætatis, & videtur ꝙ non, vt res potius valeat,q̃ pereat. In
contrariũ videtur,ꝙ iſta verba intelligi debeant, ꝙ non veniet
5 contra.l.ratione cõtractus,ſed de iure cõi:† ſed ius ſingulare be
neficij reſtitutionis in integrũ non eſt ſublatum,niſi de benefi-
cio reſtitutionis ſit certiorata, & nominatim renunciauerit ei:
quia non intelligitur minor ex eo capite iuraſſe: quia pręſumi-
tur ignoraſſe,vt ff.de condi.inde.l.fi.idem quæſijt.& quia ſingu
lare beneficiũ reſtitutionis in integrum debet ſpecialib. verbis
tolli,ar.ff.de mi.l.illud.§.ſi talis.Sol.ſi in aliqua parte inſtrumẽ-
ti facta eſt mentio ætatis,intelligitur ſuper toto iurato, vt l.1.§.
1.ff.quarum rerũ actio nõ datur. nam talia ſunt ſubiecta, qualia
p̄dicata demonſtrant,vt ff.de interro.act.l.ſi defenſor.§.1.& no.
in d.l.2.C.de reſcin.vend. Aliàs non intelligo renunciatum be-
neficio reſtitutionis in integrũ.non ob. Auth. ſacramẽta pube-
rum: qa ibi contraxerat tanq̃ adultus, & ſic iuramentũ fuit ex-
preſſe appoſitũ ad ſupplendam ætatẽ. Modo ſequitur tertium
6 membrum.†ſ.qñ eſt promiſſio de futura ſucceſſione diuidẽda,
& tunc dic,vt C.de pac.l.fi.nam aut eſt appoſita illa cõdictio, ſi
ſucceſſio defertur,diuidemus,& tunc agitur de hæreditate ho-
minis certi,vt loquitur ibi:aut incerti,vt loquitur.l.3.ff.pro ſoc.
ſi vero nulla ſit conditio appoſita, tunc pactum eſt omnino re-
probatum:& ſic quod lucrum inde ſequeretur fiſco applicatur,
vt l.3.ff.de his,quib.vt indig. Sed in feudis eſt vnum valde ſpe-
ciale,ꝙ ſi matrimonium contrahitur ad morganaticam conſen
tiente domino feudi propter auctoritatem domini interpoſi-
tam,cuius mors nõ eſſet in aliquo proficua vaſallo: & ideo ceſ-
ſat ibi votum captandæ mortis,vt in 10.col.de matri.ad morga-
naticam contracto.c.1. & ita intelligitur, quod eſt C. de coll.l.
7 pactum.& ibi dixi.†Sequitur quartum membrum.ſ.quando fi-
lius cõtentus dote,vel donatione propter nuptias, vel legitima
ſibi aſſignata liberat patrẽ ab onere aliquid ipſi filio relinquen-
di.& certè videtur,ꝙ iſte contractus ſit licitus, vt C.de inoff. te-
ſta.l.ſi quando.§.fi.ſimiliter ſi aliquid detur in præmium eman-
cipationis,& fiat refutatio,& id quod datur de iure iuxta men-
ſuram facultatũ:nam filio ſatisfactũ eſt inter viuos,& poteſt pá-
ter præuenire in ſatisfaciendo debitum naturale, argu.ad l.Fal-
cidiam.l.cum quo de pecu.§.fin.C.de fideicom. l.poſt mortẽ.ff.
quæ in fraudem creditorum.l.patrem. C.de ſac.ſan.eccl. Aut.ſi
qua mulier.& ſi dicatur, ꝙ quantitas legitimè non põt eſſe cer-
ta,niſi tempore mortis patris,concedo,tamen de iſto dubio po
teſt tranſigi.i.compoſitio fieri inter patrem & filium.nam con-
ſenſus iure naturali conſtat inter eos, qui ratione non carent, ſi
aliquantulum iuris apicibus. i. ciuili obligationi non cõgruat,
vt ff.de condi.inde.l.frater à fratre.ſi igitur huic naturali vincu-
lo accedit iuramentũ, quod eſt naturalis obligationis ſimplici-
ter ſupplementũ,& non interueniat metus vel fraus, ſtandũ eſt
8 ſacramento,vt in d.c.2.de pac.lib.6.† Modo reducendo ad arti-
culos quæſtionis dico,ꝙ ſi quantitas dotis aſcendit ad legitimas
portiones vtriuſq; parentis,ſtandum eſt renunciationi,& iura-
mento pp æquitatẽ ipſius renunciationis: & ſi non aſcendunt,
adhuc idem pp auctoritatẽ iuramenti, & etiam pp auctoritatẽ
ſtatuti,ſi dos eſt congrua,nã ſtatutum, & cõſuetudo etiã mino-
res ligat,ſicut maiores:qa lex vtilis eſt,vt C.de legi.& conſt.l.le-
ges.& ff.de admi. tu.l.ſine hærede.§.interpoſito. de iuramento
aũt cõſtare debet,alias nemo p̄ſumitur iuraſſe,ſi non probetur.
9 † Dubitatur, ſi ſtatutũ reprobat iuramentũ: quid iuris. Rñdeo,
aut reprobat formaliter.i.cũ cauſa, & ratione. i. bona & æqua,
aut generali,vel pia, tunc non valet iuramentũ; exemplũ de ge-
nerali,ff.de le.1.l.ſi quis inquilinos.§.fi.exemplum de pia,in mi-
noribus: & indiſcretis, qui non participãt ſoliditatẽ conſilij, vt
refert Cy.in auth.ſacramẽta puberũ.intereſt etiã reipublicę,ne
minores in ſuis operib.opprimantur,ar.ff.de le.1.l.ciuitatibus.
vnde dictũ ſtatutũ Papiæ valet;qa piũ,remouens captiones im-
puberum,& eſt bonum & ſanctũ,arg.ff.de iure patr.l.adigere.§.
fi.& ibi no. Capio punctũ de ſtatutis ſup arbitramentis, vno ca-
uetur,ꝙ inter cõſanguineos & affines ſit ſtandũ p̄ciſe:alio caue-
tur inter extraneos,qđ poſt certum tp̄s ſint arbitria rata. Modo*
tutrix fecit cõpromiſſum ſecundum formã ſtatuti inter cõſan-
guineos,latum fuit laudũ,fuit actũ de nullitate,& iniquitate:iu
dex confirmauit laudũ,contra ſententiã cõfirmatoriã petit mi-
10 nor ſe in integrũ reſtitui. Quæriť,vtrum poſſit? Dico,†ꝙ ſi non
poteſt reſtitui cõtra laudũ, eo modo non poteſt reſtitui contra
ſententiã confirmatoriã laudi,alias ſequeretur, ꝙ confirmatio
diffinitiuæ noceret victori:qđ eſt falſum, vt ff.de excep. rei iud.
l.euidenter.& ſi tu quęris,an per dicta ſtatuta ſit ſublata in inte-
grum reſtitutio:& videtur dicendum, ꝙ non attento ſtatuto de
cõpromiſſis inter conſanguineos; quia in dicto ſtatuto non fit
mentio,niſi de remedijs iuris cõis.ſ.iniquitatis, & nullitatis,nõ
de remedijs iuris ſingularis, id eſt, reſtitutionis in integr. iſta.n.
11 remedia ſunt diuerſa,vt no.in l.fi.ff.de condi.inde.† item ſtatu-
tum vult,ꝙ non poſſit querelari de ſententia,ſed minor petens
reſtitutionẽ in integrum conqueritur de ſeipſo,vel de dolo ad-
uerſarij,& non conqueritur de iudice, vel arbitro, vt ff.de mi-
nor.l.pręſes.& l.pręfecti.& hoc qñ petitur reſtitutio in integrũ
iure minoris. ſecus in maioribus, vbi quis iniquitatem iudicis
proponit,vel nimium errorem, qui in iudice reputatur dolus,
vt no.ff.ad treb.l.ſeruo inuito.§.cum prætor. Aduerte, ſtatutũ
dicit,quòd nõ poſſit appellari de nullitate, vel ſupplicari, vnde
claudit iudiciorum copiam: & ſi laudum non poteſt dici nullũ,
ergo nec per reſtitutionẽ in integrum reduci ad nullitatis effe-
ctum: quia reſtitutio in integrum inducit nullitatem, poſtq̃ in-
dulta eſt,vt ff.de fideiuſſ.l.ſi plures.in prin. quare puto, ꝙ reſti-
tutio in integrum peti non poſſit, pręſertim quia eſt quędã ſpe-
cies ſupplicationis,vt ff.de mino.l.minor autem magiſtratus.&
quædã ſpecies appellandi,vt C.de tranſac.l. ſi cauſa cognita. &
qa remoto vno ſimili,intelligiť aliud ſimile remoueri;vnde nec
excipi poſſet.& dicit D.Cy. ꝙ vbi remouetur exceptio per ſta-
tutũ,ibi remouetur in integrũ reſtitutio; quia per eam pueni-
retur ad ius excipiendi,ita no.ff.de mino. l.in cauſæ. la ſecunda.
in additionib.ſuis.ſed contra compromiſſum ſi eſſet læſus: quia
cõpromiſit in inimicum ſuũ,vel in hominẽ ſtolidũ, bene poſſet
peti reſtitutio,& p indirectum reſcindereť laudũ, vt l. ſi ex cau-
ſa.§.1.& §.nunc videndũ. ff.de mino. ſed ſi euidenter appareret
iure ſcripto error, poſſet peti reſtitutio, vt ff. ad Treb. l. ſeruo
inuito.§.ſi prętor.ex his apparet,ꝙ dicta hr̃ditas ptinet ſecundũ
ꝙ declaratũ eſt in laudo,niſi in ipſo arbitratore poſſit redargui
dolus,vel lata culpa,vt d.§.cum p̄tor.timeo tamẽ,ꝙ iſta lata cul
pa eſſet velata per confirmatoriam ſententiã: & hoc ſi quęratur
de ſentẽtijs,ſed ſi quærať de ſucceſſione, poſito ꝙ non eſſet lata
ſentẽtia aliqua,dicẽdũ eſt, ꝙ filia filij debebat vtiliter ſuccede-
re: non autẽ illi, qui renunciauerunt,nec earum filij: quia mater
excludit eos,cum ſint ſuperuiuentes,& in dote, quę eſt loco le-
gitimæ ſuccedens.vnde filijs eorũ nullum ius eſt apertũ ad ſuc-
cedendũ,nec aperiri poteſt, inſti. de legi.agna. ſucceſ. §. proxi-
mos.& inſti.de hære.quæ ab inteſta.§.cum filius.Porrò iſta non
fuit propriè renunciatio,ſed fuit quædã ſatisfactio, vt ff.de pac.
12 l.intra.& C.de pac.l.1.† Nũc venio ad capitulũ de ſpõſalibus,&
dico,ꝙ ſponſalia clandeſtina valent, niſi ſit aliqđ impedimentũ
legitimũ,quo caſu nõ valerẽt: quinimo p̄ſumitur ſciẽtia impedi
mẽti,& dolus,arg.extra vt eccleſiaſtica bene. c.1.extra de clãde-
ſtina deſpõ.c.cũ inhibitio. & ff.de adm. tut.nõ exiſtimo eſſe ve-
rũ,ꝙ vni deſpõſata ſuperueniẽte adulta ætate poteſt nubere alij
miſſo libello repudij,ſed perdit arras,vt C.de ſponſa.l.1. & ideo
expedit alteri nubere habita licentia ab ep̄o, ne perdat arras, vt
extra de reſt.ſpo.c.ex parte. quam licentiã ep̄s non debet dare,
antequam ſit nubilis ætatis, niſi ſponſalia fuiſſent nulla, vel niſi
13 puella eſſet decepta. † & intelliguntur clandeſtina ſponſalia il-
la, quæ fiunt coram minori numero 5. perſonarum, vel coram
teſtibus ſecretis: quæ autem fiunt cum feſtiuitate ſpõſalium, &
turba amicorũ cõgregata, dicuntur publica, & ſolennia, & ma-
ximè ſi fiant in eccleſia, vt l.1.C. de lati. lib. tol. & iudicis eſt in-
quirere,quæ ſponſalia ſunt vtiliora puellæ: & illa approbare, &
hoc propriè ptinet ad epiſcopũ, & ideo puto bonum conſiliũ,
ſi hoc petatur per ſecundum ſponſum, & puellã, & debet ſtare
in loco,vbi non poſſit inſidias pati, vt extra de reſti.c.ex cõque-
ſtione.& c.literas.in fi. & iſtæ conſueuerunt eſſe malæ contro-
14 uerſiæ,& magnæ ſicut aliquando vidi. † Ad aliud capitulũ cum
de ætate quæritur, probatio incumbit ei, qui reſtitutionẽ.i.re-
ſciſſionẽ petit alicuius cõtractus, vel poſſeſſionis: quia alia pars
habet fundatam intentionem ratione conſenſus, & ſic de iure
gentiũ,& ideo onus probandi ptinet ad aduerſariũ, vt ff.de pb.
l.ab ea parte.& l.cum de ætate.C.de in integ.reſt.l.minorũ.& l.
15 ſi minorẽ te.& ibi plene notaui.ff.de arb.l.3.gl.cum ſi.† Ad ſta-
tutũ,qđ diſponit,ꝙ minor nõ põt cõtrahere. Rñdeo, ꝙ intelli-
giť,qñ cõtrahit ſine ſolẽnitate: ſecus eſt cũ ſolẽnitate,& iõ dictũ
compro-
compromiſſum valuit attento ſtatuto de compromiſſis,qđ im-
ponit neceſſitatẽ cõpromittenti.vnde non dicitur minor lęſus,
quia vtitur iure cõmuni ſtatutorũ, vt C.de integ.reſt. l.nõ vide-
tur.vt ff.de minori.l.ait prætor.§.permittitur. Ego Bald.

CONSILIVM CXLIX.

1 *Hypotheca an oriatur ex apodiſſa.*
2 *Tribus modis probatur conſilium fraudis.*
3 *Regula, qui prior eſt tempore, qualiter intelligatur.*
4 *Tria ſunt genera ſcripturarum.*

In Chriſti nomine. Proponitur, ꝙ ex cauſa
depoſiti, mutui, ſocieta
tis,& aliorum cõmerciorum, ſiue trafficorum iuxta vulgare di-
ctum quidam I. mercator debebat recipere à Titio,& ab alijs de
dicta ſocietate mille florenos, vel plus, vel minus non eſt vis?&
de hoc dictus creditor habebat apodiſſam, ſiue ſcripturam di-
cti mercatoris ſcriptam manu propria,& eandẽ in iudicio reco-
gnitam,& legitimè confeſſatã: tamen in ipſa apodiſſa non con-
tinetur hypotheca bonorũ.accidit, ꝙ poſtea per publicũ inſtru
mentũ fuit dicta promiſſio facta, dicta apodiſſa cõfeſſata, & bo-
1 na propterea hypothecata.† Modo dictus I. creditor egit hypo-
thecaria contra extraneos poſſeſſores bonorũ dictorũ debito-
rum facta excuſſione ſecundũ formã iuris, qui poſſeſſores dñt,
& allegant ſe emiſſe dicta bona, anteq̃ fuerint hypothecata: &
ideo dicta hypotheca non extendit ſe ad dicta bona hypothe-
canda, cũ prius exiuerint de bonis dicti debitoris, anteq̃ fuerint
hypothecata: vnde nec in generali obligatione, in qua quis ob-
ligat bona q̃ habet,& habiturus eſt: ſed iſta non ſunt de illis, er-
go non venerunt, vt ff.de pig.l.& quæ nondũ ſunt. §.qđ dicitur.
nec in ſpeciali venire potuerũt, cũ in bonis debitoris nõ eſſent.
eo.ti.l.1.§.1.ff.de proba.l.ante omnia. inſti.de act.§.itẽ Seruiana.
C.de ſaluia.interdicto. l.1. C. ſi res aliena pignori data ſit. l.cum
res.& maximè, quia dicti poſſeſſores habent etiã hypothecã p
ipſarũ rerũ defenſione, vt in ipſorũ inſtru. publicis contineť, &
prior tp̄e potior eſt in iure: vt in regula q. prior. q̃ hypotheca va-
let etiã ad defenſionẽ, vt ff de excep. rei iudi. l.ex ſextante.§. La-
tinus.& maximè quia publicũ inſtrumentũ p̄ualet dictę apodiſ-
ſæ priuatæ in prioritate tp̄is p̄ferẽda, vt C.qui po.in pi.ha.l.ſcri-
pturas.& ff.ad Velleia.l.Seia mancipia. & C. de fal. l. ſi creditor
colludens. In contrariũ videtur, quia fraus interueniſſe cenſeť
pp alienationẽ omniũ bonorũ, vel maioris, & melioris partis.
vnde dať reuocatoria, vt inſti.de act.§. itẽ ſi quis in fraudem. ſed
habet excuſſionẽ ſicut facta proponitur: nam & ſi diuerſis tem-
porib. ſint factæ alienationes, tamẽ ex ipſarũ alienationum con
iunctione p̄ſumitur excogitata malitia, dolus & fraus, vt ſingu-
lariter no.ff.de leg.3.l.nomen.§.1. Solutio: ſi conſtat de fraude,
poteſt agi reuocatoria,& ſi poteſt agi ex ea, ergo & replicari, in-
tentio ergo dicti I. creditoris, qui intentauit hypothecariam re-
plicatione fraudis, eſt tuenda,& corroborãda: & ideo non ſolũ
præſumitur fraus, ſed præſumitur etiã ſimulatio: & hoc duplici
ratione: primo, quia in inſtrumento aſſertarũ venditionũ nõ in-
teruenit preciũ, ſed confeſſio precij, ſecundo; quia res fuit ven-
dita,& pro parte donata, vt contineť inſtrumẽto, vt C. manda-
ti.l.per diuerſas.& l.ab Anaſtaſio.& no.in l.1.C. ne liceat poten.
& ſi tu dicis, ibi loquitur de ceſſione actionũ: reſpondeo idẽ in
caſu noſtro ſecundũ Guil.de Cu.& do.Cy.ff.de pact. l. ſi tibi 10.
millia.in pr.illud non eſt dubium, ꝙ quatenus eſt res donata in
fraudem creditorũ, debet reuocari per actionẽ in factũ paulia-
nã, vt inſt.de act.§.itẽ ſi quis in fraudẽ. cõperta fraude per diſcuſ
2 ſionem bonorũ debitorũ.† Itẽ nec illud eſt dubitandum, ꝙ con
ſiliũ fraudis probatur tribus modis.ſ.per alienationẽ omniũ bo
norum. Itẽ maioris partis. Itẽ quia perpublicè debitor incipie-
bat vergere ad inopiam. Itẽ ex cõtractib. clandeſtinis præſumi-
tur fraus.ff.de admin.tu.l.non exiſtimo.item dicto Ser Iacobo
ẽt lux veritatis aſſiſtit, vt ff.de teſti.l.ob carmen.§.fin.item veri-
tatem amare debemus, vt ff.de condi.& demonſt. l. hoc modo.
item lippi,& tõſores perpenderẽt quòd hic eſt fraus,& ideo di-
cto Ser Iacobo eſt iure remedijs cõſulendũ; & iſta eſt veritas iu-
3 ris,& facti.† non obſt. illa regula, qui prior,&c. Quia debet in-
telligi de eo, qui eſt prior efficaciter, non in eo, cuius prioritas
abſorbetur ratione fraudis interuenien. quomodo autem pro-
betur fraus, habetur in l. qui ſe bonis.ff.de acqui.hæred.& C.de
repudiau.hæredi.l.2. & ff.quæ in frau. credi. l.omnes.§.Lucius.
& probatur etiam fraus, ſi quis poſt venditionem, & precium
confeſſatum remanet in poſſeſſione,& vtitũr, fruiť ſicut prius.
nam talis titulus præſumetur coloratus, & in fraudem alterius
celebratus, vt ff.qui.mo.pi.vel hypo.ſol.l.ſicut.§.ſuperuacuum.
ſunt & alia plura indicia valida fraudis,& ſimulationis p̄ſumen-
dæ, vt C.de dona.l.data iam pridem.vt no. per Bart. ff.de dona.l.
poſt contractum.& ſunt hęc maximè arbitraria ex qualitate fa-
ctorum & perſonarum, vt ff.de tranſ. l.cum hi. §.in cauſæ. quia
dilucidè probare fraudem eſt ſatis difficile. & ideo q̃ non poſ-
ſunt determinari per certã regulã, ſubtilitati iudicum nõ com-
mittuntur, vt C.de ſententijs quæ pro eo.l.vnica.§.in alijs. & ff.
de vſu.l.mora.iuxta illud Philoſophi. Oportet rectè poſitas le-
ges omnia determinare,& q̃ pauciſſima committere iudicanti-
bus.i.difficilia, vt extra de reſt.ſpo.c.cum ad ſedem. §. fi.& C.de
quæſtio.l.milites.§.oportet.& l.nõ omnes.§.à barbaris. ff.de re
mili. Quod aũt dixi ſuperius, ꝙ fraus poteſt proponi replicãdo,
ſatis pbatur per id, qđ legitur.& no.in l.nã poſtea. §.ſi minor. &
§.ſequenti.ff.de iureiu.itẽ hypothecaria, de qua dixi, non oritur
ex apodiſſa; qa non contineť in ea,& quia pſonalis obligatio nõ
ſequitur fundum, vt ff.de iudi.l.ſi fideicõmiſſum. §.tractatũ. ſed
oritur ex inſtrumento, in quo hypothecaria continetur, q̃ eſt in
rem, vt ff.de pig.l.ſi fundus.§.in vendicatione.item non dico, ꝙ
perſonalis obligatio pbetur per ſolã apodiſſam, niſi in pręiudi-
cium ſcribentis, vel niſi ſtatutũ ciuitatis aliud dictaret; quia con
ſueuerunt eſſe ſtatuta de apodiſſis mercatorum, ꝙ habeant vim
publicorum inſtrumentorũ: ſed dico, ꝙ hoc probatur ex codi-
cibus rationum, vt no.Bar.ff.de do.l.nuda ratio. gloſſæ tamẽ di-
cunt, ꝙ codices rationum non faciunt fidẽ inter alios, qui non
mandauerunt ſcripturam fieri, niſi forte qualemqualem, vt no.
ff.de iureiu.l.admonendi.& ff.de eden.l.quædam. §.nummula-
rios.& ideo ſecũdum gl.oportet, ꝙ probetur veritas per inſtru-
menta publica facta ab origine negocij, nõ facta poſt alienatio-
4 nes, vel per teſtes, q interfuerint veritati.† Porro tria ſunt gene
ra ſcripturarum.ſ.publica, ſolennis,& priuata. Publica fit manu
publica, q̃ probat factum contrahentiũ inter omnes, vt C. de-
poſiti.l.deſideriũ.ſolennis, quæ eſt trino teſte notata. C.q po.in
pig.habe.l.ſcripturas.dũ tamẽ cõſtet de manu ſcribentis,& ſub-
ſcribentium. Priuata autẽ eſt triplex, vna extrauagans, quæ vo-
catur apodiſſa, ſiue apoca, vt C.de fide inſtr.l.plures apocis.alia,
quæ in corpore codicis rationum clauditur. & hæc eſt duplex,
quædam tenens medium tanquã inter publicã & priuatam, vt
ſcriptura nummulariorum,& argentariorum. Quędam tenens
extremum.i.omnino priuata, quæ nõ eſt facta ratione alicuius
officij, vt C.de proba.l.rationes. & C.de conuen. fiſci debitori-
bus.l.inter cartulas.lib.10. ſed iſta diſtinctio nõ eſt neceſſaria in
caſu noſtro, nam hæc omnia ſupponũtur pro veris & legitimis,
ſed ſolum eſt quęſtio de hypotheca, quam ſuperius clarè deter-
minaui.& ad hoc facit.ff.de pig. l.cum tabernã. §.item quæſijt.
item ſi eſſet conſuetudo, ꝙ apodiſſæ mercatorum mandarẽtur
executioni contra oẽs, eo ipſo ſtaretur ipſis tanq̃ publicis inſtru
mentis, vt extra de fid.inſtru.c.cum dilectus.& licet plures ſocij
videantur inuicem fideiubere, tñ non oportet oẽs excutere, vt
ff.de exercito.& quod ibi per Iac.de Are. Ego Baldus.

CONSILIVM CL.

1 *Stipulatio facta alteri hoc modo, mutuo tibi ad commodum, & vtilitatem illius, quem nominabo, an valeat: et infra quantũ tempus teneatur eum nominare: & an acquiratur actio illi, quem nominare debet tempore ſtipulationis, an tempore nominationis.*
2 *Except. intentionis, & facti poteſt ſemper, & quandocumq; opponi.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt. Vagnolus
de Caſſiſio fuit confeſ-
ſus ſe habuiſſe,& recepiſſe à Martino tria millia librarũ mutuo
de propria pecunia dicti Martini ad vtilitatẽ,& cõmodum eius,
quẽ dictus Martinus nominabat, quẽ poſſit nominare quãdo-
cunq;, pacto appoſito, ꝙ dicto Martino non poſſit ſolui, nec ab
eo abſolui. Sed demũ ei,& ab eo, q fuerit creditor declaratus in
dicta quantitate. accidit, ꝙ mortuo dicto Vagnolo dictus Mar-
tinus declarauit dictam numerationem fuiſſe factam ad com-
modum & vtilitatẽ Guidonis, qui tp̄e dicti cõtractus erat in pa-
tria poteſtate dicti Vagnoli ſui patris. quęritur, vtrũ dict. Guido
ex dicto contractu, nominatione,& declaratione habeat ius a-
1 gendi, necne:† & videtur, ꝙ poſſit agere: quia in mutuo eſt ſpe-
ciale, ꝙ alteri per alterũ quæritur actio, vt l.certi condictio. §.ſi
nũmos.ff.ſi cer.pet. item & notarius tanq̃ publica perſona fuit
ſtipula-

ſtipulatus,vt ff.de ado.l.his verbis. per quem ſaltē quæritur vtilis abſq; aliqua ceſſione. Et ſi dicatur, non poteſt q̃ri actio filio in poteſtate contra patrē, vt legitur,& not. ff.de act. & obl.l.actiones cedi.illud debet intelligi de iure antiquo:ſed de iure nouo ex cauſa aduentitia bene poteſt filio actio q̃ri,vt C.de bonis, quæ lib.l.cum oportet.& l.cum non ſolùm. etiā ſi exercitiū impediretur ꝓpter patriā poteſtatē, vt ff.de iudi. l. lis nulla. ſed finita patria poteſtate bene cōpetit exercitiū, vt ll. ſuperius allegatis.ꝑterea hic Vagnolus iam erat mortuus, cū fuit facta dicta declaratio,&per conſequens ꝑuenit ad tempus,à quo incipere poteſt.vnde non videtur hic tractandū de impedimento patriæ poteſtatis,nec cōſiderato habitu agendi,nec cōſiderato actuali exercitio,vt C.de colla.l.fi.In contrariū videtur, ꝙ dictus contractus non valuerit,nam videtur inter ſe contraria continere: dicit enim,ꝙ pecunia fuit ipſius Martini, & dicit, ꝙ nullum ius acquiratur dicto Martino. nam iſta vn̄r inter ſe contrariari, cū iſte contractus non fuerit contractus mutui naturalis, ſed ciuilis,ex quo oportet,ꝙ primū actio quæratur ſtipulatori directa, alias non valet contractus,vt ff.de actio.& obli. l.quæcunq; gerimus.niſi in perſona noſtra initiū ſumat;inanē noſtrum actum efficiunt.Præterea iſtud pactum fuit appoſitū ex conſenſu Vagnoli,ex quo nō poteſt ſe obligare ciuiliter filio in poteſtate ſua poſito,vt ff.de condi.indebi.l.frater à fratre. nam certum eſt,ꝙ aut mutuū non interuenit,& eſt contractus ſimulatus,& nō poteſt agi.aut re vera interuenit,& tūc Vagnolus pecuniæ ſibi mutuatę ſtatim factus eſt dominus,vt ff.ſi cer.pet.l.2.§.appellata.& immediatè pecunia fuit profectitia ipſius patris, nec exiuit de dominio eius:& certum eſt, ꝙ profectitiū non poteſt per patrē deberi filio in poteſtate,ita ꝙ aliqua actio oriatur:quia caſus eſt in d.l.fratre à fratre.& hæc ratio videtur demonſtratiuà,& ſi dicatur,non debetur ea pecunia,ſed tantundē in genere.Reſpondeo,non debetur tantundem in genere,niſi ex eo: quia illa ſpecies repræſentatur in genere,& vice eius fungitur,vt d.l.2.& l.1. eo.tit.Nam & in d.l.frater à fratre. contrahitur obligatio in genere,quia obligatio mutui:& tn̄ contrahitur obligatio,niſi naturalis tantum. Tertia ratio eſt;quia iſta declaratio cōmiſſa vim habet cuiuſdam compromiſſi, quod re integra expirat morte cōpromittentis,vt ff.de arbi.l.non diſtinguemus.in princ.Non obſtant illa verba,per ſe,& ſuos hæredes,quæ referūtur ad verbum,ꝓmiſit:non ad verbum,compromiſſi.vnde eſt ſenſus, ꝙ ſi declarabitur tēpore cōgruo,teneatur ipſe,& hæres eius ad obſeruantiam declarationis: non ꝙ declaratio iſta poſſit fieri poſt mortem,vt ff.de oper.libert.l.qui libertinus. §.poſthumus.& l. bonorū.ff.rem ratā hab. Quarta ratio eſt; q̃a iſta declaratio eſt ad ſubſtantiā contractus:nā de ſubſtantia eſt, ꝙ perſona, cui acquiritur,ſit certa: ſed qn̄ ſit aliqua cōmiſſio, vel datur alicui arbitriū ad ſubſtantiā contractus,iſte debet arbitrari,vel declarare ĩ.annū, poſt annū autē declaratio ꝑtinet ad aduerſariū, vnde elapſo anno Vagnolus debebat declarare ꝑſonam, pro qua fuit receptū inſtrumentū,vt C.cōmunia de leg.l.fi.§.1.Martinus aūt non potuit hoc declarare tranſlata in aliū poteſtate ſecundum Bar.qui ita elegāter no.in l.fi.§.1.C.cōmunia.de leg.& ff.de ver. obl.l.ſi quis arbitratu.& ſi tu dicas, illa.l.fi. loquit̄ in vltima voluntate ſecus in cōtractibus.Reſpondeo,iſta differētia eſt falſa; quia l.non probatur,nā lex dicit,ꝙ contractus,& teſtamenta ęquiparātur,vt ff.de leg.1.l.ſeruum filij.§.eum,qui chirographū. Præterea fortius deberet durare poſt annum arbitriū in vltima voluntate,q̃ in contractu,q̃a agitur de maiori fauore, ergo magis debet extendi authoritas declarandi,& eligēdi: ſed ita eſt,ꝙ in vltima voluntate non extendit̄,ergo nec in cōtractibus. Prętera hæres obligatur ex quaſi contractu, ergo deuenimus ad contractū.ff.de iudi.l.omnē.quare opi.Bart. eſt ipſa veritas. ſed hic lapſus fuit & annus, & Vagnolus deceſſit, & nihil declarauit,ergo contractus ad irritū recidit,vt C.de contrahen. empt. l.fi.Præterea & hic eſt etiā aduertendum,aut dicta pecunia mutuata non fuit mutuantis,ſed Guidonis, & iſtud eſt cōtra tenorem inſtrumenti,& ſic ex inſtrumento non poſſet agi;quia eſſet allegare contraria,vt l.1.C.de furtis.aut pecunia fuit ipſius mutuantis,& tunc aut Guido vult agere tanquā ſimplex adhibitus ad ſolutionem recipiendam,& tanquam nudus miniſter, & nō poteſt ad conſequendam ipſam quantitatē,& ſibi imburſandū. ſed demum ad vtilitatē hæredū dicti mutuantis, & ipſorū conſenſu,vt ff.de ver.obl.l.Iulianus. §.1.aut vult agere tanq̃ adhibitus ad donationē. & tunc donatio fuit ipſo iure nulla vltra ſummam legis,vel ſtatuti; quia inſinuatio eſt de forma donationis ſubſtantiali,vel ſaltem accidentali: & ideo ſi ceduntur iura animo donandi,non valet ipſo iure ceſſio vltra legitimam ſummā. Non obſt.ff.de do.l.vt mihi donares.quia ibi adhibitus non habebat cauſam lucratiuam.& ꝙ iſta ſit donatio, eſt certo certius: quia alia cauſa nō apparet,vt plene legitur,& no.ff.ſo.ma.l.quæ dotis.dicet aliquis,iſte Martinus totum hoc fecit tanquam negotiorum geſtor dicti nominandi.Reſpondeo,ſi ita,tamen hoc præſuppoſito reſultat donatio,quę indiget inſinuatione:nec enim hic vētum erat ad traditionem, ſed in finibus obligationis res ſteterat.vnde conuentus poteſt excipere de nullitate contractus;quia non excipit de iure tertij, ſed de non iure agentis,
2 & propriè nō eſt exceptio,ſed nullitas.† Præterea exceptio fcī, & intentionis ſemꝑ pōt ꝑ quēcunq; opponi,vt legitur,& not.ꝑ Cy.& alios.C.de ſer.fug.l.cū ſeruū.quæ eradicat,& eneruat fundamenta agentis,& reddit ſaltem minus vera. Ego Bald.

CONSILIVM CLI.

1 *Lex 1. & 2.C.ne liceat potentioribus.an habeat locum in cancellario,notario,vel milite.*

2 *Procurator ſimplex an admittatur.*

In Chriſti nomine. Caſus. quædam mulier vidua,& vetula habens quædā iura contra certos ſuos aduerſarios, ceſſit eā cancellario Illuſtris Principis do.Marchio.de Monteferrato, qui cancellarius timens incidere in l. 1. & 2. C. ne liceat potentioribus. non agit vtili actione,nec ex mādato in rem ſuam, ſed tanq̃ amicus, & ſimplex procurator. Quæritur,quid iuris?& q̃ſtio ſtat in duo-
1 bus,†primo,an cancellarius dicat̄ potentior ratione officij: cū officiū eius non ſe extendat,niſi ꝙ eſt ſcriba dn̄i, nec etiam poteſt eſſe terrori ſubditis eiuſdē domini: quia apud dn̄m non eſt acceptio ꝑſonarum: cū ergo non ſit potentior ꝑꝑ qualitatē officij,nec poſſit minaces inferre terrores,ergo tenet ceſſio,& etiā ſimplex mandatū,vt no.in ll.ſ̃ allegatis;& extra de alien.iudicij. c.fi.In contrariū,videtur,cum ꝓponatur in facto, ꝙ dictus cancellarius tum ratione cancellariatus,tum etiā ratione potentatus,poteſt aduerſarios dictæ mulierculæ deterrere, & de facto nos videmus,ꝙ duriſſimum eſt litigare cū iſtis officialibus, iuxta illud,potentiorib.pares eſſe nō poſſumus.& hæc opi.æquior eſt per rationē dictæ l.1.C.ne liceat potētioribus. dūmodo conſtet de potentatu: nā illa lex non habet locum in quocunq; habente iuriſdictionē:q̃a non habet locū in iudice cartulario, ſed in eo,qui habet merū imperiū.alias ſequeretur, ꝙ notarij, q̃ ex forma ſuorū priuilegiorū ſunt iudices cartularij, nō poſſent recipere aliquā ceſſionē:ꝑſertim, quia iuriſdictionē non poſſunt exercere,niſi inter volētes,vt no.ff.de iudi.l.1.hæc quęſtio conſiſtit multum in facto,& in iudicis arbitrio,q̃ debet ſeruare non ſolū verba illius l.ſed mentē: nā milites, eo ꝙ milites, nullā habēt iuriſdictionē:& cū ratione dignitatis,& potentatus illius.l.
2 mente claudunt̄. † Sequit̄ ſecundū dubiū: quia ſimplex ꝓcurator,ſed ꝑꝑ hoc nō debet admitti,ne fiat fraus legi.iſta eſt gl.ord. ad literā.ff.de pac.l.iuriſgentiū.§.prætor.& ideo puto dictū cancellarium ab dicta ꝓcuratione arcendū, & remouendū honeſtatis cauſa:non tamen dico,ꝙ dicta vetula,cui eſt licitū iura, & diſputabiles paſſus ignorare,cadere debeat à iure ſuo;quia iuris ignorantia in damno vitādo mulieribus prodeſt,& maximè miſerabilibus perſonis. Ego Baldus.

CONSILIVM CLII.

1 *Teſtes an poſſunt repeti poſt publicationem.*

2 *Teſtis non vilis augmentat fidem illius,qui eſt vilis.*

3 *Minæ quando inducunt inimicitiam.*

4 *Blaſphemans Deum de iure ciuili non eſt infamis.*

5 *Sanguinem ineſſe ictui percuſſionis qualiter probetur.*

6 *In his,quæ non poſſunt dilucidè probari,argumenta ſufficiunt.*

In Chriſti nomine. Plura tanguntur, tamē ego reduco me ad pun-
1 ctum veritatis. † nam q̃d percuſſio fuerit facta cū ſpada in brachio ſiniſtro,apparet probatū per duos teſtes de viſu:& licet vnus ex eis ſuper tēpore depoſuerit de credere, tn̄ repetitus per iudicē ex officio ante didicita teſtificata,licet poſt publicationē factam ſolo verbo iudicis certitudinaliter de veritate dixerint, hanc declarationē puto fieri potuiſſe: vt not.in Auth.de reſt.§. quia vero.vbi eſt glo.ord.& hoc confirmo: q̃a iſte eſt proceſſus inquiſitionis,vbi teſtes publicati iudici, & non lecti per partes pn̄t repeti:& ſi non diſcordant in eo,quod primo dixerunt,ſed declarant,valet teſtimonium, vt not. Innocen.extra de teſt.ca. cum clamor,item duplex eſt teſtis publicatio, vna pronunciatiua,quando iudex dicit,publicamus: & ſi ſtatum eſt in finibus iſtius, tunc non impeditur teſtium productio, alia eſt inſinuatiua,quando dicta teſtium lecta,& inſinuata partibus: & iſta eſt illa, quæ imponit finem nouæ teſtificationi, quia pars didicit teſtificata.& ita determinat do.Barto.in ſuis conſiliis,& eſt ipſa veritas,prę́ſertim quando examinantur ſinę interuallo temporis, quia text. in iſta materia plus ponderat didiciſſe teſtificata, quam iudicis interlocutoriam. apparet igitur, quod percuſſio eſt probata, & tp̄s percuſſionis. nec curo, quod contra teſtem
2 obiiciatur,quod eſt vilis perſona. † nam hic habebat cōteſtem non vilem, qui augmentat fidem eius, vt ff.de eden.leg. ſi quis
3 ex argentariis.§.1.vbi eſt tex.no.† Item nec curo de minis: quia qualitas perſonarum non eſt tanta, nec talis, quod minæ inducant inimicitiam capitalem. porro hoc eſt arbitrariū, vt not. ff.de arbit.leg.licet. & in arbitrariis ſemper iudex debet ſtudere ad punitionem malefactorum, vt ff. ad leg.aquiliam.leg.ita vulneratus.& ſupra de publicanis.leg.licitatio. §. quod illicite. etiam interdum leges tranſgrediendo, vt eleganter not.Inno-
4 cen.extra de conſti.cap.1.item † ſi blaſphemauerit deum, nihil ad rumbum de iure ciuili, quia non eſt propterea infamis, vt not.doc. Codic.de ſum.trinit.leg.cunctos populos. vnde non eſt dubium probatam eſſe percuſſionem, ſed quia intentatus
5 eſt ſanguis.† Reſtant duo dubia,primum eſt,an ſanguis ſit probatus: & videtur, quod non, quia teſtes non viderunt ſanguinem ineſſe ictui percuſſionis:tum quia tenebræ noctis ſunt impedimentum viſus, vt not.ff.quod me.cauſa.leg.ſi cum except. §.hæc autem actio. vt Codi.de ſica.leg.furem. tamen propter coopertuuram veſtium, quæ non ſiuerunt ſanguinem ab extra videri, ſed hoc mihi abſurdum videtur: nam ſequeretur, quod ſi eſſet mortuus, non puniretur percuſſor de morte. Præterea ex qualitate inſtrumenti præſumitur vulnus illatum, text.eſt not. extra de homi.cap.ſignificaſti. & Codic.de ſica.leg.is, qui cum telo. Præterea quando maleficium committitur de nocte non oportet ita ad vnguem probari, ſed ſufficiunt coniecturæ, vt ff.de adult.leg.capite quinto.ibi enim non probatur adulterium viſu: ſed quia in fragranti crimine deprehenſus eſt male-
6 factor,præſumitur adulter. † Item in his, quæ non poſſunt dilucide probari, ſufficiunt argumenta, & maxime cum fama. gloſſ.eſt ordinaria. in leg.2.§.1. ff.de excuſa.tuto.& probatur in l.nō omnes.§.à barbaris.ff.de re mili.Item hoc refertur per naturalem conſequentiam.nam ſi vulnus,ergo percuſſio.ſed percuſſio non fuit niſi vnica, ergo ex ea probatur, iſta concluſio eſt extra de fid. inſtru.ca. cum Ioannes Heremita.ad hoc facit, quod not.D. Cyn. in l.dolum. Codi.de dolo. vbi non ſolum ex percuſſione,ſed etiam ex minis præcedentibus præſumitur delictum, quod poſtea apparet executum. his rationibus motus puto debere fieri punitionem de ſanguine: & ſi non fieret de ſanguine, debet fieri ſaltem de ſimplici percuſſione, quia inquiſitor non arctatur ad probationem qualitatis, nec poteſt ſe ad hoc aſtringere in præiudicium reipublicæ, vt dixi.Codic.de proba.leg.ſiue poſſidetis.in antiquis meis reportationibus, & lectura ſiue noua.quam opinionem meam omnes boni aſſeſſores ſequuntur, & de facto ita eſt, quod inquiſitores non ſe aſtringunt ad omnia, ſed inquirunt de ſingulis, ne delicta in aliquo remaneant impunita. Et ita dico ſuper punctis prædictis conſultus à nobili viro Iacobo de Martiano honorando poteſtate Cumarum. Ego Baldus.



CONSILIVM CLIII.

1 *A mero poſſeſſorio an appelletur:& quid iuris, quando libellus eſt mixtus.*

2 *Iudex an poſſit facere reſeruationem:& ſi facit,an poſſit appellari.*

1 In Chriſti nomine. † Nouum dubium mouetur in cauſa nobilis viri domini Ioannoli de la Porta ſub his verbis, dubitatur, q̃d à ſententia lata contra Phebum nō potuerit appellari. Ad quod dubium reſpondeo, Præmittendo, quod ſalua pace iſtud dubium non meruit moueri. nam tunc ſententia dicitur lata ſuper mero poſſeſſorio: quando fertur ſuper libello mere poſſeſſorio:ſed quando libellus eſt implicitus ad petitorium, non eſt vis, qualiter iudex pronunciet. nam aut pronunciat ſecundum formam,& naturam libelli,&poteſt appellari:aut ſententia non eſt cōformis libello, & tunc eſt ipſo iure nulla. iura ſunt ita vulgaria,quod non allego ea: reſeruatio igitur facta per iudicem, quæ fuit quædam iudicis cautela, & litis intricatio, non
2 mutat naturam cauſæ. † item manifeſtum eſt, quod iudex debuit à toto abſoluere,& non reſeruare:& ideo reſeruando grauauit partem.vnde ſine dubio appellare poteſt.Item de qua re cognouit,de ea pronunciare debet: nec reperitur, quod iudex poſſet reſeruare non reſeruanda, niſi incontinenti declararet, vt ff.de arbit.leg.non diſtinguemus.§. nunc de officio. quia ergo iudex debuit pronunciare reſpectu ſtatuti principaliter intentati,& abſoluere,&hoc non fecit,nemini enim dubium eſt, appellare poſſe: quia formam iuris non ſeruauit,vt extra de reſti.ſpo.ca.Piſanis. ſunt & plurimæ aliæ rationes per me aſſignatæ in conſilio,quas non repeto. iſta etiam opin.habet æquitatē naturalem iure canonico approbatam, & ſcriptam, vt extra de reſtit.ſpo.c.cum ad ſedem.& in clemen.1. extra de ſequeſt.poſſ. & fru. item,vt dixi in alio conſilio, fundamentum huius cauſæ tangit cauſam vſurarum: ideo ius canonicum eſt ſeruandum. Ego Baldus.

CONSILIVM CLIIII.

1 *Delictum vbi ſit puniendum,an in loco vbi fuit perpetratum, an in loco vbi fuit tractatum de perpetrando.*

In Chriſti nomine. Proponitur,quod quidam ſocij ſcelerati, & malæ famæ ſteterunt aliquibus diebus in terra Marchionis Montisferrati: & deinde recedentes iuerunt ad derobandum in alio territorio:poſt prædam,& quædam furta licet parua re-
1 uerſi ad territorium Marchionis ibi ſunt capti. † Quæritur, vtrum ibi poſſunt puniri.& videtur,quod ſic: quia ſcriptum, vbi te inuenero, ibi te iudicabo. præterea maleficia non debent remanere impunita. Sed ſi relaxentur, ibunt in vias ſuas, & nunquam punientur. Præterea iſti poſſunt dici vagabundi, vt not.in lege prima. & ſecunda. Codic. vbi de crimine agi oportet. præterea ſi puniantur, eſt res boni exempli, vt pœna vnius ſit metus multorum, vt Codi.ad leg.Iul.repetundarum, leg.1. præterea ſi fecerunt tractatum in terra Marchionis, certum eſt, quod ibi delinquere inceperunt, ergo ibi debent puniri, vt ff.de adulteriis.l.& ſi amicis,& ibi per Barto. In contrarium videtur, quia iſta præparatoria confunduntur cum delicto finali,& vltimato,vt ff.ad leg.aquiliam.leg.illud.§.fi.& not. Codic.de accuſ.leg.qui de crimine. vnde ſatis eſt, quod ſint condemnati, vel puniti in territorio, vbi fecerunt furtum, & prædam. item nihil ad officiales domini Marchionis de eo, quod eſt extra territorium eorum commiſſum: quia per hoc territorium eorum non eſt offenſum, vt in leg.extra territorium. ff.de iur.omn.iudic.præterea in maleficiis inſpicitur locus, vbi eſt terminus delicti,non vbi principium, vt plene not.Barto.ff.de adulteriis.leg.quod ait.§.fin. exemplum etiam habemus de eo, qui cum baliſta interficit hominem:quia non inſpicitur locus, vbi tendit arcum, ſed vbi vulnerat,& conuenit notari in leg.1. Codic. vbi de poſſeſſione agi oporteat.Sol. aut furtum factum extra territorium Marchionis portatur, & contrectatur intra territorium, & tunc poteſt per officiales domini Marchionis puniri in ipſo territorio Marchionis,ſecundum opin. Bar.quia nouum territorium nouum dominium, vt ff.de condi.fur.leg. nec legatarius,& per eundem Barto.in l.ſi dominium.ff.de fur. licet Bald.aliud videatur tenere in l.ſi alumnam. Codi.de nup. alias ſequeretur,quod impune poſſent receptari furta,quæ extra territorium ſunt commiſſa, quod eſt falſum, vt l.1. Codi.de his, qui latrones. & ſi puniuntur alij receptores, multomagis auctor ipſe, & princeps delicti. quanquam hoc raro obſeruetur de facto: tamen verum eſt de iure. ſi vero res non fuerunt deportatæ ad territorium Marchionis, non eſt ius, neque conſuetudo, quod puniantur ibi tanquam de furto perpetrato ad plenam pœnam furti, puta furcarum:ſed quia impune non debuerunt poſſe tractare in territorio Marchionis, ſi ſit verum, quod ibi tractauerint, & ordinauerint, puniuntur de tractatu arbitraria pœna ex quo non ſunt alibi puniti, licet eſſent alibi banniti. poterunt igitur puniri ictu fuſtium, vel pœna pecuniaria,ſed hæc conſulo fienda conſulto ſuper his domino Marchione: & eius poteſt conſuli ſuperior, vt ff.de iudic.leg.eum,

quem.§.fin.ad prædicta facit, quod delictum attentatum non ita atrociter punitur, ſicut delictum conſummatũ, vt not. Cyn. Codi.de epi.& cle.l.ſi quis non dicam rapere. Non obſtat prædictis illud, quod dicitur, quod preambula confunduntur, quia verum eſt, vbi concernunt idem territorium: ſed quando ſunt duo præſides, vnuſquiſque debet punire delictum perpetratum in ſuo præſidatu, arg. Cod. de ſportulis.l.2. quia delinquens cuilibet facit iniuriã, quæ non debet remanere impunita, vt ff. ad l. aqui.l.ita vulneratus.

CONSILIVM CLV.

1 *Venditores carnium, qui debẽt tenere certa pondera, ſi tenent maiora, an puniantur.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, ecce vẽditores carnium debent tenere certa pondera: certum eſt, quod tenentes minora puniuntur, vt ff.de dolo.l.arbitrio.§.de eo. ſed quid ſi tenẽt maiora: Reſpondeo, nõ eſt veriſimile, quod ſemper ponderent cum maioribus: quia non ſunt homines beſtiales, qui proiiciant ſuũm. vnde ſuſpecti ſunt, ne habeant alia pondera minora, quæ non oſtendunt officiali. vnde officialis debet inquirere veritatem, & ſaltem dare ſacramẽta eis, ſi ſunt bonæ famæ: & iſtos de pluri non punire, & ad omnem fraudem euitandam facere diligentiam, ita quod in futurum non poſſet eſſe ſiniſtra ſuſpitio. Ego Baldus.

CONSILIVM CLVI.

1 *Abbas exemptus an poſſit rem eccleſiæ prorſus inutilem alienare.*
2 *Tertia perſona an poſſit opponere de non valentia.*

In Chriſti nomine. Abbas exemptus cum conſenſu totius ſui capituli præhabitis tractatibus, prout eſt moris, quandam petiam terræ redactam in ſtagnum aquarum, & pene infructiferam locauit in perpetuã emphyteuſim ſub annuo cenſu Romano põtifice inconſulto. Quæritur, an valeat locatio. ſecundo poſito, ſine præiudicio veritatis, quod non valeret, vtrum tertia per-
1 ſona poſſit opponere de non valentia. & † videtur quod nõ valeat tribus rationibus. Prima eſt concluſio generalis, quod res eccleſiarum non poſſunt emphyteuticari in perpetuum, vt C. de ſac.ſanct. eccl.l.iubemus nulli.12.q.2.c.ſine exceptione. & c. abbatibus. Secunda ratione ſpeciali, quia abbates exempti iurant nõ alienare Romano Pontifice inconſulto, vt extra de rebus eccl.non alie.c.nulli liceat, quia iuramentum aſtringit eos, vt alienare nõ poſſint ſine licẽtia Papæ. Tertia ratio eſt ſpecialiſſima, quia res monaſterij non poſſunt alienari ſine iuſta cauſa, & licentia ſuperioris, vt in c.monaſterium. de reb.eccle.non alien.lib.6. In contrarium videtur, quod iſte fundus mundatus, & redactus in ſtagnum non poſſidebatur per monaſterium impediente inundatione: vt ff.de acquir.poſſeſſ. l.3.§. Labeo. licet ſtagnum, prout ſtagnum poſſideatur, vt ff. de acquir.rerum do. l.lacus.§.ſtagnum. ſi aqua eſt ad aliquid vtilis, vt ff.de contrahẽ. emp.l.Rutilia. vnde magis dicitur, quod ſpes magis locata fuerit, quam res, quod non eſt prohibitum fieri cum vtilitate monaſterij, vt extra de feu.c.ex parte. Præterea tres ſunt caſus, aut conſtat, quod pro eccleſiæ damnoſitate, & non valet, aut eſt dubium, & ſimiliter non valet contractus, & not.ff.de tranſ.l.cum hi.§.eam.& §.cum prætor. prætereaiſte fundus non ſolum erat ſterilis, quod ſignificat exiguitatem redditũum, vt l.ſi fundus. ff.de rebus eorum. ſed etiam erat inutilis re, & ſpe. & eccleſiæ eſt permiſſum inutilia locare etiam in perpetuum, percipiendo aliquam annuam vtilitatem, vt Cod.de ſac.ſan.eccl.authen. ſi quas ruinas. & extra de reb.eccle.nõ alie.c.ad aures. & etiam iſta alienatio erat neceſſaria eccleſiæ.i. vtilitati eccleſiæ. vñ iuramentum de non alie. non porrigitur ad iſtum caſum, argum. ff.de manumiſ.te.l.qui nõ potuerunt. & ff.de fideicõ.lib.l.cum fidei. & quia res modica.12.q.2. c.terrulas. vñ concludit̃ ꝙ dicta locatio tenuit, nec debet reſcindi, quanq̃ diligentia conductorũ fuerint aquæ inde ablatæ, & res meliorata. text.eſt notabilis in l.1.C.de alluuionibus, & paludib. nec debet imputari abbati, & cæteris, ꝙ non cõſuluerunt Papã: quia plus diſpendij habuiſſet conſilium, quam portarent reditus ſtagni, ar.C.de anno. & tribu.l.mediterraneæ.lib.10.& l.pro locis. & C.de appe.l. cum
2 poſt ſententiam diſcuſſoris. † vnde concludo, ꝙ dicta locatio tenuit, & ſi non tenuiſſet, nullus potuiſſet opponere, niſi nomine eccleſiæ, vt not.in leg.2.§.qui in perpetuum.ſi ager vecti. vel emphy.petatur. & no.per Inno. Ego Baldus.

CONSILIVM CLVII.

1 *Subſtitutio facta in ſecundo teſtamẽto an præualeat ſubſtitutioni factæ in primo.*
2 *Subſtitutio facta per iſta verba, ſi deceſſerit ſine liberis, an ſit fideicommiſſaria, & excludat venientes ab inteſtato.*

In Chriſti nomine. Pater fecit teſtamentum, in quo hęredes ſibi inſtituit Matthæum, & Tibaldum filios Franciſci quondam ſui filij: & ſi dictus Matthæus, & Tibaldus, ac venter decederent in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq; ſine filiis, ſubſtituit neptes ſuas ex Lucia eius filia: & Luciam etiam inſtituendo ſibi hæredem in ducentis quinquaginta libris, ſubiungens dictus teſtator, quod ſi dictæ neptes ſubſtitutæ decederent ſine filiis, tunc eis ſubſtituit maſculos proximiores ipſius teſtatoris. & verum eſt, quod Simon infraſcriptus erat proximior ex linea maſculina dicti teſtatoris, & etiam quidam Gabriel in eodem gradu. deinde poſt modicum tp̃s dictus teſtator aliud condidit teſtamentum, in quo ſibi vtiles hæredes inſtituit ſupraſcriptum Matthæum, & ventrẽ, & quia Tibaldus iam deceſſerat, dictam ſuam filiam Luciam etiam ſibi hæredẽ inſtituit in 200. & quinquaginta libris dena. vt ſupra ſubiungendo, quod ſi dictus Matthæus, & venter decederẽt ſine liberis, eis ſubſtituit Simonem, & Gabrielem de Tramigis germanos ſuos: licet dictus Gabriel deceſſerit, antequam dictus venter: tamen poſt mortem dicti Matthæi, demũ dictus venter vocatus, poſtea Nicolaus deceſſit in pupillari ætate relicto poſt ſe Simone prædicto ſubſtituto in vltimo teſtamento: & relictis etiam poſt ſe dicta Lucia hærede prædicta, & quadam Franciſchina eius Luciæ filia in primo
1 teſtamento in omnib. bonis ſubſtitutis. † Modo quæritur, quæ ſubſtitutio ſit potior, vtrũ ſubſtitutio primi teſti, vel ſecundi. & breuis eſt ſolutio, quia per ſecundũ teſtm̃ ſolenne reuocatũ eſt primum cum omnibus ſubſtitutionibus, & clauſulis. ſolum.n. ſecundum teſtm̃ eſt vltima volũtas, quia vltimo facta, & ſolenniter facta, vt inſti.qui.mo.teſt.infir.§.poſteriore. per ſecũdum igitur teſtm̃ cum ſubſtitutione dicta prima ſubſtituta in primo teſtamento vna cum mr̃e ſua prædicta nihil petere poteſt, nec in hoc eſt dubium, vtrum ſubſtitutio facta in vltimo teſtamento excludat dictã Luciam à ſucceſſione inteſtati impuberis. nã conſidero verba ſubſtitutionis vltimo indefinite, & confuſe prolata, ſi, inquit, decedant ſine liberis, & non diſtinxit teſtator clauſulas, nec ætatum, vel temporum qualitates diſtribuit, quę
2 ſunt nomine ſpecificæ qualit. ſubſtitutionum. † vnde ſecũdum veram, & cõmunem opi. vbi verba dñt, ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtitutio eſt omni tempore fideicõmiſſaria, vel compendioſa non proprie ſumpta, ſed hoc caſu proprie fideicommiſſaria. & maxime cum dicta Lucia, quæ eſt de liberis proximis, ſit in medio. cuius fauor ſuadet ſubſtitutionem dubiam interpretari obliquam. nam ſi in hoc fauetur matri, ergo multofortius liberis, vt in l.precibus. cum ſua materia. & ita ſæpe conſului. Nec obſt.c.ſi pater.de teſt.lib.6. quia ibi fuit appoſitum verbum directum, inſtituendo, quod aptatum tempori facit ſubſtitutionem directam. item ibi nulla perſona erat in medio, cuius fauor ſuaderet, ſubſtitutionem obliquari, licet dñs Cy. & Ioan. And. aliter loquantur: tamen non recedo ab opinione conſueta, quã vidi vbiq; ſeruari. & ex hoc ſequit̃, quod dictus pupillus deceſſit ab inteſtato, & legitimam, & trebellianicam ex perſona eius detrahit ſuccedens ei ab inteſtato: alia vero medietas pertinet ad ſubſt. partim. iur. verbis expreſſo, & partim iur. tacito.ſ. iure accreſcendi: & hæc iudicio meo eſt veritas. ſubſtitutus ergo debet petere reſtitutionem ex trebelliano partis dimidiæ, vt extra de teſtam.ca.Raynutius. & c. Raynaldus. Si autem fuiſſet facta diſtinctio ſubſtitutionis per teſtatorem, tunc ſubſtitutio pupillaris vltimi teſtamenti excluderet quoſlibet ab inteſtato venientes, vt ff.de inoffic.teſta.leg.Papinianus.§.ſed nec impuberis, ita quod nec ab inteſtato ſuccedere poſſent: quia ſumus in cauſa, & caſu teſtati, nec iure ſubſtitutionis primi teſtamenti, quæ per ſecundum fuit funditus eneruata per dictam regulam iuris: quæ dicit, quod paganus non poteſt decedere cum duobus teſtamentis, ſed vltimum præualet. vt ff. de adimen. leg.l.quod iterum. & leg.1. Codic.de ſacroſanct.eccleſi. Ego Baldus.





CONSILIVM CLVIII.

1 *Negatiua quomodo probetur, & an magis credatur affirmantibus, quam negantibus.*

In Chriſti nomine. Tres fratres heremitani deponunt contra quendam fratrem, quod percuſſit cum baculo ſuum priorem: iſte, contra quem deponunt, probat per quinq; fratres, ꝙ ipſe non percuſſit. vnde cõtra teſtes affirmatiuos iſte probat negatiuam contra affirmatiuam loco, & tp̃e coarctatã per hunc modum, quia dñt, quod in dicto ſpacio tp̃is, in quo teſtes affirmatiue dñt percuſſum: rei veritas eſt, quod non fuit percuſſus, nec
1 potuiſſet percuti, quin ipſi vidiſſent. † Quæritur, vtrũ dicti teſtes probent innocentiã dicti fratris accuſati, & videtur, quod non, quia duobus teſtibus affirmantibus creditur pluſquam 10. negantibus, vt not.ff.de arbi.l.diem proferre.§.ſi plures. & eſt ratio, quia affirmatiua ſubiicitur oculis, ſed negatiua non videtur viſu, ſed ſolo percipitur intellectu, quanquã adiuncta præſentia corporali. Præterea iſti teſtes negatiui loquuntur quaſi ſcientes depoſitionem teſtium affirmatiuorum, ſed certum eſt de rigore iuris, ꝙ poſt didicita teſtificata, teſtes non poſſunt directe teſtificari, niſi dicantur corrupti falſum dixiſſe, quia tunc propter nouum capitulum corruptionis recipiuntur noui teſtes, vt extra de ꝓba. c.licet cauſam. & in c.teſtib.de teſt.in cle. indirecte autem bene pñt reprobari, quia reprobatio indirecta inquantum eſt facti, conſiſtit in facti diuerſitate, vt Co.de contrahen.& cõmit.ſtipu.l.optimam.in fi. Solutio, ego non credo, ꝙ regulares, qui procedunt ſecundum conſtitutiones eorum, de bono, & æquo ſeruent iſtas legis ſubtilitates, ſed vadunt ſolummodo ad nudam, & apertã veritatem, quã Deus diligit ſuper omnia. vt in pſalmo, Miſerere mei de⁹. & in multis alijs pſalmis. & propterea, quia per plures teſtes conſtat de innocentia, quæ eſt plus, quam plene probata, & fere per duplam maiorem partem teſtium, dictus accuſatus debet abſolui. & ſi dicatur, ꝙ negatiua non poteſt directe probari per corporis ſenſum, falſum eſt, vt plene not.per Cy.in l.2.Cod.de erro.aduo. nam ſenſus, qui ſentit determinatum obiectum, ſic intelligit ſe non ſentire vltra, vel præter, vt C.de rebus cred.l.2. & ff.de fideiuſſ. l.fideiuſſores magiſtratuum.§. pro Aurelio. & C.de proba.l.ad probationem. Item innocẽtia quomodocunq; claruerit, tuenda eſt, vt ff.de pœnis.l.ſi non defendatur, & ff.de quæſtionibus, l.1.§.ſi quis vltro. Ego Baldus.

CONSILIVM CLIX.

1 *Natura poteſtatis deuoluendæ eſt, vt ad ſuperiorem deuoluatur, non ad inferiorem.*

1 In Chriſti nomine. † Si is, ad quem pertinet collatio beneficij, non confert ĩ.tempus ſemeſtre, vadit poteſtas ad ſuperiorem, & ad inferiorem nunquã redit: quia hæc eſt natura poteſtatis deuoluendæ, vt ad ſuperiorem deuoluatur: & deuoluta non reuertatur. & hoc probatur per locum à ſpeciali. nam ſi ſpeciale eſt in c.ſtatutum. de præben. lib.6. vt poteſtas deſcendat ad inferiorem, ergo in contrarium eſt ius commune, vt ibi no. & facit.ff.qui.mo.vſusfru.amit.l.ſi cum vel in annos. vbi dicitur, qđ ſemel admiſſum nunquam reuertitur ad eundem, vt C.de li. & eorum libertis.l.2. vbi dicit, quod qui ſemel cecidit, nunquam reuertitur ad eundem, quod eſt intelligendum.i. ea vice, non in alia vocatione. Ego Baldus.

CONSILIVM CLX.

1 *Correlatiuorum an ſemper ſit eadem diſciplina: & an in pactis interpretatio fiat contra locatorem.*

In Chriſti nomine. Facta fuit inueſtitura de quodam monte de Rochetis cum pacto: quia promiſerunt inueſtienti dare, & aſſignare quartam partem totius precij, quod conſequi poſſet aliquo modo, vel ingenio, de cauãdis lapidibus: ſaluo quod poſſint per ſe, & alios de familia ſua cauare, nec teneantur aliquid ſoluere, nec reddere dictam quartam partem de precio, quod inde perciperetur: ita tamen quod ipſe inueſtitor poſſit cauare
1 pro ſe, & ad opus ſuum lapides. † quæritur, vtrũ inſpecta mente contrahentium intelligatur, ne inueſtiri poſſent, niſi pro opere ſuo? & videtur, quod ſic, quia dicta in ſequentibus videntur repetita in præcedentibus, vt l.1.C.de lib.præte. & econtra, vt ff.de ver.ob.l.Titia.§.idem reſpondit. & ff.de iur. & fac.igno. l.regula.§.fin. item emptor, & venditor ſunt correlatiua, & correlatiuorum eadem eſt diſciplina, vt C.de indi.vidui.l.fi. In cõtrarium videtur, ꝙ emptor poteſt pati vnam legem, & venditor aliam: nam extrema diuerſa diuerſas recipiunt pactiones, & fauores, & odia, vt ff.de pa.leg.qui in futurum.§.ſi ex altera. Item iſta pacta ſunt clara, & ideo adminicula impetrationum non requirunt, vt ff.de fidei.l.fideiuſſores magiſtratuum.§.1. & ſi eſſent ambigua, interpretantur contra eum, qui legem alij dicit, cui vult imponere onus aliquod, præſertim extra naturam contractus, vt ff.de pact.l.veteribus. & ſi dicatur, mens contrahentium fuit in contrarium, reſpondeo, non eſt verum: quia talis intelligitur eſſe mens in corde, quale eſt verbum, quod profertur in ore. nam tuba cordis eſt lingua loquentis: & nullum eſt maius mentis teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborũ, vt ff.de ſuppel.leg.l.Labeo.§.idem Tubero. Solutio, ſeruandũ eſt id, quod verbum ſonat: & quod verbum non ſonat, pro nullo hr̃, vt ff.de verb.ob.l. quicquid aſtringendæ. C.de fid.inſtru.l. contractus. & ideo dictus inueſtitus põt fodere per ſe & familiam ſuam & vendere cuicunq; vult ſine onere quartæ partis: q̃a ita eſt ei conceſſum, vt ff.de dona.l.qui ſaxum. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXI.

1 *Ponendo caſum ſeipſum ſummat. lex hac edictali. C. de ſecun.nup. qualiter intelligatur, & quæ ſit eius obſeruantia, & quod fit in fraudem legis, ſortitur effectum. & nu.2.*

In Chriſti nomine. Quædã nobilis domina Agneſina habuit duos viros, ex primo nomine M. ſuſcepit duos filios, puta A. maſculum, & B. fœminam, ex ſecundo vero viro habuit tres filios: & veniens ad mortem fecit teſtamẽtum, in quo filiæ primi matrimonij iure inſtitutionis reliquit centum, in omnibus autem aliis ſuis bonis Ioannem filium ex primo matrimonio, & alios ſuos filios ex ſecundo hæredes inſtituit pro medietate æquis portionibus: & ſecundum virum inſtituit pro alia medietate hoc adiecto, quod ſi dictus ſecundus vir totam dictam medietatem capere non poſſet, illud plus, quod dictus Malateſta capere non poſſet de dicta medietate, reliquit iure legati dictis filiis ſecundi matrimonij, omni modo, via, iure, & forma, quibus melius poſſet. Modo conſtat, quod per l.hac edictali. Co.de ſecun.nup. ſecundo viro nõ poteſt plus relinqui, quam ſit relictũ vni filiorum primi matrimonij, cui minus eſt relictum: vnde dñt filij primi matrimonij, quod ſecundus vir non debet habere niſi illud tantum, puta centum. Reſiduum autem pertinet ad ipſos filios primi matrimonij. & econtra filij ſecundi matrimonij allegant, quod in illo vltra ipſi filij ſecundi matrimonij debent ſuccedere iure legati expreſſe eis facti. Modo quæritur,
1 quid iuris. † Et videtur, ꝙ filij ſecundi matrimonij foueant iuſtitiam: quia teſtatrix potuit inter ipſos filios diſpariter prouidere, licet æquius feciſſet, ſi pariter prouidiſſet, vt in Authen.de nup.§.diſponat. & §.pe.col.4. ſufficit.n. quod filiis primi matrimonij relinquatur legitima portio, vt ſuppleatur à lege, vt in Auth.de trien. & ſemiſ.§.1.col.3. Præterea illud, quod relinquitur filio à matre, videtur relictum ſola pietate, & naturali cauſa inſpecta, vt ff.de lib. & poſthu.l.filio quem pater, & ff.de excu. tu.l.à tutore.§.quæ tutoribus, & ff.de bon.lib.l.nihil.§. facilior. ff.vnde libe.l.ſcripto hærede. ff.de bo.dam.l.cum ratio. In contrarium videtur, quod filij primi matrimonij habeant iuſtitiam luculentam: & hoc tribus rationibus, & primo, quia iſtud teſtamentum videtur factum in fraudem, & in derogationem l. hac edictali. & ad excludendum prouidentiã legalem erga filios primi matrimonij, ꝙ eſt impoſſibile, & maxime, q̃a nemo poteſt facere, quin leges habeãt locum in teſtõ ſuo. ff.de leg.1.l.nemo poteſt. & expreſſum in d.l.hac edictali. in fi.prin. Item ꝙ in fraudem legum fit, pro non diſpõ hr̃, vt ff.de condi. & dem.l.hæres meus.§.ꝙ in fraudem. vnde non ſortitur effectum: & tñ meretur pœnã legalem, vt plene legitur, & no.Co.de legi. & conſt.l. nõ dubium. Item cum fiat mentio patris, & p̃riæ p̃tãtis: quia ꝙ legatum eſt ei ſub noĩe legitimorũ filiorum, videtur relictum potius maritali affectũ, q̃ filiationis p̃textu, vt ff.de vulg.ſubſt.l. ſed & ſi plures.§. in arrogato. & ff. de condi. & demonſt.l.filio.
2 † Secunda ratio eſt, q̃a l.hac edictali. hẽt duo capita. ſ. prohibẽs plus relinqui, nec non deuoluens ad filios primi matrimonij ad pœnã relinquentis, quæ pœnæ tendentes ad prouidentiam filiorum primi patrimonij non ſunt ſublatæ, vt no.Inno. in c.pe.

de ſecun.nup.& iſta opin.vt ita dixerim, canonizata eſt apud o-
mnes peritos. Modo ſciendum eſt, quod id, quod plus relinqui-
tur ſecundo viro, aufertur rei, & vltra procedit lex: quia appli-
cat filias primi matrimonij, nihil in hoc debentibus communi-
care cum filiis ſecundi matrimonij, vt expreſſe legitur, & no. in
Authen.de nup.§.optime. vnde filij primi matrimonij veniunt
de per ſe, & ſoli, & iſta eſt ipſa veritas: & confirmatur in caſu no-
ſtro tertia ratione inconuincibili. nam aut filij ſecundi matri-
monij legatum ſuum volunt conſequi à patre, & non poſſunt,
& verba teſtamenti refragantur, & quia in parte de iure impoſ-
ſibili non eſt hæres: aut volunt cõſequi filij primi matrimonij,
& non poſſunt, quia filij primi matrimonij in hoc non ſunt ho-
norati à teſtatore, ſed in pœnam teſtantis ſunt prouiſi à lege, vt
dict.l. ſi arrogator. Item quia hic pœna eſt proprium patrimo-
nium ipſorum filiorum primi matrimonij, & ſeparata eſt hæc
portio à cætera hæreditate, argu. ff.de admi. tut.l.impuberi fi-
lio centurio.& fuit quæſtio de facto in ciuitate Cortonæ, & ibi
debent eſſe conſilia, etiam in ſimili caſu, videlicet quod ſi ſe-
cundus vir ſtipulatur lucrum dotis pro liberis ſuis, quod non
valeat ſtipulatio, quia in fraudem l.hac edictali. quanquam ego
tunc conarer defendere contrarium: tamen ita fuit iudicatum,
& formaliter obſeruatum de conſilio valentiſſimorum docto-
rum, ſcilicet domini Franciſci de albergotis de Aretio. & tan-
dem domini Ricardi de Salyceto. & ſi mittetis pro eorum con-
ſiliis ad quendam Bartolum, ſi viuit, habebitis firmiter. Ego
Baldus.

CONSILIVM CLXII.

1 *Subſtitutus in primo gradu ventri ſi deceſſit ante natiuitatem poſthumi, & mortuo poſthumo, an veniant venientes ab inteſtato, an ſecundus ſubſtitutus.*

In Chriſti nomine. Quidam fuit ſubſtitu-
tus vulgariter in primo
gradu vulgaris, & fuit alius ſubſtitutus in ſecundo gradu vulga-
ris: & iſtæ ſubſtitutiones fuerunt factæ ventri. Modo deceſſit
primus ſubſtitutus nondum nato poſthumo, deinde deceſſit
1 poſthumus.† quæritur, vtrum veniant venientes ab inteſtato,
an ſubſtitutus vulgaris, cum etiam fuerit pupillariter ſubſtitu-
tus. Reſpondeo, ſubſtitutionis caſus eſt. ff.de acquir.hæred.leg.
quandiu inſtitutus. ff.de ven.inſpi.l. qui ventri.& ff.de fideicõ.
lib.l.Thais.§.Splendophorus.& facit.leg.1.ff.de vulg.ſub.Non
obſ.l.ſi mater.§.1.de vulg.& pup.quia ideo ibi repellitur ſecun-
dus ſubſtitutus: qm̃ ibi adiuerat inſtitutus: quia primus gradus
omnibus ſequentibus antefertur, vt ff.de hæred.inſti.l. cum in
teſtamento.in princip.non ob.l.penul. ff. de vulg. & pup. quia
ibi defecerat modicum, per quod perueniebatur ad primum,
nam ibi vxor, & ſoror teſtatoris mediante ſubſtitutione facta
filiæ debuiſſent peruenire ad bona impuberis, quæ ſubſtitutio
deficit: quia filia deceſſerat pubes. & ille eſt verus intellectus il-
lius l.nec obſtant tertia, & quarta ratio, vt colligitur ex notatis
per Bartol.in dict.leg.quandiu. verſicu.is autem.de acquir.hæ-
redi. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXIII.

1 *Stante ſtatuto, quod vir lucretur omnes fructus vxoris, an lucretur fructus, quos habebat vxor in bonis filij nati ex primo matrimonio, & an appellatione bonorum veniat vſusfructus.*

1 In Chriſti nomine. † Statuto cauetur, qđ
vir lucretur omnes fru-
ctus, etiam bonorum parafernalium. Quæritur, ſi mater ha-
bebat vſumfructum in bonis vnius ex filiis primi matrimonij,
qui prædeceſſerant, vtrum vir poſſit illos vſusfructus petere, ex
forma ſtatuti, & videtur, quod ſic, quia appellatione bonorum
etiam vſusfructus continetur, cum ſit pars dominij. In contra-
rium videtur, quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt, vt l.1. ff.de
vſufr.leg. Sed ad hoc reſpondetur, nomen vſusfructus hic po-
nitur pro commoditate, non pro iure formali, vt l.neceſſario.
§.fin.ff.de peri.& commo.rei ven.Solutio, vir iſte neq; ius, ne-
que commoditatẽ vſusfructus petere poteſt, Et eſt ratio quia
vxor eius non poterat vſumfructum petere antequam caueret
de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, cum non eſſet in poſ-
ſeſſione, ergo nec vir, licet enim commoditas poſſidendi com-
petat poſſeſſori non præſtita cautione prædicta: tamen ius pe-
tendi non competit, vt Cod.de ſecun.nup. leg.hac edictali.§. is
illud. Cod.vt in poſſeſ.leg.l.ſcire.& ff.de vſuca.l.ſi homo. & ple-
ne not.in leg.vnica. Co.de vſufructu.& ff.de vſufru.leg.l.vxori.
Et iſta videtur mihi, quod ſit ipſa veritas: quia cautio eſt de ſub-
ſtantia petendi, licet non ſit de ſubſtantia poſſidendi, ſi vſufru-
ctuarius eſt in corporali poſſeſſione, quæ pertinet ad fructuum
acquiſitionem, vt ſubtiliter legitur, & not. ff.de acquir. poſſ.l.3.
§.ex contrario. Item quia vſufructuarius non lucratur fructus,
niſi per eum, vel aliũ eius nomine ſunt ſeparati à ſolo, vt ff. qui.
mo.vſusfru.amit.l.ſi vſufructuarius meſſem. nam fruitio, & vſus
factum deſiderant, vt ff.de vſufru.l.ſi fur decerpſerit. & ar. ff. de
fur.l.ſi ſeruus communis vni.§. locaui. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXIIII.

1 *Beneficia alicuius, qui ſit creatus epiſcopus, cum epiſcopatus poſſeſſionem habere non poſſit, an vacent.*
2 *An alius epiſcopus poſſit ſibi eccleſiam parrochialem commendare.*
3 *Infra quantum tempus poſſit facere dictam commendam.*
4 *Et an poſſit reuocari dicta commenda, & an incurrat tempus limitatum. num. 5.*
6 *De duobus præſentatis quis ſit prior.*

In Chriſti nomine. Quidam fuit per Pa-
pam creatus epiſcopus
1 vltramarinus. † Quæritur, cum poſſeſſionem habere non poſ-
ſit, vtrum vacent beneficia, quæ primitus poſſidebat. & dicen-
2 dum eſt, quod non. vt in ca.cum in cunctis. de elect. † Secundo
quæritur, an alius epiſcopus poſſit ſibi eccleſiam parochialem
commendare. Reſpondeo, ſic, quia per epiſcopatum honor e-
ius auctus eſt, non autem eſt conditio ſua facta deterior, quam
eſſet tempore ſimplicis ſacerdotij, vt ff.de cond. & de.l. falſa. §.
3 1. † Tertio quæritur, vſque ad quantum tempus poſſit fieri di-
cta commenda parochialis eccleſiæ? Reſpondeo, vſque ad ſex
4 menſes, vt in ca.nemo deinceps. de ele. lib.6. † Quarto quæri-
tur, vtrum poſſit renouari de ſex menſibus in ſex menſes. Re-
ſpondeo, nondum elapſis primis ſex menſibus non poteſt pro-
rogari: quia eſſet extendere vnam, & eandem commendam vl-
tra tempus, vt ff.de preca.leg.ſed ſi manente. ſed finito ſemeſtri
aut vult renouare continuatiue, & non poteſt, ne fiat fraus de-
cretali, aut alio interpoſito, & poteſt, ar.ff.qui & à quibus leg.
matrimonij:. licet gloſſ.aliter diſtinguat in d.c.nemo deinceps.
& teneat indiſtincte, quod pro vtilitate eccleſiæ, vel pro neceſ-
ſitate poſſit fieri. & ſatis poſſet hoc ſuſtineri, ſi eccleſia non in-
ueniret æque bonum, vt ff.de decu. leg.generaliter. §. ſpurios.
5 † Quinto quæritur, vtrum interim currat tempus lateranenſis
concilij.& dicendum eſt, quod non, vt ibi not. quia licet com-
menda non ſit titulus plenus: tamen facit beneficium interim
non vacare, cum commendatarius interim lucretur redditus,
vt ibi not.Ioan.mon. Modo quæritur in alio puncto, in alia ma-
6 teria. Præſentatus † fuit quidam per patronum laicum, qui pe-
tiit ſe inſtitui ab epiſcopo: demum fuit alius præſentatus, &
inſtitutus, quis eſt potior? Reſpondeo, patronus laicus variare
poteſt, & ideo ſecundus eſt potior, vt extra de iure patro.ca.pa-
ſtoralis. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXV.

1 *Nouum opus fieri in re communi, an tertius prohibere poteſt.*

In Chriſti nomine. Tres erant valuaſores,
ſeu feudatarij nobiles
cuiuſdam caſtri, & territorij, qui diuiſerunt inter ſe territoriũ,
& homines ſola iuriſdictione remanente pro indiuiſo. Nunc
duo ex eis volunt facere duo fortilicia, quilibet in territorio
1 ſuorum hominum, tertius contradicit. † Quæritur, quid iuris.
Reſpondeo, ſi iuriſdictio eſt communis, & indiuiſa, melior eſt
conditio prohibentis, etiam ſi ſua non interſit, vt ff. communi
diui.l. Sabinus. nam licet vnus non poſſit impedire naturalem
vſum rei cõis, ſicut eſſet vti iuriſdictione, vt ff.de vſufruct.l.ar-
boribus. §. nauis. tamen nouum opus fieri prohibere poteſt:
quia non pertinet ad veterem vſum. Si vero iuriſdictio eſt diui-
ſa quo ad territorium. tunc licitum eſt cuilibet ædificare ca-
ſtrũ, vel fortiliciũ in ſuo loco proprio, vt not.ff.vti poſ. l. ſi duo.
§.2.tali diſtinctione adhibita, nam aut facit ad ſui defenſionem,
& poteſt, aut principaliter ad alterius æmulationem, & non
poteſt, vt ff.de oper.pub.leg.opus, & ple.not.extra de reſtitu.
ſpol.ca.Piſanis.in nouel.& licet princeps permittat: tamen in-
telligit hoc, dummodo ille, qui habet ius cõſentiat, & nõ aliter,
vt ff.communia prædiorum.l.receptum.l.1.§.ſi quis à principe.
ne quid



ne quid in loco pub.& l.ſi.ff.communia præd. ex his apparet, ꝙ
rei propriæ quis eſt moderator, & arbiter, dummodo nõ faciat
contra ius, ſed rei communis eſt ſolus moderator, & arbiter. vt
ff.de ſer.ruſt.præd.l.per fundum. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXVI.

1 *Statutum volens, quod ſoluatur tantum intereſſe à die moræ ſolutionis fiendæ, an valeat? & qualiter, & quomodo peti poſſit tale intereſſe. nu. 3. & 4.*
2 *Statutum, quod pro quolibet cẽtenario imperialium, qualiter intelligatur.*

1 In Chriſti nomine. † Statuto cauetur, qđ
fingatur creditoris in-
tereſſe in duobus ſolidis pro libera ſoluendis à tpe moræ debi-
toris. Quæritur, vtrum iſtud ſtatutum valeat. & videtur, ꝙ non:
quia quicquid accedit ſorti, eſt vſura, vt leg.& not.ff.ſi cer. pe.l.
rogaſti.§.ſi tibi. In contrarium videtur: quia intereſſe poteſt ta-
xari per iudicem, & debetur tã de iure ciui. q̃ canq. vt ff.de in lit.
iur.l.nummis. ergo & per legem: quia non minoris potẽtiæ eſt
lex, quam miniſter legis. Item ſtatutum poteſt inducere fictio-
nem, maxime ex cauſa: & ſufficit, ꝙ cauſa ſit in mente ſtatuen-
tium, vt in leg.1. in verbo ratus. ff. de poſtul. poſſet diſtingui in-
ter mutuum, & alios contractus, vt in mutuo non valeat ſtatu-
tum, ſicut non valeret pactum, per quod aliquid præſtetur no-
mine ficti intereſſe, vt not. Cyn.in addi.digeſti veteris. & ff.de
ſer.expor.in quadam optima addi. ſua, ſed in aliis contractibus
valeat, nam dr̃ia eſt inter contractus, vt not.Cod.de vſur.l.cum
allegas. ego credo ſtatutum valere: nam iſta fictio eſt proxima
veritati, quia communiter tantum intereſt ſecundum commu-
nem curſum mundi, & quia non præſumitur eſſe peccatum in
2 legis poſitore. † Secundo quæritur, vtrum ſtatutũ, ꝙ dicit, pro
quolibet centenario Imperialium, intelligatur loqui de flore-
nis tantundem æſtima. & dicendum eſt, ꝙ ſic, vt in l.1.ff.de aur.
& argẽ.leg.& not.C.de do.l.ſi quis argentum. in prin.& eſt ex-
3 preſſum .ff. de verborum oblig.l. quæ extrinſecus.§.fin. † Ter-
tio quæritur, an dictum intereſſe poſſit peti lata ſententia ſu-
per ſorte. Reſpondeo non, vi eiuſdem inſtantiæ, vt C.de fru.&
lit.expen.leg.terminato. ſed ſi denuo peteretur ſors ſimul cum
intereſſe poſſet peti, niſi ſors eſſet iam ſoluta, vt l.centum Ca-
puæ.& leg.fina.de eo, quod cer.lo.nam iſtud ſtatutum non in-
ducit nouum ius debendi, ſed ſolum probandi, vt patet ex ver-
4 bis ſtatuti. † Quarto quæritur, vtrũ poſſit peti intereſſe, quod
decurſit poſt ſententiã. Reſpondeo ſic, proponendo actionem
iudicati pro ſorte, & officium iudicis pro intereſſe, arg.in l.or-
do.Cod.de execu.rei iud.& in l.1.§.1.ff.de vſur.à cõtrario ſenſu.
Ego Baldus.

CONSILIVM CLXVII.

1 *Promittens reuendere fundum, & nolens teneri, niſi pro dato, & facto ſuo tantum, an tempore venditionis fiendæ poſſit petere melioramenta, & expenſas factas in fundo: & ad quid teneatur. nu.3.*
2 *Hypothecaria an poſſit cedi.*

1 In Chriſti nomine. † Titius vendidit fun-
dum Sempronio, qui
erat obligatus pro reſtitutione dotis vxoris dicti Titij, qui Sem-
pronius incontinenti promiſit dictum fundum vendere, inde
ad quinque annos Martino, hoc acto, quod dictus Sempronius
non teneatur de euictione, niſi de ſuo dato, & facto tantum: iſte
Sempronius interim fecit multas expenſas, & meliorauit dictũ
fundum, quia vbi erat zerbus, nunc eſt fertilis. item fecit iura ſi-
bi cedi dictæ dotis, & hypothecarũ. nunc Martinus petiit fun-
dum ſibi vendi offerens precium conuentum, Sempronius di-
cit, ꝙ competit ſibi retentio pro dicta dote, & etiam pro ſum-
ptib. factis in melioramento fundi, Martinus dicit ſe ad hoc nõ
teneri. quæritur, quid iuris? & videtur, ꝙ dict. Martinus foueat
ius: quia ſi ille, qui vendidit, vel vendere promiſit, acquirit poſt
contractum aliqua iura, talia iura proſunt emptori, vt ff. de rei
vend.l.ſi à Titio. ff.de excep.rei iud. & plene not.per Bart. ff.de
vſuc.l.cum vir.§. prædium.& eſt regula, quod augmentato iure
datoris, vel debentis dare, augmẽtat ius emptoris, & cuiuſlibet
ſucceſſoris, vt ff.de leg.1.l.ſeruum filij. in prin.nec.n.debet em-
ptor ſoluere duo precia. vnum pro principali emptione, & a-
liud pro libera traditione. nam tenetur emptori rem liberam
tradere, præſertim ſi poteſt rem tradere liberam, ſicut eſt hic,
vt not.Cod.de euict.leg.ex prædiis. præterea alia ratione vide-
tur, quod dicta ceſſio hypothecæ non tenuerit: quia facta fuit
domino prædij, & nemo poteſt rem propriam habere obliga-
tam iure hypothecæ, vt ff.de re.iur.l.neq; pignus. Item ad illud
dubium de expenſis videtur, quod non poſſit eas petere, nec
propterea rem retinere: quia ſunt factæ gratia fructuum, & ipſe
percepit fructus: ergo cum fructibus confunduntur, vt ff.ſol.
ma.l.diuortio.§.quod in anno.ff.commo.l.in rebus. In contra-
rium videtur veritas. & primo venio ad primum punctum, &
cõſidero, quod quandocunq; quis vendit, vel vendere promit-
tit ius, quod habet, quandoq; promittit vendere rem pro iure,
quod habet. & iſtis duobus caſibus non venit, niſi ius, quod ha-
bebat tpe contractus, vt no.in l.fi.C.quæ res pig.obl.poſſ.& ar-
gu.ff.de diuer. & temp.præſcr.l.an vicium.§.ex facto.& optime
facit.C.ad Vell.l.iubemus.& argu.C.de peti.hæred.l.hæreditas
materteræ.C.de excep.rei iudi.l.ſi à te.§. Iulianus. interdũ ven-
dit rem ſimpliciter: & tunc fateor, ꝙ tenetur tradere rem libe-
ram. ſed iſte nõ eſt caſus noſter, quia iſte vendere promiſit rem
pro ſuo dato, & facto tantum, ſed iſta res ſubiacet euictioni nõ
pro proprio facto, ſed pro facto mulieris, & viri. ſ. mulieris acti-
ue, & viri paſſiue, & ex facto mulieris, vel hr̃dum eius ius meti-
mur. vnde Sempronius venit tanquam nouus homo: & ideo nõ
ob. ſibi replicatio contractus: quia eo nomine non tenetur de
euictione. Item iſte Martinus poſitus eſt in eo iure, in quo erat
Titius ex continuatione dictarum poſſeſſionũ, & ex vera inten
tione contrahentium. ſicut ergo hypotheca habet vigorẽ con-
tra Titium, ita & ſuper dicto fundo. Ad hoc facit, quia quando
duo iura concurrunt in perſona vnius, perinde eſt, ac ſi compe-
teret in perſonis diuerſorum, vt ff.de his, qui vt indi.l.tutorem.
& ff.de adop.leg.ſi conſul.& not.ff.de pac.l.ſi plures. Nec obſt.
2 † quod hypothecaria non poſſit cedi domino rei ſuper eadem
re: quia illud eſt verum, quando res non ſubiacet reſtitutioni,
etiam ſuper eadem re competere poteſt, vt ff. de capt.& poſtli.
reuer.leg.in bello.§.ſi quis ſeruum. & ff. de exce.rei iud..leg.ex
3 ſextante.§.Latinus. † Ad quæſtionem de expen.dico meliora-
menta deberi, vt ff.de minor. l.intra vtile.§.vendentibus. nam
rei qualitas eſt mutata, & bonitas aucta, vnde ceſſerunt ad per-
petuam rei vtilitatem, vt C.de alluuio.& paludi.l.1. & quod no.
Cod.de iur.do.l.ſi inter virum, hæc probantur per id, quod le-
gi.& not.ff.de leg.1.l.quod ſi domus.& l.domos. & ff.de condi-
ctio.indeb.l. qui exceptionem.§. ſi pars.ff.de rei vendi.leg.em-
ptor. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXVIII.

1 *Generalis diſpoſitio non reſtringitur per ſpeciem, quando procedit ex diuerſis legibus.*

In Chriſti nomine. Duo ſunt ſtatuta in Ci-
uit.Papiæ: vnum diſpo-
nit de compromiſſis neceſſariis, aliud loquitur ſimpliciter, &
generaliter, ſub rub.quæ arbitramenta nõ poſſunt dici iniqua.
generaliter dico.i.non diſtinguendo intra compromiſſum ne-
ceſſarium, vel voluntarium nullam eſſe coniunctionem, imo
diuerſa. etiam hoc apparet ex rubr.cui eſt inhærendum, vt ff.de
iur. & fac.igno.leg.regula.§. fin. vt not.etiam, C.etiã ob chiro-
grapharium pecuniam.l.vnica. & in procœmio.6. li.decre. Item
ex textu, ſiue nigro, quod diſponit de præceptis arbitrorũ &c.
& vbi caſus legis, ibi nulla eſt dubitatio, vt Cod.de fur.l.ancillæ.
Item apparet ex identitate rationis. vt ff.de no.op.nunc.l. pri-
ma.§.& poſt operis. Item vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtin-
guimus, vt ff.de publi.l.precio.cum ſua materia.non obſt.ſtatu-
tum de compromiſſis neceſſariis: quia duo ſunt ſtatuta, quod-
libet de per ſe, & vnum non venit conſecutiue, vel relatiue ad
aliud. & ideo generalis diſpoſitio non reſtringitur per ſpeciem,
quando procedit ex diuerſis legibus, vt legitur, & not.ff.de pœ.
l.ſanctio legum.per Barto.& fuit quæſtio diſputata per D. Ray-
nerium de Forliuio. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXIX.

1 *Conſilium ſapientis, ſeu ſententia lata, vel latum extra tempus limitatum an ſit ipſo iure nullum, vel nulla, vide etiam infra conſilio 172.*

In Chriſti nomine. Statuto Ciuitatis Ia-
nuæ cauetur, quod à
ſententia diffinitiua poſſit appellari, ſeu peti haberi conſilium
ſapientis, & quod probationes nouæ fieri non poſſint per in-
ſtrumenta, quam quidem quæſtionem teneatur cõſulere, ter-
minare, & diffinire ille iudex, cui fuerit dicta quæſtio commiſſa
infra dies 20. poſtquam dicta quæſtio fuerit commiſſa, & ipſam

acceptauerit,niſi exhibitum fuerit inſtr̃m,vel ſcriptura in contrarium,quo caſu 20.dies currant,&currere intelligantur à die finiti termini dictarum probationũ, & finitis dictis 20. diebus cõpellatur per magiſtratũ, & per ſindicatores ad deponẽdum ſuum conſiliũ,durante tamen inſtantia appellationis prædictæ ex forma iur.cõis,modo accidit,ꝙ dictus ſapiens, idemque iudex appellationis poſt plures menſes elapſo dicto tempore ſtatuti, tamen infra tempus proſequendæ appellationis de iure cõi conſilium ſponte tulit, & publicatum fuit: & ſecundũ formam conſilij fuit lata ſnĩa. 1 † Quæritur,an dicta ſnĩa ſit ipſo iure nulla.Et vr̃,ꝙ ſic.quia qñ aliquid eſt nullum, ſimiliter eſt nullũ quicquid ex eo ſequitur, vt C. de legi. & conſt.l. non dubium. Sed dictum conſilium fuit ipſo iure nullũ.Primo ex natura termini ſuum diſpoſitum limitantis, vt ff. de excu. tu.l. ſcire oportet.§.conſequens.& ff.de contrahen.emp.l.qui fundũ.Secũdo; quia ꝙ permittitur ad tp̃s certum.i quod habet certũ principiũ &certum finem, vr̃ poſt tp̃s eſſe prohibitum, vt ff.de lega.2.l. ſtatuliberum.§.Stichum. Tertio:quia meta temporis vr̃ eſſe de quandam forma,à qua conſultor non põt recedere,vt extra de elec.c.cum in veteri.& ideo indubitanter videtur dicendum,ꝙ poteſtas, &officium conſulendi euanuerit tempore, & quia iſtud conſilium venit ad ſnĩam per modum formæ & fundamẽti,deſtructo fundamento deſtruitur quicquid prouenit de illo, vt l.nam & ſi ſub cond. §.rũpendo.ff.de iniuſt. teſt. contrarium videtur, quod iſte terminus 20. dierum &c.non eſt appoſitus inſtantiæ:quod apparet per illa verba,durante tamen inſtantia. Item durat iuriſdictio iuriſdicentis,ergo valet ſnĩa, vt no. C. de iud.l.properandũ.in prin.per Cyn.& alios, & C. vt omnes tam ciuiles.l.i.& arg.extra de offi.deleg.c.conſuluit.conſidera:quia ſi per magiſtratum eſſet factum nouum præceptum de conſulendo,ita ꝙ eſſet ſeruata forma ſtatuti,tunc abſq; dubio ſnĩa valeret: vt ff.de arbit,l.ſi de meis.§.fin.Sed quia non fuit obſeruata forma ſtatuti,ſed ſponte conſultor poſt termini lapſum fulminauit conſilium,potius videtur dicendum ſnĩam eſſe nullã: quia conſultor non ſeruauit formam cõmiſſionis ſuæ in tempore conſulendi.Item non expectauit ſe compelli, quod eſt de ordine ſtatuti. Item coram conſultore proprie non eſt inſtantia.& ita non valet,arg. de inſtantia durante. C. de dila.l.cum à nobis.item Bar.determinat expreſſe,quod ſententia pendente commiſſione conſilij valet,& ipſe not. ff. de app.l. ad principẽ. Sed ad illud rñdeo:quia illud eſt verum,niſi conſilium requiratur pro forma ſubſtantiali ipſius ſnĩæ, quod eſt, quandocunq; ſtatutum dicit, quod iudex teneatur ſequi conſilium. & ad hoc allego eundem Bar.in eo,quod ipſe no.ff.de re iudi.l.ſi cõuenerit.Breuiter quæſtio reducitur ad hunc punctum, vtrum expectatio iudiciariæ compulſionis ſit de neceſſario ordine exhibendi conſilij poſt tempus.20.dierum:de quo in ſtatuto prędicto fit mentio.& credo,quod ſit de ſubſtantia,ar.ff.de his,qui no.infa.l.furti.§.ſi iuſſu.nam auctoritas,& mandatum ſuperioris facit quędam valere,quæ alias ſunt inualida, vt ff.de mino.l. ait prætor.§.permittitur. & ideo concludendo puto inhærendo,vt debemus,verbis ſtatuti,ꝙ dictũ conſiliũ,& ſnĩa ſubſecuta ipſo iure fuerint inualida: qa excluſus ab authoritate, & ptãte conſulendi non pot.ipſa reaſſumere ſua propria authoritate, cui tacitè renunciauit ꝑ lapſum termini,ſed debet expectare iudicis iuſſionem,ar. C. ad treb.l.non iuſtam. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXX.

1 *Subſtitutio an poſſit fieri à patre in legitima filij: & an ſubſtitutio facta in re certa habeat vim fideicommiſſi.*

In Chriſti nomine. Pater inſtituit filias in quantitatibus certis,& ita ſubſtituit per hæc verba,vulgariter,pupillariter,& per fidei commiſſum,mortuo teſtatore vna ex iſtis deceſſit in pupil. ætate. 1 † Quæritur, an ſoror ſubſtituta ſuccedat in eius legitimam. & videtur quod non: quia ſubſtitutio facta in re certa habet vim fideicõmiſſi,vt ff.ad Treb.l.cogi.§.& generaliter.ſed in legitima non põt fieri ſubſtitutio fideicommiſſaria, vt plene leg. & not.C.de inoffi.teſt ex tribus omnibus,ſi ſit ipſi filio, cui debetur legitima. Sed ſi fieret ſubſtituto pupillari ipſius,bene valeret,ſi in pupil.æta.filius moreretur,vt ff.de leg.j.l. quod fideicommiſſum. & eſt ratio; quia videtur grauatus ab impubere, qui eum potuit grauare de bonis ſuis. In contrarium videtur: quia expreſſa pupillaris poteſt fieri impuberi etiam in re certa inſtituto,vt ff.de vulg.ſubſti.l. cohæredi.§.ſi.dum tamẽ iſte ſubſtitutus in re certa non habeat alium, qui ſit impuberi vniuerſaliter ſubſtitutus:quia tunc haberetur loco legatarij: & tamen debent habere hoc legatum à cohærede vniuerſali. Solutio: quia teſtator dixit, ſubſtituo pupillariter,& pupillaris expreſſa verbis ciuilibus eſt facta,ita quod ĩ pupil.æta. nõ obliquatur. & ita eſt in caſu noſtro.Sed ſi dixiſſet ſimpliciter, ſubſtituo, eſſet fideicommiſſaria,etiam ſi adiecíſſet conditionem, ſi in pupill.æta.etiam propter regulam Dyn.in d.§.generaliter.alias ſe queretur inconueniens, quia ſi teſtator dixiſſet, ſi filius meus deceſſerit in pupil.æta. relinquo pro anima mea decem, quod debetur tota hæreditas: quod eſt contra omnem mentem teſtatoris,& contra verit.iuris,licet aliqui dicant, quod hoc non eſt abſurdum, & maximè fauore animæ. arguendo ex hoc, quod ſubſtitutio facta per verbum commune poſſit fieri legitimæ, q̃ eſt pupillaris:ſed ego non video qua lege, vel qua ratione ciuili,vel canonica hoc probetur.legitima.n. detrahit̃ vt æs alienum,vt extra de teſt.c. Rayn. & c. Raynal. & c. ſi pater. & in §. quarta. cũ ſi.& ſi teſtator dixiſſet expreſſe, ſubſtituo filio meo in legitima:non valeret ſubſtitutio,vt C. de inoffi.teſt.l.quoniã in prioribus.l.omnimodo. & l.ſancimus.Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXI.

1 *Dos,& legitima præfertur fiſco, tamen fiſcus poteſt vendere rem integram communem cum dote & legitima.*

In Chriſti nomine. Condemnatus fuit quidam ĩ mille flo.applicãdis cameræ dñi ducis,pro quibus mille flore.camera accepit inſolidum quoddam caſtrum, deinde dictum caſtrum vendidit. vxor dicti condemnati tenet dictum caſtrum, & etiam filij eius pro ſua legitima. 1 † Quæritur,quid iuris?Rñdeo,dos primo debet conſignari vxori,vt extra de pign.c.ex literis. Secundo debet legitima detrahi ex forma ſtatuti; quia condemnatio fuit criminalis, & fere exhaurit facultates, & ipſis filijs conſignari pars,quæ eis contingit. tamen eſt ſciendum, quod rõne partis fiſcus poteſt vendere totum, vt C.de alie. rerum fiſcalium cum priuato cõmu.l.j.lib. 10. tamen vxor poteſt eſſe in poſſeſſione hypothecæ ſuæ,donec ſibi fiat dotis cõſignatio,vt extra de pig. c.ex literis.ſimiliter & filij,donec fiat eis in pecunia, vel pro diuiſo conſignatio legitimæ, vt ff. de bonis dam.l. cum rõ. porro dictæ mulieres in aliam pœnam non inciderunt;quia non vidẽtur dolo contempſiſſe ducem, vel magiſtratus imperij, vt ff.de iur.om.iud.l.ſi quis id quod. præſertim quia habuerunt iuſtam cãm non relinquendi ius ſuum indiſcuſſum, vt ff.de pet.hære.l. illud.& C.ne vxor pro marito.l. ob maritorum.& no.in l.quinque legibus.ff. de bo.damna. & ita eſt dicendum de iure. Ego Baldus, Vide etiam ſupra conſi.169.

CONSILIVM CLXXII.

1 *Iudex,qui confirmauit conſilium ſapientis,an poſſit cognoſcere de eius nullitate.*

In Chriſti nomine. 1 † Statuto cauetur, ꝙ debeat ferri ſententia ſecundum conſilium ſapientis debentis conſuluiſſe infra 20. dies.modo conſultor aſſumptus dedit conſiliũ poſt terminum, & magiſtratus iudicauit ſecundum illud conſilium, nunc dicitur ſententia nulla. Quæritur,vtrum dictus magiſtratus poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ.Reſpondeo,non eſt dubium, quod de nullitate propriæ ſententiæ poteſt ordinarius cognoſcere regulariter,tam incidenter,q̃ principaliter vt Cod. quom. & quando iud.l.ſi vt proponis. niſi per appellationem nullitas eſſet deuoluta ad ſuperiorem,vt C.de accu.l.abſentem. & ff.de appel. l. ſi expreſſim. & ideo ſi tu quæris, an poſſit cognoſcere: dicendum eſt quod ſic, ſed ſi tu quæris, quid habet pronunciare,vtrum ſententiam valere,vel nullam eſſe, dicendum eſt,quod elapſo termino dandi conſilij conſiliũ reddi non potuit,vt ff.rẽ rat.hab.leg.bonor.ff. de contrah.emp.l.qui fundum.ff,de excu.tut.l.ſcire oportet.§. conſequens. & ideo cũ ex forma ſtatuti ſnĩa debeat fundari ſuper cõſilio, ſequitur de neceſſitate, quod ſi conſilium eſt nullum,ergo & ſententia, quæ ex eo ſequitur, vt ff.de iniuſt.rup.& irri.teſt.l.nam & ſi ſub conditione.§.rumpendo.& C.de legi. & conſti.l.non dubium. ſed ſi tu poneres, quod conſultor potuit conſulere,tunc non poſſet cognoſcere de nullitate,niſi forte ratione feriarum,vel non loco maiorũ,vt l.j.in princ.ff.de fer. cũ materia ſua.nã hoc non concernit conſilium vtrum ſit iuſtum vel iniuſtum, ſed contra conſilium pronunciare non poteſt: quia poteſtas eius ligata eſt ex forma ſtatuti,vt ff.de exercito.l.1.§.ſi plures.& extra de elect. c.cum in veteri. & l. Titium & Męuium. ff. de adminiſt. tutor. Ego Baldus.



CONSILIVM CLXXIII.

1 *Dos data vni ex fratribus cohabitantibus, & ſocijs omnium bonorum, an ſit reſtituenda de communi:an ſolum de parte ipſius mariti.*

In Chriſti nomine. Caſus, erant quatuor fratres hæredes patris pro indiuiſo ſic in communi exiſtentes, vnus ex ipſis accepit vxorem & dotem recepit, & etiam alia iocalia ab vxore, & inde confectum inſtrumẽtum dotale ſecundum communem vſum. demum fratres ad diuiſionem venerunt: qua facta diuiſione ex interuallo deceſſit ille, qui vxorem ceperat, & cum portio ſua non ſufficeret ad dotis reſtitutionem, nec etiam ad alia bona vxoris,vult habere regreſſum dicta mulier in bonis aliorum fratrum,dicens quod eam dotem dedit tempore, quo omnes erãt in communione bonorum: & per conſequens quamlibet particulam bonorum ſibi hypothecatam.modo quęritur,quid iuris,tam in dote,q̃ in aliis bonis. 1 †Iſta quæſtio quotidiana eſt,& veritas eſt, ꝙ ille ſolus frater tenetur vxori ſuæ reſtituere dotẽ, qui eam receperit.& ratio eſt: quia ſicut dicta dos non acquiritur fratribus eius,ſed inſolidum pertinet ad maritum,vt ff. fam. erciſ.l.ſi maritus.ita ipſe ſolus tenetur reſtituere, qui ſolus cum muliere fratres ſuos obligare non potuit.ff.pro ſoç.l. cum duobus.§.ſi fratres.&eſt expreſſum in l.licet indiuiſam,C.de decur. lib.10.dicet aliquis: pone, ꝙ iſti fratres erant ſocij omnium bonorum, nunquid hoc caſu alij fratres teneantur mulieri. & ſimiliter dico quod non:quia non contraxit cum eis,nec eos ſibi obligare voluit.nam regula iuris eſt,ꝙ vnus alium obligare non poteſt:quando gerit negotium ſuum tantum: ſicut eſt negociũ matrimonij,& dotis,vt ff.de duob.re.l. ſi id, quod ego. & quod no.ff.de mun.& hon.l.& quia originem. §. fin. Item nec mulier voluit fratres obligare,cum quibus non contraxerat.nec quaſi, vt ff.de pact. l. ſi vnus. §. ante omnia. ad hoc facit quod not.do. Dy.ff.ſol.mat.l.ſi cum dotẽ.§.tranſgrediamur.& hæç vera ſunt, niſi dos iſta conuerſa eſſet in communem vtilitatem fratrum: quia tunc tenetur communicare, ſiue conferre in reſtitutione dotis, vel per actionem pro ſocio, vel per actionẽ negotiorum geſtorum,vt ff.pro ſoc.l.ſi ſocius pro filia.quæ actio daretur mulieri vtilis tanquã pro nomine ſibi obligato per tacitã hypothecam quæ competeret contra fratres, tanquam contra debitores viri,facta excuſſione facultatum viri earum.ſ.quę ab eo poſſidebantur.C. quæ res pig.oblig.poſſ.l.nomen.licet alij dicant, quod non requiritur excuſſio:quia intentatur vtilis perſonalis, quæ cõpetebat ipſi principali debitori cõtra debitorem ſuũ.& non reperitur hoc iure cautum, ꝙ requiratur excuſſio,cum iſte agat tanquã ꝓcurator in rem ſuam nomine principaliter obligati. ſed contrariũ credo verius: quia hæc vtilis ſapit naturã hypothecariæ, & loco eius ſubrogatur, vnde puto neceſſariã cæterorum bonorum excuſſionem,de hoc ſatis no. per Cy. in d.l. nomen.concludẽdo igitur dico tam in dote q̃ in parafernalibus dictum maritum ſuos fratres nõ obligaſſe, nec ipſo iure,nec in effectu,niſi aliud probetur actum.Et ideo dictã dotem,& parafernalia rebus ſic ſe habẽtibus à dictis fratribus repeti non poſſe,de materia no.in Spec.de iud.quarta parte.§.generalia. Item generalis materia tractatur in l. Titium,&Mæuium.§.altero.de admin.tut. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXIIII.

1 *Legatum factum duabus neptibus pro ipſis maritandis,an mortua vna accreſcat dos ſua alteri nepti.*

In Chriſti nomine. Facinus vendidit Secũdino vnam domum precio quingentorum flo.deinde dictus Facinus vẽdidit dictos quingentos flor. dicto Secundino pro annuo redditu quadrag. ducat. in annos: deinde dictus Facinus veniens ad mortem teſtatus eſt hoc modo. duabus neptibus fratris mei pro ipſis maritandis 50.flor.ꝓ indiuiſo relinquo, & mihi hæredes inſtituo, in quibus mihi tenetur Secundinus.deinde vna dictarum puellarum deceſſit ante nubilem ætatem. 1 Quæritur,vtrum legataria ſuperſtes poſſit petere totam dictam quantitatem, an partem,an nihil? Et videtur, quod totam propter ius accreſcendi,vt C.de cad.tol.§.pro ſecundo.nam fuit dictis puellis relictũ coniunctim,& coniunctio parit ius accreſcendi,vt ff.de lega. 3. l.coniunctim.cum ſua materia. In contrarium videtur, quia relictum certæ perſonæ pro dote eſt relictum ob cauſam,ſicut relictum alimentorum,in quo non habet locum ius accreſcendi, vt leg.& no.ff.de vſufru.l.dominus.Item vna puella deceſſit ante nubilem ætatem, vnde deficiente cõdictione legati,legatum euanuit,vt C.de nup. l. ſancimus.in auth.de ſan. epiſ. §. ſed hoc præſenti.& no.per Bar.ff.de condi.& dem.l.Titio cẽtum.§.Titio genero.& ſic non debetur,niſi dimidia dicti legati in perſona puellæ ſuperſtitis. Sed certe imo videtur, ꝙ nihil debeatur: quia teſtator videtur legaſſe nomen falſi debitoris iam liberati nouatione contractus,vt ff.de lib.leg.l.legaui.Solutio,de parte puellæ viuẽtis non debet eſſe dubium apud peritos, ꝙ hæredes tenentur ſoluere de burſa hæreditaria: quia iſtud non eſt legatum nominis, ſed eſt quædam demonſtratio, vnde ſoluatur, vt ff.de leg.1.l.quidam teſtamẽto. vbi videtur caſus ad literam. ſed de alia dimidia an accreſcat, eſt ſatis dubitandũ. probabilius tñ vr̃ dicendũ,ꝙ accreſcat: qa nõ ſupereſt perſona q̃ facit partẽ cũ puella mortua,q̃ admittat̃ ad partẽ,vel ſi dicerem⁹, ꝙ illa verba, ꝓ ipſis maritãdis,non facerent cõditionẽ, ſed demonſtrationẽ, vt quidam tenent in d.§.Titio genero.veniret puella ſuperſtes, vt hæres præmortuæ,&ꝙ habeat locum ius accreſcendi, tenẽt expreſſe Pe.& Cy.C.de condi.inſer.l.ſi plures.in 2. q. Illud certum eſt,ꝙ dos recipit augmentum:& ideo non eſt hoc ſimile alimentis,in quibus ceſſat ius accreſcendi. & ſic non ob.d.l.dominus.§.ſi.ad hoc etiam faciunt verba teſtamenti: quia teſtator habuit intentionẽ coniungendi legatarias,ſ.verbis per appellatiuum,& complexiuum nomen: quia dixit duab. neptib. Item re:quia dixit pro indiuiſo,& ſic duplici ratione ius accreſcendi habet locum, & mors vnius impugnat legatũ alterius. hoc etiã ſuadet charitas perſonarũ, & dotis pietas, & quia quæ meliorẽ dotẽ habet,melius nubit,ita eſt credendũ de voluntate teſtatoris ꝓceſſiſſe,ar.ff.ad Treb.l.hæredes mei, §. cũ ita. vnde tam ius coniũctionis, q̃ ratio naturalis ſuadent portionẽ pupillæ, quæ prædeceſſit, accreſcere ſuperuiuenti, in cuius perſona impletur qualitas nubendi. Ego Bald.

CONSILIVM CLXXV.

1 *Ex formatione caſus ſeipſum ſummat, qualiter probetur hypotheca. & quid iuris,quando tertius teſtis diſcordat à duobus.*

2 *Scriptura non eſt modus inducenda obli.ſed eſt modus probandi.*

In Chriſti nomine Factum proponitur in hac forma.pendente lite occaſione prioritatis hypothecæ allegatur cautio ex vna priuata ſcriptura, & ſubſcripta manu debitoris: & ſubſcripta tribus teſtibus.& quia fides ſcripturæ deducebatur in dubium:capitulatum fuit,ꝙ ſcriptura ipſa, cuius tenor de verbo ad verbũ deſcriptum fuit in c. re vera fuerat ſcripta, & ſubſcripta anno die,& menſe in ea contẽtis manu propria debitoris: & ꝙ teſtes in ea ſubſcripti præſentes fuerãt dictæ ſcripturæ,& ſe tanquam teſtes ſubſcripſerunt.& prout ſic,vel aliter teſtes dixerint, probari poterit,& veritas apparebit.& ſuperinde examinatis teſtibus,duo ex ipſis depoſuerunt,ꝙ ſcriptum tenoris in c.deſcripti ipſis teſtibus oſtenſum eſt bonum, & verum: & ꝙ quod pecunia in ſcripto contenta fuit numerata. Item ꝙ ſcriptũ fuit ſcriptum, &ſubſcriptum manu ꝓpria debitoris,& ſubſcriptũ manibus ipſorũ trium teſtium anno, menſe, & die in c. contentis. Tertius vero teſtis deponit,ꝙ nõ vidit tẽpore, quo ſubſcripſit, debitorem ſcribere, nec ſubſcribere, nec numerari aliquã pecuniam, ſed ſolum audiuit ſcriptũ legi per debitorẽ. Modo ex præmiſſis quęritur,an ſit probata hypotheca bonorũ,de qua in ipſo ſcripto fit mentio.& allegatur ꝙ non. Primo nõ vi ſcripturæ: quia oportet ad hoc, vt ſcriptum ſit ſolenne, ꝙ omnes tres teſtes fuerint pręſentes, ſaltẽ ibi in ſubſcriptione debitoris, ac tertius teſtis deponit,quod nec ſcripturę, nec ſubſcriptioni fuit p̃ſens:ergo non ꝓbatur ſcriptura. Item nec vi atteſtationis illorum duorũ teſtium: quia teſtes fuerũt ꝓducti ad ꝓbandum hypothecam ex vi,& ex ſolẽnitate ſcripturę:q̃ quidem ſolennitas, vt p̃fertur non eſt ꝓbata.nõ autẽ fuerũt ꝓducti principaliter ad ꝓbationẽ hypothecę ex forma cõtractus inter partes,in p̃ſentia teſtiũ celebrati:qa tũc fuiſſet expediẽs,vt ſui dicti rationẽ p̃ſtitiſſet ꝑ actũ conueniẽtem ſenſui,de quo quęrit̃, quo caſu ꝓbarẽt.

Nec ob. ꝙ deponat ſcriptũ bonũ,& verũ: qa ſtãte, ꝙ ſcriptũre-
ſpectu ſcripturæ, quã viderũt ſcribi,& ſubſcribi, ſit bonũ, & ve-
rum, tamen de cõtentis in ipſo neſcirẽt deponere veritatẽ, nec
reddere rationem per ſenſum correſpondentem actui, de quo
1 quæritur. Modo quæritur, quid iuris. † Ad euidentiam præmit-
tendum eſt, ꝙ duo ſunt, ſ. continens. i. ſcriptura, & cõtentum. &
hoc eſt duplex. ſ. viſibile. i. figura contractus in ſcriptis redacti,
& inuiſibile: i. obligatio, & actio ex eo, & quicquid ex iuris in-
tellectu ſequitur, vt traditio, vel quaſi intellectualis. & iſta ſunt
diuerſa: quia per ſe eſt ſcriptura, per ſe cõtractus, per ſe obliga-
2 tio, & actio. † ſcriptura per ſe non eſt modus inducendæ obli-
gationis, ſed eſt modus probandi ipſam obligationem, vt ple-
ne leg. & no. ff. de actio. & obli. l. non figura. Item licet aliud ſit
continens, aliud contentum: tamen ſub continente clauditur
contentum, v. g. ſub chirographo includitur obligatio, vt ff. de-
poſ. l. Publia. §. fi. Item liberatio, vt ff. de pact. l. poſtquam. Item
traditio, vnde tradito inſtrumento videtur tradita poſſeſſio, vt
C. de donatio. l. 1. Item præmitto, ꝙ ſubſcriptio eſt vltima pars
ſcripturæ, q̃ ſua antecedentia p̃ſupponit tanq̃ vera, ſine quibus
efficax eſſe nõ poteſt. Idem dicimus in ſigillo, vnde ſubſcribens
videtur confiteri omnia vera eſſe, vt ff. de pig. l. fideiuſſor. §. pa-
ter. Item ſigillans, vt C. de reb. alie. non alien. l. 2. & ibi no. Item
ſubſcribẽs omnia approbare videt᷑, vt ff. de teſt. mili. l. tribunus.
§. vlti. vnde teſtis, qui ſubſcripſit, omnia, quæ eo loco & tẽpore
geri potuerunt, videtur aſſerere eſſe vera. ſicut dicimus in teſti-
bus, qui ſcribuntur teſtamento in ſcriptis, poſtquam ea, quæ in
ſerie teſtamenti ſcribuntur, ignorãt, non. n. oportet teſtem ex-
plicite ſcire, & memorari ea, quæ in ſcriptis geruntur, ſed ſatis
eſt, ꝙ ſcripturã ſuam recognoſcat, vt ff. de teſta. l. hęredes palam
in prin. & l. qui teſtamento. §. fi. nã ſubſcriptio eſt exitus. & con-
cluſio totius actus de quo quæritur, vt C. de fi. inſtru. l. contra-
ctus. ex his apparet, ꝙ cum ſit ꝓbata ſubſcriptio per tres teſtes,
ipſa ſubſcriptio meretur effectum ſubſcriptionis, nec ferendus
eſt teſtis, qui partẽ dicit ſe legiſſe, & partem dicit audiuiſſe: tum
quia non eſt vis, ex quo debuit audiuiſſe, & vidiſſe: tum quia de
ſubſtantia non eſt aliud, q̃ ſubſcriptio, & ſingularis teſtis pro-
bat ſubſcriptionem ſuam cum vno alio tantum conteſte: quia
ꝙ ſolẽnitas trium teſtium interfuerit, poteſt probari per duos:
quia veriſimiliter lux veritatis aſſiſtit, vt leg. & nõ. in l. 2. C. de ſe-
cun. tab. & no. in l. 1. C. de teſt. & l. 1. §. fi. ff. quemad. teſt. ape. Ex
his ſequitur etiam alia concluſio: nam probata ſubſcriptione
ipſa ſuſcriptio probat cætera, quæ continentur in chirographo
ſubſcripto, ſaltem per modum confeſſionis: quia tota eſt vna
ſcriptura, & tendit ad vnum finem poſtremum, vt ff. de tranſ. l.
non eſt ferendus. licet ergo alia ſit ſolennitas chartæ, ſiue chi-
rographi, alia cõtractus, ſiue negocij, vt no. ff. de eden. l. 1. §. edi-
tiones. tamen connexa ſunt, & præſumitur vtrunque verum, ex
quo reperitur ſcriptum: & non ſolum præſumitur verũ, ſed ſo-
lenne, vt no. ff. de pac. l. iuriſgentium. §. ꝙ fere. & ff. de verb. obl.
l. ſciendum. Item ex quo obligatio eſt vera & hypotheca præ-
ſumitur vera, vt no. C. de falſis. l. ſatis aperte & præſertim quia
de conſuetudine apponitur hypotheca. ergo &c. vt ff. de edil.
l. quæritur. §. ſi venditor. Item certe non ob ꝙ dicitur, ꝙ teſtes
non fuerunt iurati ſuper hypotheca. nam cum fuerint interro-
gati ſuper veritate cauſæ. i. chirographi, etiam ſuper hypotheca
examinari potuerũt, vt expreſſe no. ff. de iudi. l. ſi quis intentio-
ne. & econuerſo, ſi principalis eſt quæſtio de hypotheca, poſ-
ſunt examinari ſuper obligatione principali, per quam deueni-
tur ad hypothecariam: quia iſta ſunt inuicem connexa, & ori-
tur vnum ex altero. Item iuramẽtum recipit interpretationem
extenſiuam neceſſariam. Item qui iurat vnum, poteſt examina-
ri ſuper eo, & ſuper appenditiis, vt expreſſe not. C. qui legi. per-
ſo. l. momentariæ. & extra de probat. c. licet cauſam. Item (vt di-
xi) iuramentum implicite reſoluitur explicite in omnes articu-
los, qui ſub illo implicito poſſunt dinumerari, vt C. de pręſc. 30.
ann. l. omnes. in prin. ff. de leg. 3. l. ſi chorus. ff. de ſerui. vrb. præd.
l. ſi ſeruitus. ff. qui, & à quib. l. ſi optio. ff. de legat. 2. l. Mæuius. §.
duob. Quare tum propter generalitatem, tum propter cõiun-
ctionem cauſæ, tum ex natura continentis, & contenti, tum ex
eo, quod ita aſſuetum eſt fieri: dico, ꝙ probata ſubſcriptione,
vt eſt probata, eſſet probatum ſufficienter omne, ꝙ in ſubſcri-
ptionibus eſt contentum. & id habetur pro viua voce, ꝙ in ſub-
ſcriptione continetur, vt C. de non nume. pec. l. generaliter. &
extra de prob. c. per tuas. nec poteſt teſtis reſilire, ex quo confi-
tetur ſubſcriptum propria manu factũ, vt ff. de fal. l. 1. & l. filius.
§. 1. & C. de non nu. pec. auth. contra qui propriã. & ſi ex tribus
teſtis vnus variat à duobus, creditur duobus, & ſubſcriptioni
trium, & viuæ voci duorum, quam vacillationi vnius teſtis: quia
vox vnius ſcripturæ ſuæ contrariæ eſt vox nullius, etiam quo ad
ſimplicem præſumptionem, vt C. de teſti. l. iuſiurandi. & extra
de teſti. c. in nomine domini. Itẽm ex quo duo probant de veri-
tate hypothecæ, non ſumus in materia authẽ. ſi quis vult caute
deponere. ſed ſumus in materia probationis viuæ vocis, per quã
in dubio probatur hypotheca, & eius prælatio, ſi duo teſtes de-
ponunt de hypotheca de tempore de quo ſubſcribentes intel-
liguntur deponere, ſecundum tunc tẽporis, quo ſubſcripſerũt,
vt no. Inn. extra de prob. c. quoniam contra falſam. Non obſt. ſi
allegatur, ꝙ non reddũt cauſam dicti ſui ſuper hypotheca: quia
imo reddunt, nã cauſa eſt: quia ita continetur in inſtrumento,
vt ff. de fideiu. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. 1. De primo igitur
ad vltimum concludendo conſtat eſſe probatam hypothecam
cum tẽpore & prælatione, & ideo iudicandum eſt ꝓ dicto exci-
piente prætendente dictæ hypothecę prioritatẽ: quia qui prior
eſt tẽpore in perſonali, & hypothecaria, potior eſt in iure, vt in
reg. qui prior. nam duo ſunt fundamenta hypothecariæ, debi-
tum, & hypotheca: & vnum eſt fundamentum prælationis, ſ.
tempus, vt ff. de proba. l. ante omnia. & C. qui po. in pig. hab. l.
aſſiduis. cum ſua materia. Ego Baldus.

### CONSILIVM CLXXVI.

1 *Mulier, quæ aufugit à viro, an & quando poteſt petere cautionem præſta-ri ab eo: & an interim ali debeat, & nu. 4. & 5.*
2 *Quæ ſint iuſtæ cauſæ, ex quibus iudex poteſt arbitrari, an ſint dandi fide-iuſſores, vel ne.*
3 *Semel inimicus an præſumatur ſemper inimicus.*

In Chriſti nomine. Cæcilia receſſit à Fran-
ciſco eius viro, & libe-
ris ex eo ſuſceptis: & ſtetit extra domum pluribus annis: vult ad
virum reuerti, dum tamen vir præſtet ei bonam ſecuritatem de
1 non faciendo ei malum. † Quæritur, an, & qualis ſecuritas ſit
præſtanda, & videtur ꝙ non ſit pręſtanda, quia aut receſſit abſ-
que culpa ipſius mulieris, & rationabiliter non debet timere:
quia qui fidem innocentiæ gerit, maximam habet ſecuritatem,
vt C. de iniu. l. ſi non conuicij. aut cum culpa ſua, & tunc ini-
quum eſſet, ꝙ vir aſtringeretur ad onus cautionis propter cul-
pam vxoris. Item iniquũ eſſet, ꝙ culpa ſua eſſet ſibi proficua, vt
ff. de neg. geſt. l. ſiue hæreditaria. Item vir debet, & poteſt corri-
gere vxorem ſuã correctione cõpetenti, vt l. 1. C. de emendatio-
ne ꝓpinquorum. nec poteſt cõpelli ad cauendum de non cor-
rigendo malos mores ipſius, & ſi expreſſe hoc promitteret, non
valeret promiſſio: quia eſſet contra bonos mores, & daret vxori
2 materiam delinquendi, arg. ff. de verb. obli. l. ſi plagij. † Solutio:
leges & canones dicunt, ꝙ cautio eſt præſtanda, ſi iuſta ſubeſſet
cauſa timoris, intellige ſi iuſta. i. ſi legitima vel veriſimilis, iſtud
enim eſt iuſte timere, ꝙ etiam conſtãtes timent. vt ff. ꝙ me. cau.
l. metum. non vani timoris, quod totum arbitrio iudicis com-
mittitur inſpecta qualitate perſonarum, & cauſis ſuſpicionis,
vt no. in l. 1. §. idem ait. ff. de ripa munienda. Iudex ergo debet
interrogare mulierem, quæ timet, quare timeat, vt cauſas, qui-
bus ſtrangulatur nominatim exponat. ar. l. 1. C. de præd. curia. li.
10. poſſunt enim plura occurrere, nam interdum occurrit ſæui-
tia viri, vt ff. ſo. ma. l. ſi cum dotem. §. ſi autem in ſæuiſſimo. & iſta
ſæuitia poteſt eſſe ſecudũ plus, & minus, ſicut ſpecies furoris.
Item poteſt eſſe ꝓpter malam conſuetudinem viri: quia con-
ſueuit eam male tractare, de quo ſtatur famæ vicinorum, arg. ff.
de quæſt. l. de minore. §. tormenta. l. non omnes. & raro corri-
gitur quod tranſiuit in cõſuetudinem, vt l. non omnes. §. à bar-
baris. ff. de re mil. aliquando hoc contingit: quia vir eſt Zeloti-
pus, & vane ſuſpicatur: tamẽ vxorẽ flagellat, ſed quicquid ſit bo-
nus vir varie ex perſonis, cauſiſq; cõſtituet, arg. ff. de rei ven. l. in
fundo. & illã medelã adhibebit, quæ poſſit veriſimiliter hunc
morbum ſanare, vt extra de reſti. ſpo. c. ex trãſmiſſa. & c. literas.
§. fi. & in auth. de mo. §. ſi vero intra terminum. col. 1. vnde hoc
eſt ſatis arbitrarium, vt no. Gul. de Cu. generaliter in materia i-
ſtarum cautionum de non offendendo in l. illicitas. ff. de offic.
præſi. facit C. de his qui ad eccle. confug. l. denunciamus, & l.
præſenti. §. fi. Et ſi iudici videtur, quod ſufficiat iuratoria cau-
tio cum



tio cum appoſitione pœnæ, non debet compelli vir ſatiſdare
fideiuſſoribus: quia graue eſt inuenire fideiuſſores, vt leg. & no.
in l. 2. §. ſi dubitet. ff. de iu. & maxime inter vir. & vx. qui male ſe-
cum viuunt, ne maioris odij materia oriatur. C. ne fi. do. den. l. 1.
& 2. & C. de fur. l. manifeſtiſſimi. §. fi. Si autem rei qualitas fide-
iuſſores deſiderat, & vir ſatiſdare poteſt, tenetur fideiuſſorem
dare: ſed ſi iurat ſe fideiuſſorem dare non poſſe, ſtabit, vt ſ. iura-
toriæ cautioni, vt no. in l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. Item ſi vir eſt ho-
mo diſcretus & emendatæ vitæ, credo eius iuramẽtum ſuffice-
re. arg. illius no. gl. quæ eſt in l. 1. ſuperius allegata. nam cautio-
nes, quæ non interponuntur ex edicto prætoris, ſed extra ordi-
nem ex variis figuris cauſarum, earum qualitas, & cauendi mo-
dus committunt᷑ arbitrio iudicis, vt C. de indi. vidui. auth. cui
relictum. Et ſecundum prædicta intelligo gloſſas iuris canonici
prudentiſſime allegatas per alios conſulentes. 17. quæſt. 4. c. G.
vxor fecit. & facit. ff. de in integr. reſti. l. omnes. vbi inquiritur
3 cauſarum iuſtitia, & veritas. † Sciendum eſt tamen, ꝙ inimi-
citia grauis præſumitur continuata. & non depoſita, præſumi-
tur enim ex præterito in præſenti in his, quæ habent radicem
odij capitalis. vnde ſemel inimicus ſemper præſumitur inimi-
cus, niſi probetur recõciliatio, vt l. 3. ff. de adim. leg. & ff. de arbi.
l. licet & extra de accu. c. cum P. Mantonella. C. fam. erciſc. l. in
omnes. C. de inof. teſta. l. omnimodo. ſed inimicitiæ ortæ ex le-
uibus cauſis non præſumuntur durare, quia non habent origi-
nem, nec fundamentũ: cum proceſſerint ex animi leuitate, vt l.
1. C. ſi quis impera. maledi. & non ſint magni põderis. nam hoc
dictat diſcretio naturalis, quæ præſumitur ineſſe cuilibet homi
ni: alias homo non eſſet homo, ſed quædam beſtia: vt dicit glo.
in auth. de mon. in prin. ſuper verbo dicentem. nam inimicitiæ
prouenientes ex animi leuitate ſunt potius quidam impetus a-
nimi momentaneus, q̃ duratiuus: quia rationabiliter nõ debet
durare: & homo ex ꝓprio eſſe eſt animal rationale. & ideo de
modica inimicitia leges non curant, vt in legibus ſuperius alle.
hoc dico pro tanto: quia ſi mulier in corpus ſuum deliquiſſet,
iſta eſſet inimicitia capitalis, radicalis, & duratiua, vt ff. de leg. 2.
l. codicillis. §. pœnam. ex hac cauſa cõtrahitur indignatio vehe-
mens, & odium plus q̃ capitale, & magis afflictiuum, q̃ mors fi-
liorũ, vt dicit ibi litera, & Iac. de Are. ſi autem ex moribus mul-
tum remotis à complexu, non eſſet inimicitia capitalis, tamen
mali mores eſſent corrigendi, arg. in l. 1. C. de ſecund. nup. & fa-
cit quod no. in cap. tua nos. extra, de ſponſ. per Bern. & ſi mulier
dicat, quod fuit verberata ſemel in 10. anno. iſta non fuit ſęui-
tia, ſed correctio, vt no. 7. quæſt. 1. c. ſicut alterius. & 23. quæſt. 1.
duo iſta. ſicut etiam prudenter allegauit alius conſulens, imo
certe ſapiens vir debet dietim malos mores corrigere, ne tranſ-
eant in conſuetudinẽ delinquẽdi. porro vix tollitur vitiũ, quod
conſuetudine radicatur, vnde ſcribitur: Principiis obſta, ſero
medicina paratur &c. & dicit Ariſto. in œconomicis, quod vxor
ſemper debet eſſe ſub timore, & reuerentia viri, hoc igitur dixi
4 de cautione & de qualitate eius. † Sed quæritur quid de dote,
& fructibus dotis: ecce, quod mulier non confidit reuerti ad vi-
rum: quia nouit eius capitale odium, & naturam eius ſine miſe-
ricordia eſſe, nã ſæpe natura miniſtrat animi vitia, vt ff. ad Ma-
ced. l. 1. in prin. Et breuiter quo ad fructus dotis ſic conſideran-
dum eſt, quod vir debet ſuſtinere onera matrimonij, quæ one-
ra competunt viro, vt C. de iure do. l. pro oneribus, & econuer-
ſo vxor debet ſubire onera, quæ competunt vxori, vt in ca. vlti.
extra de conuer. infide. C. qui po. in pig. hab. l. aſſiduis. & etiam
ſi vxor commiſiſſet adulterium debet ali à viro ex fructibus do-
tis, donec condemnata ſit, vt l. rei iudicatæ. ff. ſ. ſol. ma. & arg. ff.
de inoff. teſt. l. ſi inſtituta. Sed poſtq̃ eſt condemnata, tanquam
depoſita non debet percipere fructus, nec alimenta, indigna eſt
enim per ſententiam declarata. arg. extra de dolo, & cõtu. c. ve-
ritatis. tamen ad vnum eſt aduertendum, quod ipſa debet o-
perari viro in operibus obſequialibus, & familiaribus, vt no. in
l. ſicut. ff. de ope. lib. vnde ſi propter culpam ſuam eſt extra do-
mum viri, ſicut non laborat, ita non manducet. dico, ꝙ operari
debet, vel per eam non ſtare: dicitur autem per eam ſtare, ſi cau-
ſam dedit edicto, ſicut ſcribitur de Calfurnia, vt l. illa. ff. de po-
ſtulã. ſi autem culpa cœpit à marito, dicitur ſtare per maritum.
arg. C. de ſer. fug. l. quicunque. §. Item dicitur ſtare per mari-
tum, ſi in eo ſæuitia deprehenditur ſine cauſa: nec vult ſatiſda-
re, quinimmo idem ſi non poteſt inuenire fideiuſſorem. nam
ſibi imputet: qa ſe poſuit in neceſſitate. arg. C. de ſec. nup. l. hac
edictali, & ꝙ no. in l. 1. in fi. C. de na. lib. In vidua aũt, qa ſoluta eſt
à lege operarũ, & à lege viri, vt ait Apoſtolus, dicimus, ꝙ debet
ali de dote ſua, vt no. C. de rei vx. act. l. rem in præſenti. §. exactio.
& ff. de ven. in poſſ. mitt. l. curator. Concludamus igitur in om-
nibus ſupradictis ſic breuiter. nã ſi quærat᷑, an vir ſimplici cau-
tione teneatur cauere, dicendum quod ſic, ſed ſi quæratur, an
cum fideiuſſore, dicendũ eſt, quod non, niſi ex qualitate facto-
rum iudex aliter duxerit arbitrandum, vt dixi ſuperius. & hoc
dictat æquitas, nam cauendo ſimplici cautione non læditur:
quia in poteſtate ſua eſt ſeruare promiſſa, & alteri prodeſt. ff.
de aqua plu. arcen. l. 2. §. item Varus. ſed fideiuſſorem dare dif-
5 ficile eſt, & extra naturam matrimonij. † De fructibus autem
dotis an debeat ali, talis eſt concluſio, quod manente matrimo-
nio in ſuo ſtatu, ali debet, quatenus patiuntur vires dotis, par-
tiendo fructus inter ſe, & virum ſolum. onus autem alendi libe-
ros non competit᷑ vxori: quia mater non tenetur alere filium
legitimum poſt terminum ſuppetentibus viri facultatibus. ff.
famil. erciſcund. l. ſi maritus. perſuadeo igitur, quod reconcili-
entur inuicem bona gratia, & omnia ſint ſuppoſita, vt no. ff. de
his qui no. infam. l. furti. §. pactus. & ſi dicta mulier competenti
cautione recepta arbitrio boni viri nolit reuerti, facit ſe ab ali-
mentorum beneficio alienam, argum. ff. de fideic. l. ſi legatario.
§. 1. Ego Baldus.

### CONSILIVM CLXXVII.

1 *Præbenda non ſpectans ad collationem, prouiſionem, vel aliam diſpoſitio-nem epiſcopi communiter, vel diuiſim vigente conſuetud. &c. non com-prehenditur ſub reſcripto Papæ reſcribentis &c.*
2 *Clauſula derogatoria an deroget conſuetudini.*
3 *Filius an poſſit detrahere legitimam in vna re.*
4 *Arbitrium, licet detur liberum alicui, intelligitur æquitate ſeruata.*

In Chriſti nomine. In Eccleſia Regina eſt
ſtatutum rationabile, ꝙ
antiquior canonicus reſidentiam faciens, & in ſacris exiſtens
præbendam vacantem valeat acceptare. & hoc ſtatuto vigente
quidam impetrauit canonicatum dictæ Eccleſiæ præbendam,
ſi qua vero tunc vacabat, vel cum vacauerit, de mandato Papæ
executor ſibi reſeruauit, inhibens epiſcopo, & capitulo, vel ad
quos ipſa præbendarũ collatio, prouiſio, præſentatio, ſeu quæ-
uis alia diſpoſitio pertinet communiter, vel diuiſim, ne de dicta
1 præbenda diſponere quouis modo præſumant. † Quæritur v-
trũ ex iſtis literis p̃iudicetur antiquiori canonico, quo minus va-
leat optare p̃bendã iuxta ſtatutũ eccleſiæ p̃libatum & cõſuetu-
dinem vigentẽ in dicta Eccleſia ad executionẽ dicti ſtatuti. & vr̃
p̃iudicari: quia antiquiori canonico non competit ius aliunde,
niſi ex ſtatuto, vel conſuetudine. ſed huic ſtatuto, & conſuetu-
dini eſt derogatum tum per reſeruationem, tum per clauſulam
derogatoriã non ob. nam illa conſuetudo non videt᷑ habere lo-
2 cũ in p̃bendis reſeruatis de mãdato Papę. † Itẽ qa clauſula dero-
gatoria derogat cõſuetudini: nec oportet, ꝙ Papa faciat mẽtio-
nẽ de forma cõſuetudinis, ſed de cõſuetudine in genere. nã Pa-
pa nõ poteſt formaliter ſcire verba ſtatuti, vel cõſuetudinis. hoc
totum ꝓbatur in c. licet Romanus. de conſti. lib. 6. & in c. fin. de
cõſuet. eo. lib. Contrariũ mihi videt᷑, quia Papa non ſcribit, niſi
de p̃bendis ſpectãtibus collationẽ, vel ꝓuiſionẽ, ſed iſta p̃bẽda
non ſpectat ad collationẽ, vel ꝓuiſionẽ, vel aliã diſpoſitionem
epiſcopi, vel capituli cõmuniter, vel diuiſim: qa ipſi ꝓuidere nõ
poſſunt de ea obſtante dicta conſuetudine, quæ ligat manus i-
pſorum: ita ꝙ collatio, prouiſio, vel diſpoſitio non eſt eis aper-
ta, vnde cum caſus iſte non ſit literis cõprehenſus, gratia Papæ
nõ tãgit hunc caſum, vt in c. ſuſceptũ. de reſcr. & arg. ff. de lib. &
poſth. l. commodiſſime. & ff. ſol. mat. l. ſi cum dotẽ. in prin. & ff.
de leg. 3. l. hoc legatum. & l. nuper. ff. de vino leg. l. fi. §. cui dulcia
ff. de pe. leg. l. nam ꝙ liquidæ. §. ſi quis penus. & in c. 1. de pręben
in cle. Illa enim verba ad collationem &c. declarant intentio-
nem Papæ in præcedentibus hanc fuiſſe, vt ſolum loquantur
de beneficiis ad collationem &c. quia ſpecies enumeratæ poſt
genus habent reſtringere ipſum, vt ff. de verbor. ſignifica. l. cum
fundum. & pleniſſime not. in l. quæſitum. §. vlti. ff. de fun. inſt.
facit. C. fam. erciſc. l. quoties, & ff. de leg. 2. l. legatorum. §. qui
3 plures. ff. de hæred. inſti. l. qui non militabat. §. Lucio. † Nota,
ꝙ æquiparo filium domino, vt ff. de lib. & poſth. l. in ſuis. & ideo
ſicut dominus poteſt detrahere omne, ꝙ ſibi debet᷑ de peculio
in vna

in vna re,ita & filius poteſt detrahere legitimam in vna re alteri
non legata:cum legitima conſiſtit in genere, vel quantitate, de
hoc no.in l.ſi peculium.§.1.ff.de pecu.leg.in verbo pro rata. nā
4 ſolus text.facit in contrarium. † & no. iſtam æquiparationem,
licet detur alicui liberum arbitrium,intelligitur tamen æquita
te ſeruata:& ideo ſi media via eſt æqua, & extrema ſunt vitioſa,
media via debet ſeruari,vt no.in l.cum certum.in vlt.gl.ff.de vi-
no leg.Itē ſi arbitri tenentur concordare,inutilis diſcordia non
impedit,quin poſſint,& debeant concordare,ad ꝙ debent co-
gi,vel condemnabuntur ad intereſſe, vt ff.de opt.lega.l.ſeruo.
generaliter rerum dinumeratio inducit pluralitatem, vt ff. de
pec.leg.l.ſi peculium.§.plane.& facit ad quæſtionem, ꝙ in do-
natione ſingulorum bonorum attendantur res ſingulæ, non
coaceruatę,quo ad inſinuationem nihil poteſt creſcere, vel de-
creſcere contra ipſius rei naturam,ſeu definitionem: vt d.l.ſi pe
culium.§.1.Ideo Romanum Imperium non poteſt creſcere,vel
decreſcere quo ad iuris diſpoſitionem:ſpecies derogat generi,
niſi eius declaratio conſiſtat in eadem ſpe. vt ff.de leg.1.l. ſi do-
minus Sticho.quia non videtur de intentione diſponentis, vel
ſub genere complecti,ꝙ eſt ſpecialiter,& pręciſe determinatū,
ff.de optio.leg.l.cum ita.§.quæſitum. ff.de fun. inſtr.l. cum de
lanionis.§.cui ſpes.tamen inutilis non videtur detracta de ge-
nere,vt ff.de aur.& arg.leg.l.medico.§.mulier. niſi ſit detracta
per eum, in quem conferebatur generalis diſpoſitio, vt ff.de
pecu.lega.l.cum dominus. §.filius. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXVIII.

1 *Inquiſitio an vitietur,ſi aliqua ſint in ea non vera, & aliqua vera: & an ſit nulla propter incertitudinem loci.*
2 *Credibile eſt iudici,quod populus credit.*
3 *Solum probare tenetur ille,qui intentat, alias ſuccumbet.*
4 *Statutum quod poteſtas teneatur de delicto familiæ,ſi familia committat furtum in villa ſancti Marci, & ita fuit probatum, tamen erant duæ villæ eiuſdem nominis, & non erat probatum in qua, an poteſtas teneatur.*

In Chriſti nomine. Præſuppoſito ſtatuto
de inquiſitionibus fiē-
dis,prælertim de delictis clādeſtinis,vt de incendiis nocturnis,
& quibuſdā diurnis,præſupponit,non tamen cōceditur,ꝙ po-
teſtas loci inquiſiuit contra quoſdā contra quos tunc non præ-
cedebat infamia,nec clamoſa inſinuatio inquiſitoris aures prō-
mouebat:tandem capellanus villæ, ſiue ſindicus denunciauit
eoſdē de maleficio antedicto: poſtmodū vero dicti inquiſiti fue
runt abſoluti tanq̄ innocentes: agitur contra dictū inquiſitorē
de dolo, & culpa, & petit puniri criminaliter & ciuiliter de in-
1 iuria & intereſſe.† Quærit quid iuris? Reſpōdeo,in inquiſitore
nō præſumitur dolus,quādo tenetur inquirere,nam officij ne-
ceſſitas eum excuſat,vt pleniſſime no.ff.de his,qui no.infam.l.
athletas.§.calumniator.nec videtur perperam proceſſiſſe, qui
per ſequentiā coadiuuantur, vt C. de iud. l. rem non nouam.§.
fi.nam animi ſui motus cōcurrit cū pluribus, & inquiſitor nihil
aſſerit ipſe,ſed fama publica, quam ſufficit verificare quoad ex-
2 cuſandum, ſed non quoad condemnandum.† credibile enim
iudici,quod populus credit,vt in c.qualiter,& quando.de accu.
in c.licet Heli.de ſimo.arg.C.ad Macedo.l.Zenodorus.& ff.eo.
l.4.ff.de acqui.hære.l.cum quidam. & quod dicitur. nec obſt.ſi
dicatur,ꝙ iudex falſum aſſeruit, ſcilicet famam publicam præ-
ceſſiſſe,& non præceſſit, nam iſta negatiua, ꝙ non præceſſe-
rit,non eſt probata:& cum ex negatiua ſurgit delictum, opor-
tet ipſam probari, vt not. Inn.extra de accuſ. c. ſuper his. & Cy.
C.de iure emphy.l.2.Item & ſi infamia non p̄ceſſerit in iudicio:
tamen potuit p̄cedere extra iudicium: licet infamia ad aures iu-
dicis non deducta,non ſit promotoria inquiſitionis. Præterea
ex poſt facto verificatur,quod à priui.prædicatur, & inſpici de-
bet tempus rei iudicandæ, vtrum quis ſit de calumnia punien-
dus,vel non,vt ff.ad Tur.l.1.§.calumniatoribus. Item ciuilis,&
criminalis actio non poſſunt cumulari, niſi forte quis dicat, ꝙ
illa regula fallit in extraordinario ſindicando officiales,vbi non
eſt curandum de iuris apicibus, ſed ſola inſpecta veritate, vt ꝓ-
cedatur,& expediat cauſa breuiſſimo tēpore,& ex non ſcripto,
vt no.Inn.in c.1.de offi.iudi.Solutio,niſi probetur dolus, debet
ſequi abſolutio: quia ad probandum dolum non ſufficiunt hoc
caſu coniecturæ:nam coniectura, quę eſt pro iudice,maior eſt,
q̄ coniectura quæ eſt contra eum: & quia iudex eſt compulſus,
& ideo non conſumitur dolus,vt l.3.ff.quod fal. tu. auct. dolum
autem iudicis probare non difficilimum eſt: cum ad excuſatio-
nem iudicis plurima concurrant: inter quæ potiſ. eum habere
manus mundas,vt in auth.vt iudices ſine quoquo ſuf.§.neceſſi-
tatem. odium etiam non præſumitur: quia omnia odia contra
3 naturam pugnant,vt ff.de iuſt.& iu.l.vt vim.† Illud non omitto,
qui tentat dolum, aſtringitur ad probandum dolum: & debet
ſuccumbere ſi non probat ipſum. ꝙ probo tali ratione: quia do
lus eſt ſpecies culpæ, nam prædicatur de dolo, & de non dolo,
& ille qui aſtringit ſe ad ſpeciem, debet eam ꝓbare, non genus,
vt l.igitur.ff.de lib.cauſa.dicit etiā,ꝙ omnis dolus eſt culpa, ſed
non cōuertitur.Itē ſcias,ꝙ inquiſitio generalis ſimilis eſt actio-
ni negociorum geſtorum, quæ proponitur contra geſtorem
negociorum alicuius domini. vnde reſpublica videtur offerre
libellum generalem, tam criminalem,quam ciuilem pro ſe, &
ſubditis ſuis.& in libello generali non eſt neceſſaria ſpecificatio
ſingulorum,nec coarctatio loci,& temporis:quia ſi non neceſ-
ſaria ſpecies,ergo nec indiuidua ſpeciei.ſi tn̄ indiuidua eſſēt de-
ducta in forma differētię,oporteret ea probari.vt no.C.de iud.
l.licet.& l.ſi cum ibi.Ex his apparet,ꝙ in ſindicatibus officialiū,
qui vocantur digeſtio officij: quia tunc officialis digerit, quod
antea deglutiuit, ſufficit libellus inquiſitionis generalis de ge-
neribus ſingulorum, ſi poſtea ſequatur, probatur ſpecialis de
ſingulis generum: & præſertim ſi in inquiſitione ponātur quę-
dam capitula ſpecialia. Caſus eſt expreſſus de dolo, & contu-
macia,veritatis.n.verbo aliiſque criminibus vidi dubitari,quā-
4 do eram puer in ſcholis. † Dicit ſtatutum,quod poteſtas tenea-
tur ex delicto familiæ:modo familia poteſtatis fecit furtum in
villa S.Marci:& ita fuit probatum, tamen erant duæ villæ eiuſ-
dem nominis, & non erat probatum in quo, conſilio Bart. fuit
poteſtas abſolutus propter incertitudinem loci. & forte male,
quia in generali libello ſufficit probatio generalis,quę diſtincta
per ſpecies non habet plus operari in vna ſpecie, quàm in alte-
ra,arg.ff.de acqui.hære.l.qui ſi dubitet. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXIX.

1 *Mater tenetur filios inſtituere, nec poteſt eos legitima priuare.nec ad hoc aliquid operatur clauſula codicillaris.*
2 *Præteritio matris olim & hodie, an valeat.*

1 In Chriſti nomine. † Quædam domina Ca
therina condidit teſta-
mentum,in quo filios præteriit, matremq; & ſuam do. Richa-
donam ſibi in dicto teſtamento hæredē vniuerſalē inſtituit per
hæc verba,in omnibus aūt aliis bonis ſuis & reb⁹ mobilibus &
immobilibus,præſentibus atque futuris,iuribus & nominibus
debitorum, & maxime ac ſpecialiter in bonis ſuis parafernali-
bus, veſtibus, pannis, & denariis conuertendis in veſtibus ad
ſuum portare,& per eam ad maritum portatis,& quæ ſibi quo-
cunque modo,& cauſa debentur: & hæc omnia vltra dotem ad
maritū portatā,inſtituit ſibi hæredē vniuerſalem do.Richado-
nam matrem ſuam,& relictam quondam do.Franc.&c. Et ap-
poſuit dicta teſtatrix in dicto teſtamento clauſulā codicillarem
in forma quæ ſequitur, videlicet. Hanc autē ſuam voluntatem
aſſerit dicta teſtatrix eſſe velle, quam valere voluit, & iuſſit, ac
vult valere debere iure teſtamenti nuncupatiui: & ſi iure teſta-
menti nuncupatiui non valeret,vult, quod valeat, & teneat iu-
re codicillorum: & ſi iure codicillorum valere non poſſet,
vult, quod valeat & teneat iure cuiuſlibet vltimæ voluntatis,
& omni modo, via, iure & forma, quibus melius poteſt, &c.
2 Modo quæritur, quid iuris de teſtamento prædicto? † Scien-
dum eſt,ꝙ præteritio matris habetur pro exhæredatione: & o-
lim valebat teſtamētum matris prætereūtis filium: ſed erat ne-
ceſſaria querela,vt inſtitu.de inoffic. teſta.§. mater. & probata
reſcindebāt oīa legata,& fideicōmiſſa,& etiā reſcindebāt clau-
ſula codicillaris p̄ q̄cūq; verba facta tanq̄ facta à demēte,vt ff.de
inof.teſt.l.Titia.hodie aūt ſecundū ius nouiſſimū auctenticorū
teſtm̄,in quo mater p̄terijt filiū ſine cā,eſt ipſo iure nullū,vt ple
niſſime no.in auth.de hęr.& fal.§.exhęredatos.& p̄ Dy.in l.Gal-
lus.in magna diſti. vn̄ abſq; dubio teſtm̄, de quo q̄ritur, quoad
inſtitutionē hęredis eſt ipſo iure nullū.Et ideo dicta mater à ſua
filia inſtituta hæres vniuerſalis nō eſt hæres vniuerſalis, ſed filij
teſtatricis ab inteſtato,ſed dubiū eſt,an filij teſtatricis teneāt re-
ſtituere hæreditatē auiæ ſuæ?& oritur dubiū ꝓpter clauſulā co-
dicillarē.& in hoc ſunt duę opiniones maiorū noſtrorum. Nam
gloſſ.ordin.in authentic. ex cauſa.C.de libe.præter.vel exhære.
tenet,



tenet,ꝙ dicta clauſula nihil valet, ſi hæredis inſtitutio eſt nulla
ex cauſa præteritionis,vel exhæredationis,quia iudicium teſta-
toris eſt iniuſtum?ſed vbi eſſet inſtitutio inualida propter defe-
ctum alterius ſolennitatis,tūc bene valeret dicta clauſula. & in
hoc ſe firmat gl. dictæ auth. ex cauſa. & ita tenebāt omnes anti-
qui doct.& aduocati.& Mod.hoc tenet Gul. de Cu.in l. vlti. de
codic.licet dominus Dy.tenet contrariū, videlicet ꝙ poſſit pe-
ti reſtitutio hęreditatis ex cauſa fideicōmiſſi,vt plene refert Cy.
in d.auth.de hoc no.in l.2.ff.de leg.3.Nec obſt.l. Titia. ſuperius
alleg.quia illa l.eſt correcta quo ad legata, & fideicommiſſa et-
iam vtilia,vt ff.ad Treb.l.ita tamen.§.quoties.per Dyn.& alios.
& hoc apparet ex eo:quia ratio d.l. Titia. eſt correcta,videlicet
illa ratio,ꝙ teſtm̄ fingat factū à demēte, & correcta ratione le-
gis: eſt correcta legis ſubſtantia.hanc opin. tenet Bart. & mul-
ti moderni.& ideo iſta quæſtio eſt multum dubia. Ego conſide-
ro,quod tacita exhæredatio matris eſt vitioſa, & contra æqui-
tatem naturalem, & ideo ꝙ vna via eſt denegatum, non debet
alia via concedi. Item dico,quod nullo iure cauetur, ꝙ illa l.ſit
correcta in ſuo caſu,& legum correctio eſt vitanda.Non obſt.§.
aliud quoque capitulum.in auth.vt cum de appel. cog. quia ibi
loquitur in aliis capitulis teſtamēti, non in capitulo inſtitutio-
nis transferendæ in fideicōmiſſum vtile per codicillarem clau-
ſulam. Item quia illa clauſula eſt interpretata à gloſatoribus,
quando eſt defectus extrinſecæ ſolennitatis, puta teſtium: vel
quando ex teſtamento non aditur hęreditas ex alia cauſa,quam
ex præteritionis,vel exhęredationis cauſa.nam cum dicta inſti-
tutio fuerit odioſa,non eſt interpretatione iuuanda, quancun-
que opinionem teneas, habes multos patrocinantes viros exi-
mios. Sed ſi autoritatem conſideramus, maior eſt auctoritas
gloſatoris in tanto diſcrimine opinionum, bona eſſet concor-
dia partium,arg.extra de prob.c.fi.Quid ſi dicta mater eſſet in-
ſtituta in re certa? Reſpondeo,dicta inſtitutio non poteſt trahi
ad vniuerſum propter vicium præteritionis.& ideo habetur lo
co ſimplicis legatariæ:& valet in illa re tantum,vt not.in l.libe-
ris.ff.de excep.doli.Illud non eſt dubium,ꝙ dicti filij debent ha
bere legitimam,quicquid ſit de codicillari clauſula,vt C.de in-
off.teſta.l.omnimodo.& l.ſancimus. & in auth.de trien.& ſe-
miſ.§.1.col.3.extra de teſta.c.Raynu.c.Raynaldus.& c.ſi pater.
Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXX.

1 *De intelligentia duorum ſtatutorum Mediolani ſequentium in materia præſcriptionis.*
2 *Decimæ quanto tempore præſcribantur.*
3 *An in præſcrip.quis vtatur acceſſione ſui auctoris,tam de iure ciuili,quam municipali ſtatuto,&c.& nu.4.*

In Chriſti nomine. Pręſuppoſitis verbis cu
iuſdam ſtatuti Ciuitatis
Mediola.quo cauetur,vt ĩ.videlicet, de iure cōmuni præſcrip.
10.vel 20.an.currit in rebus immobilibus, & corporalibus poſ-
ſeſſione cum titulo,& bona fide.iure noſtro municipali tantum
præſciptio annorum 30.locum ſibi vēdicet. & verbis cuiuſdam
alterius ſtatuti in forma, q̄ ſequitur diſpoſitionem. Item ſi qua
decima poſſeſſa, vel quaſi, ſeu detenta per aliquē fuerit per an.
30.continuato tempore ſuo cum tēpore datorum,ſeu anteceſ-
ſorum ſuorū,p̄ſumatur ſua,& habeatur, & cēſeatur pro poſſeſ-
ſore legitimo quoad defenſionem proprietatis,& omnes effe-
ctus poſſeſſionis, ſeu quaſi ipſius decimæ &c. Sequitur talis ca-
ſus,ꝙ quidā Antoniolus de Lampugnano probauit ſe poſſediſ-
ſe, vel quaſi per quadraginta annos continue computato tem-
pore datoris ſui,ſiue auctoris, & anteceſſoris, & ſuorum deci-
mam quandam, ſeu ius decimandi ſibi competens occaſione
cuiuſdam vēditionis eidem factæ de dicta decima per quoſdam
fratres de Birago, ad quos ius dictæ decimæ primo ſpectauerat
pleno iure: modo quidam Nicola de Landriano petit coram
iudice competenti declarari ius decimæ prædictæ non perti-
nere ad dictum Antoniolum: & hoc prætextu cuiuſdā euictio-
nis factæ de quibuſdam iuribus dictis fratribus de Birago per
anteceſſorem ipſius Nicolæ, & præſupponitur, quod iura, ex
quibus ſecuta fuit ipſa euictio,fuerunt confecta ante venditio-
nem factam dicto Antoniolo de decima prædicta. Quæritur ex
his, quid iuris? ſ. an debeat Antoniolus p̄dictus turbari in poſ-
1 ſeſſione, ſeu quaſi,& iuribus dictæ decimæ.† Et ad euidētiā p̄di-
ctorū p̄mittendū eſt de intentione dicti primi ſtatuti ꝙ reducit
decennalē p̄ſcriptionē ad præſcriptionē 30.ann.nunquid p̄ſcri-
ptio hypothecaria cōtineatur in iſto ſtatuto? Et videtur ꝙ dicta
præſcriptio eſt in rebus immobilibus corporalibus, nam hypo
thecaria nudam poſſeſſionē aduocat rei hypothecatæ, vt ff. de
euict. l. cum venditor.in prin. Item verba ſtatuti late patent in
rebus mobilibus, & corporalibus. vnde ſequitur, quod con-
tra hypothecariam non præſcribatur minori tempore 30. an-
norum. ſed hic non fluxerunt 30. anni, ſed 16. vel circa, ergo
non eſt præſcriptio completa de iure municipali, licet eſſet cō-
pleta de iure cōmuni, vt plene legi. & not. C. de præſcript. 30.
ann.l.cum notiſſimi.in prin.In contrariū videtur: quia iſte, qui
præſcribit contra hypothecariam, non præſcribit rem: quia eſt
dominus,vt ff.de vſuca.l.ſequit.§.lana.ff.de cap. & poſtl. reuer.
l.in bello.§.ſi quis ſeruū.& no.in l.2.C.quod me. cau. Exceptio
autem eſt contra actionem perſonalem,vnde nō eſt in re,ſed in
iure,quod eſt incorporale,vt ff.de excep.rei iud.l. ex ſextante.§.
Latinus.& hoc patet ex diffinitione exceptionis: quoniam ex-
ceptio eſt excluſio actionis, igitur iſta exceptio recipit quoddā
ius incorporale.ſ. ius agendi ratione hypothecariæ: ſed in iſta
præſcriptione iuris incorporalis non loquitur ſtatutum: Ergo
ſumus in iure communi,vt ff.ad municip.l. conſtitutionibus. ff.
de acqui. hær. l. ſi ſeruum. §. non dixit. & ſicut præſcribitur hy-
pothecariæ ita præſcribitur pacto de ingreſſu: quia illud pactū
eſt acceſſorium hypotheca.vt C.de pigno.l.3. & ff.de pig.actio.
l. qui ratione. ff. de furtis. l. ſi creditor rem. Et ſic præſcribitur
acceſſorio,vt C.de vſuris.l.eos in prin.Dicet aliquis, iſta hypo-
thecaria non potuit intentari,antequam eſſet apertum ius agē-
di hypothecaria:vt no.ff.ſolu.mat.l. facere poſſe.per Iacob.de
Aret.& alios: quia impedito agere non currit præſcriptio,vt C.
de annali excep.l.1.in fi.& C.de præſcrip.30.anno.l.cum notiſ-
ſimi.§.in his.nam non læditur ex temporis mora, qui negligens
fuit,vt no.in auth.de appel.poſt prin.nō ob.ff.de ſer. ruſt. pręd.
l.& Attilicinus.quia fons, qui exſiccatur,æquiparatur debitori
exiſtenti non ſoluendo: non autem æquiparatur debitori non
obligato:an debitor,licet ſit non ſoluendo,præſcribere poteſt;
licet inanis ſit actio,quod præſcribens ſimilis eſt ſoluenti, vt ff.
de admi.tut.l.ſi.pupillus.& l.fi.§.fi.ff.rem rat.hab.Porro iſta ra-
tio non ob. quia licet hoc ſit verum in facto, tamen de iure ſuf-
ficit præſcriptio decennalis decurſa, poſtquam hypothecaria
pure,& libere poterat intentari:& ſatis eſt eſſe præſcriptū;licet
non ſit plus quam præſcriptum, vt no. in l. 2. C. de ſer.fug.nam
rei perfectæ perfectionem adijcere fruſtra eſt, vt no. in l. pater.
ff.de ca.pec.& ff.de verb.obl.l.qui bis idem. Solutio:in hoc pri-
mo puncto videtur dicendum,quod qui pręſcribit hypotheca-
riæ,non pręſcribat rem immobilem: quia aliud eſt res, aliud ex-
ceptio, niſi per conſuetudinem ſapientum Mediol. ſtatutum
eſſet aliter interpretatum, vt ff. de legi. l. ſi de interpretatione.
Modo venio ad ſequens ſtatutum, de præſcriptione decima-
2 rum,& præmitto ad euidentiam, † quod aut quæritur de præ-
ſcribendo contra eccleſiam, aut quæritur de præſcribēdo con-
tra priuatum, qui haberet hoc ius ex priuilegio, vel conſuetu-
dine,non reuocando in dubiū valentiam conſuetudinis.primo
caſu ſufficeret de iure cōmuni præſcriptio 30.an. cum titulo &
bona fide. Secundo caſu requireret p̄ſcriptio 30.ann. & hæc di-
ſtinctio ſatis colligitur ex notatis per Inno.in c.bonæ.de poſtu.
pla.& no.per Bar.ff.de publi.l.ſi publicanus.§.in vectigalib. vn-
de ſequit ꝙ abſq; p̄iudicio eccleſiæ priuatus cōtra priuatū pōt
p̄ſcribere decimas ſpacio 30. ann. vt C.de præſc.30.ann.l.ſicut.
3 ſed hic occurrūt duo dubia † primū eſt de iure cōmuni, vtrū ſi
vtat acceſſione tēporis auctoris,debeat vti cū cauſa, ſuiſque vi-
ciis,id eſt mala fide auctoris. Reſpōdeo,ſi vult inchoare præſcri
ptionē ab auctore,inſpicit origo præſcriptionis,vt l.clam poſſi-
dere,in prin.de acq.poſ.l.Pōp.§.cum quis. ſi autē vult inchoare
præſcriptionē ex ſua p̄ſona ꝓpter ſuā bonā fidē,tunc non ob.ſi-
bi conſciētia auctoris,ſi ipſe p̄ſcribens habet bonā fidem,vt no.
Dy.in c.malę fidei.de reg.iur.lib.6.de præſcri.long.temp. auth.
malæ fidei,& ff.de diuer.& tēp. p̄ſcri.l.an viciū.§.ex facto.qui §.
ſingulariter facit ad hoc,& l.cum hæres.eod.tit. & ff.de re. iu.l.
ꝙ ipſis. vnde in quæſtione noſtra de iure communi eſt fundata
4 intentio præſcribentis per 30. annos. † Secundum dubium eſt
de iure municipali, quo videtur caueri, ꝙ in præſcriptione de-
cimarum requirantur 40.anni. nam ſtatutum ſpeciale derogat
generali. ſicut exceptio derogat regulæ, vt in cap. generi. cum
ſuā materia vulgari.In contrarium videtur: quia iſtud ſtatutum
de deci-

de decimis non eſt factum odio præſcribentium, ſed in eorum
fauorẽ: ergo nõ debet cõuerti in eorũ læſionẽ, videlicet vt au-
ferat eis ius commune, ſed potius tendit ad augendum, & plura
remedia concedendum, q̃ conferat ius commune. vnde augetᷣ
effectus, non minuitur, vt patet ex forma ſtatuti, vt C. de legi. l.
ꝙ fauore. & ff. eo. l. nullum ea. l. tertia. in prin. ff. de mil. teſta. Itẽ
ſi circa idem ſunt inductæ plures p̄ſcriptiones, vna tanquã ge-
neralis, alia tanq̃ ſpecialis, in poteſtate p̄ſcribentis eſt eligere, q̃
vult, arg. ff. de re. iur. l. quoties duplici. Præterea ſtatutum hoc
non dicit, ꝙ de neceſſitate requirantur 40. anni. vnde per for-
mam alterius ſtatuti ſufficiunt 30. anni ad cõſequendũ effectus,
q ſurgunt ex ſimplici p̄ſcriptione 30. an. vt C. de p̄ſcript. 30. ann.
l. ſi quis emptionis. in prin. nam ſtatutum, ꝙ non mutatur, ſtare
non prohibetur: quia legum correctio eſt euitanda, vt l. præci-
pimus cum ſim. C. de appel. Amplius gl. ord. decreti. hanc quę-
ſtionem determinat, vt j. ſed contra eſt, ꝙ legitur. ff. de acq. poſ.
l. Pomp. §. vlt. vbi dicitur, ꝙ vitioſa poſſeſſio non cõtinuatur nõ
vicioſæ. Reſpõdeo, illud verum eſt in lõga præſcriptione, ſecus
eſt in longiſſima. 16. qu. 2. §. hæc de præſcriptionibus decennij.
quæ glo. eſt valde ſingularis, & concluſio hic eſt, ꝙ tam de iure
ciuili, q̃ de iure canonico, ſi ille, qui compleuit præſcriptionem
longiſſimi tẽporis, eſt bonæ fidei, ꝓdeſt ei poſſeſſio auctorum
ſuorũ etiam vicioſa, & per hoc, vt dixi, videtᷣ ſopita noſtra quæ-
ſtio: quia cõputato tempore ſuo, & auctorũ, fuerunt decimæ
poſſeſſæ vltra ſpacium 40. ann. & hanc partem puto veram, ſal-
ua ratione recti ſermonis, vt l. Claudius Felix. non obſtãte dicta
hypotheca, de qua ſ. in euictione. Ego Baldus.

### CONSILIVM CLXXXI.

1 *Miſſio in poſſeſſionem an ſit nulla parte non citata.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, cauetur
ſtatuto cuiuſdam ciui-
tatis, ꝙ poſſeſſio bonorum hæreditariorũ tranſeat ipſo iure in
hæredem ſine alia corporali apprehenſione. modo q̄dam con-
didit teſtamẽtum, in quo filium hæredem inſtituit in legitima,
in reliquis bonis fratrẽ, mortuo teſtatore dictus frater petiit co
ram iudice cõpetẽti ſub his verbis, quatenus omni iure, officio,
& actione, quibus melius põt, & debet de iure, ponat & indu-
cat ipſum petentem ſe hæredẽ aſſerentem, & poni, & induci fa-
ciat, poſitumq;, & inductũ cõſeruet, & defendat in poſſeſſionẽ
rerum bonorum, q̃ fuerunt talis defuncti tempore mortis, & ꝙ
poſſeſſio bonorũ hæreditariorũ ex forma ſtatuti tranſeat in hę-
redem, tamen ad cautelã ꝓ tuitione, & defenſione, & cõſerua-
tione dictæ poſſeſſionis iurium ſuorũ, & ad omnẽ aliũ finem, &
effectũ, qui melius ipſi ꝓdeſſe poteſt, p̄dicta petiit. q iudex viſo
teſtamento, & audita petitione p̄dicta cum cauſæ cognitione,
vt dixi, interloquendo ꝓnunciauit, cõmiſit, & impoſuit cuidam
nuncio publico, quatenus ponat, & inducat decreto ipſius iu-
dicis in corporalẽ poſſeſſionẽ bonorum dicti defuncti p̄fatũ pe
tentẽ, & ipſum poſitũ defendat, & cõſeruet. & p̄dictis verbis v-
ſus fuit dictus iudex, poſtq̃ orta fuit cõtrouerſia inter præfatos
fratrẽ & filiũ de dicta miſſione in poſſeſſionẽ, q fuit petita re-
uocari. Et eſt verũ, ꝙ ad dictã interlocutoriã vel miſſionẽ, non
fuit citatus dictus filius, q iudex tandẽ ꝓnunciauit p̄dictã licen-
tiã, de qua ſ. fuit facta mẽtio, & inde ſecuta eatenus, quatenus
dicta licẽtia cõceſſa eſt ꝓ tuitione, & defenſione dicti petentis
ſe tueri in poſſeſſione in ipſum ipſo iure tranſlata vigore ſtatuti
dictæ terræ, valere & tenere: quatenus autẽ eſſet cõceſſa aliter,
q̃ pro tuitione, & defenſione ipſius poſſeſſionis in ipſum tranſ-
latæ vigore dicti ſtatuti, ipſam licentiam annullauit. Ex his quę-
ritur, vtrum rebus ſic ſe habentibus dicta licentia ſit reuocata,
1 an potius cõfirmata. † Et vr̃, ꝙ ſit cõfirmata: q̄a potius cõfirma-
tio referṫ ad aliquid cõfirmabile, quatenus conſtat de cõfirma-
to & cõfirmante, & inuicẽ cõſonat. certũ eſt, ꝙ cõfirmatio ha-
bet cõfirmationis effectũ, vt ff. de pac. l. legitima. & ff. de libe.
leg. l. Aurelius. §. teſtamẽto. Sed hic cõſtat de cõfirmabili, & cõ-
firmante, ergo nulli dubiũ, ꝙ talis cõfirmatio valet, vt C. de de-
curio. l. ſi quos ſpontaneos. lib. 10. In cõtrariũ vr̃: q̄a neq; de iu-
re cõmuni, neq; vigore ſtatuti potuit prima miſſio confirmari,
vtpote nulla ipſo iure. & ꝙ nullũ eſt, cõfirmari non poteſt, vt ff.
de act. & obli. l. obligation. quæ ꝓpriis viribus non ſubſiſtunt. vt
legitur, & no. extra de elec. c. in cauſis. Breuiter hoc eſt verũ: q̄a
verba ſic dicũt, vigore ſtatu. No. iſtã diſtinctionẽ vigore: ſed miſ-
ſio nõ potuit fieri vigore ſtatuti parte non citata: filius. n. debuit
citari, cũ & in ipſũ de iure cõmuni poſſeſſio cõtinuetᷣ, vt not. ff.
de acq. poſ. l. cũ hæredes. Et ſi nõ vis dicere poſſeſſio, dicas effe-
ctus poſſeſſionis, vt legitᷣ, & no. in l. cũ miles. in prĩ. ff. q̄b. ex cau.
ma. & C. de vſucap. l. ꝓ hærede. & l. nihil. Itẽ filius eſt certus, &
legitimus cõtradictor, ergo citãdus. vt ff. de vẽ. inſpiciẽ. l. 1. §. de-
nũciari. Itẽ miſſio in poſſeſſionẽ corporalẽ eſt actus fori cõten-
tioſi, & ſine citatione etiã perẽptoria nõ poteſt expediri, vt C.
de his, q ad eccleſias cõfu. l. p̄ſenti. §. 1. & C. ſi p vim, vel alio mo.
l. fi. Nec poteſt cõfirmari, imo debet reuocari, quatenus de fa-
cto ꝓceſſit, vt no. ff. de eui. l. mino. in prĩ. & C. vnde vi. l. memi-
nerint. & iudex, q fuit facilis in mittẽdo, debet eſſe facilis in ex-
tramittẽdo, vt l. 1. §. 1. ff. ſi mu. ven. no. Cũ igitᷣ vigore ſtatuti nõ ſit
effectus poſſeſſor, niſi hoc fiat legitime parte citata, ſequitᷣ, ꝙ
dicta miſſio auctoritate ſtatuti nõ iuuatur: & maxime, q̄a vt dixi,
in alio cõſilio, iſtud ſtatutũ loquitᷣ de vero hærede, & exiſtẽte fi-
lio: ſed nõ cõſtat, ꝙ frater ſit verus hæres, niſi in ꝓductione te-
ſtamenti filius ſit citatus, vt extra de ꝓba. c. q̄m cõtra falſam. Itẽ
in dicta ſentẽtia ſunt iſta verba, ipſo iure trãſlatę, ſed de iſta trãſ-
latione nõ cõſtat: nec cõſtare poteſt, niſi cõſtiterit à prin. q̄a in-
terlocutoria lata ſine iuris ordine nunq̃ poteſt ex poſterioribus
actitatis cõfirmari, vt in c. appellanti. de appella. in cle. Quapro-
pter de neceſſitate ſequitur, ꝙ dicta licẽtia non fuit conceſſa ꝓ
tuitione, & defenſione, dico de defenſione, & tuitione iuris,
nõ de tuitione rationabilis facti. ff. de re. iu. l. 4. §. cõdemnatũ. &
no. ff. de acq. poſſ. l. iuſtè poſſidet. ergo reuocandũ eſt, quicquid
non rite actum eſt: ita ꝙ dictus frater non gaudeat commodo
miſſionis, vt in c. eum qui, de præben. lib. 6. & c. licet epiſcopus.
2. q. 1. c. in primis. & C. ſi prop. publi. penſita. l. ſi deſerta. Quare
ſi verba conditionalia dictæ vltimæ pronunciationis rite, & re-
cte intelligantur, ſonant non ad propoſitum dicti fratris, ſed ad
eius oppoſitum. Ego Bald.

### CONSILIVM CLXXXII.

1 *Locator locauit rem cum pacto, quod ſi rem alienaret, teneretur ad damna ipſius conductoris, eueniente caſu alienationis quæritur quæ damna veniant: & eſt aureum conſilium.*
2 *Damnum & lucrum proprie quid ſint.*
3 *Impediens lucrum an dicatur damnum dare.*
4 *Aeſtimatio fructuum an debeat fieri ſecundum tempus præſens, an ſecundum futurum. & nu. 5. & 7.*
6 *Ad naturam contractus, & diſpoſitionis recurrere debemus quando de mẽte contrahentium dubitamus.*

In Chriſti nomine. Locata fuit quædã poſ-
ſeſſio Titio vſq; ad octo
annos pro annua penſione ſoluẽda, in qua locatione inter cæ-
tera interuenerunt duo pacta: primum videlicet, ꝙ ſi dictus lo-
cator dictã poſſeſſionem in totũ, vel in partem donabit alicui,
ꝙ debeat curare, vt dictus cõductor teneat dictã poſſeſſionẽ vſ-
que ad finẽ dicti termini ipſo cõductore ſoluẽte penſionẽ ipſi,
cui eſſet donata dicta poſſeſſio: & ſi aliter factũ foret, ꝙ damnũ
ipſius cõductoris æſtimari debeat p æſtimatores, & reſtitui eidẽ
cõductori. Aliud pactũ extitit ſubſequẽter, videlicet ꝙ ſi dictus
locator partẽ dictę poſſeſſionis donaret, vel alienaret, vel dimi-
nueret, ꝙ teneatur ipſe locator remittere eidẽ cõductori mer-
cedem ſeu penſionẽ ꝓ rata. Euenit caſus, ꝙ dictus locator poſt
certos annos poſt dictam locationem ipſam poſſeſſionẽ dona-
uit totã vni ſuo militi: dictus vero cõductor petit damnũ, & in-
In Chriſti nomine. Caſus talis eſt. Quidam condidit teſtamentum in quo inter cætera dixit, ſic volo, quod per infraſcriptum meum fideicommiſſarium vendantur infraſcripta bona infraſcripti valoris,quæ bona ſunt in domo mei teſtatoris, ac penes dominã Beneuenutã meam vxorem,& ſub cuſtodia eius, quæ domina Beneuenuta eodẽ inſtanti ibidem conuocata in pręſentia teſtium in teſtamento nominatorũ,& notarij conſtituta, & interrogata per dictum teſtatorem,ſi dicta bona,&res ſunt penes ipſam dominã Beneuenutam,& ſub eius cuſtodia,quæ reſpondit,& dixit,ꝙ ſic.& ſunt penes eam, & ſub eius cuſtodia, & ſupradictas res habet,& tenet.elapſis aliquibus diebus. poſt prædicta deceſſit prædictus teſtõr: modo hæredes prædicti teſtatoris petunt prædictas res à dicta dña Bñuenuta vxore prædicti teſtõris,& ratione dictæ confeſſionis: quæ dña dicit ſe non habuiſſe,nec hr̃e dictas res,poſito,quod confeſſa fuerit; mõ quæritur,nunquid vigore dictæ confeſſionis factæ per dictã dominã Bñuenutam vxorẽ dicti teſtatoris,& ſcriptam in teſtamento ipſius ipſa poſſit cõdemnari,& compelli ad dandum, & ſoluendum prædictas res hæredibus prædicti teſtatoris, nec aliter apparet,ꝙ habuerit prædictas res,q̃ per confeſſionẽ eius, & poſito ꝙ condemnari poſſit ad reſtitutionem dictarum rerum,ſi tenetur reſtituere dictas res tanti valoris, quantũ fuit expreſſum per dictum teſtatorem vigore illorum verborum,dictas res, & bona, & vr̃ primo, ꝙ ſic,ratione dictæ confeſſionis: nam poſito,ꝙ donatio ſit prohibita inter virum & vxorem, non tñ contractus eſt prohibitus,qui contractus vr̃ eſſe initus inter prædictos videlicet cõtractus depoſiti.& vr̃ confeſſionem dictæ mulieris extendi etiã ad valorẽ expreſſum per dictum teſtatorem: quia dicendo dictas res, vr̃ comprehendere nedum ipſam rem, ſed & qualitatẽ adiectã. econtra vr̃,ꝙ vigore dictæ talis confeſſionis ipſa cõdẽnari nõ poſſit: cũ talis cõfeſſio hẽat ſpeciem donationis: cũ aliter nõ appareat de p̃dictis reb.habitis à dicta muliere de bonis mariti, q̃ per confeſſionẽ ipſius, & maxime cum metu, vel reuerẽtia p̃ſumatur p̃dictam mulierẽ talem cõfeſſionẽ feciſſe: & poſito, ꝙ talis confeſſio ipſam adſtringeret, non tamen dr̃et ipſam aſtringere ad valorem ipſarum rerum, per ea quæ no.per Bart.in l.ſi cui.§.à filio.de leg. 1. nam ſi aliquis accuſator cognouit Bertã vxorem Titij, & confitetur ſe cognouiſſe dictam Bertam, non vr̃ propterea confiteri,ꝙ fuerit vxor illius. Quæritur, quid iuris ſcribendo veram veritatem,&c.

1 In Chriſti nomine. † Ad partem negatiuã, quod confeſſio nõ valeat,facit.ff.de probatio.l.qui teſtm̃.& de lib.lega.l. Aurelius.§. vlt.tñ veritas eſt,ꝙ talis confeſſio inter virum,& vxo. valet,tex. eſt.ff.de iure do.l.ſi ego.§.plane ſi rerum.ſed an videatur confiteri æſtimationem rerum, an corpora ſubſtantiarum rerum ex natura relationis,quia dicit, dictas, dici põt, quod iſtud ſit potius deſignatiuum ſubſtantiæ, quam valoris rerum: quia valor eſt bonitas extrinſeca, cui non poteſt adaptari verbum tenere, & poſſidere.& ad hoc induco gloſ.C.de ſententijs, quæ pro eo l.1.quæ incipit,ex conuentione.in fi.glo.ibi,tñ verbum tenere, & poſſidere. niſi ex tamen exhibeat illas res probabiliter æſtimatio per iuramentum actoris.ff.de in litem iurã.l.2. per glo.& elegantius per Iac.But.Inſti.de verbo.oblig.§.pen. in gl.ordi.& in c. fin. quod metus cauſa. per Inno.& hæc vera ſunt,niſi vxor probaret rem aliter ſe habere.arg.ff.de leg.2.l. Titia.§.Caius.& facit.ff.de poſ.l.Publia.cum ſimilibus. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCI.

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, prior, ſeu Abbas ſancti Cypriani de Murano Torcelanẽ.diœc.quandam eccleſiam ad honorem ſancti Ioan.in loco ſuo vocato Coſta,ædificauit, cui loco intuitu religionis,& propter reuerentiam ſancti Ioan.Bapt. Ep̃s Adrienſis tertiam partem decimæ conceſſit: ſibi prædicto Ep̃o,&ſuis ſucceſſoribus reſeruauit tertiam partem pro defenſione trium partium datarum dicto pio loco. Item prædictus Epiſcopus prædictę eccleſiæ conceſſit baptiſmum populi illius terræ:& in p̃dicta conceſſione ſibi, & Epiſcopo patruo ſuo reſeruauit, vt omni anno ĩ feſto ſancti Petri clerici eccleſię ſupradictæ vnam candelam cum duobus Veronenſibus ſuper altari Adrienſi ponere debeant: reſeruauit etiam ſibi,quod in die Iouis ſancta clericus eccleſiæ ad ep̃atum pro criſma, debeat accedere, vt alij clerici faciebant. poſtea ſubiungitur in priuilegio narrando; cum enim contigerit Epiſcopum Adrienſem inde tranſitum facere, vel nuntios ibidẽ honorifice ꝓ qualitate loci ſuſcipi debere,& honeſte tractari.Subiungitur in priuilegio, ſi vero monachus,vel profeſſus in prędicta eccleſia morabitur, ſit ſub correctione prioris,ſi autem alterius fuerit conditionis, ſub poteſtate Ep̃i manebit.Modo Ep̃s prædictus viſitationem à prædicto preſbytero,ſeu conuerſo petit,quæritur, nũquid hoc de iure facere poſſit præſuppoſito, quod Abbas prædictus ſit exemptus,vt patet per priuilegia nobis data.

1 *Præſcribi an poſſit,vt aliqua eccleſia viſitetur ab epiſcopo,& ſic an iura epiſcopalia præſcribantur.*

1 In Chriſti nomine. † Exempta eccleſia, & clericis, populus tñ nõ intelligitur exemptus,vt in c.per exemptionem. de priui.lib.6. exemplum,de priui.c.cum capella.tñ ad aliud, ad qđ ſe non extendit priuilegium,põt extendere ſe cõſuetudo,& præſcriptio. nã licet ſubditus nõ poſſit p̃ſcribere,ne viſitetur, & ne det procurationẽ annexam in p̃ſcriptibili viſitatione, vt extra de præſcrip.c. cũ ex officij. tñ Abbas exemptus põt p̃ſcribere in populo ſuæ capellæ non exempto viſitationẽ & procurationem: qa exempti poſſunt p̃ſcribere iura ep̃alia, vt extra de p̃ſcrip.c.cum olim.vbi dr̃,ꝙ Ab.in capel.p̃ſcribere p̃t ep̃alia iura,& ſic vbi deeſt priuilegiũ, ſupplet p̃ſcriptio. ex quo ergo Abb. ipſe ſemper fuit in poſſeſſione.i.eius prædeceſſores noĩe monaſterij ſemper tenuerunt illã capellam,& viſitauerũt eam, & populũ eius, & ipſe ſimiliter iura ep̃alia exercuit in capella,& populo: qđ ep̃o p̃ſcriptio abſtulit,& Abbati conceſſit,ep̃s petere non poteſt.ff. de leg.1.l.quod in rerum.§.ſi quis.& ibi not. Iaco.de Aret.quod tñ viſitatio alicui Abbati competens vr̃ ep̃o denegata, mihi tamen durum vr̃,quod iſta præſcriptio poſſit fundari,cum Abbas non habuerit titulum: loquor quo ad populum. Item aliud dico,quod ſi ꝓbaretur, ꝙ nomine procurationis aliquid accipere ep̃s conſueuit,& non plus,illo deberet eſſe contentus, ar.ff. de vſuris.l.qui ſemiſſe.& not.per Bar.& Io.And.in d.ca. cum ex officij.ſuper verbo, procurationem.in caſu noſtro nihil recipit ep̃s,vt proponitur,p̃ter candelas quolibet anno, viſitationem, & aliud totum dr̃ feciſſe Abbates antiqui, & nouelli; ex antiquitate



quitate autem præſumitur bona fides, vnde ſi hæc probantur, præſcriptio p̃ceſſit, iuxta no.per Inno.in ca.cura.de iure patro. nam p̃ſumitur in bona fide ille, qui nonnullos p̃deceſſores ſuos fuiſſe in poſ.proba. ſecundum Inno.Ego Bald.

CONSILIVM CXCII.

1 *Legatum factum filiabus per teſtatorem, ſi vna moriatur in vita teſtatoris,an deueniat ad aliam. & nu.2.*
3 *Subſtitu. compendio. an poſſit fieri in legato.*
4 *Subſtitutus vulgaris in caducis,& quaſi caducis ſuccedit.*
5 *Refutatio non præiudicat ſubſtitutioni,nec vltimæ voluntati.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt,ſer Leonardus de Portu habens in bonis ducatos quingentos, & vltra,& habens duas filias ſuas infra ſcriptas ſuum cõdidit teſtm̃: in quo quidẽ teſtõ inter cætera legata, q̃ reliquit, ſic dixit.Itẽ reliquit Marga.& Bar. ſororibus filiabus ſuis & cuilibet aliæ filię,ſeu filiabus legitimis & naturalibus ſeu poſthumis naſcituris li.250. pro vtraq; ꝓ ſuis dotibus cauſa maritãdi ipſas tunc tẽporis;qñ erunt ad tẽpus eas maritandi:in quib.ipſas,& vtranq; ipſorũ ſibi hęredes inſtituit, & ipſas voluit eſſe tacitas,& contentas ꝓ earũ legitimis & portionibus iure inſtitutionis, ratione, modo, iure,& forma,quibus melius potuit. cum hac cõditione, ꝙ ſi vna, vel aliqua ipſarum decederet in pupillari ætate, vel quandocunq; ante tẽpus cõtracti matrimonij, ꝙ viuẽs ſuccedat morienti, & habeat dictas li.250. quas decedens hr̃e deberet pro eius dote.& ſi dictæ ambæ ſorores decederent ante tẽpus contracti matrimonij, ꝙ dictæ li.250.dari,& diſtribui debeant p infraſcriptos ſuos commiſſarios pauperibus,& miſerabilib.p̃ſonis,ſecundũ diſcretionem ſuorũ fideicõmiſſariorũ ꝓ eius anima,& ſuorũ.& ſi ipſę ſorores, & altera ipſarũ contracto matrimonio, & cõſumato decederet ſine legitimis filijs ex ipſis natis: ꝙ viuens ſuccedere debeat morienti,& hr̃e debeat partẽ dotis defunctæ,q̃ peruenire deberet in ſuos ꝓximiores parẽtes,ſeu reſtitui.& ſi ambæ contracto matrimonio, & cõſumato decederẽt ſine legitimis liberis natis ex ipſis, ꝙ dictæ partes reſtituẽdæ dictarũ dotiũ dari,& diſtribui deberẽt pauperib.Chriſti,& miſerabilibus p̃ſonis pro eius anima & dictarũ filiarũ &c. Modo ſic in ꝓceſſu tẽporis pr̃, & teſtator p̃fatus maritauit vnã dictarũ filiarũ,videlicet Mar.& dedit ſibi li.250.in dotẽ, & fecit ſibi quietari per dictã filiã p̃ inſtrumentũ finis,& remiſſionis,ꝓut in ipſo legit.& poſtea altera filia ſua p̃dicta videlicet Bartholomea ante nubilẽ ætatẽ, & pupillari ætate cõſtituta,& viuẽte teſtatore p̃dicto deceſſit. demũ poſtea dictus teſtator deceſſit ſibi in dicto teſtõ hęrede vniuerſali inſtituto Fran. eius fratre.ex p̃miſſis q̃ritur inſpectis verbis, & mẽte dicti teſtĩ, & legati, & dicto inſtr̃o finis, an dictũ legatũ dictarũ li. 250. relictarũ dictæ dñæ Bartholomeæ p modũ ſupra dictũ ꝑuenire debeat ad hæredẽ vniuerſalẽ,an vero accreſcere debeat alteri filię.ſ. Margaritę vigore alicuius cõiunctionis,vel ſubſtitutionis: & ponitur hic tenor inſtrumẽti finis,& remiſſionis: cuius tenor eſt, videlicet, Mar. gratia filia ſer Leonardi de Portu ꝓ li.250.p quas dictus Leonardus eius pr̃ cõſtituit ꝓ dote ipſius Margaritę danda Tardinello eius marito futuro ante deſponſationẽ factã per dictũ Tardinellũ, dicens, cõfitens ſe eſſe maiorẽ 12. annorũ ſponte,& ex certa ſciẽtia,nõ coacta, nec per errorẽ,fecit idem ſer Leonardo eius patri ꝓ ſe & ſuis hęredibus finẽ, & remiſſionẽ, & quietationẽ de omni pr̃na hæreditate,& de omnibus, & ſingulis bonis paternis, & de omni, & toto eo, qđ eidẽ ſer Leonardo eius pr̃i ꝓ ſe, & ſuis hæredib.recepit occaſione pr̃næ hæreditatis, & bonorũ paternorũ in p̃ſenti,& in futurũ qñcunq; dicere, aut petere poſſet: q̃ finẽ,& remiſſionẽ, & omnia, & ſingularia ſupra dcã Margarita promiſit dicto eius pr̃i,ꝓ ſe,& ſuis hæredib. ac etiã iurauit ad ſctã Dei euangelia tactis ſcripturis ſemp de cętero firmũ, & ratã hr̃e, & tenere, obſeruare, & adimplere, & nõ contrafacere,vel venire occaſione minoris ætatis,ſeu aliqua ratione,cauſa,vel ingenio de iure,vel de facto: & nũq̃ aliqd cõtra p̃dicta,vel aliqđ dictorũ dicere,vel opponere: nec ſe læſam,ſeu deceptã dicere in p̃dictis,vel in ali-

1 quo p̃dictorũ &c. conſiliũ Alberici. † Et br̃ ꝓ parte Margaritæ allegat, & facit: qa legatũ Bartholomeæ pp mortẽ ipſius mortuæ poſt teſtm̃ conditũ, & ante mortẽ teſtatoris fuit effectũ in cauſa caduci, vt dicit tex.C.de cad. tol.§.& cum triplici.ver.ea, cui vel. viuo teſtõ re,&c.ergo tranſit ad Margaritã duplici iure, vel altero, quo voluerit,& elegerit,ſecundũ tñ not.ꝑ gl.& doc. in l. ſi quis hæres. in primo caſũ. ff. de acqui.hære. dixit duplici iure,& meritò: quia iſta Marga.& Bartho.legatariæ p̃dictę fuerunt cõiunctæ ſaltim verbis pp copulã poſitã ſupra in dicto legato eis relicto,vt l.ſi ita qs hæres.ff.de hære.inſt.& no.ordinariè in §.interdũ. vt Ray.de vſu.l. adire. & Bar. in l.cõiunctim.de le.3.& aliqua extraordinarij in l.triplici.de verb.ſig.igitur ad dictã Margaritã tanq̃ coniunctã ſaltim verbis accreſcit dictũ legatũ, p d.§.& cũ triplici.C.de cad.tol.reprobata opi. Io.vt plene recitat Ray.in d.§.interdũ.circa finẽ repetitionis illius.§.itẽ. quia dicta Marg. fuit ſubſtituta dictæ. Bar. ergo &c. vt d.§.ꝓ ſecundo. nõ attento, nec allegato.§. ſin autẽ aliqd ſub cõditione. illo eo.ti.cum forte dictũ relictũ Bartho.debeat cenſeri purum, per l.qm̃.in fi.C.de inoſ.teſt.& ſic iſte.§.ſin autẽ.nõ facit. In cõtrariũ facit l.quidã te.ff.de vulg.& pupi.itẽ qa p inſtr̃m finis ſublatum eſt ius dictæ Marga. quare &c. l. poſtq̃. cum ſi.C. de pac. Maximè vallatum iuramento: quarę &c.vt in c.quãuis.extra de pac.li.6.& plenè p Bar.in l. ſi qs pro eo.ff. de fideiuſ.& facit extra de iureiu. c.cum cõtingat.& c.licet.eo.tit.vnũ nolo omittere cõtra, primo ꝙ forte dicta Margarita nõ p̃t dici collegataria tẽpore mortis Bartholomeæ,cum iam habuerit in dotẽ à patre illud, qđ ſibi relictum fuerat primo, vt l.filia.C. de leg.& plene no.Dy.& Ray. in l.huiuſmodi.§.cum pr̃.de leg.1.ſic nõ hẽt locũ prædictũ auxilium iuris accreſcendi,de quo.ſ. in principio dixi. itẽ qa inſtr̃m finis facit: qa p ipſum taliter loquẽdo,nõ remittitur ius dictæ ſubſtitutionis: tunc qa ignorãs dicta Margarita de dicta ſubſtitutione, & legatis remiſit,q̃ ignorantia p̃ſumitur, vt l. verius. de ꝓbationibus. & maximè dicta remiſſio tẽporis adhuc viuentis pr̃is, & ſic nondũ inſpectis verbis teſtĩ, vt l. fi. §.de lega.2.quare &c.vt l.nec ignorans.de dona.& l.mater decedẽs. de inoffi.teſt.ff.& facit.l.de his.& ꝙ ibi Gul.ff.de tranſac.& Bar. in §. duo fratres. item quia poſito,quod ſciuiſſet forte, idem vt recitat ibi Bart. &c. Albericus.

2 In Chriſti nomine. † De iure ſubſtitutionis tractãdum eſt hic potius quã iu.ac. nam quando teſtator inſtituit filias ſuas in centum, & quãlibet in centum inter eas, non eſt locus iuri accreſcendi: qa ſeparata, & diſtincta quãtitas cuilibet aſſignatur. & in diuerſis rebus non contingit ius accre. vt ff.de leg.3. l. huiuſmodi.§. quib. ita ibi formaliter hoc ponit Bar. videamus er-

3 go de ſubſtitutione. & eſt ſciendũ, † ꝙ ſubſtitutio cõpendioſa poteſt fieri in legato, ſicut in hæreditate: vt ff.de leg.2.l.vt hæredibus. includit in ſe vulgarem. & ideo licet in vita teſtatoris moriatur is, cui facta eſt ſubſtitutio,tamen ſubſtitutus vocatur: vt no. C.de impub. & alijs ſubſti.l.p̃cib.per Cy. in ar.ff.de vent. inſpic.l.qui ventri.Ex quo in caſu noſtro vr̃.q.determinata quo ad dictum relictũ factum illi puellæ,q̃ deceſſit viuo patre, veni-

4 at ſoror ſubſtituta: quia vt ſapienter allegatũ † eſt in caducis, & quaſi cadu. ſuccedit ſubſtitutus vulgaris,immo etiã ſi eſſet ſubſtitutus p fideicõmiſſum, qa remanet penes hæredẽ cum onere fideicõmiſſi. C.de cadu.tol.§.pro ſecundo.& §.in nouiſſimo.in

5 caſu autem noſtro vulgaris ſubſtõ eſt iſta,† ex qua vocatur Margarita.iſta eſt ipſa veritas. Non obſt.refutatio facta ꝑ Margarita patri ſuo: quia talis refutatio non p̃iudicat ſubſtitutioni: quia pater, cui facta eſt renunciatio, poteſt relinquere refutanti: nam ꝙ iudicio paterno capit, nõ includitur in refutatione generali, vt l.fi.C. de pac.vbi dicitur,ſeruanda eſt vltima voluntas nec debet impediri libertas teſtandi. ff. de verb. ob.l. ſtip. hoc modo concepta. Et ego latius. C.de col.l.pactum. dico de hac materia, licet Bar.in d.l.ſtipu.hoc modo. innuat,ꝙ ſi fit refutatio patri,excludatur omnimodo,ſed ſi fit fratri, impediatur agere ex teſtõ patris, ne auferat libera facultas teſtandi pr̃i.ſed ego dico, ꝙ ius ſubſtitutionis non vr̃ remiſſum.ff. de lega.3.l. Paulo Calimaco.§. Pomponius. nec vr̃ patrem ſibi legem impoſuiſſe, ne poſſit relinquere filiæ. ff.de fideicom.l. Lucius.§.Lucius.

CONSILIVM CXCIII.

1 *Executor fideicommiſſa. ad diuidenda bona inter pauperes an poſſit in vltima voluntate diſponere.*

In Chriſti nomine. D. Nicolaus condidit teſtam, in quo ſibi hęredem inſtituit dominum Oliuerium eius filium in bonis mobilib. tantũ, & Nicolaum eius nepotem ex filio præmortuo in bonis immobilib. tantũ, & reliquit dominum Oliuerium eius filium

fili.im tutorem, & adminiſtratorē d. Nic. nepotis ſub tali conditione, ꝙ ſi vnus ante alium ſine legitimis hæredib. decederet, quod pars decedentis in alium ſuperſtitē debeat puenire, ſeu in eius hæredes ſaluo eo, ꝙ pro eius anima voluerit iudicare. Demum ipſe Nico. hæres inſtitutus factus pubes veniens ad mortem ſuum teſtm̄ ſic ordinauit, & inter cætera dixit. In omnibus autem ſuis bonis mobilib. & immobilib, iurib. & actionib. ſer Oliuerium patruū ſuum hæredē inſtituit, cum hac cōditione, ꝙ ſi caſus accideret ipſum ſer Oliuerium mori ſine hæredib. ex legitimo matrimonio deſcendentib. ꝙ infra ſcripti ſui fideicōmiſſarij teneant, & debeant medietatem dictæ hæreditatis diſpenſare pauperibus Chriſti, & ꝓ miſſis cantandis, & celebrandis pro eius anima &c. Commiſſarios autē ſuos ad ꝑdicta expedienda elegit dominū fratrem Simonē de Parma priorē S. Nicolai ordinis Prædicatorū de Triuiſio in ſua vita, & ſi deceſſerit, priorē dicti monaſterij, qui pro tempore fuerit, & ſer Oliuerium Fortecam eius patruum, & ſer Ioannē de Mandico, & quemlibet eorum inſolidum. Mortuus eſt dictus ſer Ioan. de Mandico cōmiſſarius prædictus, anteꝗ eſſet aliquid executum de dicto teſtō. poſtea dictus ſer Oliuerius alter cōmiſſarius in ſuo teſtō ſic ordinauit, videlicet ꝙ ſchola S. Mariæ de Batutis de Triuiſio ſibi hæredē vniuerſalē inſtituit, & eſſe voluit, cum hac conditione, quod ipſa ſchola, ſeu caſtaldiones dictę ſcholæ diſtribuant dicta bona ſua inter pauperes Chriſti, prout in teſtō ſuo continetur, nō exprimendo aliquid de teſtō d. Nicolai nepotis ſui. Modò prior ſancti Nic. qui modò eſt, petit medietatem dictorū bonorum d. Nico. qui tanquam cōmiſſarius ſolus ſupereſt, & inſolidū, dicens ſe velle dicta bona diſtribuere ſecundum formā dicti teſtamenti Nico. cum per alios cōmiſſarios, nec per ſe ſint diſtributa, vt aſſerit, dicta bona. ex alia parte dicit ſchola, quod bona iam ſunt diſtributa per dictum ſer Oliuerium cōmiſſarium etiam inſolidū: ex eo quod d. ſer Oliuerius inſtituit ſcholā ſuam hæredē vniuerſalē cum cōditione, quod dicta ſchola, ſeu caſtaldiones eiuſdem ſcholæ diſtribuant dicta bona pauperib. Chriſti: vt in teſtō dicti ſer Oliuerij continetur. replicat prior, quod hoc non potuit facere d. ſer Oliuerius: quia condō legati nondū extiterat tempore, quo d. ſer Oliuerius cōdidit dictū ſuum teſtm̄. ſuper iſto paſſu petit ſchola conſilium veſtrū, ſi prior ꝑdictus debet diſtribuere medietatem dictorū bonorū hæreditatis dicti Nico. an ipſa ſchola, vel ſui caſtaldiones.

1 In Chriſti nomine. † Mihi prima facie videbatur, ꝙ iſta executio pertineret ad iſtum priorem S. Nico. etiam quod dictus ſer Oliuerius non potuerit facere executionē eius, quā poſt mortem ſuam erat reſtituere rogatus, vt ff. de leg. 1. l. filius. §. diuus. item quia nō nomine executoris, ſed tanꝗ teſtator de reb. proprijs ſer Oliuerius locutus, & teſtatus eſt, arg. ff. de ſolu. l. & magis. nam inſpicitur augmentū in his, quæ pn̄t plurib. modis fieri. ff. de adop. l. ſi pr̄. ff. loca. l. ſi quis domū. Item non prius cedit dies officij executoris, quā cedat dies relicti: cum relictum ſit principale, & officium ſit acceſſorium. ſed dies huis relicti non ceſſit, niſi poſt mortem ſer Oliuerij, ergo nec dies officij. & ſic antequam ſer Oliuerius eſſet quò ad hoc in officio, non potuit facere executionem, nec eligere ſcholam. Item officium executoris finitū eſt morte, & non potuit ad tēpus conferri, in quo finitur. ff. de cura. fu. l. cuius bona. ff. de tute. l. pe. ꝓpter quę prima facie ſic videbatur. Sed ſubtiliter intuenti veritas apparet in contrariū: nam Oliuerius non erat merus executor, ſed mixtus: quia erat hæres, & executor. modo lex dicit, ꝙ hæres rogatus de reſtituendo pauperib. poſt mortē ſuam inſtituendo pauperes videt̄ eos eligere, & executoris & reſtitutionis officio ſimul fungi, vt ff. de lega. 1. l. vnū ex fami. §. ſi duos. & ibi hoc formaliter ponit Bar. quare ſic eſt in propoſito, nam ſer Oliuerius ſciens teſtm̄ nepotis, videtur eos eligiſſe pauperes, quos inſtituit hæredes, vt C. de ſecun. nupt. l. ſi quis prioris. §. illud. hoc etiam ex ratione inſtitutionis patet: quia pro anima ſua, & ſuorum anteriorū dixit, ſe ita relinquere. ex quo animi motus, & ratio declaratur, quæ eſt cōprehenſiua, ſeu incluſiua executionis, & ſatisfactionis omniū teſtatorū ꝓcedentium: quia igitur inſolidū quis executor erat, & iſte non ſolū executor, ſed hęres: meritò nō eſt ammodo de alia executione tractandū; quia iam facta eſt. ſic ergo ſchola habet ius in iſto facto, & nō dictus prior S. Nicolai. & ita teneo, & iſta eſt veritas: ſicut enim epiſcopus non dato alio executore eſt legitimus executor, & tamen excluditur ꝑ electionē prædictā: ita etiam & alius executor teſtamentarius datus cum clauſula, ꝙ quilibet inſolidū, nam melior eſt condō occupantis in plurib. inſolidū conſtitutis, & prima electio totum ius eligendi conſumit, vt ff. de procura. l. ſi is, qui ſtichum. Ego Bald.

CONSILIVM CXCIIII.

1 *Conſuetudine ſtante in eccleſia, quod poſſit cōcedi ius vtile de aliquo fundo, ſi fuerit cōceſſum, & ille archipresbytero cedat, an potuit alteri concedi per dictam eccleſiam.*

In Chriſti nomine. In cauſa vertente inter nobilē & honorabilem virum dominū Ioannem canonicum Paduanū ex parte vna: & nobiles, & honorabiles viros dominos Mirum de Senis, & Danielem de Sala, Anto. Torquatum &c. ex altera parte occaſione cuiuſdā poſſeſſionis, & reddituum eius, & quarundam domorum, commiſſa mihi per magnificum, & excelſum dominū Paduanum. Motiua mea contra dictum dominū Ioannem ſunt iſta, in primis cum dicatur, quod dominus archipreſbyter, & canonici reſidentes in dicta eccleſia vendiderunt d. domino Ioan. vnam domū capituli Paduani poſitam iuxta porticale ipſius eccleſiæ Paduanæ, quæ olim dicitur fuiſſe domini Nico. de Viculo, & poſtea domini Iac. de Leone canonicorum dictæ eccle. Padu. pro certo precio, prout continetur in inſtr. pub. ſcripto manu notarij 1373. die 5. menſis Ian. loco eius domus dicitur poſtea ſubrogata dicta poſſeſſio, de qua contenditur inter partes ꝑdictas. & ego non inuenio, ꝙ dicta domus poſita iuxta dictū porticale tunc vacaret, vel ad dictum capitulum pertineret, ſed potius ad dictum dominū Iaco. de Leone, ſic patet pub. inſtrumento ſcripto manu dicti Mundi, ſub 1373. die 8. menſis Decembris: manifeſte apparet, ꝙ per dictum Ioannem de Anſelmis locari non potuit: & per cōſequens nec vendi eidem: iuxta conſuetudinem eccleſiæ Paduanæ. & ex hoc ſequitur aliud ꝙ ſi non tenuit locatio nec venditio domus, per conſequēs, nec fundus, ſeu ꝑdiū potuit ſuccedere eius loco: & quia quaſi tota vis quæſtionis pendet in maiore ꝑpoſitione, videlicet, an habuerit à d. D. Iacobo de Leone, vel nō oportet, quod hoc dilucidetur; nā reb. exiſtentib. claris in facto ad iuris notitiam de facili puenitur. & vere iſta queſtio potius eſt facti quam iuris, & pp reuerentiam, ꝗ vtriq; parti debeo, & habeo, eſt mihi multū pęnoſa. ꝓ tanto longo tēpore diſtuli, vt partes haberent materiā concordandi, & nō facerent tam magnū tonitruum de ꝓuare. nunc ad ꝓpoſitum reuertor. † Et ꝑſuppono cum
1 inſtrumentis vtriuſq; partis, ꝙ iſta domus fuit olim D. Iaco. de Leone, tanꝗ canonici Paduani, & ſecundū conſuetudinē eccleſiæ Paduanæ, hoc ex inſtrumentis apparet; quia ꝑ inſtrumenta probat̄, dum tamen ſint ſuper titulo, & poſſeſſione perfecta, & hincinde ꝓducta, vt C. de rei vend. l. cum ſuper. & C. de proba. l. ꝓprieta. ff. de acqui. poſ. l. ꝑdia cum ſeruis. de rei vend. l. q̄dam mulier. & q̄d no. per Doc. extra de fid. inſtr. c. inter dilectos. in fi. Secundò ꝑmitto, ꝙ qui olim fuit dn̄s, ſemper ꝑſumitur dominus, niſi cōtrarium ꝓbetur, vt C. de prob. l. ſiue poſſide. Tertiò ꝑmitto, ꝙ venditor, qui ꝑcium recipit, vel fidem habuit de precio, non poteſt ex aliqua ſua Auth. contractum reſcindere, ſuppoſita contractus valentia, nedū collegium, ſed nec ciuitas, nec princeps, niſi fieret hoc ab eo, qui iuriſdictionē habet, & ex iuſta cauſa ille, qui iuriſdictionē non habet, hoc facere nō poſſet; vt hæc ꝓbantur in collegio, & ciuitate, ff. de decre. ab ordi. fa. l. q̄d ſemel. & in principe notatur per Cy. l. digna vox. C. de legi. & in priuato eſt certū, ꝙ in contractib. nominatis non habet locum pœnitentia, vt C. de reſcin. vend. l. de contractu. C. de act. & ob. l. ſicut. cum ſua materia. Quartò ꝑmitto, ꝙ per ſimplicem renuntiationē dominij non perditur dn̄ium, vt ff. de acqui. poſ. l. ſi quis vi. §. dn̄ia. & C. qui bo. ced. poſ. l. ſi quantitatem. præſertim qn̄ verba ſunt ꝓlata temere ab homine irato, & calore iracundiæ, vt ibi eſt tex. ad lr̄am. Quintò ꝑmitto, ꝙ oportet, quod emptio facta per dn̄m Ioan. fundetur in occaſione, & conſuetudine eccleſiæ Paduanæ, qm̄ de iure cōmuni contractus iſte eſt nullus, vt C. de ſac. ſan. eccl. l. iubemus. nam cōtinet ſaltim alienationē vſusfructus, quæ eſt ꝓhibita, vt in §. fi. eiuſdem leg. Sextò ꝑmitto, ꝙ quando in inſtrumento aliquis dicit aliquid enunciatiuè, quāuis nō diſpoſitiuè, ſi tamen illud eſt de ſubſtantia actus, vel habet actum qualificare, non pt̄ poſtea allegari, vel confiteri contrariū, C. vt de contrah. ſtipu. l. optimā. nam quod quis ſua voce dilucidè ꝓteſtatus eſt, id poſtea negare non pt̄, vt C. de non nu. pec. l. generaliter. C. arbitrium tute. l. fi. His ꝑmiſſis ſequit̄ iſta concluſio, ꝙ dictus Paduanus, quamdiu fuerit canonicus Paduanus, & ꝑ conſequēs per aliū optari non potuit, cum enim ꝓcedit alia poſſeſſio, qui ſequit̄, recipere non pt̄, vt ff. de bo. lib. l. qui filius, §. cum filius. verſ. & ſine dubio. vbi tex. hoc dicit formaliter. & ſi dicatur, ꝙ dn̄s Ia. renunciauit. Reſpondeo, hoc mihi nō conſtat; qa per inſtr̄m. publicū factū poſt tp̄s, quo dicitur renunciaſſe, ſcriptū manu d. Mundi notarij ſub 1364. die 1. menſis Ianua. apparet, qualiter dn̄s archipreſbyter ceſſit quædā iura tanꝗ ſibi tunc & an̄ competentia contra dn̄m Iac. de Leone, occaſione partis ꝑtij dictæ domus, quā etiam dictum inſtr̄m aſſerit eo tēpore eſſe dicti D. Iac. de Leone. ſi enim renuntiatio facta fuiſſet, reſolutus fuiſſet cōtractus hincinde, vt ff. de pac. l. ab emptione, & l. 1. & 2. quando licet ab emp. diſcedere. & ſic nō potuiſſet ius ꝑdij cedi. vnde ceſſio, & renuntiatio implicant cōtradictionē. Itē poſito, ꝙ dicta renuntiatio fuiſſet facta, ex s̄. ꝑmiſſis apparet, ꝙ nō potuit reuocari dicta venditio, & traditio facta d. D. Iacobo. Item in manib. dicti domini archipreſbyteri ſolius non potuit renuntiari; quia non eſt verum, quod in eo reſideret auctoritas totius capituli, & maximè ex inſtrumentis apparet: cum ibi erat aliquis vocem habens in capitulo dicto tēpore in ſacris cōſtitutus: ſ. dn̄s Iaco. forzatus, vt apparet in d. inſtrō 1374. die 1. menſis Ianua. qui etiam nunc ratificauit ꝑdicta. eſt etiam cōſiderandum, ꝙ conſuetudo, quæ loquitur in domib. cum ſit contra ius cōmune, non videtur ad prædia ruſtica alienanda poſſe transferri, argu. ff. de re milita. l. milites agrum. & ſic de ꝑmiſſis ad ꝓhibita nulla habet locum tranſlatio, vel ꝓnuntiatio, ſed potius precij repetitio, vt ff. loc. l. ſi fundus. & ff. de lega. 2. l. qui ſolidum. §. cum poſt mortem. Et ita dico, & conſulo ego Baldus.

CONSILIVM CXCV.

1 *Sequeſtrum manu tertij confitentis ſe debitorem alterius an valeat.*

In Chriſti nomine. Punctus talis eſt, quædam domina Ant. fuit hæres cuiuſdam Catharinæ ex teſtō, putans, ꝙ d. domina Catharina eſſe debeat hæres cuiuſdam Galuani ab inteſt. & tanquam proximior cœpit agere petitione hæreditatis ad hæreditatem d. Galuari. quidam Gaucius allegans ſe eſſe hæredem, ex teſtō d. Galuani ſe oppoſuit d. D. Catharinæ, & contradicit ſibi, dicens ſe eſſe hæredem ex teſtō, tandem pronuntiatum fuit per arbitrum, vel arbitratorem ipſum Franc. eſſe hæredem d. Galuani, qui arbiter, condemnauit ipſum tanquam hæredem ad dandum d. dominæ Anto. 4. lib. pal. vel eius hæredib. vſq; ad certum tp̄s ſub certa pœna. ante tp̄s prædictum quidam creditor cuiuſdam Ioan. Marci, quondam mariti d. D. Catharinæ in 200. du. facit citari dictum Fran. debitorē coram vno iudice dicens, ꝙ dictus Fran. erat debitor dictæ Anto. hæredis, & hæreditario nomine d. D. Catharinæ hæredis, & hæreditario nomine Io. eius mariti mediante perſona Nico. eius filij, qui Franc. confeſſus fuit ſe habere 4. lib. pal. penes ſe tanꝗ de bonis d. dn̄æ Anto. hæreditario nomine ꝑdictorum, & ſic petijt ſequeſtrum de dicta pecunia fieri debere. & iudex auditis prædi. cōmiſit dictum ſequeſtrū. poſtea elapſo termino ſolutionis fiendę per dictum Fran. dictæ D. Anto. ipſa D. Anto. intromiſit de bonis dicti Fran. coram quodā iudi. qua intromiſſione facta ipſe Fran. cōparuit contradicturus; excipiendo allegauit ſequeſtrum penes ſe factū de ꝓcepto iudi. Reſpondebatur, ꝙ ſequeſtrum non potuit fieri; cum regulariter ſit ꝓhibitum. & poſito ꝙ hoc non obſtaret, q̄d ſequeſtrū eſſet factum ob aliud debitū, vt conſtat. quærit̄, quid iuris: primò, vtrum ſequeſtrū valuerit, adeo quod tenuta poſtea impetrata, & facta, & cōmiſſa debeat reuocari, vel non, & nunquid pœna ſit cōmiſſa. ſecundò vtrum ſint duo debita, vel vnum tantum.

1 In Chriſti nomine. † Dictum ſequeſtrum nō impedit executionem dicti laudi, & ideo dicta intromiſſio dictæ D. Anto. valuit, & dictum ſequeſtrū nullū fuit rationib. maximè infra ſcriptis, & primò ex generali ſequeſtrationum ꝓhibitione. C. de prohi. ſeque. l. 1. & etiam ꝓhibita interdictione, ne debitum ſoluatur creditori; quia hoc eſt prohibitum, nec iudex facere debuit; niſi in caſib. expreſſis in iure. & ſi extra caſus ꝑmiſſos fecit, non debet, nec oportet agi de remiſſione renunciationis. C. depoſiti. l. pe. & no. per Inno. de offic. dele. c. ſanè. & ex inordinata interlocutione. & hoc patet multipliciter, & primò; qa debitor etiā debitoris non potuit confiteri creditoris ſuum eſſe hæredem, vel non eſſe: nam de iure alieno nemo poteſt confiteri in ꝑiudicium alterius. ff. man. l. quāuis. C. res inter alios acta. per totum. Secundò; quia ad nomina nō poteſt deueniri nō facta excuſſione bonorū, quæ debitor principalis poſſidet. nam res debita, quæ eſt in nomine, eſt quaſi res tertij poſſeſſoris, licet obligati. & ideo vltimo peruenit ad ipſam. de re iudi. l. à diuo. §. ſic quoque. C. qn̄ fiſcus, vel priuatus. l. non prius. quia tēpore ſequeſtri non apparet, quod dn̄a Catharina fuit hæres Nic. & Ni. fuit hęres Io. ſui patris. hoc enim ꝓbari debuit ante omnia. ff de interroga. actio. l. 1. & ff. ſol. matr. l. cum dotē. §. tranſgrediamur. & ibi glo. ordi. Quartò; quia iura hæredis etiam veri nedū ꝑtenſi non veniunt in obligatione de functi. ff. de pig. l. Paulus. Quintò; quia iudex, cui nihil erat ꝓbatum rite, nil mandari potuit; de ſent. excom. c. ſolet. per Inn. item quia nihil poteſt facere iudex, niſi ſibi prius liqueat de cauſa facti, & iuris. l. hæc autem. in prin. quib. ex cauſis in poſ. ea. Septimò; quia inciuiliter factum eſt de facto reuocandum; nec impedit id ꝙ poſtea fit de iure. ff. de re iud. l. ſi cum nulla. Ex quib. concluditur, dictā intromiſſionem nullā eſſe. Prætereà dico ꝙ iſta ſequeſtratio nō cauſatur à pœna; quia fuit facta ad voluntatē debitoris, qui nō debuit confiteri de facto tertij. & ideo factū contra ſe ꝓcura. nō iuuat: quia aliàs iuuaret eum, ff. de leg. 1. & l. ſi ſeruus pluriū. ꝑ Ia. ff. de lege cōmiſſo. l. fi. ff. de ſtip. l. ſi ſtipulatus. §. ſi lancē. cum iſta diſtinctione debet intelligi, ꝙ no. in c. quicquid mandato perdi. Prætereа confeſsio Franc. confitentis ſe debitorē dominæ Anton. vt dixi, hæredis Ioannis mediante perſona D. Catherinę, & Nico. eius filij non reſpicit tenutā d. dominæ Anto. quia videtur diuerſa cauſa ex diuerſitate hæreditatum. nam alia eſt hæreditas Galuani, & alia Ioan. vnde cauſa iniqua eſt factum ſequeſtrum. videtur alia cauſa à cauſa ex qua eſt accepta tenuta: vt C. de pet. hær. l. hæreditas materteræ. cum ſuis ſi. Ego Bald.

CONSILIVM CXCVI.

1 *Subſtitutio facta in defectum filiorum naturalium an habeat locum in ingreſſo monaſter.*

Teſtamentum Puciareli Ventumcellæ. item reliquit Franc. ſuæ quartam partem omnium bonorū ſuorum, vel 12. & quod ſit in electione iſtorum ſuorum hæredum. in omnibus autē ſuis bonis mobilib. & immobilib. pn̄tibus, & futuris, & vbicunq; ſunt, & inueniri pn̄t, Simonem, & Marinum ſuos filios ſibi hæredes vniuerſales inſtituit æquis portionibus. Item voluit, quod ſi eius filius, & filia morerentur quandocunq; ſine filijs legitimis, & naturalibus quod bona morientis veniant in ſuperuiuentem, vel eorum hęredes. & ſi dicti ſui filij morerentur ſine legitimis, & naturalibus, quod medietas omnium bonorum ſuorum dicti teſtatoris perueniat, & peruenire debeat pleno iure ad hoſpitale miſericordiæ de porta S. Petri, & alia medietas veniat in dicto caſu in Vaguarellum, & Petrum ſuos fratres in vita, & poſt mortē eorum dentur pro anima teſtatoris, & ſuorum hæredum, per ſuos fideicommiſſarios.

In Chriſti nomine. In hac quæſtione contrariæ ſunt opi. nam
1 Iac. de Bel. diſputando † dixit, ꝙ vbi teſtator fecit mentionem de naturalib. liberis filijs nomine filiorū non includitur monaſterium, nec excludit monaſteriū ſubſtitutus. & ita ponit in ſua publica diſputatione in d. §. ſed hoc pn̄ti. & ita antiqui aduocati tenebant; quia monaſterium, quādo excludit ſubſtitutū, excludit ſolum ea ratione: quia hr̄ loco hæredis, & filij, extra de proba. c. in pn̄tia. ſed iſta ratio ceſſat, vbi teſtator de filio vero, & naturali locutus eſt. & licet regulariter nomine filij nō contineat̄ ciuilis filius, hoc fallit in monaſterio. tamē hæc exceptio de monaſterio fallit, vbi teſtōr cōtrariū expreſſit: quia tamē in verbis &c. in §. cum in verbis. ſed Ric. Dy. Cy. & Bar. dn̄t, ingredienti monaſterium fideicommiſſi onus remitti: vt metu oneris retrahatur ad vitam contemplatiuā, ſicut remittitur condō nuptiarum; vt in Auth. niſi rogati. ad Tre. per Cy. & ita conſuluit Bar.

luit Bart. in conſilio, quod incipit, quæritur, an monaſterium.
& nouiſſimè idem fuit conſultum per quendam valentem do-
ctorẽ de Bononia in quadam ardua cauſa in ciuitate Florentiæ.
mihi videtur conſiderandũ, quod hic teſtator ſubſtituit filium
legitimũ, & naturalẽ fratri, vnde hic ratio naturalis fauet ſub-
ſtituto, q̃ duæ rationes vincunt vnã.ſ. ciuilẽ, ne imagine naturæ
veritas obruatur, ar.ff.de lib.& poſth.l.filio.& ita dico fratrem
defuncti, & filium teſtatoris p̃ferendum monaſterio, ſalua le-
gitima, & Trebellianica; quia prudens conſiliũ &c.ar.ff.de hæ-
re.inſti.l.Lucius.& ita tenuit Franc. adeſt etiam alia ratio; qa in
caſu noſtro ſupereſt perſona, quæ ex p̃ſumptione iuris excludit
ſubſtitutum: quia teſtator p̃tulit filios animæ ſuæ, id eſt, paupe-
rib. ergo filij excludunt pauperes, & pauperes excludunt mo-
naſterium.§.ſed hoc p̃nti.& ideo filij arguunt. Si ego vinco vin-
centẽ te, vinco & te, nam teſtatoris voluntas, & iuris auctoritas
eſt pro filijs.& pridie ita conſului Triuiſij, & ita fuit iudicatum:
quia maior eſt charitas ſuorum, quam tacita iuris interpreta-
tio, not.ff. de vulg.ſubſt.l.Lucius. & in l.precibus.in vltima gl.
Ego Baldus.

## CONSILIVM CXCVII.

1 *Debitor an poßit ſoluere tutrici inuitis ſubſtitutis pupilli.*

In Chriſti nomine. Quidam habens debi-
torẽ ſuum in mille de-
ceſſit, relicta vna filia impubere hærede, & alijs duobus con-
ſanguineis ſuis hæredibus ſubſtitutis: & relicta vxore matre di-
ctæ puellæ tutrice dictæ puellæ filiæ ſuæ. dictus debitor vult
ſoluere dictæ tutrici auctoritate iudicis, hæredes ſubſtituti pu-
ellæ cõtradicunt. quæritur, an dictus debitor poſſit ſoluere di-
ctæ matri tutrici puellæ, adeo quod liberatus, & tutus ſit.

1 In Chriſti nomine. † Nullo colore, vel in-
genio dictus hęres, ſeu
dicti hæredes poſſunt detrahere, quo minus dictos mille flor.
mandato iudicis dictæ tutrici ſoluant, per talem enim ſolutio-
nem ſunt perpetuò, & pleniſſimè liberati: vt ff. de min.l.ait prę-
tor.§.permittitur. etiam ſi tutrix talem pecuniam conſumeret,
vel dilapidaret. C. de admi. tut.l. ſanci. & not. C.ſi aduerſus ſo-
lutionem. l. 1. & ſoluere detrectantes teneantur ad intereſſe
puellæ. C.in quibus cau.in inte.re.l. in mino.ff. de leg.2.l. Titia
Seyo.§. vſuras. Ego Baldus.

## CONSILIVM CXCVIII.

1 *Priuata ſcriptura trino teſte notata, an & quando probat hypothecam.*
2 *Fraus in hypotheca in priuata ſcriptura quando præſumatur. & nu. 8.*
3 *Si priuata ſcriptura continet hypothecam, quatuor ſunt conſideranda.*
4 *Quæ ſcriptura praualeat in hypotheca, & de viribus ſcripturarum.*
5 *Scriptura publica facit, quod non credatur priuatæ.*
6 *Excußio in hypotheca an ſit ſemper neceſſaria.*
7 *In contractibus duorum reorum an ſit fienda excußio contra vnum, an contra duos.*
9 *Si notorium eſt bona non extare, an ſit neceſſaria excußio.*
10 *Hypotheca conſtituta à procuratore an trahatur ad diem mandati.*
11 *Duo rei an videantur inuicem fideiubere.*

In Chriſti nomine. Ad intelligentiam hu-
ius materiæ oportet
præmittere intellectum legis, ſcripturas, & authenticæ ibi po-
1 ſitæ. C. qui pot.in pign. habe. † diſtinguendo, nam aut priuata
ſcriptura producitur contra ſcribentem conuentum perſona-
li, vel hypothecaria: habens ſuum, id eſt, ſolidum robur, vt ha-
bebat iure veteri: pro conſtanti enim ponitur, quod erat vali-
da, & ad probandum ſufficiens, ſi debitor confitebatur eam ſe
ſcripſiſſe, licet cætera negaret, vt ff. de pig.l.cum tabernam.§.
idem quæſijt. & l. fideiuſſor. §. pater. & l. ſi is, qui bona.§.1. vn-
de ex tali ſcriptura ſurgit contra ſcribentem probatio valida
eorum, quæ ſcripta ſunt in ipſa, vt C. de non nu. pe. l. genera-
liter.ff. de conſt.pec.l.quidam.ff. depoſiti.l. Publia. §. fi.& cum
eſt facta inter præſentes, p̃ſumuntur omnia tam vera, quam ſo-
lemniter acta, vt ff. de verb.oblig. l. ſciendum.ff. ſi cer.pet.l.le-
cta.& in §.ſi ſcriptum.& C.de cõtrahen.& cõmit.ſtip.l.1.& no.
in l.1.C. de vſu. Rectè ergo iudex pronuntiauit contra ſcriben-
tem pro ſer Iac. Mani, & rite, & tandẽ proceſſit diſcuſſio: quia
habuit in ſe ordinem, & veritatem iuris, & facti, & hoc deter-
minatur in d.l. ſcripturas.in 1. par.l.interdum priuata ſcriptura
debitoris producitur contra debitorem, qui ſimiliter nititur
ex priuata ſcriptura.& quia iſte non eſt caſus noſter, non diſcu-
tio ipſum. interdum producitur contra extraneum poſſeſſo-
rem, vel alium creditorem, qui habet pro ſe publicum inſtru-
mentum, & tunc aut priuata ſcriptura non continet hypothe-
cam, aut cõtinet hypothecam. Primo caſu aut alienatio, vel no-
ua obligatio eſt contracta in fraudẽ, licet nõ poſſit agi hypothe-
caria: quia non eſt hypotheca, tamen poteſt actione in factum
reuocatoria cum diſtinctione, de qua leg.& not. inſti.de actio.
2 §.item ſi quis in fraudem. † oportet tamen probare conſilium
fraudis: ſi extraneus poſſeſſor, vel creditor poſſidet ex cauſa o-
neroſa: quia fraus realiter nõ præſumitur: vt ff.de prob.l. quo-
3 ties.§.qui dolo. † Si vero priuata ſcriptura continet hypothecã:
tunc quatuor ſunt conſideranda. primũ eſt literarum figura. ſe-
cundum eſt p̃ſonalis obligationis ſubſtantia. tertium eſt hypo-
theca. quartũ eſt tempus. Dico, ꝙ prima inſpectio eſt figura li-
terarum. ff.de act. & oblig.l. non figura. eſt autẽ figura ipſa orõ
ſcripta.& de hac non credo, ꝙ reus neget ipſam eſſe ſcriptã ma-
nu ſcribẽtis, & ita mihi p̃ſupponitur. ſecunda inſpectio eſt per-
ſonalis obligationis, vt ff. de prob.l. ante omnia. & nec iſta ne-
gatur p̃ aduerſarium; quia non poteſt negare ſine rubore: cum
appareat p̃ codices rationũ, & maximè cum ſecundũ conſuetu-
dinem mercatorũ codices eorũ habeantur pro publicis inſtru-
mentis, vt no. Bar.ff. de dona.l. nuda ratio. Tertia inſpectio eſt
hypothecę, & hic etiam p̃ſuppono, ꝙ non negatur hypotheca,
ſed tẽpus, qđ erat. Quartò inſpiciendũ eſt tẽpus, tempus autem
poteſt negari dupliciter, primo modo; quia ante videtur vendi-
ta, & tradita, quã obligata, & ſic in obligatione non poteſt ve-
nire, quod alienatũ eſt prius; quia non eſt in bonis obligantis:
vt ff. de pig. l.ſi his qui.§.quod dicitur. & iſte emptor habet pu-
blicum inſtrumentũ venditionis, & p̃carię traditionis, quę ſuf-
ficit ad dominium transferendũ, & p̃ferendum: vt ff. de acqui.
4 poſ.l. quod meo.& plenè no.ff.de pac.l.ab emptione. † Secun-
do modo; quia emptor habet hypothecã expreſſam ex publico
inſtrumento, quæ p̃fertur hypothecæ ex inſtrumento priuato;
quia credibilius eſt publicũ inſtrumentũ, quã priuatũ. ꝙ opti-
ma ratione ſtatutũ eſt duab. rationib. Primò: quia certior pro-
batio eſt p̃ferẽda, vt extra de prob. c.licet cauſam. Secundò, ne
ſit in p̃tãte debitoris tollere ius creditoris: vt ff. de fid. inſtr. l.
repetita. C.de fal.l.ſi creditor.ff.ad Velle.l. Seya mancipia.ff.de
fide.l.1.§. editiones. C.de prob.l.exemplo.eſt & tertia ratio, ne
res inter alios acta p̃iudicet, vt C.res inter alios acta.per totum,
& ff.de iuris & fac.igno.l. iniquiſſimũ. & videtur expreſſum in
d. l.ſcripturas. §. fin. & Auth.ibi poſita. ꝙ niſi priuata ſcriptura
ſit ſubſcripta, vel ſcripta manu debitoris, & trino teſte ſubſcri-
pta tanquã vera, & geſta in p̃ntia ſubſcribẽtium, quod ſcriptu-
ra publica derogat fidei priuatæ ſcripturæ, & eam reddit inua-
lidam inualiditate probationis, & inualidate eſſentiæ, & maxi-
mè circa temporis prærogatiuam: nam ſi ſcriptura publica eſt
omni exceptione maior, eſt excepta exceptione falſitatis, & ſi-
mulationis, & cauſæ non ſecutæ. ſed priuata ſcriptura non eſt
omni exceptione maior; qa de facili p̃t colludi, ſicut dicimus,
quod ꝓpter timorẽ ſubornationis interdum impeditur verita-
tis probõ, vt in Auth. de teſti.§. quia vero. Sed his non obſtan-
tibus, in caſu noſtro videtur alia conſideratio adhibẽda: nam ſi
emptor nititur ex dñio habens cauſam à venditore, debet vti
cum ſua cauſa, ſuis vitijs, & cum poſtpoſitiua tẽporis, vt no.C.
ſi alie.res pign.da.ſit.l.cum res.& ff. de publiciana.l.ſiue autẽ.§.
ſi duob. nam nõ debeo eſſe melioris condõnis, q̃ auctor meus,
vt ff.de reg.iur.l.in his.§. non debeo. Itẽ non debet eſſe in p̃tãte
debitoris facere difficiliorẽ, & deteriorẽ probationẽ credito-
ris: vt ff.de iur.& fac.igno.l.iniquiſſimũ.& ff.de pact.l.ſi vnus.§.
ante omnia. vnde dicit Iac.Bu. ꝙ etiam contra ſubſcribentẽ di-
cta priuata ſcriptura ꝓbat, ſicut cõtra ipſum debitorẽ ſcriben-
tem: vt ipſe ponit in d.l.ſcripturas. ſcriptura igitur, quę faciebat
fidem contra debitorẽ, facit fidẽ contra quẽlibet ſucceſſorem,
ſiue vniuerſalẽ, ſiue particularẽ, argm̃.ff. de vſucap.l.id tẽpus.§.
1.ff. de acq. poſ. l.Pomponius.§. cum quis.& ff. de pig.l.ſi ſupe-
5 ratus.§.1. & ff.de excep. rei iudic.l.ſi à te.§. Iulianus. † Non ob-
ſtat, ſi dicas, quod publica ſcriptura facit, ꝙ non credatur pri-
uatæ: quia hoc verum eſt, niſi conſtet, ꝙ priuata ſit vera: quia
l. ſcripturas. ſe fundat ſuper pręſcrip. quia publica cenſetur cre-
dibilior. ſed præſumptiones ceſſant, vbi veritas apparet in con-
trarium. vt ff. de in integ. reſti.l. diuus. hic autem veritas appa-
ret: quia non reuocatur in dubium veritatis robur, id eſt, va-
lentia



lentia ſcripturæ [illegible] non enim dicit emptor, quod ſcriptu-
ra priuata non ſit vera: ſed dicit, ꝙ ſcriptura priuata non valet;
quod falſum eſt, & immo valet, ſi vera eſt. ff. de pigno.l. contra-
hitur. & C. de ſid. inſtru. l. in exercendis. non enim eſt hic ſcri-
ptura de ſubſtantia, cum veritas de facili ꝓbari poteſt, vt ĩ. di-
cam in concluſione, quam pono. Item quæ non ꝓſunt ſingula,
multa iuuant, quæ adinuicẽ collecta fidem faciunt, vt extra de
proba. c. cauſam. Item in cauſis mercatorum, vbi de bona fide
agitur, non congruit de iuris apicib. diſputare, vt ff. mand. l. ſi
fideiuſſor. §. quædã. & ex hoc pono talem concluſionẽ, ꝙ ſi di-
cta ſcriptura ſer Iaco. ante contractũ emptionis, & venditionis
fuiſſet viſa, & lecta per tres teſtes literatos, & intelligentes, &
ſcripturã cognoſcentes, anteq̃ venditio fieret, ꝙ talis ſcriptura
ſit verificata, ſufficeret contra emptorẽ, & quẽlibet poſſeſſo-
rem, vt no. Cy.C. de eden. Auth. ſi quis in aliquo. & ꝓbatur ex-
tra de cenſi. c.cum olim. Nec obſt. ſi dicas, teſtes debẽt eſſe ſub-
ſcripti, quia illud verũ in teſtimonio vocis mortuæ, ſed non eſt
neceſſe in teſtimonio viuæ vocis; vt ff. de teſti.l. vbi numerus. &
optimè facit, quod legit. & not. ff. de nego. geſt. l. ſi actum eſt. l.
atqui natura.§. Scęuola. & in c. vlt. de reſcri. in cle. eſt veriſimi-
le, quod ſer Iac. hẽt multos teſtes, p̃ quos poſſit ꝓbari. Item per
ipſum ſcribentẽ adductũ in teſtem, vt ff. fini. regũ.l. eos.& ff.de
procur.l.ſi actor malit. ſed & illud non eſt omittendũ, quod hic
non eſt quæſtio de duab. hypothecis; quia emptor nullam ha-
bet hypothecã in re empta. vnde eſt quæſtio inter hñtẽ hypo-
thecã, & priuatã ſcripturã, & nullam hypothecam hñtem: &
ſic præfertur hñs hypothecam. quod ꝓbatur trib. rationib. pri-
ma; quia res ſua nemini eſt obligata realiter, vt l. neq; pignus.
ſecunda; quia res empta non eſt hic obligata pro traditione:
quia res fuit tradita, vt ff. de ſolu. l. in numerationibus. tertia;
quia nõ eſt obligata ꝓ euictione; quia in illius obligatione non
cedit dies, antequã res euincat, & poſſeſſio aduocetur, vt ff. de
eui.l. habere licere. & ꝓbatur per Iacob. de Are. ff. ſol. mat. l. fa-
cere poſſe. vnde niſi ſer Iaco. euincat rem, & habeat poſſeſſio-
nem, non habet emptor hypothecariam: quia nondum extitit
condõ. & hoc certo certius eſt, quod hic non ſunt duæ hypo-
thecæ rebus ſic ſe habentib. & huic rõni non poteſt reſponde-
ri. Viſo de virib. ſcripturarũ, videndum eſt de diſcuſſione, an ſit
6 neceſſaria. † Et ad intelligentiam ſciendũ eſt, ꝙ in contractib.
duorum reorũ ſciorum quilibet tenet pro parte: quia ſocietas,
quæ obligat ex tali contractu, diſtribuitur in partes viriles ſicut
hæreditas in parte hæreditatis, vt ff. pro ſoc. l.ſi non fuerit. ob-
ligant igitur ſocij per medium ſocietatis, & ſic in partes: quia
non poteſt eſſe ſocietas ſine intellectu diſtribu. excepta ſocie-
tate leonina. & hoc videt, niſi actum ſit, vt quilibet teneat in-
ſolidum, vel niſi per vnũ adminiſtrent, vt ff. ad l. Falc. l. in l. Fal-
cidia ſi hoc obſeruandũ. & ff. de exer. l. ne in plures, nam quan-
do vnus eſt ꝓcurator plurium, & pro indiuiſo res gerit, & ſo-
cietas adminiſtrat per ipſum ꝓcuratorem nomine cuiuſlibet
inſolidum, quẽlibet inſolidum obligare poteſt. Conſidera er-
go, aut ſumus in caſu, in quo quilibet ſit obligatus pro parte, &
non requirit diſcuſſio alterius: quia pro parte illius non agitur,
nec agi poteſt: vt ff. de duobus reis. l. reos.§. cum in tabulis. aut
ſumus in caſu, in quo quilibet tenet inſolidum: & tunc quate-
nus vnus non fideiubet pro altero, ſed pro ſe ꝓmittit, & idem:
7 aut quatenus fideiubet: & tunc ſunt opinio. † vna ꝙ neceſſa-
ria ſit excuſſio eatenus, quatenus: alia, ꝙ non ſit neceſſaria ex-
cuſſio: quia non dñr propriè fideiubere; cum ſint æquè princi-
pales, ſed inter ipſos bene p̃nt plures obligati inſolidum fungi
mutuis fideiubendi officijs, ita ꝙ ille, ad quẽ principaliter per-
tinet negotium, dicat reus, & alter fideiuſſor: vt C. ſi cer. pet. l.
ſi non ſinguli. & ſubtiliter no. ff. ad Vell. l. vir vxori. §. fi. & ff. de
his, qui no. infa. l. furti.§. qui alieno. & ff. de pact. l. fideiuſſore. &
l. ſi vnus. in princ. & l. 1. C. de duob. reis. & C. de tranſac. l. 1. & in
Authen. de duob. reis. §. 1. nihil igitur cõmune habet in duob.
æquè principalib. hypotheca vnius cum hypotheca alterius. &
ipſæ obligationes inter ſe ſunt diuerſæ: vt l. ſi plures. ff. de pac.
& ideo de vno ſeparatorũ ad aliud non gerat impedimentum,
cum creditor eligere poſſit: vt ff. man. l. creditor. in princ. & no.
C. de pa. l. ſi creditores. & hanc tacet Ia. de Bel. in auth. de fidei.
& eſt ratio manifeſta: quia cum teneat agens iura cedere, ſi de-
bet excutere, nunq̃ teneret actionẽ cedere, niſi inanem ꝓpter
inopiam debitoris: quia ridiculũ eſt dicere, ꝙ ſola actio inanis
ſit cedenda, & non actio plena, & valida. C. de col. Auth. quod
locum. & ff. de pa. l. niſi. & ff. de ſol. l. ſtichũ. §. ſi mandato. excuſ-
ſio igit pertinet ad poſſeſſorẽ ceſſis ſibi iurib. qa ſufficere debet
ei beneficium cedendarũ, cui cedenda ſunt iura, non ad ceden-
tem: vt ff. qui po. in pig. ha. l. mulier. finaliter poteſt dici hoc ca-
ſu diſcuſſionem non eſſe neceſſariam: quia nullo iure cauetur.
& de hoc eſt glo. or. in Auth. de fideiuſ. in princ. in glo. no. diffe-
rentiam in fi. glo. vbi ſic ait, hic finis glo. habet locũ, quando v-
nus poſt aliũ obligat, ſecus ſi plures ſimul inſolidum: quia tunc
eſſent duo rei. nam nemo cogit agere contra duos reos, ante-
quam perueniat ad poſſeſſores pignorũ vnius: cum liberum ſit
creditori contra vnum agere, & contra nullum non agere. & fi-
nis gl. illius fuit additio. hæc etiã opin. ex tex. ꝓbatur: quia tex.
dicit, excutiendos acceſſorios, fideiuſſorem, mandatorem, aut
pro alio ſpondentẽ: vt ff. de pac. l. in perſonã. §. qui pecuniam.
ſed reus debendi pro ſe principaliter, & inſolidum obligatus
non eſt acceſſorius: cum ſit pro ſe inſolidum principalis apud
creditorem, vt d. l. generaliter. & ideo non eſt de illis trib. per-
ſonis enumeratis, nec de ſimi. ſed abundantiore cautela obſtri-
ctus, & maximè in contractib. argentariorũ, in quib. ſit celeri-
or, & ꝓptior executio: vt eſt tex. no. in d. Authen. de fideiuſſ.
§. argentariorũ. quorum etiam ſcripturæ tanquã priuatæ ex ge-
nerali conſuetudine reputantur quaſi authenticæ, & credibi-
les ꝓpter mercatorum præcipuam fidelitatem, & ex parte le-
galitatem, vt ff. de eden. l. quædam. §. nummularios. & maximè
quando iuuantur adminiculis ꝓpter publicam vtilitatem. vn-
de concludo, ꝙ non eſt neceſſaria excuſſio æquè principalium
debitorum, ar. ff. de condi. ind. l. dñs teſtõ. & ff. ſi cer. pet. l. cum
fundus. §. 1. vt circuitus euitetur, & creditori ſine tot anfractib.
8 conſulatur. † Porrò de alio puncto, ſ. de articulo fraudis præſu-
mendæ non p̃t dari certa doctrina, & ideo recurrimus ad argu-
menta, vt ff. de re mil. l. non omnes. §. à Barbaris. de quib. no. in
l. omnes §. Lucius. quæ in frau. cre. ff. de leg. 3. l. nomen. §. 1. ff. de
dona. l. poſt contractum. & ar. ff. man. l. p̃ diuerſas. & l. ab Ana-
ſtaſio. & ff. qui. pig. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. ſuperuacuũ. C. de pig.
l. fi. C. de dona. ante nu. l. ſed iam neceſſe. C. plus valere qđ agi-
tur. l. emp. ff. de aqua plu. ar. l. emptor. C. de pig. l. fi. C. de dona.
l. data iam pridem. ff. de acqui. hær. l. ſi is. C. de repu. hære. l. 2. &
quod ibi p̃ Cyn. in Auth. de æquali. do. §. illud. & de iſto vltimo
pleniſſimè ſcripſi in alio conſilio meo: & ideo non repeto, ſed
pro certo fraudẽ interueniſſe coniector, & maximè ex inſolita,
& repentina alienatione prima facie omnium bonorũ. & quia
in talib. fraudulentis mercatorib. fraus eſt præſumenda, vt in
regula, ſemel malus. & ex euentu p̃ſumitur conſilium, vt C. de
9 adul. l. ſi quis. Illud etiam circa p̃dicta nõ eſt omittendũ, † quod
non requirit excuſſio, vbi bona notorie ſunt non ſoluendo, &
debitor latitat, vt leg. & not. ff. de verb. obl. l. decem. & ff. ſi cer.
pe. l. fi. §. ſed ſi cum Seio. quia inanis eſt excuſſio, quam excludit
inopia debitoris. l. nam is. ff. de dolo. & no. C. quando fiſcus, vel
priu. l. non patet. & iſte, de quo quærit, ſecundũ mihi aſſerta,
nudus de ciuitate receſſit, & bene notoriũ eſt in populo ipſum
non eſſe ſoluendo. ff. de actio. emp. l. emptorẽ. in princ. & no. in
l. 1. C. qui, & aduerſus quos. qui ſatiſd. cog. l. ſi vero. §. qui ꝓ rei
qualitate. Itẽ conſidera, ꝙ iſtæ excuſſiones, de quib. ius nouum
loquit, corrigunt ius antiquũ; vt patet in tex. dicti Authentici,
de fideiuſ. & vbi legum correctio vertit, ibi debemus ſtare con-
tenti verbis legis corrigentis, & non extendere nos vlterius, vt
10 no. C. de ſac. ſan. eccle. Auth. quas actiones. † Aliud punctũ, de
quo q̃ri poteſt, tale eſt, vtrum hypotheca cõſtituta à ꝓcurato-
re trahat retro ad diem mandati. & videtur, ꝙ ſic; quia ſubſtan-
tia iſtius obligationis cõſiſtit in mandato. Itẽ iſta obligatio fuit
facta ex cauſa de p̃terito, arg. ff. de pig. actio. l. ſi rem. §. fin. Item
mandatũ forte nõ poſſet reuocari; qa neceſſariũ, vt ff. de acqui.
poſſ. l. fundũ. §. 1. Itẽ ad hoc facit pro, & cõtra. ff. de fideiuſſo. l. ſi
vt ꝓponit. In cõtrarium, ꝙ non trahat retro, eſt; qa inſpicitur
tempus cõtractus. Item quia tunc, & nõ prius interuenit con-
ſenſus ꝓcuratoris, vt ff. de acqui. poſſeſ. l. qui abſenti. §. 1. Item
quia tractat de p̃iudicio tertij, cui interim erat facta venditio,
& traditio. ff. de ſolu. l. cum decem. & l. ſi offerenti. & l. fi. ff. rem
ra. habe. Item quia iſta fictio non haberet extremum, à quo res
tunc nõ ſit in bo. debito. vt ff. qui pot. in pig. ha. l. portio. & l. qui
balneum. Itẽ ratihabitio, quæ æquiparat mandato, trahitur ad
diem cõtractus, ergo mandatũ: iſtum articulũ non determino;
quia

quia ſer Iacob. habet ius in omnem euentum, ſecundum quod promiſſum eſt, cum ipſe habeat hypothecã, & non emptor: & non ſit neceſſaria excuſſio, & maximè cum notorium habeatur
11 pro excuſſione. † Quæro, an duo æq; principaliter videantur inuicẽ fideiubere: quæſtio eſt difficilis, nã ſi hoc eſſet pro parte dimidia alterius, cõpeteret ſoluenti actio mandati. quod gl. negant, quia dicunt, ꝙ competat vtilis actio negotiorũ geſtorum. Quæritur ergo, an teneor pro parte ſua Reſpondeo, non: ideo quia ꝓ te promittã, immo ꝓ me ſolo: ſed quia tibi eſt ſolutũ de voluntate mea, videtur mihi ſolutũ, ſicut ſi numeraturus mihi ſolueres alij mea voluntate, & ideo non habeo beneficiũ de fideiuſſoribus, nec poſſum petere mihi cedi actionẽ agendo inſolidũ contra ꝓmiſſorem: quia principaliter, & nomine meo tantũ teneor partim ex vera numeratione mihi facta, partim ex interpretatiua, vt ff. de pig. act. l. ſolutum. §. ſolutã. quia in mea propria obligatione ſum ſolus, & inſolidũ obligatus, & alter in ſua: licet vna ſolutio finalis ſufficiat vtriq; obligatio. & hoc facit ad declarationẽ primi puncti de excuſſione. Ego Baldus.

## CONSILIVM CXCIX.

1 *Confeſſio facta ſe habuiſſe bladum ſub ſpe tamen habendi, immo cum promiſſione ſibi facta de dando ſibi bladum poſt confeſſionem, quã actionem inducat, & quem contractum. Vide ſupra conſilio 131.*

In Chriſti nomine. Petrus tenebatur cuidam Perono de Laude conductori certi territorij dicti Pe. conſignare certã quantitatẽ bladi in illo territorio ſeminandã: cum autẽ d. Pet. re vera dictã conſignationẽ non feciſſet: tamen ex certa ſcientia d. Peronus fuit cõfeſſus dictã conſignationẽ ſibi factã, eo tñ prætextu aliter nõ facturus, niſi qa d. Pet. ꝓmiſit d. Perono intereſſe tam ante dictã confeſſionẽ, q̃ poſt. ex hac ꝓmiſſione noua, &
1 etiam ex veteri dictus Peronus vult agere, opponitur, † ꝙ iſtud pactum eſt nudũ, ex quo nõ datur actio. replicatur, ꝙ iſtud pactum eſt veſtitũ; quia facta relatione confeſſionis ad intereſſe promiſſum reſultat contractus iſte nominatus, videlicet facio confeſſionẽ, vt des intereſſe. & in cõfitendo factum eſt impletum, ergo eſt pactum veſtitũ rei interuentu, vt ff. de p̃ſcri. verb. l. naturalis. & leg. no. ff. de pact. l. ſi intra. Itẽ allegatur, ꝙ dictus ſermo, ſi ꝓmittis intereſſe, cõfiteor numerationẽ, ſapit ſtipulationem: quia quædã interrogatio eſt, vt ſit ſenſus. ꝓmittis intereſſe, vt faciã confeſſionẽ: & ille dicat, ꝓmitto: quaſi omnia præſumant' inter p̃ntes ſolenniter acta. Item confeſſio interueniente ſcriptura videt' eſſe quidã contractus ſolennis: vt inſti. de litera. ob. & l. in contractib. de non nu. pec. vnde pactum appoſitum eſt veſtitũ cohærentia cõtractus, vt plenè no. poſt gl. per Pet. & Cy. C. de pac. l. petens. In contrarium allegatur, ꝙ dicta confeſſio fuit iur̃o vallata, cõtra quã non licet venire, vt C. de tranſac. l. ſi quis maior. Item & ſi nõ eſſet appoſitũ iur̃m, non licet cõuenire poſt 30. dies, vt d. l. in cõtractib. Sol. multũ refert, vtrum dicta cõfeſſio fuerit facta ſpe futuri implementi, an non. primo caſu cum de implemẽto ſit appoſitũ pactum expreſſum, etiã poſt 30. dies, poteſt excipi; quia talis ꝓmiſſio expreſſa non finitur ſpacio 30. dierum; vt ff. ſi cer. pet. l. qui pecuniã. & C. de præſcri. 30. anno. l. ſicut. Si autem cõfeſsio eſt facta non ſpe futuri implementi: tunc conſiderandũ eſt, qualia verba ſunt appoſita in dicta cõfeſsione. nam ſi quidẽ fuit facta ſimplex confeſsio, tunc parit exceptionẽ pacti, & non liberat ipſo iure, vt ff. de pac. l. tale pactum. in princ. & ſingulariter no. ff. de ſo. l. ſi ex plurib. & ideo cum nõ ſit ſublata prima obligatio ipſo iure, ſed ope exceptionis, ꝑ pactum de petendo eliditur exceptio, & datur replicatio, licet ſit pactum nudũ, vt ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. & hoc eſt certiſsimũ in iure. ſi autem ſunt talia verba, quæ liberent ipſo iure: nunc eſt conſiderandũ, quia verum eſt, ꝙ ex nudo pacto non naſcitur actio: tamen quia altera pars non ſeruat pactum, elidit' confeſsio ope exceptionis doli: quia videtur circunuentus ille, qui confeſſus eſt. ff. de pac. l. ſi cum te. & l. ſeq. vbi eſt quaſi expreſſum. & ff. loc. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. de reſc. ven. l. ſi. amplius cõſiderandum eſt, quod duo ꝓponuntur pacta fuiſſe, vnum ante confeſsionẽ, alterum poſt. & licet primũ fuerit nudum: tamen ſecundũ pactum cadit in conſtitutã pecuniam, quia p̃cedit debitum naturale. quo caſu agitur ex nudo pacto, veſtito tuitione p̃toris, vt inſtit. de ac. §. de cõſtituta. ſed certè quod dicit' de veſtimẽto implementi, ſatis eſt dictum; quia fundamentum contractuum innominatorum eſt implementũ, vt C. de rer. pm. l. ex placito. & ff. de pac. l. iuriſgen. §. 1. & §. quinimo. & d. l. naturalis. de p̃ſcrip. verb. & ſi dicat', iſta pacta nõ ſunt ꝓbata. Reſpondeo, immo ſunt clarè ꝓbata, & in hoc acta loquunt'. quod dicitur, ꝙ teſtes nõ ſunt idonei, parcat reuerentia allegantis; quia iſtæ allegationes ſunt friuolę, nec ſunt dignę reſponſione alia: cum teſtes de iure non ſint ꝓhibiti, & ſunt p̃ſonæ non ſuſpectæ, & memores ſalutis æternæ, vt l. vlti. C. ad l. Iul. repe. & l. 1. ff. de teſtib. Item allegatio de iur̃o non ob. quod tacitã habet condõnẽ. C. de nõ ſu u. pecu. l. fi. & ibi eſt propriè caſus iſtius puncti. Ego. Bald.

## CONSILIVM CC.

1 *Aditio hæreditatis an præſumatur, eo quia filius creauit procuratorem ad mouendas actiones hæreditarias.*

In Chriſti nomine. Berta ſciens patrem mortuũ, facit quen-
1 dam ꝓcuratorem ad mouendum hæreditarias actiones. † quæritur, vtrum ꝑ hoc intelligat' hæreditatẽ p̃rnam adire, ſeu ſe immiſcere: & videtur, ꝙ ſic, vt le. & no. ff. de acq. hær. l. Pau. & inſti. de hære. quali. & diffe. §. fi. nam iſte actus nõ poteſt geri citra ius, & nomen hæredis: vnde non ſolum p̃ſumptiuè, ſed etiam neceſſariò infert aditionẽ hæreditatis: vt ff. de acq. hæ. l. ꝓ hærede. in princ. & §. Papi. In contrarium videtur, ꝙ licet habuerit ſcientiã mortis, non tamen conſtat, ꝙ ſciuerit, vtrum p̃r deceſſerit teſtatus, vel inteſtatus, nec p̃ſumitur iſta ſcientia in ſuis, & neceſſarijs hæredib. vt ff. ſi cer. pet. l. eius, qui in ꝓuincia. & no. ꝑ Bar. in l. cum hæres. ff. de li. le. Item ſi appareret ſciſſe eum teſtatum, vel inteſtatũ, tamen quia nõ expreſsit, ex quo capite adeat, vel immiſceat. & ideo nõ valet aditio vel immiſtio: vt no. in l. illud. ff. ſi pars hære. pet. & ff. de acq. hær. l. gerit. Sol. aut pater fecit teſtm̃, & nõ valet aditio: quia nõ dicit ex quo capite: & quia non p̃ſumitur ſcientia: aut nõ fecit teſtm̃, & valet aditio: quia certum eſt, ꝙ ex vno capite tantum erat delata hæreditas. vnde non poteſt voluntas eius alternari inter duo alternatiua: quia alternatiuæ nõ eſt niſi vnum remedium. Aut eſt dubium: & in dubio nemo p̃ſumitur deceſsiſſe teſtatus; quia facta non p̃ſumuntur, & ſic in caſu dubij talis aditio debet hæredi ꝓ valida. & ſic diſtinguendo ſaluantur contraria. Vel dic, ꝙ cum iſta verba ſint dubia: cum poſsibile ſit teſtõrem deceſsiſſe tam teſtatum, quã inteſtatũ: tamen niſi declaret quo animo, & ex quo capite adierit: iſta aditio incerta, & obſcura nõ debet admitti; quia nõ conſtat ex ea ius eſſe q̃ſiturum illi, qui generaliter loquitur, & cõfusè: niſi declaret aduerſario opponente. Præterea iudex p̃t in hoc ſupplere ex officio ſuo, interrogando ne ꝓcedat ſup æquiuoco, vt ff. de interrog. act. l. vbicunq;. C. de anna. excep. l. fi. ſimile eſt, quod dicit lex, ꝙ obſcura exceptio ꝓ nulla hr̃. ff. de le. 1. l. Titiæ textores. item petitio obſcura nõ procedit, niſi declaretur; cum obſcuritas pendet ex facti cauſa, vt ff. de rei vendi. l. item Pompo. ſcribit, ſi frumentum. §. fi. item qua mente aliquid dicatur, animaduerti cõuenit, vt ff. ad exhiben. l. pen. item ad p̃dicta facit. ff. de rei ven. l. ſi in rem. & ff. de iu. fiſ. l. ita fidei. & l. certũ. in princ. ff. de cõfeſsis. p̃dicta etiam ꝓbantur per l. ſi is, ad quem. & l. Clodianus. ff. de acqu. hære. cum ibi no. & iſta vltima opin. magis mihi placet; quia eſt remota ab omni calumnia & duplicitate ſine captione. aditio enim hæreditatis debet eſſe, & talis, & taliter, ꝙ adiens hæreditatẽ poſsit ex ea cõueniri, ſicut agere, vt no. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ſoluto matrimonio. & ideo non debet eſſe alternatiua, vel cõditionalis. tex. eſt. ff. de regu. iur. l. actus legitimi. Ego Bal.

## CONSILIVM CCI.

1 *Minor prohibitus alienare ſine conſenſu duorum ex proximioribus, ſi alienauit cum conſenſu duorum ex non tam proximioribus, cum proximiores eſſent abſentes, an valeat alienatio. & quid operatur iuramentum in talibus alienationibus. & nu. 2. & 4.*
3 *Maſculinum an comprehendat fœmininum,*
5 *Iudex aliquando ſupplet locum abſentis.*

In Chriſti nomine. In prouincia Anconit. eſt generalis conſtitutio eccleſiæ, in qua continet', quod donationes, alienationes, ceſsiones, & quietationes quaruncunq; perſonarum, rerum, actionum, iurium, ſub quacunq; forma contractuum, vel verborum à puberib. ſeu adultis factæ ſine iuramento corporaliter præ-



ter præſtito, ac etiã ſine cõſenſu duorũ vel triũ proximiorũ conſanguineorum, ſi extant, vel ſaltẽ affinium, ſi conſanguinei non exiſtãt, & ſine decreto iudicis cõpetẽtis, & inſinuatione facienda in actis, non valeant, & præſumant', & fingãtur doloſè extortæ, & nullã obtineant firmitatẽ. Itẽ in terra Fabriani dictæ prouinciæ viget quoddã ſtatutum teno. vt ĩ. vtilitati minorũ prouidere volẽtes, & ne tales minores malè vtantur eorũ ſubſtãtia: ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ nõ liceat alicui minori 18. annorum vendere, ſeu alienare aliquam poſſeſſionem immobilẽ alicui ſine potẽtia curato. ipſius minoris, & abſq; præſentia, & volũtate eorum conſanguineorũ ipſius minoris proximiorũ, nec facere aliquẽ cõtractum ſuper aliqua re ſine præſentia, & cõſenſu prędictorũ. & ſi quis contra fecerit, qđ factum fuit, ſit nullius valoris. modo factũ tale eſt. Pet. maior 24. ann. & minor 25. exiſtens coram iudice cõmunis Fabriani, cum cõſenſu, & auctoritate curatoris ſui, & duorũ ſuorũ ꝓximiorum conſanguineorũ ex his, q̃ tunc reperiebant', & haberi poterant in terra Fabriani, vt ipſe & cõtrahẽs ſecũ aſſeruerunt: & cum auctoritate, & decreto iudicis, & inſinuatione cõtractus, & iur̃o dicti adulti fecit contractum tranſactionis, quietationis, ratificationis, & remiſſionis cũ Martino de certis petijs terrarũ, & iurib. & actionib. & debitis, & creditis ſub certa forma. & recepit idem Pet. per viã trãſactionis à d. Martino in eodẽ contractu quietationẽ, & abſolutionem de quibuſdã debitis eidẽ Martino à dicto Pet. Nunc d. Petrus exiſtẽs maior 30. annis vult dictũ cõtractum dicere nullum; qa patruus dicti Pet. non cõſenſit, nec mater dicti Pet. Sed ad hoc reſpondet', ꝙ dictus patruus erat abſens à terra Fabriani per 40. miliaria, & longo tp̃e fuit abſens tanq̃ ſuſpectus ex cauſa partialitatis, nec erat ei tutum reuerti. Itẽ dicitur, ꝙ etiã mater
1 erat abſens à dicto diſtrictu. † Quærit', qđ iuris. & videtur, ꝙ dictus contractus fuerit, & ſit ipſo iure nullus: quia initus contra generalẽ conſuetudinẽ eccleſię Romanę: vt C. de legib. & conſti. l. non dubium. & C. de pac. l. pacta. q̃ contra. & ff. eod. l. iuriſgentiũ. §. & gñaliter. & ff. de leg. 1. l. ſi quis inquilinos. §. fi. nã ſicut non valet iur̃m contra bonos mores, ita non valet cõtra bonas & ęquas leges, & conſtitutiones, vt ff. de iu. pa. l. adigere. §. fi. & C. de arbitris. authen. decernimus. & C. qñ mulier tutelæ off. fungi poteſt. Auth. ſacramẽtum. & C. de nup. Auth. quod eis. & in c. non eſt obligatorium. de reg. iur. lib. 6. ſed cõſtitutio eccleſiæ eſt bona & ęqua, ergo eſt ſeruanda: quia ius publicum pactis priuatorum conuelli. i. mutari, vel alterari nõ poteſt, vt ff. de fideiuſſo. l. cum lex. & ff. de pact. l. ius publicũ. & l. inter debitorẽ. ꝙ autẽ tam conſtitutio, q̃ ſtatutum vigeat æquitate, apparet ex eorum ꝓœmio, ꝑ quod ꝓbatur ratio finalis, vt ff. de hæred. inſti. l. Pacumeuius Androtenes. & quod no. per Cyn. in Auth. ſacramenta puberũ. non ob. ſi dicat', ꝙ duo conſanguinei proximiores eſſent ãbñtes: qa debuerunt reqri, & expectari. ff. de dam. infe. l. 4. §. toties. nam legit' in vſib. feud. ꝙ noua inueſtitura feudorum non põt fieri, niſi p̃ñtibus parib. i. vaſallis eiuſdẽ dñi. Modò dicit tex. ꝙ ſi ipſi non ſunt p̃ñtes, ſunt expectandi: & aliter non põt fieri inueſtitura. ſed ſi nõ eſſent in rerum natura, tũc poſſet fieri corã alijs teſtib. in 10. colla. de cõſuetudine recti feudi. c. ſciendum. §. qđ autẽ dictũ, ibi, dum dicit, expectandi ſunt. ꝑ quem tex. videtur determinari quæſtio iſta. p̃terea etiã apud exulẽ ſtat auctoritas cõſentiendi, vt ff. ad Tre. l. ex facto. §. ex facto. vbi eſt expreſſum. & p̃ñt adhibere cõſenſum ſuũ per ꝓcuratorem: vt ff. de mino. l. Papinian. exuli. ſi ergo hæc ſolẽnitas omittit', nõ va-
2 let cõtractus, † nec iur̃m; quia iur̃m nunq̃ validat contractum, vbi eſt defectus ſolẽnitãtis. licet. n. dicat', ꝙ rep̃ñtat quem maiorẽ; tñ alias ſolennitates non ſupplet. itẽ nec ætatem, qñ ætas requirit' ꝑ modũ ſolẽnitatis: quia oẽs ſolennitates ſunt publici iuris. & ideo p̃ priuatũ remoueri nõ poſſunt: vt ff. de leg. 1. l. nemo poteſt. itẽ qa iur̃m ꝙ rep̃ſentet quẽ maiorẽ, eſt q̃dam fictio, ſicut venia ætatis, vt C. de his, q̃ ve. æta. impe. l. fi. & tãta eſt virtus, & ptãs legis, & maximè canonis, ꝙ põt iſtã fictionẽ tollere, vt C. de his, q̃ ve. æta. impetr. l. eos. In contrarium videtur, ꝙ iſta trãſactio, & cõuentio fuerit aliqua multis rationib. euidentibus & primò conſidero ſtatutũ ſpeciale in loco, qđ debet attendi magis, q̃ conſtitutio ꝓuinciæ generalis, tex. eſt in l. fi. C. de teſta. attendi igit' debet ſtatutũ. & hoc dupliciter, primò quo ad tẽpus ætatis. nam cum loquatur de minore 18. annis, & maiore 18. annis, non loquitur prohibendo, nec annullando, vt ff. de poſtulan. l. 1. §. pueritiã. ſecundò quia prohibendo vſq; ad 18. annum, videtur à cõtrario ſenſu poſt 18. annum ꝑmittere, glo. eſt ord. in l. 2. ff. de eo, qđ cer. lo. Itẽ per ar. à cõtrario ſenſu, qđ validum eſt in ſtatu. vt ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. mulier. & no. C. de fur. l. apud antiquos. & ar. ff. de le. 2. l. ſtatuliberum. §. ſtichũ. Item & quia poſt dictã ætatẽ redit ad ius cõmune dictæ auth. ſacramẽta pube. Itẽ ad ius naturale ipſius iuri, vt extra de prob. c. in p̃ñtia: & de facili res reuertitur ad ſuã naturã, & ad ius cõe, quod natura appellatur: vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. verſi. qđ & in ſpecie do. Præterea cõſiderandum, ꝙ dictũ ſtatutũ requirit p̃ſentiã, & ideo cõſenſus nõ põt pręſtari inter abſentes: vt l. 1. in fi. ff. de aut. tut. Itẽ p̃ñtia intelligit' de poſſibili, nõ de impoſſibili, vel minus difficili, vt extra de reſcri. c. ſciſcitatus. vt in c. prudẽtiam. de off. dele. ar. ff. de verb. ſign. l. nepos Proculo. hoc dico loquendo de p̃ſona patrui: quia nõ dicitur cõparere poſſe, qui aduerſarij põtentiã p̃horreſcit. p̃ſertim cum habeat perpetuã cauſam p̃horreſcẽtiæ, & metus, vt extra de reſcr. c. ſtatutũ. §. 1. & ibi ꝑ Io. An. in nouella. & extra vt lit. non conteſ. c. accedens. & qđ no. ff. ad Tre. l. de ętate. & ſi citaret', citatio nõ arctaret eũ, ſed haberetur ꝓ nulla. Quare dicẽdũ eſt, ꝙ patruus ſimilis eſt mortuo quò ad hunc articulũ p̃ſentiæ: nõ. n. dicitur p̃ñs, nec viuens, qui ꝓ mor-
3 tuo habetur, vt ff. de ver. ob. l. ex ea parte. † Itẽ quò ad articulum de matre dicendũ videtur, ꝙ nulla mulier continet' in d. ſtatuto: cũ loquat' ꝑ verba maſculini generis: nã mulieres nõ habẽt integrũ conſiliũ, & ideo nõ eſt eadẽ ratio in ipſis, q̃ in maſculis, & cũ maſculinũ & fœmininũ diſcrepãt ratione: tũc maſculinum non cõcipit fœmininũ, vt l. 1. §. ſi ea. ff. de ven. in poſ. mit. & iſta eſt materia differens: vt l. quidã decedens. in prin. & l. Titiũ, & Męuiũ. in prin. ff. de adm. tu. ff. de nego. geſt. l. qui aliena. §. quanq̃. ff. de ꝓcu. l. fœminis. ff. de ſol. l. filij. apparet igit' ex p̃dictis manifeſtè, ꝙ ſtatutũ Fabriani nõ officit dicto cõtractui: imo fauet ei à contrario ſenſu, & ceſſat conſtõ generalis eccleſię ꝑ ea, q̃ dicta ſunt.
4 † Modo ponamus, ꝙ conſtõ gñalis eccleſiæ deberet ſeruari in terra Fabriani, tñ videtur dictũ cõtractum valere; qa eſt verum, cõſanguineos nõ exiſtere, ſed ad hoc, de quo q̃ritur, nõ p̃ñt aſſiſtere, vt in l. 2. de vi bo. rap. ſed patruus ad hoc nõ poterat aſſiſtere, ergo nõ videtur exiſtere, vt ff. de tutel. l. q̃ſitum. & ſi tu dicas, debuit citari, qa poterat cõſentire ꝑ ꝓcuratorẽ. nam gñalis conſtitutio eccleſiæ nõ facit mentionẽ de p̃ſentia, ſed ſolũ de conſenſu, q̃ ꝑ ꝓcuratorẽ explicari põt, vt l. Et licet. ff. de cõſti. pecu. & l. 1. §. vſus. ff. de ꝓcu. Rñdeo, ꝙ abſens, q̃ habet ſolum intereſſe extra territoriũ illius iuſdicentis, citari non debet. iſta eſt gl. or. in l. hæc aũt. §. 1. & l. 2. ff. qui. ex cau. in poſ. ea. & ꝓbatur expreſsè. C. de decurioni. l. obſeruare. lib. 10. & facit ff. de iudi. l. ſi lõgius. §. fin. & C. de colla. auth. ꝙ locũ. & quod legitur, & no. C. de bo.
5 quæ libe. l. fi. §. neceſſitate. † Item iudex ſupplet locum abſentis, qui cõparere non valet, vt C. de iure deli. l. ſi infanti. §. fi. nam illius abſentia Dei præſentia repletur, vt C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem. C. qui admitti ad bono. poſſ. l. bonorum. C. de epi. au. l. tam dementis. ff. de iure dom. l. profectitia. in prin. non ob. c. allegatum. de vſib. feu. quia illud intelligitur, quando pares ſunt habiles, & non abſentes à loco territorij. præterea ibi. l. vltra procedit, hic non. Ex his igitur apertè concluditur, dictã tranſactionẽ valere: cum per interuẽtum maximè tot honeſtatum perſonarũ & iudicis, præſumatur facta pro vtilitate minoris: vt C. de tranſ. l. tranſactionem, quæ. & no. C. de his quib. vt indi. l. Polla. hæc, quæ dixi, videtur probari per l. multa nõ committitur. de cond. & demon. Ego Bald.

## CONSILIVM CCII.

1 *Filia cui per patrem fuerunt relicta mille in caſu nubendi, ſi poſtea accepit ab eo pater quingenta, refutando de amplius non petendo cum iuramento; an poterit tamẽ omnia integra petere, & an refutatio facta ſuper contentis in teſtamento valeat.*

In Chriſti nomine. Pater legauit filiæ mille nubendo: deinde dotauit eam in quingentis, & recepit ab ea cum vinculo iuramẽti refutationem generalem de amplius nõ petendo ex teſtamento, vel ab inteſtato. modò mortuo patre iſta vult petere reliqua
1 quingenta. † Quæritur, quid iuris, & videtur, ꝙ poſſit; quia teſtamentũ quandocunq; factum videtur factũ tp̃e mortis, vt l. 2. C. de teſta. tuto. niſi eſſet reuocatũ, vt C. de teſt. l. ſancimus. ſed ſi pater primò donaſſet, poſtea legaſſet, poſſet agere, & ad integrã quantitatem, vt plenè leg. & no. C. de le. l. filia legatorum. Aduerte,

uerte, iſtud non videtur verum, quando legat in caſu nubendi: quia conditio non põt exiſtere, niſi ſequuto matrimonio, vt ff. de condi. & demonſt. l. ſi iam facta. ſed ſi eſſet legatum ſimpliciter, tũc loquitur materia dictæ l. filia. Idem ſi eſſet legatum pro dote, nam dos poteſt conſtitui, etiam pro matrimonio preterito, vt not. in l. obligamur. §. 1. ff. de actio. & obli. Item poſito, ꝙ teſtator receperit refutationem, tamen per hoc non videtur ſibi impoſuiſſe legem nõ ligandi, vt ff. de fideicom. libe. l. Lucius. cum nec voluerit, nec potuerit ſibi auferre liberam facultatem teſtandi. vnde dicta refutatio non officit filiæ, quin poſſit agere ex teſtamento paterno; vt dixi. C. de colla. l. pactum. In contrarium: nam pater, qui recepit dictam refutationẽ, videtur tacitè reuocaſſe, & adiuiſſe legatum. vnde obſtat filię doli exceptio, vt inſti. de ademp. legatorum. & C. de lega. l. datum. & C. de fideicom. l. qui fideicommiſſariam. & C. de pact. l. fi. ſed ſi nõ eſſet illa refutatio cum iuramento, filia, quæ minorem dotem conſecuta eſt, non impediretur petere ab hæredibus patris reſiduũ, vt ff. de leg. 2. l. Lucius. la prima. nec minuitur legatũ certæ quantitatis per inſertionem cauſæ: vt ff. de ali. leg. l. Lucius. Solu. ſi filia ſciebat teſtamentum, nocet ei iuramentum, idem ſi debebat ſcire. aliàs neq; paciſci, neq; tranſigi poteſt de his cõtrouerſijs, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, vt ff. de tranſact. l. de his controuerſijs, & pleniſſimè no. per Bart. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. duo fratres. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCIII.

1 *Stante ſtatuto, quòd villa teneatur reſarcire damnum, ex damno dato ſinguli fuerunt citati, & tãdem condemnati, an valeat ſententia, & ſi poſt ſententiam depopulator fuit captus, & furca ſuſpenſus, an villa ſit liberata: & hoc, quia fur non ſolum ſuſpenditur, ſed damnum cauet reſarcire. & num. 4.*

2 *Ciuilis querela an proponi poſſit coram iudice maleficiõ.*

3 *Citatio facta ad domum an valeat in cauſa vniuerſitatis.*

In Chriſti nomine. Præſuppoſito ſtatuto, quo cauetur, ꝙ villa teneatur emendare dãna data, & furta facta in ſuo territorio, nec diſtinguit de die, vel de nocte. Item nec diſtinguitur, vtrum villa fuerit in culpa, vel non, talis ꝓponitur quæſtio. Quædam vineæ fuerunt amputatæ de nocte à quodam depopulatore agrorũ, & quis erat iſte, ſciebatur vel ignorabatur. fuit propoſita querela contra villã ciuiliter coram iudice maleficiorum. citati fuerunt homines de villa ad domum ſingulorum: conſtituerunt ſyndicum, qui cõparuit ad defenſionem villæ, finaliter ptãs ciuitatis dictæ villæ cum cõſilio ſui iudicis maleficiorũ condemnauit dictam villam in cẽtum. & eſt ſtatutum in d. ciuitate, ꝙ à dicta appellatione non poſſit appellari, nec dici nulla. demũ dictus depopulator fuit captus, & deceſſit in carcere. & quia corpus eius videbatur iam eſſe reipublicæ, fuit laqueo ſuſpenſus, tandẽ petitur executio dictæ cõdemnationis cõtra dictã villã. quæritur,
1 quid iuris. Et † præmitto ad euidentiam, ꝙ ſi non eſſet dictũ ſtatutum, dicta villa, q̃ in aliquo non deliquit, & ꝓpter iuſtam ignorantiam non potuit prouidere, non tenetur ex dicto dãno: nam licet teneatur ad cuſtodiã loci ſui, non tamen tenetur hoc caſu prohibere, quòd nõ poterat, cum neſciret. vnde dicit tex. ſcientiam non ignorantiã volumus obligari, vt C. de tabularijs. l. generali. ff. de decre. ab ordi. faci. l. fi. nam etiã domini non tenẽtur de facto ſubditorũ, niſi quando ipſi delinquũt in miniſterio, in quo domini vtuntur opera eorũ, vt ff. de publ. l. 1. §. familiæ. vnde iudex ex ſua iuriſdictione, ſi non eſſet ſtatutũ, non poſſet villam ꝓpterea condemnare. tex. eſt cum gl. ordin. in Auth. vt nulli iudicum. §. quoniã verò. colla. 9. ſed quia ſtatutũ ciuitatis hoc dictat, tale ſtatutũ valet; quia licet non ſit æquũ, eſt bonũ ꝓpter ſecuritatem territorij. tex. eſt in l. ne quid. ff. de incen. rui. & naufra. & præſupponendũ eſt, ꝙ illud ſtatutum valet caſu, & forma, de quo expreſsè loquitur: nã omnia ſtatuta cum modis, & temporib. ſignificant agere, vel pati: nec debent vlterius extendi. ff. ſol. matri. l. ſi verò. §. de viro. præſuppoſito igitur, ꝙ dictũ ſtatu-
2 tum valeat. Quæritur, † vt ſ. Primò, vtrum coram iudice maleficiorum potuerit ꝓponi querela ciuilis. & videtur, ꝙ non: vt ff. de iudi. l. ſolemus. §. latrunculator. In cõtrariũ videtur; quia iſta querela eſt criminalis; quia deſcẽdit ex crimine, licet tendat ad pecuniariã condemnationem: nã reſpectu villæ continet merã vindictã. Item latrũculator poteſt cognoſcere de intereſſe proueniente ratione delicti, vel quaſi, vt ff. de fur. l. interdum. §. qui furem. & l. pe. ff. de calumniatorib. & l. agraria. de termino moto. Sed dubitatur: quia ſentẽtia nõ fuit lata à iudice, ſed à ptãte, vtrum valeat, & videtur ꝙ non; vt l. 1. ff. de offi. conſul. In contrarium videtur: quia idem eſt auditoriũ, vt in c. 2. de conſue. lib. 6.
3 Sed † vlteriꝰ dubitatur, vtrũ citatio facta ſingulariter ad domos valeat. & glo. ordin. determinat, ꝙ in cauſa vniuerſitatis, vt eleganter, & plenè no. ff. de re. iur. l. non poteſt dolo carere. & hoc verum eſt, ꝙ citatio tenuit, præſertim quia ſtatutũ vult, ꝙ banniatur in platea, vt no. in c. cauſam. de elect. in cle. & ibi citatio nõ eſt rite facta: licet ſit taliter qualiter facta, ſentẽtia eſt ipſo iure nulla. gl. eſt ordi. C. de accu. l. ſi accuſatorib. vnde ſi dicta villa eſſet condẽnata in abſentia, eſt ipſo iure nulla. Sed dubium eſt; qa ſyndicus fuit pñs, & certè hoc etiã nõ videtur ſufficere; quia declinatoriæ citationis ſyndicus nõ potuit renunciare; cũ nec ſolus poſſet citari ad ꝓiudiciũ vniuerſitatis. ergo nec ſolus comparere: minus forte inſtructꝰ ab vniuerſitate, vt dicit gl. in d. re-
4 gula iuris. † ſed poſito, ꝙ omnia iſta ceſſarent: iſte depopulator ꝓuenit in forciã cõmunis, & in captiuitatẽ creditoris. ſatis ergo videtur ſatisfactũ; cũ crimẽ plenè ſit punitũ, & obligatio villę ſit extraordinaria, vt ff. nau. cau. ſtab. l. licet. §. poſſumus. & no. inſt. ſi quadru. paupe. fe. dica. in fi. nã de benignitate iuris villa exhibẽdo malefactorẽ liberatur, vt ff. de publica. l. 1. §. qđ nouiſſimè. certè nec refert, à quo exhibeãtur, nã idẽ eſſet, ſi ſua ſponte irẽt ad ſuppliciũ, arg. ff. quemad. ſer. amit. l. qui fundũ. & ff. de verb. obli. l. cũ ſeruus. itẽ contentus debet eſſe damnũ paſſus, ex quo malefactor luit in corpus, caſus videtur in d. §. qui furẽ. ſatisfactum. n. ei videtur in corpore loco pecunię, vt ff. de iniur. l. ſed ſi vnius. §. ſi ante. & ſicut abſolutus liberatur, ita & is, q̃ in propriũ corpus luit pœnam cũ executionis effectu, vt ff. de iur. patr. l. diuus Veſpaſianus. in verbo abſoluitur. & iſta defenſio ſupuenit poſt cõdemnationẽ villæ, & cõſtat, ꝙ excep. ſatisfactionis factæ poſt ſententiã poteſt opponi poſt ipſam, vt l. 1. C. de re iudi. Illud etiã eſt cõſiderandũ, ꝙ damnũ paſſus ꝓcurando mortẽ inimici ſui fecit, vt iura efficacia cõtra ipſum cedere nõ poſſit, vt ff. de fideiuſ. l. ſi debitori deportato. hæc vltima ratio nõ multũ placet: quia cedat taliter qualiter poteſt cõtra bona, & cõtra fiſcũ, qui tenetur ad intereſſe damnũ paſſi, ſi qua ſunt bona: & ſi non ſunt bona, ſufficeret cedere, arg. C. de colla. in auth. qđ locũ. in verbo manen. iſta q̃ſtio parua eſt reſpectu ſummæ, ſed nõ eſt parua in iuris diſpoſitione, & finaliter omnib. conſideratis videtur, ꝙ villa à dicta cõdẽnatione ſit immunis: vel quia nõ legitimè citata, vel quia ordinarium auxiliũ executũ contra delinquentẽ facit ceſſare extraordinarium remediũ contra villam inſontẽ. & hæc opi. videtur mihi naturalis & æqua: licet verba ſtatuti non diſtinguant, & quãuis non dicatur ſatisfactũ per ſolam ſentẽtiã, vt ff. de fun. inſtr. l. nepoti. tamẽ hic fuit ſatisfactum; quia in carcere diẽ obijt, & infamiã furcarum corpus, licet mortuũ, pertulit. ſed id de iure fieri non debuit, quia corpus mortuum pœnã non ſentit, nec emendari poteſt homo mortuus, vt ff. de pœn. l. ſi pœna alicui. dicet aliquis, nos videmus, ꝙ fur ſuſpenditur, & nihilominus furtum reſarcit, ſiue reſarcitur ſuper bonis eius, vt notatur. C. quando ciuilis actio præiudicet criminali. in rubro, & nigro. & in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. eos. quin immo etiã furti pœnalis cum his concurrit, vt ff. de condi. fur. l. ſi pro fure. §. furti actio. nec vna alteram conſumit, quia nõ competunt ad idem, vt in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §. oportet. Ad hoc reſpondeo; quia tu opponis de actionib. quorũ vna eſt ad vindictam, altera non, ſed in caſu noſtro vtraq; eſt ad vindictam: quia ad villam nil prouenit, & quoties plures actiones tendunt ad meram vindictam, vna tollit alteram, vt ff. de iniur. l. quod ſenatus. & ſi tu dicis, illud eſt verum, quando cõpetunt contra eundẽ. Reſpondeo, idẽ videtur, ſi contra diuerſos, quando agitur ex quaſi maleficio: villa enim tenetur ex quaſi maleficio, licet depopulator teneatur ex vero maleficio. vnde mitius agitur cum villa, quàm cum depopulatore, vt ff. de his, qui deiece. vel effu. l. perceptione. & ibi no. ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi q̃s id, quod. §. ſi melior. tamen conſideratio eſt, quia prohibito delinquẽte villa liberatur, ſicut ſi cepiſſet malefactorem in crimine, & eum exhibuiſſet, ar. C. de malefic. & mathematicis. l. fi. & in Auth. vt nulli iudicum. §. ſi quis verò comprehẽſorum. & ad hoc optimè facit de prohibita alie. feud. per Fed. c. imperialem. §. inſuper. & de pace tenenda. & eius violatoribus. cap. ſi clericus. §. ſi iudex clamorem. Ego Baldus.

CON-



## CONSILIVM CCIIII.

1 *Stante ſtatuto, quòd mulieri non poſſit legari niſi 15. annuatim, & teſtator legauerit quædam bona vni, & vſumfructum eorum bonorum vxori, aggrauando hæredem in eam vxorem in dicto legato, quod tamen legatum excedit ſummam 15. quæritur, quid iuris: adde infra conſilio 230.*

In Chriſti nomine. Teſtõr legauit cuidam Benigno quoddam petium terræ, & quaſdam domos, deinde eiuſdem petij terræ, & domorum in eodẽ teſtamento vſumfructum legauit vxori: donec ſe pro vidua geſſerit, & caſtè vixerit. demum verbis directis ad hæredem hæc verba adiecit. ꝙ mei hęredes monachi dictam dominam in dictis legatis, vel aliqua eorum parte moleſtare nõ poſſint, nec imbrigare: ſed patiantur eam hæredem, & tenere, & in pace frui, vti, & poſſidere ſupradicta iudicia, & legata. præſupponitur quoddam ſtatutum Piſanum, quòd non liceat relinquere vxori vltra 15. lib. dena. annuatim. Modo quęſtio inter dictum legatarium rerum, & legatariam vſusfructus, & hæredem
1 vniuerſalem. † Quæritur enim, ad quem pertineat vſusfructus, vtrum ad dictum legatarium terræ, & domorum, an ad dictam legatariam, an verò ad hęredem vniuerſalem. Et arguitur, quòd ad legatarium rerum pertineat id, quod mulier capere non poteſt: nam qui ab initio non admittit ad partem, non facit partẽ, vt ff. de leg. 1. l. planè. §. ſi duobus. In contrariũ videtur: quia qui capere non poteſt, facit partẽ. ff. de leg. 2. l. ſi Titio, & ei. & ſic dimidia vſusfructus pertinet ad legatariũ rerũ, & quatenus vxor capere nõ poteſt, ꝑtinet ad hæredem vniuerſalẽ. Sed immo videtur, ꝙ de dicto vſufructu nihil ꝑtineat ad legatarium rerum: qa dictus vſusfructus attẽto iudicio teſtatoris videtur in totum ademptus ei, & collocatus vxori. & licet nõ teneat collatio; tamen tenet ademptio. primum ꝓbatur. ff. de adimen. leg. l. ſicut. & ar. ff. de pecul. leg. l. cum dñs. §. fi. ſecundum ꝓbatur. ff. de adimen. leg. l. licèt transferan. vbi dicitur, quod inutilis tranſlatio perimit legatum. Nõ obſt. ff. de hære. inſti. l. Iulianus. quia aliud in inſtitutione hæredis inualida, quæ non tollit validã, cum ex inualidã nõ poſſit adiri hęreditas: vt ff. de libe. & poſth. l. ſi filius, q̃ poteſtate. aliud in legato, qđ nuda voluntate adimitur, vt plenè no. ff. de adim. leg. l. ex parte. ꝓbatur iſta differẽtia. ff. de teſta. mili. l. militis codicillis. §. veteranis. non ob. ad hoc ff. de lega. 3. l. ſi iure facto teſtamento. quia hic fuit tranſlatio expreſſa, & per conſequens ademptio cẽſetur expreſſa, ibi verò tacita, q̃ nõ inſurgit ex voluntate inualida. Et ideo vr̃ prima facie ſic concludẽdum, ꝙ dictus legatarius rerum habet totam proprietatẽ, & dimidiam vſusfructus, aliam autem dimidiam non habet quaſi ademptam, vt ff. de vſufru. leg. l. ſi alij fundum. & l. Sempronio. in princ. eod. tit. & ibi no. Porrò dicta medietas, q̃ non debetur vxori, non accreſcit legatario ꝓprietatis: quia debetur alij. ſ. hæredi vniuerſali, donec viuit mulier, argum. ff. de vſufru. leg. l. vxor vſumfructum villæ. & ff. cõmunia prædio. l. ſi in venditione. & ſi illud, qđ eſt legatũ vxori, vltra quã ſtatutum patiat̃, dicitur pro nõ ſcriptũ: remanet apud hæredẽ, quatenus adaptari poteſt hæredi, & prout patiuntur fines legati: vt C. de cad. tollen. §. & cum triplici. & no. ff. de leg. 1. l. ciuitatib. §. Lucius. & ff. de hære. inſti. l. 2. & ff. de do. l. pen. legatarius itaq; rerum non debet plus habere, q̃ ei aſcriptum ſit. Intelligitur autem ei aſcripta ſola dimidia. Præterea licet mero iure iſtud legatũ non debeatur vxori; tamen ex benignitate hæredis poteſt ei præſtari dictante naturali æquitate, vt C. de neceſſa. ſeruis. l. quidam. §. ille. quæ naturalis æquitas impedit ius accreſcendi, vt ff. de leg. 1. l. planè. §. ſi coniunctim. Præterea iſtud ſtatutum nõ debent ſequi monachi hæredes inſtituti: nam ex ſua cõſcientia debent implere votum teſtatoris, vt patet in legenda S. Silueſtri. Itẽ quia non ſunt ſubiecti legib. laicorum, ſed legi Dei, ſecũdum quam hoc legatum valet, & meritò; quia remuneranda eſt caſtitas: vt in Auth. de nõ eli. ſe. nu. §. Gregoria. & quædã de facto fieri debent, licèt de iure non teneant, vt ff. de verb. ob. l. quidam cum filiũ. ff. de cap. dimi. l. legatum. ff. de adim. leg. l. ſeruos ad cuſtodiam tẽpli. Non ob. l. 1. C. de ſecun. nup. quia illud eſt propter impudicitiã nubentis infra annum: ſed iſta, quæ mandat teſtator, & honorẽ eius cuſtodit, digna eſt remuneratione, arg. ff. de manu. teſt. l. Mæuia. Solutio iſtius quæſtionis non ſtat in aliqua iſtarum allegationum: ſed aliud eſt conſiderandum. Et præmittendum eſt, quòd olim quatuor erant genera legatorum, inter quæ erat vnum genus, quod appellabatur, ſinendi modo, quæ genera non ſunt ſublata, ſed ſunt ſublatæ differentiæ generũ, vt inſti. de leg. in prin. Et ideo ſi teſtator mandat hæredi, vt ſinat Titium pacificè habere, poſſidere, vel frui: illud ei legare intelligitur & in totum, vel in partẽ, prout ſcriptura ſonat: vt C. communia de leg. l. 1 & ꝓ illo competũt omnes actiones, quæ cõpetunt pro legatis. Quia modo nos ſumus in ipſo legato, qđ vocatur ſinẽdi modo: quia hæres iuſſus eſt ſinere legatariam in totũ habere, & tenere dictum vſumfructum, & in pace frui, vti, & poſſidere, & in totum, vel aliqua parte non impedire dictam legatariã, per qđ expreſſis verbis deſignatur, ꝙ dicta mulier eſt relicta legataria in toto, & ſolido vſufructu ꝑ illud legati genus, qđ appellatur ſinẽdi modo. ex quo ſequitur talis cõcluſio, ꝙ ſiue iſtud legatum vocetur tranſlatio, ſiue vocetur declaratio voluntatis nõ legandi vſumfructum dicto legatario rerũ, nihil debetur dicto legatario de vſufructu pręd icto viuente muliere. vel ideo ademptus, vel ideo quia non videtur legatum d. legatario. non ob. ff. de condi. & demon. l. non ad ea. quia ibi loquitur, quando ſunt plures legandi formæ circa eundem legatarium, & ſunt formæ per alienationem cõpatibiles, vnde cadit electio: ſed in caſu noſtro non eſt ſic: quia ſunt diuerſi legatarij: & cum mulieri ſit relictus totus vſusfructus, & teſtator cogitauerit de ꝑceptionis effectu, meritò dicto proprietario nihil de dicto vſufructu debet̃; quia non videtur teſtator hæredem grauaſſe duplici præſtatione, vt C. de cad. tol. §. ſin autem diſiunctim. & ff. de leg. 2. l. Titia. §. qui in vita. Repetita igitur cõcluſione cõcludo, fructus dictarũ rerum viuente dicta muliere ad dictũ proprietarium nudę ꝓprietatis nullatenus ꝑtinere, diligenter inſpectis, cognitiſq; verbis d. teſtamenti, vt ff. de tranſac. l. de his cõtrouerſijs. Illud autẽ nõ putarem rectè dici, ꝙ legatarius rerũ videretur grauatus de dicto vſufructu præſtando: quia onus legati in dubio videtur appoſitum & iniunctũ hęredi, arg. ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus. §. qui margaritã. non ob. C. ad treb. l. fi. quia ibi loquit̃ in fideicõmiſſario vniuerſali, qñ teſtator teſtando ſeruauit hunc ordinẽ; quia primò inſtituit. ſecũdò de vniuerſo grauauit. tertiò ſingularia legata fecit: hic autẽ nõ ſic. & ideo non obſtãt. Cõſilia aũt in iſta materia lata cõmẽdo, qa ſubtilia ſunt, & bona: cũ ꝑ hoc, qđ dixi, veritas clarius eluceſcat. Sup alijs punctis iã non expedit conſulere, quia eſt appoſitus gladius ad radicem. Ego Bald.

## CONSILIVM CCV.

*De hoc conſilio fuit conſultum in conſ. 131. & ideo aliter nõ ſummatur, licèt hic ſubtilius, & magis hic excogitatè loquatur. Vide tamen etiam ſupra conſilio 199.*

In Chriſti nomine. Inſtrumentũ dicit, ꝙ locator cõſignet in agro ſeminato vnum corbem frumenti, iſte corbis fuit conſignatus in quodã ſolario diſtanti, & per conſequens non ſeminatus in agro; quia eſt impoſſibile; quia in ſolario nõ poteſt ſeminari frumentũ. Subſequitur cõfeſſio coloni, ꝙ locator conſignat in ſolario dictum frumentum, quod poſtea ſeminatum fuit, iſta ſunt verba confeſſionis. teſtes dñt, vt ſupra volendo probare, quòd non fuit conſignatum, nec ſeminatum. ſed altera pars ſubtiliter dicit ad euadendam promiſſionẽ de intereſſe, vel ad declarandam de minori intereſſe, quòd dato, ꝙ non fuerit cõſignatum, ſeminatum, poſſibile eſt, ꝙ primò fuit conſignatum, & poſtea ſeminatum: nam talis nihil deponit de ſeminato poſtea necne. confeſſio autẽ inſtrumentalis diuidit tẽpus; quia primò dicit, ꝙ conſignatum, ſecundò ꝙ ſeminatũ. diſtingue tẽpora, & cõcordabis ſcripturas, vt C. de fur. l. apud antiquos. & extra de teſti. c. cũ tu fili. Quæritur quid iuris: nam locator bene vult offerre intereſſe: quia ipſe non ſeminauit, ſed nõ quia ab aliquo nõ ſit ſeminatũ: nam à quocunq; ſit ſeminatũ, ceſſat intereſſe totale, & remanet intereſſe particulare expenſarum, ſimile ff. rem ratam ha. l. ſi ſine. & ff. de ꝓcu. l. qui abſente. Quæritur quid iuris? Reſpondeo, fortis eſt oppoſitio, & in primo conſilio, quod dedi, fuit mihi dictum verbo, ꝙ quæſtio ſtabat ſolum in nudo pacto. Et ideo non cõſideraui vlterius cõſulere: oportet igitur de nouo conſiderare: quia quæ de nouo emergunt, & c. Cõſidero igitur, ꝙ teſtis non intelligitur fatuè loqui, ſed ſecundũ quod loquitur homo naturalis, & diſcretus: oportet igitur inſpicere rerum naturam. teſtis igitur dicit, ꝙ non conſignauit in ſolario ſeminatũ. aut teſtis intendit de ſeminato prius, & fatuè loquitur: qa ſeminatũ eſt in agro, qđ nõ poteſt cõſignari in ſolario, oportet igitur, ꝙ teſtis loquatur per negationem ſeminati in agro. i.



quòd con-

quòd conſignatū in ſolario nō fuerit tūc ſeminatū in ſolario, qđ
eſt impoſſibile: nec poſtea ſeminatū in agro: nam hanc negatiuā
optimè teſtis poteſt probare: quia poteſt videre. ita. n. videtur a-
ger non ſeminatus, ſicut ſeminatus: & maximè per ruſticos, &
ideo ex magna neceſſitate, quę eſt magiſtra veritatis, apparet, ꝙ
teſtis probat expreſsè, ꝙ ager non fuit ſeminatus tempore con-
feſſionis inſtrumentalis, nec poſtea. & ꝙ neceſſitas ſit magiſtra
veritatis, dicit tex. C. de epiſ. & cle. l. omnes, qui vbicunq;. §. fin.
præterea dicta confeſſio eſt incerta; quia non dicit, à quo fuerit
ſeminatum. vnde per hoc non ꝓbatur, ꝙ deſierit intereſſe con-
ductoris: qa potuiſſet ſeminare quidā tertius, q haberet actio-
nem negociorum geſtorū contra conductorē ratione ſeminis,
& operarū. iſta ratio mihi nō placet, per l. vltimā. C. de alimen.
pupillo. & per no. per Bart. ff. de verb. obl. l. cum ſeruus. ſed pri-
ma ratio placet; quia amica veritatis facti, & iuris: cum dicta con
feſſio conductorum fuerit facta ſub ſpe præſtationis intereſſe
nō conſignati frumēti: quia concernit principale, non autē ex-
penſas, quæ veniunt incidenter, alioquin contrahentes expreſ-
ſiſſent de expenſis. vnde gn̄alis locutio in promptū trahit peri-
culū, vt C. de do. promiſ. l. fi. in fi. & verba referēda ſunt ad veri-
ſimile. Item iſta indefinita nō ſeminatorū æquipollet vniuerſali
negatiuæ. i. nunquam, vel nullo modo ſeminatorū. & iſta verba
fuerūt verba prolata à locatore, qui promiſit intereſſe occaſio-
ne non conſignatorum ſeminum. i. nullo modo cōſignatorum,
nec vllo modo ſeminatorum: nam ſi eſſent conſignata tantum,
vel ſeminata tantū, iſta negatiua, q̃ ex vniuerſo ſumitur eſſet fal-
ſa, vt ff. de re. dub. l. ſi is, qui ducenta. §. vtrum. Itē nec potuerunt
conſignata ſeminari, ſi non fuerunt conſignata. primum. n. eſt
conſignatio, ſecundū ſeminatio. & ſi incipis à primo negādo, de
neceſſitate infertur ſecundū. videlicet ꝙ nō fuerunt conſigna-
ta, ergo nec conſignata ſeminata nō poſſunt referri ad eundem
locū: quia non ad ſolarium, & nō ſeminata. vnde illa verba, con-
ſignata ſeminata ad agrum. vnde nec in ſolario, nec in agro fuit
ſeruata fides. & aliàs exponēdo videretur fatua expoſitio, vt ſu-
perius declaraui. Confeſſio inſtrumenti dicit, ꝙ fuit confeſſus
conductor ſibi fuiſſe conſignatū in domo. Teſtes reprobāt hūc
primum paſſum, videlicet ꝙ in domo non fuit facta cōſignatio,
& non allegatur niſi vna conſignatio, non plures: nec præſumi-
tur pluralitas, vt in c. cum Ioan. Heremi. de fide inſtrument. er-
go iſta confeſſio reprobatur tanquā non vera. & hoc primo fun
damento p̄ſuppoſito impoſſibile eſt, ꝙ hoc frumētum, de quo
dicit confeſſio, fuerit ſeminatum: quia qđ non eſt, ſeminari nō
poteſt: tunc arguo ſic. non fuit conſignatū, nec ſeminatū, ergo
conſignare, & ſeminare debēs tenetur ad intereſſe totale. Præ-
terea confeſſio non dicit, ꝙ fuerit ſeminatum totū, vel pars, nec
tempore ſeminandi, vel poſtea. vnde nō apparet, ꝙ deſierit in-
tereſſe. debet concludenter, neceſſariò hoc probare, ſicut qui-
libet, qui habet ꝓbare intētionem, vel exceptionem ſuā: vt ex-
tra de ꝓba. c. in p̄ntia. nō obſt. qđ ſubtiliter dicit, ꝙ teſtes dicūt,
ꝙ non fuit cōſignatum, ſeminatū: quia verba teſtis debent intel
ligi ſanè, & ad bonum intellectū. i. ꝙ non fuit conſignatū in do-
mo, nec ſeminatū in fundo: nam iſta duo adiectiua cōſignatum,
& ſeminatum, reſoluuntur in duo ſubſtantiua, quia vnū non po
teſt alteri ineſſe ꝑ modū qualitatis, nec loci, vel tp̄is. Itē ſatis ap-
paret, ſi non fuit conſignatum, ergo nec ſeminatū. hoc etiā ex-
preſsè dicunt teſtes ibi, & poſtea repertum fuit, ꝙ deficiebat ad
ſummā ipſorum bladorum, nō dicit ad ſeminationē ipſorū bla-
dorum, ſed ad ſummā. & iſta dictio ad ſummā, ſignificat ſubſtan
tiam & menſurā, vt ff. de verb. obli. l. triticum. ff. ſi cer. pet. l. cer-
tum. manifeſtū eſt ergo, ꝙ propter defectum ſummę, & menſu-
ræ non fuit granum conſignatum, ſeminatum, nec non ſemina-
tum: quia negato principio negantur omnia, q̃ poſt principium
ſunt, & facti veritas ita ſe habet, q̃ veritas eſt iuuāda interpreta-
tione ſapientum. & in dubijs cauſis debemus amplecti id, quod
veriſimilius eſt. Item nemo ventum ſeminat, ſed frumentum, vt
C. de alimen. pupillo. l. fi. & ff. de actio. empt. l. ſi ſterilis. § cum ꝑ
venditorem. Et hæc dico ſalua reuerentia. Itē placeat conſide-
rare, ꝙ confeſſio vnius correorū non nocet alteri, quādo eſt fa-
cta ꝑ modum voluntariæ iuriſdictionis: quia non plus operatur
cōfeſſio, q̃ pactum, vt ff. de pact. l. tale pactū. in prin. & l. ſi vnus.
in prin. & eſt expreſſum in confeſſione. C. de noua. l. non abſtu-
lit. nam ſine mandato nemo poteſt alteri pręiudicare confiten-
do: quanquā confiteatur ſolutum. licet poſſit præiudicare reci-
piēdo veram ſolutionē, & ratio differētię eſt; quia ſolutio venit
de natura obligatiōis, ſed cōfeſſio venit extra naturā obligatio-
nis. vnde in confitendo non ſunt duo rei credendi pp rationem
prædictā. & facit, quod plenè no. Bar. ff. de duo. reis. l. ex duobus.
in 9. q. & plenius in 6. q. vbi determinat, quod quādo ſunt cor-
rei ex cauſa oneroſa, confeſſio vnius ex correis credendi non
præiudicat alteri: neque pactum in portione ſua. & in hoc non
puto inſiſtendum. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCVI.

Allegationes pro fratribus minoribus.

1 *Clericus non poteſt trahi ad iudicem ſecularem, etiam ſi ipſe conſentiat.*
2 *Via publica an poſſit præſcribi.*
3 *Ex patientia 40. ann. præſumitur conceſſio viæ publi.*
4 *De intellect. l. viam. ff. de via publi.*

In Chriſti nomine. Pręceptum fuit factum
fratribus minorib. per
D. Girar. de Bobio Vicarium Bo. D. Ioan. de Repuſano, vicarij
Illuſtris, & Magnifici Principis Domini noſtri Ducis, quod de-
beat infra 10. dies aperuiſſe quandam ſtratam viatulam, q̃ dici-
1 tur eſſe cōmunis Papiæ, &c. † Quæritur, an dictum præceptum
potuerit emanare, nec ne. & breuiter dicitur, ꝙ non: quia præ-
fati D. Girardus, & D. Ioan. ſuper hoc, nec ordinariam iuriſdi-
ctionem, cùm ſint iudices ſeculares, nec delegatam habēt, cum
careant ſpeciali mandato Illuſtris dn̄i noſtri: nam licet haberēt
generalē cōmiſſionem, de qua tamē non cōſtat, nō tamē intel-
ligitur dominus noſter cōmittere, ꝙ religioſi, & monaſteria tra
hātur ad vetitū examen: vt C. de iuriſ. om. iudi. l. in criminali. nā
id demum videtur mandari, quod de iure poteſt mandari. ff. de
condi. indeb. l. ſi procurator. §. Celſus. Item communitas Papiæ
nullā habet iuriſdictionem contra dictos fratres: etiā ſi dicti fra
tres vellent ſe ſummittere eius iuriſdictioni: nam hoc non poſ-
ſent, immo punirentur à iure, vt extra de iudi. c. at ſi cleri. extra
de foro compe. c. ſi diligenti. & hoc dicunt cùm reuerētia quan-
tum ad iuriſdictionem. quantùm verò ad negocium principale
dicunt dicti fratres, ſe habere iuſtitiam, & veritatem, quā oſten-
dent coram iudice competenti, vel coram quocunque, cui do-
minus noſter committet. & ex nunc proteſtantur omnes eo-
rum exceptiones, & iura ſaluas, & ſalua fore, & proteſtantur di-
cti fratres cum reuerentia, ſed pœnis regularibus & cau. ne vlla
nouitas fiat contra ipſos fratres, qui longiſſimo tempore poſſe-
2 derūt iuſto titulo, & bona fide. † Oportet reſpondere ad l. viam
publicam. ff. de via publi. quæ dicit, quòd populus non vtendo
non perdit viam publicam, ſicut nec perdit ius eundi ad Sanctū
Sepulcrum, vel ad Sanctum Iacob. & ſic videtur expreſsè dice-
re, quòd via publica nullo tempore præſcribatur: etiam ſpacio
centum annorum, vt ibi dicit gl. & dico, quòd illa lex non obſt.
pluribus rationibus, primò: quia iſta non eſt præſcriptio, ſed eſt
conſuetudo: fratres enim minores non poſſunt aliquā proprie-
tatem præſcribere: quia non poſſunt habere proprium, ſed be-
ne poteſt per conſuetudinem introduci, ne populus vtatur via,
in qua fiunt turpitudines, & ſcelera, quæ ſunt contra Deum, &
honorem beati Fran. & ſtatum fratrum minorū: iſta enim con-
ſuetudo eſt rationabilis. immo plus: quia ipſemet populus vide-
tur ipſam conſuetudinē pręſcribere, vel ſaltem approbare pro-
pter iuſtitiam publicæ honeſtatis, immo publicæ vtilitatis: quia
quod eſt publicæ honeſtum, eſt publicæ vtile: tot enim turpia,
& tam nefanda fiebant olim in dicta ſtricta, quod iuſtum fuit, &
licitum, vt dicta ſtricta, ſeu viazola clauderetur: non enim debēt
proſtibula ſtare inter medios hortos fratrum minorum, ſicut
olim erant, vt C. de re mili. l. cum ſupra virētes lib. 12. vnde con-
ſuetudo claudendi dictam ſtrictam, quæ tunc non erat via, ſed
vilipendium, & dedecus ciuitatis, iuſtum, & ſecundū Deum ha-
3 buit initium. † Præterea dicta ſtricta ſtetit ita recluſa per tem-
pus 40. anno. & vltra ex populi Papienſis cōceſſione, & hoc eſt
notoriū in ciuitate Papiæ, & etiā notoriū iuris: qa p̄ſumitur con
ceſſio ex tanta patiētia, & tanta deſuetudine populi, vt no. ff. de
vſu. l. cū de in rem verſo. & eſt gl. ordi. etiā iuris canonici. 16. q. 3.
c. dilecto. ꝑterea ceſſante ratione legis, & ſuperueniēte ratione
cōtraria, ceſſat lex, vt l. adigere. §. quāuis. ff. de iure patro. ſed ra-
tio. l. viam publicam. eſt publica vtilitas, ergo cum hic non ver-
ſetur publica vtilitas, nec publicę vtilitatis ratio, ceſſat illius l.
diſpoſitio. & hoc videtur expreſſum. ff. de diuer. & tempo. præ-
ſcri. l. ſi



4 ſcri. l. ſi quiſq;. & ff. de vſuca. l. fi. † Pręterea l. viam publicā. debet
intelligi, donec eſt publica; ſed qn̄ conſenſu expreſſo, vel tacito
populi redacta eſt in figurā priuatæ, certè talis via bene pōt vſu
acquiri, ſaltem fauore religionis, vt ff. de relig. l. ſi quis ſepulcrū.
in prin. & ff. de vſufruct. l. locum. & quod ibi not. præterea dicti
fratres nominant dn̄m Papam in iudicio, cuius ſunt oēs poſſeſ-
ſiones fratrum minorū, & proteſtantur, ne quid in hoc articu-
lo tantū fiat eo inconſulto, vt extra vt lite non conteſta. c. quo-
niam frequēter. & C. vbi in rem actio. l. 2. & licet iſtæ allegatio-
nes ſint claræ in iure, & in facto: tamen ſupplicant, & orant hu-
militer intuitu Dei, cū nō deceat ſeruos Dei litigare, vt extra de
iud. c. cū deputati. non impediatis eos, p̄ſertim quia auferre res
eccleſiarum & monaſteriorū, eſt quoddā ſacrilegiū, vt extra de
foro compe. c. cū ſit gn̄ale. hæ allegationes non derogant vene-
rabili, & ſancto conſilio iuſtitiæ domini noſtri. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCVII.

1 *Domicilium patris an tranſeat ad filium.*
2 *Filius habitando domum patris an videatur adire eius hæreditatem.*
3 *Teſtamentum in ſcriptis requirit, quòd ſcriptum ſit nomen hæredis per te-
ſtatorem.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrum do-
micilium patris trāſeat
ad filium. reſpondeo, ſic, quo ad ſortiendum forū ex perſona pa
tris, vt ff. de iudi. l. hæres abſens. in prin. Itē quò ad onera, ad quę
pater ſe obligauit, vt ff. ad muni. l. incola. & C. de inco. l. ciues.
quò ad cætera poteſt filius mutare domicilium accidentale pa-
ternum transferendo ipſum realiter, & lares paternos: vt ff. ad
municip. l. domicilium. cum ſi. prudētiſſimè allegata per domi-
num Signorolum. concludo, quando domiciliū eſt cōtractum
ſua, & alterius voluntate, cui eſt adiuncta obligatio tale domici-
2 lium paternum non ſequitur filium. † Quæritur inſuper, vtrum
filius habitando domum paternā præſumatur ſe immiſcere hę-
reditati paternæ. reſpondeo, ſic: quia fructus domus eſt habita-
tiò, ſed iſte, qui percipit fructus rei hæreditariæ, videtur adire,
vt inſti. de hæredū quali. & diffe. §. fi. & l. 1. C. de repu. hære. item
præſumitur quis poſſidere ex titulo pręcedēti, vt C. de acq. poſ.
l. 2. niſi aliud appareat ex paterna miſſione continuata per filiū,
3 præſumitur immiſſio, ſi non ſubſit alia ratio poſſidēdi. † De ter-
tiò quæſito eſt caſus. C. de teſta. l. iubemus. & l. cum antiquitas.
& auth. quod ſine ſubſcriptione. ſi loquimur de teſtamento in
ſcriptis ꝓpriè, & ſtrictè loquendo, & l. hac conſultiſſima. teſtm̄
in ſcriptis. i. per nuncupationem requirit, ꝙ ſcriptum ſit nomē
hæredis per teſtatorem, vel per aliū eius mandato, vt C. de te-
ſtam. l. iubemus. & auth. & eo non obſeruato. non autem requi-
rit, quòd teſtes, qui ſubſcribunt, ſciant nomen hæredis, vt C. de
teſt. l. hac conſultiſſima. neceſſe eſt tamen, quòd teſtes, qui ſub-
ſcribunt, nomen teſtatoris exprimāt, cum debeant ab ipſo eſſe
rogati, vt inſti. de teſt. §. teſtes. Ego Bald.

### CONSILIVM CCVIII.

1 *Stantibus ſtatutis de compromiſſis fiendis, & quòd à ſententia arbitri non
poteſt appellari, an poſſit ſaltem peti reſtitutio in integrum.*
2 *Locus præſumitur appoſitus inſtrumento propter coniunctionem cauſæ.*
3 *Sententia confirmans laudum an ſit velata lata culpa arbitrorum.*

In Chriſti nomine. Præmiſſis tribus ſtatu-
1 tis ciuitatis Laudę. † pri
mo, ꝙ à præceptis, arbitrijs, & arbitramētis latis inter agnatos,
vel cognatos non poſſit appellari, vel querelari ratione nullita-
tis, vel iniquitatis. ſecūdo generali, ꝙ ſi pro arbitramētis, à qui-
bus poteſt appellari, ſi pronūciatum fuerit pro ipſis præceptis,
vel arbitramentis, non poſſit appellari, nec querelari. tertio ſta-
tuto cauetur, quòd omnia arbitria, præcepta, & arbitramenta ꝑ
quoſcunque lata mandētur executioni. licet tamen ꝟ. quinque
dies vtiles dicere, & allegare ipſa arbitria, & arbitramenta iniu-
ſta, & iniqua. etiam pręſupponitur, ꝙ quædā tutrix nomine pu-
pillæ ſuæ litigantis cum amicis ſuis dixit laudum cōtra ſe latum
ęſſe iniquum: quia nō probauit de iniquitate, vel probauit, ſed
iudex non curauit: vt ff. de eden. l. argentarius. §. cum autē. fuit
laudum confirmatum, à qua confirmatione extitit appellatum,
quæritur, quid iuris. Reſpondeo per tertium, & vltimum ſtatu-
tum videtur permiſſa appellatio, & ratio eſt; quia pupilla non
probatum poteſt probare per reſtitutionem in integrum, vt ff.
de mino. l. minor 25. annis omiſſam. item ſi probauit, & iudex
non curauit teſtes productos, poteſt adhuc melius, & euiden-
tius probare: & iudex appellationis remedio reſtitutionis in in-
tegrū, implorato etiā poſt didicita teſtificata poteſt minorē in
integrum reſtituere. ſ. iudex, à quo ante diffinitiuā, & iudex, ad
quem, poſt diffinitiuam. C. de appel. l. pręſes. ff. de no. ope. nun.
l. 1. §. aduerſus. Item in nulla parte ſtatuti ſit mētio reſtitutionis
in integrum, quæ petatur contra probationem omiſſam, & ſic
cōtra falſitatē ipſius minoris. vt ff. de mino. l. ſi ex cauſa. §. nunc
videndū. Item alio modo fertur ſentētia, quādo petitur reſtitu-
tio ad probandū, & alio modo qn̄ petitur reſtitutio aduerſus rē
iudicatam ſiue arbitratā: nam ſuper reſtitutione ad probandum
ſi vincat, tn̄ non propterea vincit cauſam, niſi poſtea probet, vt
ff. de iureiu. l. nā poſtea. §. ſi minor. & ideo ſtatutum nō obuiat:
quia contra laudum nihil directè intentatur. Item reſtitutio in
integrum non eſt ſopita; quia nec intentata. Item pro hoc ff. ad
Treb. l. ſeruo inuito. §. cum prior. & ff. mādati. l. creditor. §. Luc.
in fi. & ff. de in integ. reſti. l. diuus. §. nec intra has. & per hoc pa-
tet reſponſio ad ſtatuta; quia nō loquuntur in iſto caſu, & eſt ſi-
mile, quod dicimus, ꝙ à ſententia lata in poſſeſſorio non appel
latur, & tamen à probatione omiſſa, & lapſu termini bene ap-
pellatur, vt patet C. de iudi. l. properandū. iuncto principio cum
2 fine. Item mouet me ęquitas veritatis. † Super alio puncto, quia
dicitur, ꝙ locus certus non eſt poſitus in inſtrumento notarij,
dicendum eſt, ꝙ immo tacitè eſt appoſitus locus certus per con
iunctionem cauſę, & coniunctionem inſtrumentorum, vt ff. de
eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium tabularum. & quia quæ
incontinenti fiunt, præſumūtur facta eodem loco & tēpore, vt
ff. ſi cer. pet. l. lecta. & quia ſcripta etiā imperfecta ſupplētur per
præcedentia, quib. ineſt claritas, vt ff. de lega. 1. l. ſi ſeruus pluriū.
3 §. fi. & ff. de leg. 2. l. cum pater. §. cum imperfecta. † Super tertio
puncto, an per ſententiā cōfirmatoriā laudi ſit velata lata culpa
arbitratorum. Reſpondeo, ſi de ea cōſtat, apparet, ꝙ vterq; per
latam culpam iudicauit, & vna culpa non velat alteram, vt ff. de
appellat. l. ſi expreſſim. & per hoc vbi in alio conſilio dubitati-
uè locutus fui, nunc declaro: quia non dicitur velatum, vel vela-
bile, quod ex actis apparet manifeſtè, vt ff. de re iudicata. l. in
ſumma. & plenè not. Cyn. in l. 1. C. de errore calculi. Ego Baldus
de Peruſio.

### CONSILIVM CCIX.

1 *Literæ an dicantur ſubreptitiæ tacendo, quòd alius fuit diu poſſeſſor ipſius
beneficij literis impetratis, & quòd electio ſpectat ad capitulum.*
2 *Beneficia an præſcribantur longiſſimo tempore, etiam ſine titulo.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, Titius
impetrauit à dn̄o Lega
to de latere in partibus archipreſbyteratum collegiatæ & cura-
tæ eccleſiæ Sancti Marcelli tanquam vacantis in eiſdem parti-
bus, & deuolutum ad ſedem Apoſtolicam, qui cōſueuerat con-
ferri per electionem canonicorum dictæ eccleſiæ. Qui Titius
omiſit facere mētionem in dicta ſua impetratione, ꝙ dictus ar-
chipreſbyteratus ſolebat cōferri per electionem: ſed ſolum di-
xit, ꝙ dictum beneficium erat collegiatum, curatū, & deuolu-
tum: & cum dictus archipreſbyteratus diu de facto detentus, &
occupatus fuiſſet per Caium: & etiā tēpore dictę impetrationis
detineretur per eundē Caium: ſupraſcriptus Titius omiſit face-
re mentionem, quanto tēpore dictus Caius detinuiſſet prædi-
ctum archipreſbyteratum: ſed ſimpliciter fecit mentionem de
præſenti detentione, quæ occurrebat tēpore ſupraſcriptæ im-
petrationis. dicendo, licet Caius de facto detineat prædictū ar-
chipreſbyteratum, &c. ex prędictis q̃ritur, nunquid impetratio
ſubreptitia dici poſſit: eo qa in ipſa non eſt facta mentio, ꝙ di-
ctus archipreſbyteratus ſolebat conferri per electionē canoni-
corum dictæ eccleſiæ, non obſtante qđ dixerit, ipſum beneficiū
1 eſſe collegiatū, curatum, & deuolutū. † item quęritur, nunquid
dicta impetratio poſſit dici ſubreptitia; eo quia in ipſa nō eſt fa-
cta mentio, quòd antedictus Caius detinuerit tanto tempore
prædictū archipresbyteratum, non obſtante, ꝙ in ipſa impetra-
tione ſignificauerit, ꝙ ſupraſcriptus Caius de facto detinebat
p̄dictū archipresbyteratū tp̄e impetrationis p̄nominatę. Itē ta-
citū, qđ includit de natura expreſſi, & expreſſius, nō eſt in pun-
cto iuris differētia, vt ff. ſi cer. pet. l. cū quid. & C. de fideiuſ. l. nō
recte. & ff. de leg. 1. l. hęc verba. ſed tacitū, qđ nō includitur de na
tura expreſſi, facit literas cenſeri ſubreptitias, vel talē cauſam in
literis non includi, vt extra de p̄ben. c. cū in illis. §. in illis verò. &
§. ſe. lib. 6. hoc p̄miſſo ſtat q̃ſtio in hoc, vtrū faciēdo mētionem,

quòd beneficium ſit collegiatum,& curatũ,includatur electio. & dico,ꝙ aut electio fiebat ſecundũ ius cõmune,& includitur, vt in c.1.extra de elec.aut ex conſuetudine nõ fiebat ſecundũ ius cõmune,& nõ includitur.vnde ſecundũ ea, q̃ ꝓponuntur, non cenſeo literas ſubreptitias: nã beneficiũ eſſe collegiatũ eſt ſicut habitus,electio,ſiue eligere eſt ſicut actus,& facta mentione de habitu intelligitur facta mentio de actu:ſicut facta mẽtione formæ,intelligitur facta mẽtio operationis eius, vt ff.de leg.1.l.Titiæ textores.& ex eo,ꝙ adminiſtrauit ante cõfirmationẽ, eſt inducta priuatio, ſed nõ dicitur propriè vacatio : quia nondũ erat adeptus beneficiũ.& ideo etiã ex hoc omiſſo non dicũtur literę ſubreptitiæ:q̃a iſte nõ eſt modus vacationis, ſed eſt impedimentum beneficij imperfecti.quò ad ſecundũ punctũ literæ nõ cenſentur ſubreptitię:quia quãto quis maiore tẽpore poſſidet non
2 habendo canonicum ingreſſum,tãto magis eſt prædo,† nec iuuatur beneficijs diuturnitatis poſſeſſionis;quia nõ poſſunt prę-ſcribi,vt extra de teſtib.c.ex parte. Ego Baldus.

CONSILIVM CCX.

1 *Statuta tolluntur per contrariam conſuetudinem,ſimile conſilium.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt,quidã A. accepit in vxorẽ quandam nomine B. quæ per decennium in matrimonio ſecũ manſit:poſt decennium verò dicta B.vxor deceſſit ſine liberis.quare frater prædictæ B.petit ſibi dotẽ reddi ſecundum cõmunẽ conſuetudinem illius loci.opponit maritus nomine A. dicẽs ipſam dotem ad ſe pertinere vigore cuiuſdam ſtatuti antiqui conditi per cõmune ipſius loci,quo cauetur, ꝙ ſi vxor per decenniũ vixerit cum marito , deinde ſuperuiuẽte marito deceſſerit ſine liberis,maritus lucretur totã dotem,quod ſtatutum nunquã fuit allegatum niſi tunc.immo cõmunis conſuetudo in prędicto loco ſemp fuit,ꝙ ſi vxor ſine liberis deceſſiſſe reperta fuerit quandocunq; , dos per proximos attinentes ſemper fuit recuperata, quod quidem ſtatutum,quanquã eſſet in volumine ſtatutorum d.loci,non fuit affirmatũ,nec lectum,& publicatũ in concione per homines dictæ terræ,nec hoc apparet,niſi quia 1381. die 5. Iunij,quo tempore Illuſtris D.Mediolani tenebat dictum locũ, ſupradictum ſtatutum fuit confirmatũ : non tamen apparet, ꝙ fuerit lectum & publicatũ. ex iſto duo dubia oriũtur : primum, an valeat ſtatutum prędictũ, quod eo tẽpore,quo fuit conditũ, non fuit lectum & publicatũ in publica concione populi: licet poſtea fuerit per ſuperiorẽ confirmatũ.ſecundũ ſi non fuit tempore confirmationis lectũ & publicatũ,an valeat ſtatutũ ſupradictum,q̃d eo tempore,quo fuit conditũ,nõ fuit lectum,& publicatum,licèt tẽpore cõfirmationis fuit lectum & publicatum
1 in publica cõcione populi. † Conſuetudò, per quam redit ad ius cõmune, præſcribitur.i.firmatur tẽpore , & publico vſu ciuium: etiã ſi non ſit obtenta in contradictorio iudicio: quia res de facili redit ad naturã ſuã. quinimo tacitè videtur obtentũ in contradictorio iudicio, eo ipſo, ꝙ fuit in iudicijs ſecundum ius cõmune pronunciatũ.nec curo,vtrũ de ſtatuto municipali fuerit facta mentio in ſentẽtijs,vel nõ,vt ff.de le.l.de quib. cum ſua materia:nam quædã nõ ventilantur in cõtradictorio iudicio, & tñ ꝑſcribitur cõſuetudo,vt verbi gratia,cõſuetudo teſtandi. eodem ergo modo cõſuetudo reſtituendi dotem. item cõſuetudo ſuccedendi ab inteſtato,vel in rebus certis:quia hæc ſunt voluntariæ poteſtatis,& extra iudicium oriuntur, & fiunt : nec pertinent ad iudicẽ de aliqua neceſſitate iuris, vt ff.de le.l.3.§.ſi rem. poſito ergo ꝙ requiruntur aliquando ſentẽtiæ interlocutorię, vel diffinitiuæ ad præſcribendam conſuetudinẽ iudicialem, nõ tamen extraiudicialẽ,quare in ꝓpoſita quæſtione dictũ ſtatutũ fuit abrogatum per contrariã conſuetudinẽ iure cõmuni comprobatã & confirmatã.Item dictum ſtatutũ non valuit: quia nõ fuit publicatũ,vt in Auth.vt factæ nouæ conſtitutiones. in rub. & in nigro.Itẽ nec eius cõfirmatio valuit;quia ſtatutũ non præceſſit:nã vbi nõ eſt publicatio,ibi non eſt ſtatutũ,& vbi nõ ꝓcedit confirmabile,non tenet confirmatũ,vt ff.de acti. & oblig.l. obligationes,q̃ proprijs virib.non ſubſiſtunt:vt ff. de lega.2.l.cũ ita legatur, quicquid. Item dicta confirmatio fuit ſubreptitia, quia non fuit expreſſum confirmanti de cõtraria cõſuetudine: quia ſi fuiſſet expreſſum minimè ſtatutum fuiſſet cõfirmatum, tanquam abolitum.apparet igitur,quòd ſequenda eſt cõſuetudo,quæ habet vim conſuetudinis ,quantũm ad derogationem iu.municipalis.Item habet vim iuris communis,quantũ ad formalem eſſentiam,& ita debet intelligi,quod legitur, & no.in c. 1.de conſti.lib.6. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXI.

1 *Emptor bonæ fidei tutus eſt præſcriptione 40.ann. niſi eſſet eccleſia, cui non nocet talis præſcriptio.*

1 In Chriſti nomine. † Caſus talis eſt, P. interfecit I.ſub ann. 1359. & eo anno dictus P.condemnatus fuit ob dictum homicidium in amputatione capi. & bona ſua publicata fuerunt ſaluo iure creditorum,& deſcendentium ſecundum formã ſtatutorũ ciuitatis,fuitq; per ſententiã tunc latã de dicto homicidio declaratum,ꝙ medietas bonorũ prædictorum ſit hęredis occiſi.Poſtq; viuente dicto occiſore , & in banno exiſtente prædicti homicidij,cum A.B.& C.ſorores ipſius occiſoris, quæ maritatæ erant, pariter & dotatæ propria authoritate ſua,& abſq, aliquo titulo apprehenderunt dicta bona,eaq; diuiſerũt ſub anno 1350. poſtea illa vendiderũt ſub anno 1362.quo met anno obijt hæres occiſi:qui vniuerſa bona ſua tam mobilia,quàm immobilia,actiones & iura ſua quæcunque reliquit per teſtamentum duabus capellis,tunc per ipſum ordinatis.modò quæritur, ſi dicta diuiſio,& venditio fieri potuerunt,vel ne in præiudicium dictarum capellarum:& ſi rectores ipſarum capellarum,qui de dictis bonis quæſitis eis ex dicta ſentẽtia fuerunt ignari, & inſcij, prętorquam à modico tempore citra, ſ.ſub anno 1364. poſſunt ipſa bona adire lapſu prædicti tẽporis, non obſtante vel an dictæ ſorores,de quibus quęritur,partẽ adiudicatam hæredib. occiſi vendere non potuerunt:quia nõ pertinebant ad eas, tñ emptores, qui bona fide emerunt,habuerunt bonam fidem,& longiſſimo tempore poſſederunt bona fide.vnde ſi eſſet litigium de reb. & non eſſet cũ eccleſia,eſſent tuti præſcriptione, maximè lõgiſſimi tẽporis:vt C.de ꝓſcrip.30.annor.l.ſi quis emptionis. quia res iſtæ peruenerunt ad eccleſias, ſiue capellas , quibus non obſtat minor præſcrip.40. annorum computandorũ ſaltem à die emptionis,quod quidẽ tẽpus non eſt elapſum capellis, ſiue eccleſijs:vt C.de ſacroſan.eccle.auth.quas actiones.& de præſcrip.c. de quarta.& ideo capellæ habẽt ius.& licèt eccleſia ſuccedat nõ priuilegiata:tamẽ pro futuro tẽpore præſcrip. vtitur priuilegio ſuo,argumen.C.de præſcrip.long.temp. auth.ſi autem quibuſdam.ff.de vſur.l.cum quidam.§.fiſcus.& pleniſſimè no. in d.authen.quas actiones.per Pet.Cyn.& alios. Ego Bald.

CONSILIVM CCXII.

1 *Propter eius breuitatem non ſummatur , & ponitur intellectus l. bene à Zenone.*

1 In Chriſti nomine. † Sicut fuit pronunciatum pro D. Beltramina, vel eius hæredibus:ita verè ſe habuit originalis iuſtitia : vt ff. de inoff.teſtam. l.nam & ſi parentibus: ſed quia ille magnificus, & glorioſus reſeruauit ſibi caſtrum cum guardia, & honorantijs , & poſtea dictum caſtrum cum eius dignitate , & dominio quibuſdam donauit,ſeu in feudum conceſſit,qui per ſpaciũ 30. annorum , vt proponitur, poſſederunt, mihi oritur dubitatio, & maximè propter l.bene à Zenone. quia illud dominium fiſco æquiparo, vel identito , & in hoc nolo ponere os in cœlum: de præſcriptione autem longiſſimi temporis minus dubito : quia illa eſſet interrupta , dũmodo eſſemus extra caſum l.bene à Zenone. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXIII.

1 *Societas contracta per minorem, & iurata, inquantum fuit læſus , non valet,neq; tenet, & retractatur.*

2 *Iuramentum,quod accedit contractui bonæ fidei, eſt bonæ fidei : quod verò ſtricti iuris,eſt ſtricti iuris.*

1 In Chriſti nomine. † Punctus talis eſt, A.B. C.& D.ſocietatem contraxerunt omnium bonorum inuicẽ duraturam vſq; ad 10.ann. ea tamẽ lege, quòd eorum quicunq; poſſet impunè à ſocietate diſcedere.in qua ſocietate A. poſuit plus cæteris vltra dimidiã: tamen quia pubes tantũ erat,iurauit non contrauenire tam occaſione minoris æta. quã & qualibet occaſione , etiã deceptionis vltra dimidiã iuſti pretij,& abſq; qualibet alia iuris ſolennitate,à qua ſocietate receſſerunt poſtea incontinenti: puta poſt duos annos,vel circa,ea machinatione excogitata vſq; à princ. per cæteros ſocios ætate maiores, & cautos. Hinc quæritur an iuramẽto nõ obſtãte poſſit A.cõtrauenire, atq; ad iura priſtina redire.



2 redire.† Pręmitto ad euidentiã,ꝙ iuramentũ,quod accedit cõtractui bonæ fidei,eſt bonæ fidei, & illud, quod accedit contractui ſtricti iuris,eſt ſtricti iuris. & hoc probo per ſimilitudinem pacti incontinenti appoſiti : nam ſi accedit contractui bonæ fidei,parit actionẽ præſcr.ver.quæ eſt bonæ fidei,vt C.de pac.inter empt. & ven.l.niſi.ſi verò accedit contractui ſtricti iuris, eſt ſtricti iuris,vt no.ff.de pac.l.iuriſgentiũ.§. quinimo. & eſt ratio: quia principale influit in acceſſoriũ & ſuam qualitatem , quam habet ab initio,vt no.ff.ſi cert.pet.l. certi condictio.in princ.ex hoc ſic infertur, ꝙ cum cõtractus ſocietatis ſit cõtractus bonæ fidei , ſi dolus dedit ei cauſam ipſo iure, non tenet ſocietas, nec iuramentũ , nec eſt neceſſe,ꝙ per epiſcopũ fiat, quod ipſo iure factũ,id eſt remiſſum eſt,vt l.quę ſub cõditione.§.vlt.ff.de cõdi. inſti.& l.adigere.§.fi.ff.de iure patron. ꝙ autẽ hic dolus dederit cauſam ſocietati,enormitas lęſionis,& minor ætas, ac perſonarum proximitas teſtificantur : vt C.de in integ. reſti. mino. l. de tutela.& vbi enormitas læſionis eſt in propatulo, id eſt in aperto ipſis maiorib. ibi præſumit̃ dolus,vt eleganter no.Bar.in alia mat.ſ.in l. pen.ff.de præto.ſtip.Quapropter dico,ꝙ dicta ſocietas doli plena nõ tenuit,nec ex pactis vlla orta eſt obligatio, nec ex ficta traditione dominium translatum , cum res eſſet minoris,quia ex inutili cõtractu nõ tranſit immediate poſſeſſio abſq; traditione corporali, vt ff. de pollici.l. ſi quis rem.§. voto. Illud autem,quod dici conſueuit.ff.de dolo.l. elegãter. in prin. quod procedit quando cõtractus vt infirmus: traditio eſt infirmanda ꝑ actionẽ de dolo , & criminaliter crimine ſtellionatus. de corporali traditione intelligendũ, non de ciuili , & ficta quæ ex inutili cõtractu non ſurgit: quia fictiones iuris ſubſiſtentiã requirunt.natura enim fictionũ eſt ſupplere, vbi factum deficit, & in eo,quod nõ eſt iuramento cõtrariũ, vt ſingulariter no.ff.de leg. 1.l.talis ſcriptura. dico igitur , ꝙ cum aperta fraus fuerit in dicta ſocietate contracta in dicto conſanguineo minore à fratribus ætate maiorib. ipſo iure dicta ſocietas fuit nulla , & claudicans valde,& doloſa:& ideo nõ tenuit iuramentum,vt in auth. ſacramenta.à cõtrario ſenſu. Porrò iuramentũ nunquam ſeruat̃, niſi propter æquitatis vinculum,ſed hic eſſet vinculum iniquitatis, & doloſitatis,vt l. illicitas. in prin.ff.de off.præſidis nec obſt.gl. in l.2.de reſcin.vend.quia ibi dolus non pręceſſerat iuramentũ, hic verò ſic.Conſiderandũ etiam eſt , ꝙ dicta ſocietas fuit contracta vſq; ad decem annos,& ideo bona nõ fuerunt cõmunicata,niſi vſq; ad decennium: & ideo finita ſocietate capitale cuilibet debet eſſe ſaluum,vt plenè leg.& no.in l.1.C.pro ſoc.nec ſacramentũ extendit ſe vltra præfixũ tempus , cum ſit tempus limitatũ,vt ff.de pact.l.epiſcopali.§.fi.& l. ſi vnus.§.1.eo.tit. & licèt decennium nõ fuerit elapſum,tamẽ renunciatũ fuit decennio,quia fuit ſoluta ſocietas. Ad hoc videt̃ rñderi , ꝙ inſtrumẽtum dicit , ꝙ fuit certificatus de beneficio , ſed alia ratio ſubeſt, quia non fuit certificatus de quantitate damni, & in minore , ſi præſumitur ignorantia,multo magis præſumitur ignorantia facti , & ad maiorem dicti conſilij firmitatem conſidera verba inſtrumenti ibi,dum dicit , renunciantes exceptioni doli mali. nã hic nõ quærimus de exceptione,ſed de nullitate.& nõ ſequit̃,ꝙ nõ poſſint dicere , vel allegare ſe deceptos in aliqua parte ipſius contractus: nam ſic renunciando minor magis læditur , & maior dolus oſtenditur:vt ſingulariter no.ff. de con.inſti.l. ſub cõditione. la picola. & ff. de nou.l.doli mali.& ff. de min.l.ſi iudex circunuento. & ſequit̃ in inſtrumẽto, & iurauerunt attendere, & nõ cõtrauenire aliqua ratione,vel cauſa de iure, vel de facto, ratione minoris ætatis.dicit Io.And.& Dy.ꝙ iſtud nõ nocet : cũ minor nõ fuerit certificatus de beneficio minoris ætatis, ſequit̃ in inſtrumẽto.ac damni modici , vel enormis. eadẽ ratione hoc nõ nocet:quia non fuit de hoc certificatus, vt ff. de iuris , & fac. igno.l.regula.& quia,vt dixi, per conſanguineos cenſetur adultus inductus dolo,vt ff.vnde cognati.l.octaui.& d.l.de tutela. & quia epiſcopus in ſubſidium debet facere relaxari dictum iuramentum propter enormitatem,vt l.illicitas.in prin.& arg.ff.de tranſact.l.cum aquiliana. Ego Bal.

CONSILIVM CCXIIII.

1 *Periculum rei venditæ , antequam tradatur , an pertineat ad emptorẽ; an ad venditorem: & ſimiliter an competat actio emptori ,an venditori.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt. Cartuſienſes S. Iacobi prope Aſt,vendiderunt Bartolo,& Iacobo de Socino ciuibus Aſt,partem,quã habebant in quadã apotheca ſita in Aſt,quę pars eſt de 12.partib. ſeptẽ minus vna trigeſima parte vnius duodeni . quo facto præceperũt Nicolino Beinerij, qui partẽ ipſam antea tenebat in fictũ: quatenus ipſis emptorib. partẽ prædictã expediret,& eis claues partis prædictæ traderet , ꝙ facere promiſit in pñtia teſtiũ ĩ. decẽ dies : & tunc ibidẽ dicti Cartuſi. dictos emptores introduxerũt in poſſeſſionẽ dictæ partis : introducendo eos in dictã apothecã, & apprehendendo ſerã manualiter : nũc aũt dictus Nic.qui ante partẽ prædictam tenebat ad fictũ ipſam non vult expedire,ſed de facto ipſam tenet,& occupat, & merces emptorũ, quas poſuerũt in d.apotheca, violẽter extra in vico proiecit,& nõ ſinit eos poſſidere. vnde quærit̃, quid iuris,ãn cõtra dictũ Nicol.agere debeant,& poſſint venditores,vel emptores,& vtrũ dicti venditores aliquo modo cõtra ipſum agere
1 poſſint.† Præmitto ad euidentiã , ꝙ omne damnũ , omne periculũ,omnis iniuria,quæ antequã res vendita tradat̃,cõtingit,ad venditorẽ pertinet,& tenet̃ agere ad vtilitatẽ emptoris : vt ff. ꝙ vi aut clã.l.is , qui in puteũ.§. ſi poſtea. & ff.loc.l. in plures.§.veſtimẽta.& ff.ad l.Rho.de iactu.l.2.§.ſi res.ff.de leg.1.l.ſi ſic.§.fi.ſi aũt poſt rem venditã , & perfectè traditã fiat iniuria emptori,& venditori , de hoc experiri nõ pt: q̃a periculũ eſt emptoris,vt ff. de pe.& cõmo.rei ven.l. ꝙ ſi neq;. in prin.& §. fi. & l.id,ꝙ. & ff. de eui.l.Luc.cõſiderandũ eſt ergo in caſu nr̃o, vtrũ poſt plenam traditionẽ cõductor vim adhibuerit emptori : & tunc venditor agere nõ pt , aut ãn perfectã traditionẽ: & tunc ſic,vt ff.de vi,& vi arma.l.colonus.& pt dupliciter agi vno modo per interdictũ, alio modo per actionẽ ex locato: vt relaxet poſſeſſionẽ emptori,vel alij,cum locator vult,vt ff.man.l. ſi procuratorẽ.§. ſi quis. & l.idẽq;.§.ſi cui mãdauero,vt à Titio. is ẽt emptor,quin de ſua iniuria agere poſſit poſt fictã traditionẽ , non eſt dubiũ. & ideo ſcd̃m ea, q̃ ꝓponunt̃,dictus inquilinus pt multipliciter cõueniri & à vẽditorib. & ab emptore,cui fuit res tradita fictè, ſed non plenè: quia conductores nõ receſſerant de detentatione , & ſic non reliquerant rem vacuam ſicut debent : quia licèt colonus intelligatur ad annum conducere,inquilinus tamen non intelligitur concedere , niſi quandiu habitat , niſi aliud expreſsè, vel tacitè actum,vt ff.loc.l.item quæritur.§.qui impleto. Ego Bal.

CONSILIVM CCXV.

1 *In conditionibus ſufficit ſola facti exiſtentia . & compromiſſum factũ prohibet quem agere de euictione:quia arbitramẽtũ hẽt vim trãſactionis.*

In Chriſti nomine. Quatuor fuerunt principaliter obligati cuidã D.Pe.in 1005.flo.occaſione mercãtię,videlicet Georgius, Thomaſius, Moſchinus, & Fidelonus , qui Georgius conſeruauit alios tres:quia ipſe ſolus erat verus principalis,ſiue principalior: deinde iſte Georgius fecit quandam venditionem Antoniolo: quas res venditas quidã tertius creditor euicit.deinde dictus D. Pet.iura ſua ceſſit eidẽ Antonio in 1300.lib.dictæ quantita. debitæ dicto D.Pet.ſub hac forma ceſſionis æquipolleri, videlicet in defenſionẽ dictarũ rerum emptarum à d. Antoniolo. & etiã ad petendũ,& agendũ caſu euictionis.tandẽ d.Antoniolus,ſiue hæredes eius egit de euictione contra d. Gregoriũ ſuum auctorem,& cum eo fecit compromiſſum ſine cõſenſu dictorũ Thomaſij,Moſchini, & Fideloni . & lata fuit ſentẽtia arbitramentalis contra d.Georgiũ in certa quant.pro euic.dictarũ rerũ.nunc hæredes Antonioli ex dicto iure ceſſo volunt conuenire dictũ
1 Thom.Moſchinũ,& Fidelonũ.quid iuris.† Tñ iſta quęſtio ſtat̃ in hoc,an conditio adiecta in dicta ceſſione extiterit,necne, videlicet cõditio,ſi euinceret̃. & vr̃, ꝙ ſic: quia in cõditionib. ſufficit ſola facti exiſtentia,vt ff.de cõd.& dem.l. qui hr̃di. & l. Mæuius.& ff.de verb.obl.l.quidã cũ filiũ.In cõtrariũ vr̃, ꝙ illa cõditio , ſi euinceret̃, nõ intelligit̃ de illa, quæ fit ꝑ arbitrũ compromiſſariũ electũ ſine cõſenſu futurorũ obligari, nec tenent̃ citati cõparere corã arbitris alienis.ff.de eui.l.ſi dictũ.§.ſi cõpromiſero.ſed iſta ratio nõ vr̃ valere: quia iſta res fuit euicta per hypothecariã corã iudice, & ſic extitit cõditio euictionis, & poſt illã euictionẽ fuit factũ cõpromiſſum, per quod actio ceſſa non eſt nouata,ergo nec ſubſtãtia. Conſidera,arbitramentũ habet vim tranſactionis , ergo creditor tranſigens vr̃ ſibi præiudicaſſe quò ad alios,quia per tranſactionẽ noua. obligatio,vt C.de tranſac. l.vt rñſum. & iam non videt̃ poſſe agi actione antiqua,quia nouatus eſt cõtractus , vt ff.de mino.l.minor 25.annis. cui fideicõmiſſum,in cõtrariũ facit.l.vlt.C.de nouatio.cogitabis. Ego Bal.

## CONSILIVM CCXVI.

1 *Summat ſeipſum ponendo caſum.*
2 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur.*

In Chriſti nomine. Verba teſtamēti ita dñt
Io.An.inſtituit ſibi hæ-
redē vniuerſalē in omnib. bonis ſuis mobilib. iurib. & actioni-
bus,& iure noīum vbicūq; ſiāt,& eſſe reperiant̃,Frāciſchinā ſo-
rorē ipſius teſtōris, & vx. Pet. de Valle: cū hac cōdōne, ꝙ ſi ipſa
Franciſchina decederet quandocunq; ſine filijs à ſe deſcenden-
tib. tūc & eo caſu ſubſtituit in d. hæreditate Antonietam filiam
dictæ Franciſchinæ dicti Pet.& ſi dicta Antonieta decederet ſi-
ne filijs à ſe deſcendentibus, voluit, & ordinauit idem teſtator,
ꝙ tunc, & eo caſu omnia bona ipſius teſtatoris diſtribuantur,
& diſtribui debeant per Petrolum Albarorum,& Franciſchinū
Saxum inter puellas pauperes ad maritandū, & prout etiā me-
lius videtur. ſupraſcripta verò Antonieta filia ipſius Franciſch.
mortua eſt, & dimiſit duos filios, & duas filias, qui, & quæ vi-
uunt. ſed prædicta Franciſchina mater ipſius Antonietæ viuit,
& fecit donationē in quendam de aliqua parte bonorum ipſius
Ioannis teſtatoris: nunc quæritur, vtrum filijs ipſius Antonie-
tæ,qui ſunt ſubſtituti dictæ Franciſchinæ,ſi ipſa Franciſchi. poſ-
ſit de iure facere talem donationem.

1 In Chriſti nomine. † Dubitatur, quot gra-
dus teſtator fecerit, &
non eſt dubiū,ꝙ primus gradus fuit inſtitutionis Franciſchinæ,
ſecundus ſubſtitutionis Antonietæ, tertius ſubſtitutionis pau-
perū.Itē ſecundus gradus habuit cōdi.ſi ſine liberis, &c.itē ter-
tius gradus de pauperib. habuit ſimilē condōnē, ſi ſine liberis,
&c.& hæc quantū pertinet ad ſuperficiē verborū. ſed quantum
ad ordinē intellectus vr̃,ꝙ plures fuerint gradus in illis verbis,ſi
ſine liberis,tacitè,vel occultè includit̃,ꝙ ſi cū liberis, ipſi liberi
intelligant̃ ſubſtituti,vt ff.de leg.2.l.Titia Seio.§.Seia.& ita de-
terminat Dy.in ſubſtitutione fideic.ſecus dicit in ſubſtitutione
directa,videlicet ꝙ illa conditio nō faciat tacitū gradū, vt no.ff.
de hær. inſti.l.Luc ſed Pe.indiſtinctè tenet,ꝙ cōditio nō faciat
gradū:quia nō eſt de natura conditionis diſponere, ſed adiungi
rei diſpoſitæ:vt l.ſi quis ſub cōditione.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta.
Quia modo iſtæ opiniones cōtrariæ hñt cōtrarias cōcluſiones
finales:nā ſi opin.D.Dy.eſt vera, ſubſtitutio facta de Antonieta
euanuit p nō tranſmiſſionē:tñ filij eius ſunt p tacitā ſubſtitutio-
nē ſubrogati loco Antonietæ. & ſic exiſtente caſu mortis dictæ
Franciſchinæ ſine liberis venirent ex propria perſona, non be-
2 neficio tranſmiſſionis:† quia fideicommiſſum cōditionale non
tranſmittitur, vt no.in l.vnica.C.de his, qui ante apertas tabu-
las.ſed ſi eſt vera opi.Pe.cum filij Antonietæ nō veniant tanquā
ſubſtituti,nec ex tranſmiſſione,ergo ſubſtitutio eſt conſumpta:
ſaluo quam de pauperibus in caſu, quo exiſteret conditio pau-
perū.quæ eſt vltimata, & pauperes nō pñt mori: quia ſcriptum
eſt, pauperes ſemper habebitis vobiſcū. ſicut nec morit̃ homo
in genere,donec durat mundi cōſtitutio:quia gñatio in gñatio-
nē tranſit,& homo eſt,licèt indiuidua ſua fragilitate corrumpa-
tur,vt in Auth.de nup.§.diſponat.Quid igitur dicendū inter tā-
tos doc.& non dubito,ꝙ ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſe-
rit ſine liberis, ſubſtituo Seiū,ꝙ liberi ex filio præferūtur Seio:
nō tñ tanquā ſubſtituti, ſed liberāt patrē ab onere fideic. vt ha-
beat eorū pater moriens cū liberis plenā facultatē alienandi,&
teſtandi de dictis bonis: ſed vt teſtator ſubiungit poſt iſta verba
aliā ſubſtitutionē:puta quia dicit,& ſi dictus Seius deceſſerit ſi-
ne liberis filijs,ſubſtituo Caium,vel pauperes,nō curo tūc: quia
non poſſet filijs Seij ſubſtituere per fideic. niſi ipſos filios tacitè
ſubſtituiſſet.ff.de leg.3.vr̃ eos ideo tacitè ſubſtituiſſe, vt volūtas
teſtatoris nō pereat: & ex eo, quia naturalē ordinē charitatis vr̃
obſeruaſſe.& melius in hoc loquit̃ Dy.quā Pe.tñ iſta quæſtio de
facto pēdet,in qua ſum aduocatus: & ideo oportet me ſilere. tu
autē eligere potes id, ꝙ tibi iuſtius videbit̃.cæterū de bonis do-
natis per dñam F.idē iuris eſt ꝙ de cæteris bonis: qa in vita dñæ
F. nihil peti pōt: vt ff.ad Treb.l.ſed ſi ante.& C.de fideic.l.poſt
mortem.cum materia ſua,& de hoc vltimo non eſt diſputandū,
nec deliberandū:quia clarum eſt,& tutior via pro anima,& pro
iuſticia naturali eſt ſemper iuuare teſtamenta, inquantum eſt
poſſibile:& maximè ad pias cauſas, in quibus nō eſt de iuris api-
cibus diſputandum. Et ita dico,& conſulo. Ego Bal.

## CONSILIVM CCXVII.

1 *Legitima an poſſit detrahi per filium in vna re tantùm: & quid iuris in Trebellianica, quid in falcidia.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrū filius
de reſtituēdo poſt mor
tem rogatus poſſit vſq; ad æquiualorē legitimæ vendere de poſ-
ſeſſionibus paternis,& eligere integrā legitimā in vna re.& iſta
quæſtio eſt antiqua. & gl. cōmuniter dñt, ꝙ nō:niſi fideic. vtilis
ratam habeat alienationē, quia legitima reſpicit totū patrimo-
nium,non vnam rem tantū,ſicut æs alienum.& ideo in ſingulis
rebus detrahitur vniuerſum corpus legitimæ de quolibet cor-
pore pro rata:quia non eſt ratio,quare debeat detrahi plus in v-
na re, quam in alia.vnde tex.dicit, quòd repletio legitimæ fit ex
ipſa ſubſtantia patris: non autē dicit, ex vna re ipſius ſubſtantiæ
patris, ſed ex integrali ſubſtantia omniū bonorū paternorū, vt
C.de inoff.teſt.l.ſcimus.§.repletionē. auctoritate ergo propria
nō pōt filius ſibi ſupplere,vel detrahere in vna re illud, quod ex
multis reb.debet̃, niſi per æquitatē prætoris cā cognita, hoc ſi-
bi ſit cōceſſum:vt ff.de leg.1.l.pōt hæres.In contrariū vr̃: qa hoc
vr̃ priuilegiū legitimæ, ꝙ detrahi poſſit in vna re, quā filius pōt
ſibi eligere.dñt docto.dūmodo nō ſit nimis oneroſa fideicō.iſta
electio filij.& ad hoc inducūt.§ quamobrē.in auth.de reſt.& ea
ꝗ parit,do.Iac.Bu.in l.2.C.ad l.Fal.dicit, ꝙ aut detractio fit vni,
& poteſt fieri in vna re:aut cōtra plures,& debent fieri in ſingu-
lis rebus.ſed gl.ord.dicit ibi cōtrariū: quia indiſtinctè nō pt̃ fie-
ri in vna re,cū non concernat certū corpus patrimonij,ſed vni-
uerſum corpus.Non obſt.C.famil.erc.l.filium, quem habentē.
quia illud eſt propter præſumptā voluntatē patris, qui prædeſ-
tinauerat filio vnā rem.Itē nec ob.de leg.1.l.pōt hær. quia illud
intelligit̃ cum auctoritate iudicis, & cauſa cognita, nō auctori-
tate ꝓpria.itē ibi nō erat rogatus hæres de toto,ſed de tanto: &
ideo nō erat effectū vniuerſum corpus.do.Oldra.dicit,ꝙ de ra-
tione legis Falcidiæ eſt, ꝙ deducat̃ in omni re pro rata: tñ ſi iſta
diuiſio minuta cederet in diſpendiū rogati, permiſſu iudicis pt̃
deduci in vna re.alij dñt ꝙ cū omnia bona ſint filij pendente cō-
ditione fideic.ꝙ ipſe pt̃ ſeparare legitimam in vna re ab alijs bo-
nis: cum illam debeat hr̃e ſtatim, & ſine onere alicuius dilatio-
nis, vel euentus. ſuper hoc diuerſæ ſunt opiniones. quidā enim
hoc permittunt filio:quia æquiparat̃ vero creditori:vt ff.de di-
ſtra.pig.l.creditoris arbitrio. alij dñt, ꝙ ex neceſſitate rei fami-
liaris pt̃ eligere in vna re:ſed ceſſante neceſſitate nō pt̃. alij dñt,
ꝙ ſi res eſt integra.i.bona nō ſunt alienata,nō pt̃,ſed ſi res nō eſt
integra,quia facta eſt alienatio bona fide, tūc pt̃ in vna re dedu-
cere:& hęc opi.vr̃ ſatis ęqua,& vr̃ iam ſcđm iſtā opi.pronuncia-
ri.& hāc teneo in l.pt̃ hæres.de leg.1.& l.2.C.ad l.Fal.ſequeret̃,
ꝙ nec aliquā particulā poſſet filius alienare:quia minutæ parti-
culæ non inuenirent emptorē,ꝙ eſt valde abſurdū, bonū tamē
cōſiliū eſſet,ꝙ hoc fieret tacito fideic. vtili, de cuius præiudicio
tractat̃: vt ff. de leg.2.l.ſi tamē quibuſdā.in legitima tm̃ loquor
de Treb.ſunt opin.& diſputari pōt pro, & contra: nullus enim
dat poteſtatē alicui diuidendi cū ſocio eo inuito:vt ff.de vſuf.le.
l.is,qui fundum.vbi eſt expreſſum, & facit,ꝙ no.ff.de ver.obl.l.
qui Romæ.§.duo fratres. porrò in Treb.indiſtinctè puto, ꝙ nō
poſſit eligi in vna re: quia nō debetur in vna re, niſi teſtator de-
diſſet ptātē retinendi Treb.ipſi grauato: quia tūc poſſet retine-
re in vna re.& hæc latius poſui in l.filium, quem habentē.& in
d.l.2.C.ad l.Fal.& concluſio ſit iſta, ꝙ ſi de omnib. pōt cōmodè
detrahi,fiat in omnibus: ſi autē non de omnibus fiat de re com-
modiori. hæc enim eſt æquitas naturalis cōgruens arbitrio bo-
ni viri:vt d.l.pt̃ hæres.& dictus Ray.etiā vr̃ hoc ſentire. Ego Bal

## CONSILIVM CCXVIII.

1 *Appellatione alienationis an veniat pignus, vel hypotheca.*
2 *Prohibita venditione cenſetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illam.*
3 *Comparatio literarum qualiter probetur.*
4 *Non poteſt agi hypothecaria, niſi facta excuſſione.*
5 *Depoſitum quomodo probetur.*

In Chriſti nomine. Præſuppoſito ſtatuto ir
ritāte omnē alienatio-
nē melioramēti rei emphyteuticæ, niſi præmiſſa quadā denun-
1 ciatione fienda dño per emphyteutā. † Quærit̃, an per iſta ver-
ba alienationis cōtineat̃ pignus, vel hypotheca. verba dñt, oīa
bona, ēt ꝗ aliàs nō cadūt in gñali obligatione. Et vr̃, ꝙ nō: quia
pignus proprié nō eſt alienatio:nam hypothecaria nudā poſſeſ-
ſionem auocat,vt ff.de euic.l.ſi cum venditor.in prin. non ob.l.
vlt.C.de re.alie.non alie. quia ibi loquit̃ de larga interpretatio-
ne, non de proprio ſignificatu. porrò emphyteuta pōt pignori
obligare tandiu durante hypotheca, quandiu durat emphyteu-
ſis,vt ff.de pi.l.lex vecti.& ideo nō vr̃,ꝙ dictum ſtatutū includat
caſum hypothecæ,cū debeat ſtrictè interpretari,præſertim vbi
2 eſt contra ius cōmune.† Conſidera,ſtatutū ꝓhibet venditionē,
ergo omne id, per quod peruenit̃ ad ipſam, ergo & pignus per
quandam coñtiam,vt no.in l.2.C.de vſuca. & l.ꝓ emptore.ff.de
pig.in quorū finib.dici pōt, ꝙ ſi eſt obligata pro magna quanti-
tate,ita ꝙ ferè ſit ſpes luitionis,intelligatur facta prohibitio: qa
huic pignorationi ꝓximū eſt, rem hr̃e pro derelicta,aliàs ſecus.
pro hoc.l.illa notabilis.ff.de leg.3.l.qui habebat.vel verius dici
poteſt,ꝙ in tali obligatione gñali nō includunt̃ res,quæ ſunt ꝓ-
hibitæ alienari.Non obſtant illa verba ſcripturę, quę dicūt,ob-
ligauit & oīa bona ſua,ēt quæ aliàs non cadunt in generali obli-
gatione: qa illa verba referunt̃ ad res emptas, ſed nō ad prohi-
bitas:nam iuri ꝓhibitiuo nō pōt renunciari.& ideo cōcludo, ꝙ
dictæ res libellarię nō veniant in hypotheca obſtāte ſtatuto,vel
penitus ratione ſtatuti: qa ſtatutū erat, vel eſſe debet vtriq; no-
3 tū contrahenti.† Sequit̃ alius articulus, vtrū per teſtes ſit pro-
bata efficax ſubſcriptio,& comparatio literarū.Reſpōdeo, cō-
paratio literarū non eſt probata, quia requirit duas ſcripturas,
cōparantē,& comparatā: vt C.de fid.inſtr.l.cōparationes. ſub-
ſcriptio autē bene vr̃ probata, quia non oīs ſingularitas facit te-
ſtes ſingulares,ſed illa, quæ differt in ſubſtantia, vt extra de ver.
4 ſig.c.nihil obſtat.& plenè no.extra de teſti.c.cum tu fili.† Ter-
tius articulus eſt de excuſſione:& dico, ꝙ cum excuſſio non fue
rit facta,quæ debet fieri tam de hærede, quā de curatore bono-
rū, & de quolibet vtili poſſeſſore, hypothecaria nō pōt agi bo-
nis legitime non diſcuſſis, vt in Auth. de fideiuſſo.§.ſed neq;.
5 † Quartus articulus eſt,ecce, ꝙ capitulum dicit, ꝙ fuit factum
quoddā verū depoſitū,pro quo ſe obligauit: de iſto vero depo-
ſito nō probant teſtes,ſed de ſubſcriptione,& obligatione ver-
bali.Quæritur,vtrum capitulū depoſiti ſit probatū. Spec.in tit.
de teſte.format iſtā quæſtionē in cōtractu mutui, & dicit, ꝙ nō
eſt probatū: quia aliud eſt mutuū numeratū, aliud eſt mutuum
confeſſatum, per quam rationē idem vr̃ in depoſito: quia non
eſt probatus verus actus numerationis, licèt cōtra hoc faciat l.
Publia.in fi.ff.depoſiti.& eſt ratio differentiæ:quia mutuū con-
trahitur tribus modis, ſed depoſitū non cōtrahit̃ niſi vno mo-
do tm̃ ſcilicet re. Hæc ratio vr̃ tolli, & tollitur per l.in cōtracti-
bus.§.1. C.de non num.pec.& quia dictum capitulū,vt dixi,lo-
quit̃ de vera numeratione, & de cōfeſſione, ſuppoſita vera nu-
meratione nō videtur mihi, ꝙ capitulum ſit probatū ſalua ſub-
ſtantia veritatis, arg.ff.de ſol.l.ſi ex pluribus. & quia confeſſio
refertur ad tunc, & teſtes non dicunt de tunc, imo dicunt con-
trarium,ideo ſimulatum,& non verum, vt C.de dona.inter vir.
& vxo.l.ſi non verum. Nam verba capituli manifeſtiſſimè exce-
dunt ſimplices terminos confeſſionis, vel ſcripturæ, & ſic non
obſt.C.de non num.pecu.l.ſi ex cautione. Ego Bal.

## CONSILIVM CCXIX.

1 *Beneficium inuentarij ſi fuit oppoſitum, tamē iudex pronunciauit ſententiam exequendā,quæ tranſiuit in rem iudicatā,an amplius competat.*
2 *Statutum an ad aliena territoria extendatur.*
3 *Hæres omittens vnam rem in inuentario, an amittat illam ſolā, an totum.*
4 *An ſufficiat allegare inuentarium, vel ſit deducendum.*
5 *Domicilium in obligatione perſonali inſpicitur.*

In Chriſti nomine. Statuto ciuit.Papiæ ca-
uetur, ꝙ iudices ad in-
ſtantiā eius,qui prima facie apparuerit habere debere per char-
tam, & poſtulauerit executionē dicti debiti, teneantur præci-
pere ipſi debitori, quatenus. J. 10. dies vtiles ſoluat creditori,
aut prober, quicquid vult, quare ſoluere nō teneatur: quo ter-
mino elapſo ſi nō probauerit,compellatur, &c. perita fuit exe-
cutio cōtra hæredem, qui produxit inſtrumentū aditionis cum
beneficio inuentarij: iudex pronunciauit inſtrumentū exequē-
1 dū, nec reſeruauit † beneficiū inuentarij. quæritur quid iuris,
cū dicta ſententia tranſiuerit in rem iudicatā, & bona hr̃ditaria
nō ſufficiant.Reſpōdeo,aut dicta exceptio fuit probata,aut nō.
primo caſu videt̃ im ꝓbata.ff.de cōpenſa.l.ꝙ in diē.§.1. Secūdo
caſu imputet ſibi,qui nō probauit, tñ poſt ſententiā nō pōt op-
2 poni de effectu bñficij.ff.ſol.mat.l.ēt.§.fi. † Secundus articulus
eſt:quia in ciuitate Papiæ nō pōt opponi bñficiū inuentarij,nū-
quid hoc ſtatutū intelligatur reſpectu rerū, quæ ſunt extra ter-
ritoriū Papienſe.Reſpōdeo ſic: quia per aditionē hr̃di. factā Pa-
piæ eſt cōtracta ſolida obligatio, quæ incipit à quaſi contractu
celebrato Papiæ p aditionē hæreditatis,vt no.Iac.But.in l.cun-
3 ctos pop.in lect.ſua. † Tertiò quærit̃, vtrū hr̃s, qui ſcienter oc-
cultauit aliquas res,quas nō poſuit in inuentario,vtrum perdat
bñficiū totius inuētarij,an verò reſpectu illarū rerū tm̃? Rñdeo
reſpectu totius, quia non eſt inuentariū factū bona fide.& hoc
iure nouiſſimo cauet̃,vt in Auth.de hær. & fal.§.ſancimus.col.
4 1.licèt de iure.C.aliter eſſet prouiſum. † Addit̃ in puncto in 1.c.
ꝙ hæres nō excepit de inuentario,ſed tm̃ allegauit. Rñdeo, ex-
5 cludit̃ p terminū ſtatuti. † Itē addit̃ in alio puncto, ꝙ hæres in-
uentarij cōfecit nō in ciuitate iſta: ergo debet ſibi prodeſſe: qa
ſtatutū Papiæ nō ligat extra territoriū. Rñdeo, imo perſonalis
obligatio orta ex aditione hæreditatis ipſum obligat inſolidū:
quia oriundus, & habet domiciliū Papiæ. & in oblig.perſonali
inſpicitur domiciliū. ff.de iud.l.fideic.§.tractatum. item Papiæ
petitur executio, & ideo forus Papien. debet inſpici, vt C.de
exactorib. tributorum.l.miſſi opinatores.lib.10. Ego Bald.

## CONSILIVM CCXX.

1 *Solutio annuæ penſionis an ſit probata per duos teſtes dicentes, quod dominus dicit, ſum contentus.*

In Chriſti nomine. Proponit̃, ꝙ A. in em-
phyteuſim ꝑpetuā cō-
ceſſit B.rem quandā ꝓ certo annuo canone: cū aūt eſſet quęſtio
inter ipſum,& emphyteutā de canonis ſolutione,an eſſet facta,
duos produxit teſtes emphyteuta in ſumma deponentes ſimili-
ter: vnus ꝙ ſe præſente vidit ab eo emphyteuta numerari certæ
pecuniæ quantitatē, & immediate interrogauit emphyteuta i-
pſe dñm,an eſſet cōtentus ꝓ omni, & toto eo, ꝙ hr̃e debuiſſet
hinc retro: qui reſpōdit, ꝙ cōtentus erat. alter aūt de numera-
tione omittit,ſed de alijs cōcordat in effectu. Quærit̃ igit̃, an ex
1 his ſolutio ꝓbata dicat̃.† Cōſiderandū,ꝙ quidā cōtractus cele-
brant̃ in ſcri.ex partiū cōuentione: qa partes nō erant aliter cō-
tracturæ,vt C.de fid.inſtr.l.cōtractus.& tunc ſolutio, vel pactū
de nō petēdo nō pt̃ probari,niſi p ſcripturā,vel 5.teſtes, vt C.de
teſti.l.teſtium. quidā aūt cōtractus celebrant̃ in ſcriptis ex iuris
diſpōne,vt cōtractus emphyteuticus in emphyteuſi ꝑpetua, vt
C.de iure emphyt.l.1. item cōtractus celebratur cenſualis ꝑpe-
tuus: vt ff.de proba.l.cēſus.& vr̃,ꝙ idē, nam eadē ſolennitas de-
bet eſſe in cōtrahēdo,& diſtrahendo:vt ff.de ſol.l.prout quiſq;.
& ideo in themate noſtro vr̃ ꝓbabiliter dicēdū, ꝙ ꝓbatio duo-
rū teſtiū nō ſit ſufficiens.& maximè quia illa verba, tu es cōten-
tus, nō includūt de neceſſitate cōfeſſionē ſolutionis, vel pactū
de nō petēdo:ſed potius quādā generalē, & incertā ſatisfactio-
nē mētalē:ſicut dicimus ſatisfactū, quemadmodū creditor vo-
luerit:vt ff.de pig.act.l.ſolutū.§.ſolutā. Itē dicti teſtes ſunt quo-
dāmodo ſingulares: quia vnus dicit de quadam numeratione,
alter non:vnde nec de iure, nec de facto probant. Ego Bald.

## CONSILIVM CCXXI.

1 *In emphyteuſi eccleſiaſtica perpetuò alienanda quæ requirantur.*
2 *Et an ſufficiat vnus tractatus, an plures.*
3 *Decreta, & conſenſus præſumuntur interueniſſe: & omnia ſolenniter acta.*
4 *Ratificatio epiſcopi, ſeu conſenſus ex poſt facto accedens an ſufficiat.*
5 *De dictione, de, quid importet.*
6 *An ex inſtrumentis antiquis oriatur iuſta cauſa præſcribendi.*

1 In Chriſti nomine. † Primò quæritur, vtrū
in conceſſione perpe-
tuæ emphyteuſis eccleſiaſticæ requiratur tractatus prælati, &
capituli:& dicendū eſt,ꝙ aut res eſt ſolita emphyteuticari,& nō
requirit̃ tractatus: quia hæc non eſt noua alienatio ſed conſue-
tudinis obſeruantia: ſicut dicimus in feudis, vt in ca.1.qui feud.
dar.poſ.ibi dum dicit,abbas,abbatiſſa: nam viam apertam facit
conſuetudo, vt leg.1.§.permittitur.ff.de aqua quo.& extra de
feudis.cap.2.& 3.& cap.1.epiſcopum vel abbatem.collat.10.
aut eſt emphyteuſis noua,vel contract.proprie.puta,venditio-
nis, vel permutationis: & tunc debet interuenire tractatus,
vt in cap.dudum.de rebus eccleſiaſtic.non alienand.& C.de
2 ſacroſanct.eccleſi.authentic.hoc ius porrectum. † Secundò
quæritur, vtrum ſufficiat vnus tractatus, an requirantur plu-
res:

res: quidã dicunt, ꝙ requirantur plures ſcilicet tres. alij dicunt,
ꝙ ſufficit vnus tractatus ſolennis, vt de hoc no.in c. dudum. de
re.eccl.non alie.lib.6.Spec.in tit.de legato.§.ſequitur.verſic.&
not. ꝙ iſte tractatus ſic ait. & not. ꝙ iſte tractatus debet pluries
fieri, ſaltem ter. quidam dicunt, & de qualibet vice debet fieri
publicum inſtrumentũ, quod durum videt̃ ſpe. ex eo quod di-
cit, quod durũ videtur, ſentit, ꝙ ſufficit, vt vnus tractatus: nam
ſufficit, quod cauſas, quibus diſtrahunt, ſemel nominatim ex-
ponant, & approbent, vt C.de prædijs curialiũ.l.1.lib.10. quod
verum eſt, quando neceſſitas, vel vtilitas imminet, quæ præſu-
mitur immenſis, ex quo concluſum eſt in tractatu, argu. ff. de
leg.3.l.11.§.ſi rem.nam in neceſſitatib. nemo liberalis exiſtit, vt
ff.de probat.l.cum de indebito. & ff. de adimen. lega. l. rem le-
gatam. propterea ex quo ſuperior poſtea interpoſuit decretũ,
vel cõſenſum, omnia præſumuntur ſolenniter, & legitimè acta:
vt no.in l.1.C.de fid.inſtru.& iure haſtæ fiſca. lib. 10. & in Spec.
de emp.& vendi.§.nunc dicendum. verſ. & breuiter ſcias. item
ſufficit ſemel eſſe cognitum de cauſis, vt ff.de reb.eorum.l. ma-
gis puto.§. ne paſſim. & hæc vera ſunt maximè in factis antiquis
pro quib. magis præſumitur, vt eleganter no.Innoc.extra de te-
3 ſti.c.Albericus.& Cyn.de fid.inſtr.l.emancipatione. †Præterea
iſta decreta, ſine conſenſu interponuntur per modum volun-
tariæ iuriſdictionis, & inter conſentientes: non enim reddun-
tur in inuitum etiam citatum.& ideo præſumitur ſolennitas in-
teruenisſe: vt no. Innoc. extra de proba.c. quoniam contra fal-
ſam. & extra de eo, qui fur.ord.ſuſce.c. innotuit. & facit, quod
no.ff.rem ra.habe.l.actor.& ff. de tranſact.l.cum hi.§. ſi prætor.
Item non præſumuntur ipſi contrahentes immemores ſalutis
æternæ, præſertim cum ſint religioſi, vt l.fi.C.ad l.Iul. repetun.
4 & facit ad prædicta, quod no.12.q.2.c.ſine exceptione.† Tertiò
quæritur: cum requiratur conſenſus prælati, & capituli, & au-
ctoritas diœceſani, ſeu decretum eius, vtrum ſufficiat epiſcopi
ratificatio, ſeu cõſenſus ex poſt facto accedens.& videtur, quod
non: quia ſpec. dicit, quod requiritur licentia in d. §. ſequitur.
verſic. porrò. ſed licentia debet præcedere, vel ſaltem concur-
rere, ſicut auctoritas, & mandatum: vt l.1.ff. de auctor.tut. & ff.
mandati.l.ſi verò non remunerandi. §. ſi poſt creditam. & ratio
eſt: quia tendit ad habilitandum contrahentem perſonã, quæ
habilitas requiritur à principio, vt ff.de ſeruis exportan.l. ſi mi-
nor. præterea eccleſia ſimilis eſt minori, in quo requirit̃, quod
decretum iudicis aut præcedat, aut incontinenti interponatur,
vt no.ff.de mino. l. ait prætor.§. pen.præterea hoc ſonat vis vo-
5 cabuli.† nam ſyllaba, de, habet augere, & ſignificare actum per-
fectum, vt l.1.in prin.ff.depoſiti. hoc tenet Innoc. Archi. ego tã-
men puto. ꝙ ſi de conſenſu partium contractus poſtea confir-
metur iudiciaria auctoritate, ꝙ valeat non tanquam decretum,
ſed tanquã confirmatio, vt C.de decuri.l.ſi quos. lib.10. & in ca.
cura.de iure patronat. quod enim non valet à principio, poteſt
vim aſſumere auctoritatẽ confirmationis factæ de partium vo-
lũtate.hoc dicit Bar. in ſimili: nam donatio, quæ debet inſinua-
ri coram iudice, ſi non eſt inſinuata à principio, poteſt per iudi-
cem approbari de partiũ conſenſu, vt ipſe no.ff. de dona. l. Mo-
deſtinus. & hæc ſunt vera, præſertim ſi ſic habet conſuetudo.
item ad hoc facit, quod not. in l. 2. C. commu. vtriuſq; iudicij.
6 † Quartò quæritur, vtrum ex contractibus antiquis, quos non
conſtat ſolenniter factos, orta ſit cauſa præſcribendi: & videtur,
ꝙ non, quia error iuris in præſcriptionibus nõ prodeſt, ſolutio:
illud eſt verum in præſcript. longi temporis. ſecus in præſcript.
long. temp. in quibus ſententia nulla, & authoritas ſuperioris
dat̃ cauſam præſcribendi.& eſt ratio: quia nõ requiritur titulus,
vt titulus: ſed ſolùm, vt excludat malã fidem.& hoc tenet gl. de-
creti.16.q.3.c. ſi ſacerdotes. qualis qualis titulus ſufficit in præ-
ſcrip.long.temp.abſq; eo, ꝙ debeat diſputari de apicib.iuris. itẽ
quia iuſtus eſt error, quem prior tuetur, vt ff.de nox.l. generali.
quæ optime facit, & ita teneo de prædictis punctis ſalua ſub-
ſtantia veritatis. Et ita dico, & conſulo. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXII.

1 *Poſitionibus quando reſpondendum ſit.*
2 *Per famam an probetur paupertas, vel excuſſio.*

1 In Chriſti nomine. Statuto cauet̃, † ꝙ po-
ſitionibus debeat quis
rñdere per ſe, & nõ per procuratorẽ. modo quidã cõſtituit pro-
curatorẽ ad ſic rñdendũ. Iudex autẽ ei emãdauit, ꝙ rñderet per-
ſonaliter. quærit̃, vtrũ tanquã contumax haberi debeat pro cõ-
feſſo. Rñdeo ſic: quia nõ paruit ſtatuto, neq; mãdato iudicis, ni-
ſi eſſet talis perſona, quæ per ſe neſciret rñdere, vt extra de iud.
c.paſtor. tñ in caſu noſtro, ex quo ſcit rñdere per aliũ, ergo & ꝑ
ſeipſum, ſiue ſit maſculus, ſiue mulier. & ideo contumax debet
reputari, & haberi pro confeſſo: quia ſtatutũ ita determinat.ff.
qui, & à quib.l. proſpexit. C.de proc.l. fi.extra de elect.c.vt cir-
ca.li.6.& extra de iud.c.1.eo lib. nã à forma verborũ, & p̃ceptis
legis non eſt recedendũ: nec à pſona, cuius fides, & induſtria eſt
electa, vt C.de cad.toll.§. ne autẽ.ff. de cur.fur.l. cuius bonis.&
2 no.ff. de arbi. l. ſicuti. † ſubſequenter quærebat̃, vtrũ per famã
probaret̃ paupertas, vel excuſſio.& dic, ꝙ ſic, ſi fama eſt cõiun-
cta cũ credulitate.i.cũ ſcientia loquentiũ: quia idem dñt, & cre-
dunt. ff.de excuſ.tut.l.paupertas. per Iac.de Are.C.qñ fiſcus, vel
priua.l.2.C.de iu. do.l.vbi adhuc.& per Bart. in l. ſi conſtante.in
princ.ff.ſol. mat. ego non viderã bene ſtatutũ, quia ſtatutũ dicit
ꝙ nõ poſſit alius ꝓ eo rñdere, niſi eẽt mulier, vel ignarus litera-
rũ.& iõ cũ mulier expreſſe excipiat̃ à ſtatuto, ſatis patet, ꝙ p̃t rñ-
dere ꝑ procuratorẽ: nec eſt cõtumax, & ideo poſitiones nõ dñt
haberi pro confeſſatis.& iſta exceptio eſt multũ rationabilis, &
æqua, & iuri cõmuni conſona, vt l.1.in prin.ff.de poſtul. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXIII.

1 *Statuta poſteriora ſunt maioris efficaciæ, quàm priora.*
2 *Poſteriora derogant prioribus, adeo quod nec eorum ratio allegari poteſt.*
3 *Decreta, ſiue reſcripta quo ad poteſtatem reuocandi æquiparantur vltimis voluntatibus.*
4 *Exiſtentibus duobus ſtatu. contrarijs inſpicitur, quod minus habet abſurdita. item quod minus contrariatur iuri communi.*
5 *Statutum dicitur ſpecialius, quod prouidet fiſco.*
6 *Obligatio fideiuſſoria ſine principali non reperitur: licèt ſecus in hypothecaria authoritate legis inducta.*

1 In Chriſti nomine. † Primo ſtatuto Aſtẽſi
cauetur, ꝙ in cauſa mu-
tui, & depoſiti, de quibus appareat confeſſio publico inſtrõ ſo-
luta quadã gabella in cõmuni, procedat̃ certa via ſummaria, &
expedita, nec poſſit opponi, niſi quædã exceptiones. ſed poſte-
riori ſtatuto, quod nõ venit ad primum cõtinuatiue, ſed de per
ſe, & multo poſteriori tempore facto cauetur, ꝙ omnes lites, &
controuerſiæ, inter conſanguineos, & affines compromitti de-
beant: & aliter nõ poſſit procedi: & annullat proceſſum aliter
factũ. Hinc primò quæritur, ſi cauſa mutui, vel depoſiti per in-
ſtrumentũ confeſſati mouetur inter conſanguineos, & affines,
nunquid debeat compromitti. videtur, ꝙ ſic, primò ratione tẽ-
2 poris: † quia poſteriora derogant prioribus, ſiue loquamur in
legibus, & ſtatu. vt vulgariter legitur ff. de leg.l. ſed & poſterio-
res. & in ſecunda conſtitutione. C.§.fi. & C.de lati.lib. tol.l.1.in
princ.C.de edic.di.Adr.tol.l.edicto.in prin. cum infini.ſimilib.
adeo ꝙ non poteſt allegari. l. antiqua, nec eius ratio, quod eſt
no. ſiue loquamur in contractibus, vt ff. loc.l. cum in plures.§.
lege dicta.ff.de fideiuſ.l. ſtipulatus es opus ff.de præto.ſtip.l.Va-
lerianus.ff.de acq. poſ.l.ſi quis ante, C.de pac.l.pacta nouiſſima.
ff. ſi cer. pe.l.lecta.cũ infini. ſimilib. ſiue loquamur in ſententijs
iudicum interlocutorijs: vt l. quod iuſſit. de re iud. ſiue loqua-
mur in prætorijs ſtipulationibus, vt ff. de præto. ſtipul. l.1. in fi.
3 † ſiue loquamur in decretis, vel reſcriptis principum. nam quo
ad poteſtatem reuocandi, & interpretationem correctiuam æ-
quiparantur vltimis voluntatibus: vt in c.quia cunctis. de con-
ceſ. præben.lib.6. & plene no.in c.1.de reſcr.in antiquis. ſiue lo-
quamur in vltimis voluntatibus præciſe: vt C.de ſacroſ. eccl.l.1.
ff.de adi.leg.l. quod iterum.ff. de leg.1.l.ſi mihi, & tibi.§. in leg.
inſti.qui.mod.teſta.infirm.§. poſteriore.cum infinitis ſimili.er-
go per locum à poſteriori ſeruandum eſt ſtatutum vltimum, &
non primum. Nec obſt. ſi dicatur, ſtatutum primum eſt ſpeciale
in contractibus mutui, & depoſiti: nam certe & ſecundum ſta-
tutum eſt ſpeciale in conſanguineis, & affinibus.& quoties ſunt
duæ ſpecialitates, vna pro, alia contra, videt̃ præualere ſpeciali-
tas ratione perſonæ: præſertim vbi agitur de lege fori iudiciarij,
vt C. quãdo Imperator inter pupil. & vi.l.1. nam prius eſt inſpi-
cienda ratio perſonarũ, quam ratio cõtractus, & obligationis,
vt ff.de iu. cod.l. quidã referunt. & plene no. per modernos. ff.
de re iu.l.quidam conſulebat. ſic video, quod mulier in actione
de dote, ſcilicet perſona ipſius mulieris præfertur alijs cauſis a-
liorum creditorum, vt C.qui pot.in pig. hab.l.aſſiduis.& inſtit.
de act.§. fuerat.ff.ſol.mat.l.1. Item video, quod priuilegium pu-
pilli præ-



pilli præfertur priuilegio cõtractus depoſiti, vt ff.de priu.cre.l.
ſi ventri.§.in bonis.præterea regula eſt, ꝙ quoties duo ſunt pri-
uilegiati per legem, vel ſtatutũ, præfertur priuilegiatior, vt ſin-
gulariter no.ff.de priu.cre.l.priuilegia.ſed ꝙ agnati hic ſint ma-
gis priuilegiati, ꝓbo: quia ipſi ſunt rei: ſed aduerſarius eſt actor,
& magis fauemus reo, quam actori, vt ff.de doli except. l. apud
Celſum.§. Marcellus. ff.de verb.obl. l. ſi ſeruum.§.ſequitur.vn-
de de primo ad vltimum concludendo videtur, ꝙ cauſa debeat
compromitti, quia naturalis ratio hoc dictat inter conſangui-
neos, & affines, vt res decidantur amicabili compoſitione po-
tius, quam ſeueritate iudiciorũ, arg.ff.de vſuf.leg.l. generali. in
prin. & ff. de leg.2.l.cum pater.§. dulciſſimis. itaq; forus iudicis
transferri debet ad forum arbitri. In contrarium videtur: quia
potius debemus inſpicere obligationis priuilegiũ, quam decli-
natoriam fori.& hoc oſtendo primo ratione temporis: nam cõ-
tractus eſt poſterior tempore, quam agnatio: quia agnatio eſt
principio natiuitatis contractus dudum poſtea ætate perfecta.
tunc arguo ſic, qui contrahit, videtur potius conſentire in lege
à conſuetudine contractus, quã in origine contrahentis, vt ex-
tra de for.compet.c.dilecti. quinimo videtur renunciare priui-
legio originis ſuæ, ſi tale priuilegium non poſſet ſtare cum pri-
uilegio contractus: quia ſemper quis videt̃ eligere viam ad cõ-
firmandum proprium actum, vt l.3.ff.de mi.teſta.præterea duæ
rationes vincunt vnam: & tres vincunt duas, vt in Auth. de con-
ſangui.& vter.fratribus. in rubro, & nigro.& no.ff.de min.l.Æ-
milius.& ff.ad Treb.l.qui filium.§.Sabinus.ſed hic plures ratio-
nes faciunt pro inſtrumẽto: nam vna ratio eſt diſpoſitum, vt C.
de non nu.pec.l.in contractibus.§.1. alia ratio eſt notoriũ, quod
ſurgit ex inſtrumento publico, vt C.de edic.diui Adria.toll.l.fi.
tertia: quia ex forma ſtatuti ſunt remotæ omnes exceptiones
declinatoriæ, præter eas, quæ ſunt fundamenti: quia vbi de bo-
na fide agitur, nõ congruit de iuris apicibus diſputare. ff.mand.
l.ſi fideiuſ.§.quædam. Item vbi agitur de bona, & expedita iuſti-
cia, vt C.de adul.l.ita pudor.ſed pro conſanguineis, & affinibus
non facit, niſi vna ratio tantũ ſcilicet cõmune agnationis bonũ,
4 & pax.† Solutio, duobus exiſtentibus cõtrarijs, vno pro altero
contra, inſpicitur, quod minus habet abſurditatis. itẽ quod mi-
nus contrariatur iuri cõmuni: & illud præualet, vt dicit regula
iuris: ſed minus contrariatur iuri ciuili ſtatutum de executioni-
bus inſtrumẽtorum publicorũ, & omni exceptione maiorum,
quã ſtatutũ de compromiſſis neceſſarijs: quia nemo cogit̃ trãſ-
igere, vel paciſci de iure gentiũ, vel ciuili, vt C.de iu.deli.l.nec e-
mere.& C.de tranſact.l. ſi quis maior. item cõpromiſſa ratione
pœnæ ſunt ꝙ amodo odioſa, vt ff.de mi.l.mi.§. minores. & ideo
reſtringenda: ſed ſtatutũ de executionib. ſummarijs eſt fauora-
bile, & æquũ: licèt ſit contra iuris ordinẽ rigoroſum: & æquitas
ſcripta p̃ualet rigori ſcripto, qñ vtrunq; eſt in genere, vel vtrũq;
in ſpecie pari, vt no. C.de iu.l.placuit. imo certè hic ſpecies op-
poſitæ nõ ſunt pares, quia vna ſcilicet de executione eſt ſpecia-
lior altera, ſiue conſideramus caſus poſſibiles includi, ſiue cõſi-
deremus maioritatẽ ſpecialitatis penes rationẽ. item vbi de in-
terpretatione verborũ agitur, nõ attenditur ratio perſonarũ, vt
ff.de leg.3.l.item in legato.§. parui. præterea & iſta eſt finalis ra-
tio: nã ex forma ſtatuti ex cõfeſſione facta in cõtractu mutui, &
depoſiti orit̃ actio in factũ: nã redigit̃ ad inſtar cõfeſſionis factę
in iudicio: & hoc patet ꝑ locũ ab effectu executiuo, vt no.Cy.in
l.vnica.C.de cõfeſſis.ex his igit̃ concluditur, ꝙ de tali cãnon eſt
cõpromittendũ: ſed eſt ſeruandũ ſtatutũ, ꝙ ꝓpriè loquit̃ in caſu
mutui, & depoſiti: quia magis cõſonat bonę fidei, & naturali ra-
tioni, vt ff.de cõſti.pec.l.1.in prin. porrò nemo diceret, ꝙ ſuper
actione iudicati eſſet cõpromittendũ, vt ff.de cõdi.ind.l.elegã-
ter.§.ſi poſt. & ff.de tranſact. l.poſt rem. quia eſſet abire retror-
ſum, vt ff.de min.l.minor 25.ann.cui fideicõmiſſum. & aduerte,
quia illi, qui dñt, ꝙ hic ſunt duo ſtatuta, vnũ prius, aliũd poſte-
rius, improuide loquuntur: cũ in ſtatuto de cõpromiſſis nõ in-
cludat̃ caſus noſter, ergo vr̃ vnicus, nõ ſcdſ.i.nõ tam potior, quã
ſolus: vt ff.qui po.in pig.ha.l.2. & ꝑ hoc rñdetur ad brocardũ de
gñe ad ſpeciẽ, de quo ꝑ Dyn.in c.gñi.cũ ſua vulgari materia. Nec
5 eſt omittendũ, † ꝙ ſtatutũ, ꝙ ꝓuidet fiſco, intelligit̃ eſſe ſpecia-
lius eo ſtatuto, quo fiſcus prætcrit̃: quia ſtatuta non ſunt inter-
pretanda cõtra fiſcũ: & hoc determinat Iac.de Are.ff. de pec.le.
l.ſi peculiũ. ſuper alijs punctis non expedit cõſulere quia inſtru-
menta cõſeruationũ nihil ꝓbãt cõtra creditores, cũ quib. acta
nõ ſunt, vt no.Cy.ff.depoſ.l.deſideriũ.& eſt regula vulgata vtri-
6 uſ.iu. Itẽ expreſſe patet. C.ſi cer pe.l.ſi nõ ſinguli.† Itẽ nunq̃ re-
perit̃ in iure, ꝙ ſit reperire ab initio fideiuſſoriã obligationem
ꝑincipalis, licèt reperiatur in hypothecaria authoritate legis
inducta: vt eſt gl.ſing.ff.ad Treb.l.ſi hæres pecuniam. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXIIII.

1 *Tutela regulariter ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſta. deferuntur.*
2 *In tutelis permiſſis quis præferatur. & nu.3*
4 *Statutum diſponens de hæreditate, an diſponat de tutela.*

In Chriſti nomine. Quæritur, pone, extat
auia paterna, & mater
pupillæ, auia vult venire ad tutelam vnà cum matre. Mater autẽ
dicit ſe ſolam tutricem eſſe, & auiã ab ipſa matre excludi à tute-
1 la quæritur, quid iur.† Et ad euidentiã præmittendũ eſt, ꝙ quę-
dam ſunt tutelæ iuſſæ, puta, quæ deferũtur iure agnationis, vel
cognationis maſculis, & in iſtis tutelis ſicut in hr̃ditatibus, qui
prior eſt gradu, potior eſt in iure. vt in Auth. de hær. ab inteſta.
§.ex his.& in Auth.defuncto. & in corpore vnde ſumit̃: hæc e-
nim eſt regula, ꝙ tutelæ ſecundũ ordinem ſucceſſionis ab inte-
2 ſtato deferuntur, vt ff. de reg.iur. l. quo tutela. † quædã ſunt tu-
telæ permiſſæ, ſed non iuſſæ, vt tutela matris, item tutela auiæ:
nec enim hoc iubetur, ſed permittitur, vt in auth.mat. & auiæ.
in verbo permittimus. & in iſtis eſt idem: quia qui prior eſt in
gradu, potior eſt in iure: iſte eſt tex. in d. auth. mat. & auiæ. ibi
dum dicit, ſecundũ ordinẽ ſcilicet graduum tutelã ſubire per-
mittimus. ſed interdum vna eſt tutela iuſſa, & alia permiſſa: ver.
gra. quãdo ſupereſt agnatus, vel cognatus aſcendẽs ex vna par-
te, & mater, vel auia ex altera linea, & de iſtis eſt dubitatio: nam
videt̃, ꝙ agnati, & cognati præferantur: quia ſtatim mortuo pa-
tre pupilli eſt eis infixa tutela per ſolam exiſtentiam agnationis,
vel cognationis: vt ff.de leg.tut.l.legitimos. ergo cum pupillus
ſtatim habeat tutorem, alium perſeuerante primo in tutela ha-
bere non poteſt.& iſta ratio mouit principem ad dicendum, ꝙ
mater per reſcriptum non præferatur legitimis. C.quando mu-
lier tutelæ off. fungi poteſt. l. 1. §. his illud. nam apud tutorem
eſt poteſtatis plenitudo. Et ideo reſpuit nouum conſortem, li-
cèt non reſpuat comparem, vt no.ff.de appel.l.cum in vna.§.tu-
tor.& inſtit.de curato.§.interdum. In hoc dicit gl. Acc. ꝙ ſi ſunt
in æquali gradu, vt pater, & mater, præfertur pater: ſed ſi ſunt in
gradu inæquali, vt auus, & auia, ſi locus eſt tutelæ; quia pupil-
lus eſt ſui iuris, ambo admittuntur, quia non eſt lege cautum,
quod auia repellatur per legitimos. & ſic in gradu æquali priui-
legiatior eſt auia, quam mater, quia auia nõ excluditur per auũ,
& mater excluditur per auum: quia mater excluditur expreſsè
per dictam.l.2.§.his illud. qui §.cum loquatur in matre, non de-
bet extendi ad auiam, vt ff.ſol.mat.l. ſi vero.§.de viro. Et ad hoc
cõfirmandũ cõſidera, quod idem operatur hodie permiſſio per
auth. matri & auiæ; quod de media iuris prudentia operabatur
reſcriptum: nam lex ſuccedit loco reſcripti; vt l.1.C. de theſau-
ris.lib.10.& l.quæ ſub conditione.§.vlt.ff.de condi.inſti.ſed ſal-
ua reuerentia gl. ꝙ auia ſit priuilegiatior matre, eſt contra natu-
ralem rationem: vt C. de bonis mater. l. ſi viua matre. & C. de
coll.l.illam. Et ideo dic, ꝙ in æquali linea æqualiter admittun-
tur: licet vnus ex vna lege, alter ex alia: & ſic diuerſis legibus ſo-
la naturali cauſa inſpecta. vnde apparet, quod mater, & pater,
& auus, & auia, dummodo mulier ſit idonea ad adminiſtrandũ,
pariter admittuntur. Nec obſtat ratio, ꝙ tutorem habent, &c.
quia hic habebat tutorẽ cum ſpe cõſortis: & non ſine ſpe. Nam
ſi illa ratio eſſet vera, eodẽ modo auus excluderet auiam: quod
eſt falſum ſecundum omnes. interdum eſt mater, & auus pater-
nus. & tunc dicunt quidam, ꝙ auus paternus præfertur: quia le-
gitimus. Sed aduerte, iſta ratio non eſt bona: nam & mater eſt
legitima tutrix, licet voluntaria. vnde legitimus legitimam non
excludit. dico, ꝙ mater eſt legitima diſpenſatiua, & voluntaria:
vt C.ad Tert.l.omnem. & ita tenet Spec. in tit. de anomala tu-
tela.& ideo ſi eſt mater, & auus paternus, mater potior eſt in tu-
tela, ſi tutelã agnoſcit ſolenniter, prout iuris eſt, & habemus ſi-
milem in ſucceſſionibus. Nam filius emancipatus hodie præ-
fertur nepoti ſuo: nam licèt emancipatus non ſit propriè legi-
timus, tñ habet iura legitimorũ, vt no.C.vnde li.l.qui ſe patris.
& eſt expreſſum.C.de legi.hæredib.l. defunctis. interdũ eſt pa-
ter, & auia: & tũc gl. inferẽdo ex prædictis cõcluſionibus ſuis vr̃
dicere, ꝙ ſimul admittant̃ ad tutelã: quia pater nõ excludit auiã,
cum

cum legitimus non excludat eã, cum nõ reperiat' iure cautũ. Itẽ
mater non excludit auũ paternũ: quia auus paternus eſt legiti-
mus tutor. & nulla l. cauetur, ꝙ anomala tutela excludat legiti-
mã aſcendentẽ: ſed lege cauet', ꝙ excludat legitimã tranſuerſalẽ.
ſed doctores antiqui, & moderni non recedunt à litera, quæ di-
cit, ꝙ debet ſeruari ordo graduũ. & ideo gl. loquit' dubitatiue:
3 ſed ſi loqueretur effectiue, eſſet falſum. † Modo ſequitur caſus
noſter, de quo eſt quæſtio, videlicet de duabus tutelis, in neutra
quarum reperitur ius tutelæ legitimæ, vt in matre, & auia pa-
terna. nam ſiue dicamus ambas anomalas, ſiue largo modo am-
bas legitimas, cum cętera ſint paria, gradus pręfert': & hoc oſtẽ-
dit' tali ratione, olim mater debebat petere tutorẽ: vt ff. ad Ter.
l. 2. §. ſi mater. & ſi nõ petebat, priuabat' hr̃ditate ipſo iure: hodie
ſi non vult petere, ſed adminiſtrare, ipſa ſuccedit in locum illius
olim petiti. ſed hoc de auia nõ reperitur expreſſum in iure, qñ
mater eſt in medio, vt eſt tutrix: hoc etiam apparet, quia ſi ſi-
mul poſſunt gerere tutelam, ergo poſſent ſimul petere diuer-
ſos tutores. verbi gratia, mater vnum, & auia aliũ. Item neutra
infra eundẽ annum petente vtraq; excluderet' à ſucceſſione, ꝙ
falſum eſt, quia auia non excluditur, licèt excludatur mater, ſi
infra primũ annum nec tutorẽ petit, nec tutelã ſuſcepit, vt not.
qui petant tutores. l. nepotibus. vbi eſt gl. ſingularis. & ita teneo
in lectura mea. C. de impuberũ & alijs ſubſtitutio. l. precibus.
4 nec omitto veram ſententiã, ſed potius confirmo. † Ad ſecun-
dum punctũ, ſi ſtatutũ diſponit de hæreditate, vtrum diſponat
de tutela. dicit Bar. ꝙ ſic in l. 1. ff. de legi. tuto. ſed iſtud debet in-
telligi, quando diſponit per modum vniuerſalis ſucceſſionis: ſe-
cus ſi per modum ſucceſſionis in re certa, vel quantitate: quia
iſte nõ eſt iuris ſucceſſor, vt C. de hær. inſti. l. quoties. ff. de tranſ-
act. l. controuerſia. ff. de eden. l. quædam. §. is autẽ. præterea non
credo verum, ꝙ ſi ſtatutũ corrigat ius cõmune in ſucceſſione, ꝙ
corrigat in tutela: nec econtra, quia per ſimilitudinem caſuum
nõ inducitur legum correctio, vt dicit gl. cõmunis, & vulgaris,
quanquam valde notabilis. C. de ſacroſ. eccl. auth. quas actio-
nes. omnibus igitur pro, & econtra conſideratis apparet, ma-
trem, de qua quæritur, in tutela præferendam, &c. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXV.

1 *Emphyteuta eccleſiæ tenetur reſpondere eccleſiæ, quæ bona ſint emphyteu-*
*tica, & quæ non, & ſi non reſpondet poſitionibus per verbum, credit, vel*
*non credit, habentur pro confeſſatis.*

In Chriſti nomine. Quæſtio eſt de terra, &
terminis, ſeu cohæren-
tijs inter eccleſiã ex vna parte, & hr̃des emphyteutæ ex altera.
pro parte eccleſiæ fit poſitio de quibuſdã terris cum vocabulis,
& cohærentijs: dicit hæres emphyteutæ, ꝙ plura ſunt prædia,
quædã emphyteutica, quædã, non: & ꝙ niſi ſibi ad oculum cor-
pora demonſtrentur, ipſe nõ tenetur rñdere poſitioni, Rector
eccleſiæ dicit, ꝙ de hoc ipſe hæres emphyteutæ debet eſſe cer-
tus, quia cum longo tpe ſoluerit canonẽ, veriſimile eſt, ꝙ ſciat
quis, & pro quo ſoluerit, & ꝙ ſua poſitio dẽt certificari p rñſio-
nẽ emphyteutę ſaltem per credit, vel nõ credit. ſed emphyteuta
dicit, ꝙ incertæ poſitioni non eſt rñdendũ: item ꝙ in facto alie-
1 no probabilis eſt ignorantia: vt l. fi. ff. pro ſuo. † Quęritur, q̃d iu-
ris. Reſpõdeo, primo videndũ eſt, an in factis multum antiquis
iſtud onus ad declarandũ pertineat ad emphyteutã, an ad eccle-
ſiam. Spec. mouet iſtam quęſtionẽ quaſi in terminis in titulo de
locato. §. nunc aliqua. cum verſiculis ſequẽtibus. & loquitur ſa-
tis ambigue, quãdoq; arguendo pro eccleſia, quãdoq; arguen-
do pro emphyteuta. ſed gl. Accurſij dicit expreſſe, ꝙ talis incer-
titudo obtinet vim alternatiuæ, & oportet, ꝙ emphyteuta eli-
gat, & deſignet quaſi eligendo, quid, quantũ & quale. iſta eſt gl.
or. ff. de rei ven. l. ſi in rem agat aliquis. & ego addo, ꝙ debet eli-
gere iuxta veriſimile per rationẽ Spec. & per l. 1. ff. de reb. dub.
imo tenetur ſcire, quid eſt proprium ſuum, & quid emphyteu-
ticum: & declarare, pro hoc l. no. C. de reſcin. ven. l. quiſquis.
præterea cum ſoluit canonem, debet confiteri, & recognoſce-
re, vt C. de fid. inſtr. l. plures. C. de apocis publicis. l. 1. li. 10. & C.
de do. l. cenſualis. Item tenetur edere inſtrumenta de hac re lo-
quentia, maxime fauore eccleſiæ, vt ff. de act. empt. l. Titius, cũ
eccleſia æquiparetur fiſco: niſi iuret ſe inſtrumẽta non habere,
nec habuiſſe, vt C. de fid. inſtr. l. fi. quod tamen non eſt credibi-
le. & breuiter, quicquid ſit iuris quoad litis deciſionem, tamen
quoad reſponſionem per credit, vel non credit, nulla dubitatio
eſt, quia nedum ſuper facto defuncti, ꝙ reputatur propriũ hæ-
redis, ſed etiã ſuper facto penitus alieno, ſi poſitio facit ad cau-
ſam, debet reſpondere per credit, vel non credit, ſi dato termi-
no ad deliberandũ perſeuerauit in cõtumacia, habetur pro cõ-
feſſo per verbum credit. non dico, ꝙ videatur cõfiteri eſſe ve-
ritatem, ſed ꝙ credit eam eſſe quod idem operatur quantum ad
hunc articulum, vt ff. de iureiurando. l. iuſiurandũ, & ad pecu-
nias. in princ. de materia notatur. in l. 2. §. ꝙ obſeruari. C. de iur.
propter cal. dan. cũ ſi. vulgarib. & facit, ꝙ no. extra de teſt. c. vltra
tertiã. & ita concludo, ꝙ debet rñderi per credit, vel nõ credit,
aliàs incurrit pœnam, quod habetur pro confeſſo, vt in c. ſi poſt
præſtitum. de confeſſis. lib. 6. Et ita dico, & conſulo. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXVI.

1 *Verba derogatoria in teſta. an faciant codicillos non valere, & an codicilli*
*præiudicent ipſis verbis derogatorijs, ita quòd non ſit ſtandum codicillis,*
*& ſic vltimæ voluntati.*
2 *Quid importat illa clauſula, omni modo, iure, via & forma.*

In Chriſti nomine. Reperitur, ꝙ quidã A.
condidit teſtamentũ in
quo certa legata reliquit manu B. notarij. Item dicitur, ꝙ aliud
poſtea condidit teſtamentum manu C. notarij, in quo reuoca-
uit primum, & derogauit cuilibet teſtamento fiendo in poſte-
rum: adijciens, quod dicto teſtamento non intendebat aliquid
addere, vel mutare, & quod nõ poſſet in aliquo ei derogare, &
quod ſi illud faceret, nõ vult aliquo modo valere: nec eſt inten-
tionis ſuę, quod valeat: demum fecit codicillos, in quibus hęre-
des inſtitutos in primo teſtamẽto confirmauit: ſed quædam le-
gata in ꝓprietate redegit ad fructus: & hos codicillos fecit ma-
nu dicti B. notarij, referens ſe ad teſtamentum ſcriptum manu
dicti B. codicillans tanquã ad illud teſtamentũ, ex quo inſurgit
quædã mutatio contentorũ in ſecundo teſtamento quantũ ad
1 legata. † Quæritur, an dicti codicilli valeant, & ſint obſeruandi
nec ne. & videt' ꝙ non, quia in ſecundo teſtamento cõtinentur
verba derogatoria. & ex hoc ſic arguit', verba derogatoria pro-
lata in teſtamento eneruant codicillos: quia teſtamentũ eſt vo-
luntas magis ſolennis, vt ff. de lega. 1. l. ſi mihi, & tibi. §. in lega. ff.
de iu. cod. l. diui. §. licet. ff. de leg. 3. l. ſi quis in princ. teſtamenti,
quinimo & par voluntas derogat pari: vt teſtamentũ teſtamẽto:
& codicilli codicillis. ratione verborum derogatiuorum expri-
mentium voluntatem teſtatoris abeſſe in poſt fiendis: vt patet
in dictis iuribus, vt ff. de leg. 1. l. ſi ita ſcriptum. non enim videtur
poſtea ſcriptum, quod mente non eſt agitatum, & ideo illud nõ
tam vltimũ, quã nullum inuenitur, vt ff. de ſuppel. leg. l. Labeo.
& arg. ff. de teſt. mili. l. diuus. In cõtrariũ videt', & eſt conſideran-
dum, ꝙ aut teſtator vtitur verbis derogatiuis poteſtati, & talis
derogatoria non valet: quia eſt impoſſibilis de iure: nam nemo
poteſt ſibi ius publicũ auferre: quia ius publicum pactis priua-
torum neq; conferri, neq; auferri poteſt: & inter hæc eſt factio
teſtamenti, vt no. ff. de teſta. l. ſi fiſcus. & l. teſtamenti factio. C.
qui teſta. fa. poſ. l. ſenium. & ibi dixi. Concluditur ergo quoad
hunc articulum, ꝙ nemo poteſt ſibi adimere facultatẽ teſtan-
di: quia publici iuris eſt. Item quia eſt iuris: & de iure, iuri ſcri-
pto non poteſt derogari, vt ff. de leg. 1. l. nemo poteſt, vt ff. de le-
ga. 2. l. codicillis. §. fi. aut teſtator vtitur verbis derogatiuis futu-
rę voluntatis: & hic conſidera, ꝙ iſta derogatoria derogant ver-
bis enunciatiuis, non diſpoſitiuis. declaro quod ſentio, nam ꝙ
vltra ſcripturã non valeat, iſtud eſt, quia teſtator per verba enũ-
ciatiua, & proteſtatiua voluit eam non valere & in eadẽ animi
voluntate præſumitur perſiſtere: quia quod non mutatur, ſtare
nõ prohibetur, vt C. de teſt. l. ſancimus. ff. de proba. l. quinqua-
ginta. & l. cum tacitis. nam etiã ſi teſtator tradat voluntatẽ ſuam
obliuioni, nõ perdit propterea vigorẽ, qui pendet ex præordi-
natis, vt C. qui teſta. fac. poſ. l. hac conſultiſſima. §. at cum huma-
na fragilitas. ſi verò vltima voluntas cõtinet diſpoſitionẽ verbo-
rum, & animi, ita ꝙ ſit animus diſponendi, & hoc conſtet, ipſa
veritas derogat præſumptioni: & vera diſpoſitio tollit verba e-
nunciatiua, & eorũ effectum quemadmodũ proteſtatio tollitur
per actum contrariũ: quia ex quo nemo poteſt ſe priuare ptãte,
mutabilis eſt voluntas nõ obſtante qualicunq; ingenio, vel arte
verborũ, vt ff. loca. l. cũ in plures. §. locator horrei. & C. de pa. l.
pacta nouiſſima. ex quib. cõcluditur, ꝙ id, ꝙ eſt liberũ, & abſo-
lutũ in reuocando, nõ põt effici nõ liberũ, vt C. de pac. l. fi. ff. de
verb. obl. l. ſtipulatio hoc modo. C. de ſacroſ. eccle. l. 1. & ibi per
Cyn.



Cy. & me. ex his ſubinfertur alia concluſio, ꝙ ſi certũ eſt de mẽ-
te, ꝙ teſtator velit ſtare vltimæ ſcripturæ, verba derogatoria nõ
officiunt vltimæ voluntati. hoc diſputando tenuit Ioann. And.
& Io. Cald. poſt eum qui fuit vir magnæ virtutis, & ſcientiæ, &
tandẽ dictus dom. Ioan. And. iuris canonici fons & tuba, idem
concludendo in c. 1. de conſti. lib. 6. Quare modo conſidera di-
ligentius verba codicillorum: ait enim codicillator, voluit, ſta-
tuit, & ordinauit: & vult, ſtatuit, & ordinat omni modo via, iu-
re & forma, quibus melius potuit, & poteſt &c. & ſubdit, quod
omnia alia in dicto teſtamento per dictum B. tradito & rogato,
effectum ſortiantur, & executioni mãdentur, prout iacent. ex
quibus verbis breuiter duo eliciuntur. primo, modi, & formæ
2 ſolennis electio: † quia dixit, omni modo, & forma, quæ verba
ſunt præciſa, vt l. qui iure, ff. de mil. teſt. vnde perinde eſt, ac ſi di-
xiſſet, non obſtantibus quibuſcunq; verbis in contrarium ordi-
natis. ſecundo ratione efficaciæ: q̃ teſtator voluit ſuis codicillis
ineſſe: vnde profecto de effectu cogitauit, vt ff. ꝙ quiſ. iur. l. 1. §.
hæc verba. & ideo velle infringere piam vltimam voluntatem
ſub occaſione quarundam ratiuncularũ, quæ non valent vnum
obolum, peruerſæ mẽtis eſſe videt' & ſani intellectus non con-
uenire iudicio. & ita puto dictis codicillis ſtandum eſſe in effe-
ctu quem codicillis ſua natura pariunt. vt inſti. de ademp. leg. &
not. C. de leg. l. datum. ff. ad Trebel. l. ſi quis priore & l. Scæuo-
la. ff. de iu. codic. l. quod per manus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXVII.

1 *Miniſter cum fecerit ſe miniſtrum, & tãquam miniſter hoſpitalis ſe geſſit,*
*& litigauit, non poteſt dicere ea, quæ fecit, nulla, allegando ſe non eſſe*
*miniſtrum: quia nemo auditur allegans turpitudinem ſuam.*
2 *In tranſac. vertitur quodammodo quædam donatio.*
3 *Prælatus an poſſit ſolus compromittere.*
4 *Clericus debet ſequi ſtatuta laicorum, vbi vtitur eis pro ſe.*
5 *Præſumitur pro ſententia arbitratoris.*

In Chriſti nomine. Honeſtus vir frater Io.
de Cauatiis miniſter, &
rector hoſpitalis Sãcti Petri de Sena, diœceſis Laudæ compro-
miſſum fecit cum quibuſdã nobilibus laicis, de quæſtione ver-
tẽte inter dictum hoſpitale, & quoſdam nobiles de quibuſdam
nemoribus & eorum proprietate, ac poſſeſſione, tandem cum
præſentia, authoritate, & decreto diœceſani cauſa cognita di-
ctus frater Ioan. nomine ſuo, & hoſpitalis fratrum capituli, &
conuentus eiuſdem, ꝙ idem totum capitulum p̃fatus miniſter
dicit ſe totaliter repræſentare ex vna parte, & dicti nobiles ex
altera fecerunt plenum, & pleniſſimum cõpromiſſum in quoſ-
dam amicos communes, & bonos viros tanquam in arbitros,
& arbitratores, & amicabiles cõpoſitores: & renunciauerunt
appellationibus, & recurſibus, & qui arbitri, & arbitratores tu-
lerunt ſuum laudum, & arbitramentum pro dictis nobilibus:
demum coram Poteſtate Laudæ fuit petitum dictum laudum
reduci ad arbitrium boni viri, & interim fuit pronũciatum pro
1 dictis nobilibus. † Nunc vero dictus miniſter rector hoſpitalis
adiuncta ſibi perſona cuiuſdam fratris Franciſci, fratris vt dicit,
dicti hoſpitalis, opponit quod omnia prædicta ſunt nulla ipſo
iure: ex eo quia cum dictum hoſpitale ſit locus collegiatus,
ſiue capitulatus, vt ita dixerim, & non interuenerit conſen-
ſus capituli, prælatus ſolus compromittere nequit, nec no-
cet hoſpitali dolus ſolius prælati mentientis, vt in regula de-
lictum perſonæ, quinimo ratione mendacij debet reputari fal-
ſus prælatus quoad validitatem compromiſſi. porro obrepſit
prætori. i. diœceſano mentiens ſe integram habere perſonam
cum non haberet, niſi dimidiam perſonam, & allegans turpi-
tudinem ſuam cum nomine eccleſiæ, non nocet eccleſiæ. Item
quod prælatus non poſſet compromittere apparet: quia nec
tranſigeret in præiudicium eccleſiæ, hoſpitalis, vel capituli, vt
extra de tranſact. c. cum contingit. & dixi. C. de tranſ. l. præſes.
2 † & maxime quia in tranſactione vertitur quoddammodo quę-
dam donatio, vt in l. 1. §. quod ſi in lite. ff. ſi quid in frau. patr. &
ibi per Iac. de Are. Certum eſt autem, quod prælatus non po-
teſt donare nec directe, nec per obliquum, vt l. prohibere. §.
plane. ff. quod vi, aut clam. ff. de pact. l. inter debitorem. & C. de
pact. l. pactum curatoris. Item iniquiſſimum eſt quod alterius
per alterum fiat conditio deterior, vt ff. de iu. & fac. ign. l. Ini-
quiſſimum. In contrarium videtur, nam adminiſtratio videtur
ſpectare ad ſolum prælatum, quia ipſe legitimam perſonam ge-
rit, vt no. C. de iura. calu. l. 2. §. quod obſeruari. in c. præſentium.
3 de teſtib. lib. 6. extra de reſc. c. decor. † Solũ. in hoc non eſt per-
ſiſtendum: quia ſi locus eſt capitulatus actu, & habitu, non po-
teſt præpoſitus ſine capitulo compromittere: ſed ſi locus eſt ca-
pitulatus habitu, ſed non actu: quia nullus eſt ibi præter præla-
tum: tunc omnis adminiſtratio conſolidata eſt in prælatum, &
ipſe eſt totum integrum corpus, & compromittere poteſt bo-
na fide & cum authoritate, & decreto ſuperioris: nam decretũ
prætoris facit ratum, quod alias eſſet nullum, vt dicit ille text.
no. ff. quod fal. tuto. aut. l. 1. §. idem Pomponius. Sed hic aduerte,
ꝙ hoſpitale dicitur collegiatũ habitu, & non actu duobus mo-
dis: vel quia ibi nõ reſidet niſi ſolus orphanotrophus, & nullus
alius eſt in poſſeſſione dandi vocem: quia nullus alius eſt velle,
quia inſtitutus non eſt in hoſpitali: ſed eſt in opere, & quaſi poſ-
ſeſſione: nam in iſtis collegiis eccleſiaſticis ille, qui non eſt in
poſſeſſione, non habet vocem, vt in c. conſultationibus, de iure
patro. & plene no. per Inn. in c. in literis. de reſti. ſpol. nec etiam
debet haberi tractatus cum his, qui in poſſeſſione non ſunt. &
probatur, quod non ſit in poſſeſſione, quia non conſueuit in-
tereſſe, non habitat in hoſpitali tanquam conuentualis: per ſe
agit, per ſe negotiatur. dum igitur ita ſit in facti veritate, & in
probationibus de iſto fratre, qui ſe aſſerit fratrẽ hoſpitalis, me-
rito eius conſenſus, vel vox non fuerunt neceſſaria: & ideo ſtan-
dum eſt laudo, & iudi. Item ſi iſte, qui dicit ſe de confratribus,
ſciuit, quæ agebantur per prælatum ſuum, & tacuit, conſenſiſſe
videtur. Præterea iſte rector hoſpitalis, qui compromiſit no-
mine proprio, veniendo contra nomine proprio & alieno, in-
cidit in pœnam compromiſſi, vt ff. de verbo. oblig. l. qui Romæ.
§. fi. ff. de tranſa. l. pacto quo pœnã. & maxime per dolum ſuum,
quia mentiẽs eſt, vt ipſemet aſſerit. vnde non debet ſine pœna
tranſire, qui iudicem circumuenit, & partem: nec fraus debet
ſibi prodeſſe, vt d. l. 1. ff. quod fal. tut. aut. Præterea dictus frater
Franciſcus appellando videtur ratificare perſonam litigantem,
4 vt l. cum minor. §. fal. ff. rem ratam habere. † Præterea clericus
debet ſequi ſtatuta laicorum, vbi vtitur eis pro ſe, & agitur ex
ipſis: quia qui ſequitur forum, tenetur ſequi iura fori, vt ſing.
no. in c. quod clericis. de fo. compe. & in c. cęterum. de iudi. & in
l. 2. ff. de eo, quod certo loco. vbi ex glo. not. ex quibus omnibus
ſatis videtur concludendum, quod non debeat recedi à rebus
5 bis iudicatis per arbitratores, † pro quibus præſumitur, quod
iudicauerint iuſte, vt no. Dy. in conſi. quod incipit, Tholomęus
Manentis. Illud tamen magis pondero, quod non eſt allegatum
de dicta poſſeſſione fraternitatis: vnde quantum ad poſſeſſio-
nem, in qua ius vocis pendet, non allegatum, nec probatum de
poſſeſſione, ſine qua non procedit ius petẽdi caſſari, quod abſ-
que eo factum eſt, vt ait Compoſtolanus, & alij magni viri ca-
nonici doct. in multis locis, & maxime in capitulis præallegatis.
Et eſt notandum, quod licet conſultor ſit electus de voluntate
partium, tamen præſumitur electus tanquam iuriſperitus. &
ideo ſi per imperitiam conſuluit, conſilio ſuo ſtandum non eſt.
hoc plene, & clare ponit Bart. ff. de re iudica. l. ſi conuenerit. Et
ideo licet fuerit habitum colloquium cum conſultore, non ꝓ-
pterea generatum eſt præiudicium partibus: vt in l. Titium, &
Mæuium. in prin. ff. de admi. tut. & maxime propter probatio-
nes poſtea factas, quas conſultor non vidit, nec videre potuit.
Ego Baldus.

Additio ad conſilium 211. ſupra.

CONSILIVM CCXXVIII.

1 *Verba narratiua in ſententia faciunt præſumere ſententiam latam iu-*
*ſtam, & cum maturitate.*
2 *Criminali lite pendente, an poſſit quis promoueri ad beneficium per lite-*
*ras de pendentia litis non facientes mentionem.*

In Chriſti nomine. In cauſa domini Guliel-
mi verba inſtrumenti
hæc ſunt. Cumque ſemel, bis, & pluries habita fuerit diligens
deliberatio, & tractatus inter dictum priorem, & conuentum,
ac etiam habitum conſilium fidelium amicorum, & delibera-
tum fuerit: præfatam permutationem plurimum fuiſſe vtilem
1 &c. † per hæc ſi quidem verba manifeſte apparet, quod dicta
permutatio vtilis præſumitur: quia vtilis fore per iudicem de-
claratur. ideo valida eſt, ſaltem authoritate confirmatoris: vt
nota. ff. de tranſact. l. cum his. §. eam. & ad hoc optime facit. l.

L vltim.

vltim.ff.de iure dot.Item illa verba ſemel, bis, & pluries manifeſte ſignificant plures tractatus interueniſſe ſeparatos, & per ſe,vt no.ff.de pig.ac l.ſi conuenerit.& ff.quib.ex cau. ma. l.necnon.§.ſi quis ſępius.& C.ad Vel.l.ſi mulier.& ff.ad Trebel.l.Iulius Phœbus.& quia quod poteſt eſſe vtile,& inutile, præſumitur propter decretum iudicis vtiliter factum,& ff.de tranſ.l.cũ hi.§.ſi prætor.& ibi bona gl.ordinaria.& ideo indubitanter ſaltem in dubio præſumere debemus permutationem valuiſſe: qa vbi ſolennitas,ibi validitas,vt no. extra de reſti.in integr. c. 1. & 12.q.2.c.ſine exceptione.& c.abbatib.& ff.de acqui. poſ. l.iuſte.

2 † Alius articulus eſt, vtrum lite criminali pendente poſſit quis promoueri ad beneficium per literas de pendentia litis non facientes mentionem:& dicendũ eſt,ꝙ non, vt plene legitur, & no.extr de fo.comp.c.ſi. & exequutor datus non poteſt exequi: quia accedit gratia,quæ nullius eſt momenti,vt ff.de re iud. l. 4. §.condemnatum. & quod not.per Inn. extra de re iud. c. de te. Et eſt ratio,quia gratia,quæ fit in præiudicium abſentis per obreptionẽ, eſt ipſo iure nulla, nec poteſt exequi per executionẽ iuris,vel facti.tex.eſt.ff.de iud.l.ſi ꝑtor.§.Marcellus. Ego Bald.

CONSILIVM CCXXIX.

1 *Sententia iſta,condemno condemnandos,& abſoluo abſoluẽdos,an valeat.*
2 *Dictio,ſiue,an ſit copulatiua,vel diſcretiua,vel expoſitiua.*
3 *Libellus in ſummariis qualiter ſit formandus.*
4 *Exactionem feciſſe an dicatur,qui fecit debitorem carcerari.*
5 *Notorium an probatione indigeat.*
6 *Exemplo ſumpto ex archiuo an credatur.*

1 In Chriſti nomine. Primum dubiũ eſt † an valeat hæc ſententia, condemno condemnandum,& abſoluo abſoluendum, ꝓut ex actis apparet. Circa ꝙ dico,ꝙ Iac.But.primus inuenit hanc cautelam,ꝙ iudex non aſtringitur ipſe ad pronuntiandũ:ſi non habet plenum deliberandi conſiliũ:& dixit hanc ſententiam valere,nã iſta ſententia eſt certa per relationem ad acta. & licet videatur lata ſub conditione,eſt cõditio intrinſeca, & de præſenti:vnde non eſt ꝓprie conditio,ita ponit ipſe.C.de ſen.quę ſine cer.quan.l.hæc ſentẽtia.Hic eſt conſiderandũ: quia iſta ſententia videtur inducere ambiguitatem, cum in alterutram partem conditionaliter feratur.i.abſoluo,ſi eſt abſoluendus,& condẽno,ſi eſt condemnandus.nam adhuc relinquitur materia q̃ſtionis,cum iſte ſit ſenſus,ſi apparebit te cõdemnandũ,condemno: ſi abſoluendũ abſoluo,ergo adhuc ſub iudice lis eſt, iuxta illud grãmatici,certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. nam cũ ſuper hoc adhuc ſit diſputandum tam de iure, q̃ de facto: quia illa verba, vt apparet,intelliguntur de iure, & de facto, ergo talis ſententia non eſt diffinitiua,qa non decidit litem,imo impleat nouam litem,& ſic non valet,vt inſti.de act.§.curare. Sol. huius puncti pendet ex qualitate actorum, nam ſi acta continent ita liquidã probationem,ꝙ non poſſit vlla tergiuerſatione,vel ꝓbabili diſputatione confringi,ſeu in dubium reuocari,valet ſententia,alias non.Et ideo ſuper implicitis rationibus non valeret,ſed ſuper explicitis ſic,quatenus acta loquunt̃:quia ad acta remittuntur,vt ff.de fideiuſſ.l.fideiuſſores magiſtratuum.§.pro Aurelio.

2 & ff.de condic.indeb.l.eleganter.§.ſi poſt. † Secũdum dubium eſt de dictione,ſiue,vtrũ ſit cõiunctio copulatiua,vel diſcretiua, vel expoſitiua? Reſpondeo,ꝙ hoc pendet ex mente ꝓferentis, ſicut cæterę coniunctiones,vt no.ff.de cõd.&dem.l.has cauſas. & de hoc docemur ꝑ ſubiectam materiam,vt l.ſi quis.de aur.&

3 arg.leg. † Tertium capitulũ eſt,quæ requirãtur in libello, quãdo proceditur ſummarie: reſpondeo, quæcũque requiruntur,

4 quando ꝓceditur ordinarie,vt l.1.in prin. de eden. † Quartum dubiũ eſt: qa decretum domini dictat, ꝙ iudex qui fecerit exequutionẽ realẽ,& perſonalẽ debeat habere certũ qd: vtrũ ſufficiat ei,ꝙ fecit debitorẽ carcerari, ꝙ certũ eſt exacturũ iri: quia non poteſt exire de carcere,niſi ſoluat? Reſpondeo, non ſufficit:quia non dicitur exactũ,ꝙ adhuc debetur,vt l.hi.§.ſi rem.ff.

5 de leg.3. † Quintum dubium eſt,pone,ꝙ manifeſtum eſt,ꝙ aliquis eſt theſaurarius, nunquid ſit neceſſe probare eum theſaurarium. Reſpondeo,ſi eſt notorium actus permanentis,non eſt neceſſe:cum ſit in poſſeſſione officij,alias ſic,vt no.in l.1. C. qui

6 qui & aduerſus quos.&arg.ff.de off.prætoris.l.Barbarius.† Sextum dubium eſt, vtrum credatur exemplo ſumpto de archiuo publico? Reſpondeo, non: niſi ſit ſumptũ authoritate iudicis, vel manu cõmentarienſis,ff.de iure fiſci.l.in fraudẽ.extra de fid. inſtr.c.1 & ita debet intelligi.C.de fide inſtru.auth.ad hæc. Ego Baldus. Vide in conſilio 204.

*Replicat conſilium ſuum 174. & ipſum iterum confirmat.*

CONSILIVM CCXXX.

In Chriſti nomine. Quod ſcripſi in cauſa Benigni de Piſis, iterato vidi,& legi,& cogitaui ſuper eo. Item vidi veſtra ſubtiliſſima motiua, quæ etiam pro maiori parte tetigeram in cõſilio meo, tamen ſalua ſemper iuſtitia, & ſententia peritiorum à conſilio meo non recedo.immo ipſum confirmo:quia apparet expreſſe, quod teſtator ſolidum vſumfructum voluit eſſe vxoris, & vni eſt in ſolidum aſſignatũ taliter,ꝙ nec pars ad alium valeat pertinere,ſicut hic certum eſt, ꝙ alteri non videtur ademptum, vel non videtur incluſum, vt ff.de leg.1.l.ꝙ in rerum. §. ſi quis poſt. cum igitur legatario fundi ſit ſola proprietas legata, & mulieri ſolus vſusfructus, quatenus legatus vſusfructus eſt, pro nõ ſcriptum remanet apud grauatum ſine onere per regulam generalem.C.de ca.tol.§.& cum triplici.grauatus autem fuit hæres: & ideo donec vult hæres, legatarius fundi vſumfructum habere non debet, niſi forte mortua vxore. cuius contemplatione teſtator diſpoſuerat de vſufructu formali.& ita veſtræ prudentiæ reſcribo.non ob.de vſufruct.leg.l.ſi alij,immo eſt caſus pro iſta parte:quia hic expreſſe apparet,ꝙ teſtator voluit, ꝙ legatarius proprietatis,& legataria vſusfructus non cõcurrent in illo modo,nec in toto nec in parte.vnde proprietario agẽti contra voluntatem teſtatoris obſtat exceptio,vt ff.de adim.leg.l.ex parte cum materia ſua.ff.de milita. teſtam.l.militis codicillis. §. veteranus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXXI.

1 *Liberatio à debito an dicatur donatio, ita quod ſit neceſſaria inſinuatio.*

In Chriſti nomine. Præſuppoſito ſtatuto, ꝙ donatio ipſo iure nõ valeat vltra certam ſummã, ſiue ſemel, ſiue plures cum vno in-

1 ſtrumento donationis,ſed debeant coaceruari ſummæ. † Quęritur, vtrum ſi creditor ex duabus cauſis remittit vtramque, ſi ſoluatur altera,an in tali remiſſione requiratur inſinuatio,& videtur, ꝙ non,duabus rationibus. prima, quia non eſt donatio, ſed contractus innominatus,vt ff.de pact. l.ſi intra. & ibi no. nã iſta videtur quædam tranſactio, ſicut quãdo pro mercede vnius anni remittuntur plures mercedes,vt ff.loca. l. ſi vno. in princ. ſecunda ratio eſt, quia tacita donatio, quæ fit ad liberandum, non requirit inſinuationem,vt elegãter no.in l.1. ff. quib.mod. pig.vel hyp.ſolu.in gl.ibi dum dicit, vel cum non fuit inſinuata. In cõtrariũ vr̃, ꝙ iſte nõ eſt cõtractus innominatus,ſed eſt vnius cõtractus nominati executio,alterius liberatio gratuita.& ideo hoc negotiũ eſt cũ donatione permixtũ, vt ff. de don.l. Ariſt.& ſic nõ ob.ratio facta in contrariũ.Preterea,ꝙ donatio tacita facta ex mera liberalitate ad liberandũ debeat inſinuari.eſt gl.or. ff.de regul. iu. l. ſiquis obligatione. Item iſta liberatio in eo, quod ſolutum eſt,nullam cauſam habet, niſi meram liberalitatem: ergo donatio eſt mera, & pura liberalitas: nam liberalitas,& donatio ſunt vnum & idem, vt ff. de dona. l. hoc iure. ad hoc facit.ff.ſi cer.pe.l.rogaſti.§.ſi tibi. & quod ibi not. Solutio: ſi erat debitum efficax, & cui nulla obſtabat exceptio, vera donatio eſt, & requirit inſinuationem: & non eſt contractus innominatus.quod patet,quia non veſtitur ad agendum, licet ſequatur implementum ſolutionis ex dictis debitis. caſus eſt in d. l. ſi intra.& Bart.ibi tenet quod iſtud eſt ſimplex pactum.& non contractus innominatus,qui ſæpiſſime conſuluit,quod liberatio gratuita requirit inſinuationem, ſi debitum eſt liquidum: quia qui remittit dare videtur, vt l. ſi mulier.ff.de condict. ob cau.& ff.de iur.do.l.ſi ſponſalibus.§.ſi.& l.1.ff.ſi quid in frau.patro.& ff. quæ in fraud.cre.l.2.& l.1.in fin.ff. de calum. l. quin etiam.& ff. de iu. do. l. ſi ſponſus. §. ſi. ex omnibus iſtis legibus patet, quod gratuita liberatio eſt vera donatio: ergo inſinuationem requirit. Item ſtatutum non diſtinguit, vtrum donatio fiat ꝓmittẽdo,an tradẽdo,an liberãdo.ergo nec nos debemꝰ diſtĩguere, vt ff.de pu.l.d ꝑcio. qa generalis eſt iſta determinatio. vt l.in fraudẽ.ff.de mil.teſt.nõ ob.ff.de pac.l.tale pactũ. in prin. per quam l.dicunt quidã, ꝙ valet iſtud pactum tãquam ſimplex voluntas abſque eo,ꝙ ſit donatio:nam in pacto ad liberandum non requiritur cauſa: quia immo eſt tacita cauſa,ſ.ipſa liberalitas,quæ idem eſt,quod donatio ſecundum Bart.

CONSI-



CONSILIVM CCXXXII.

1 *Fratres prædicatores, qui ſunt priuilegiati, an teneantur ſoluere canonicam portionem.*
2 *Conſuetudo irrationabilis prohibita in præteritum videtur etiam prohibita in futurum.*

In Chriſti nomine. Fratres ꝑdicatores habẽt priuilegium Bonifacij VIII. & ad inſtar eius ſequẽtium pontificum poſt cle. dudum.§.verum.item habent priuilegium præſentis Papæ, ad inſtar tamen cum clauſula derogatoria,videlicet adijciens,ꝙ poſſit eis relinqui ad perpetuas eleemoſynas:& ipſis gaudere:& cę-

1 teris non obſtan.quibuſcunq; in contrariũ edit. † Quærit̃, vtrũ dicti fratres teneantur ſoluere canonicam portionẽ,& videtur, ꝙ non,qa priuilegium principis ex certa ſcientia cõceſſum derogat iuri cõmuni:ſicut patet ex diffinitione vocabuli:quia priuilegium eſt lex priuata:iuri cõmuni præponderans,vt in c.1. & c.cum ordinem.de reſcr.& no.in c.decurionib.C. de ſilẽtiariis. lib.12. In contrariũ videtur, quia iſtud priuilegium eſt ambitioſum,& æquitati naturali contrariũ,ergo non valet,vt C. de ꝑci. impe.offe.l.reſcrip.Præterea ille §.verũ.derogat conſuetudinibus præcedẽtibus,& futuris:& etiã pact.ergo ꝑ identitatem rationis derogat etiam priuilegiis: quia ꝓſumitur ꝑ importunitatem obtenta,vt l.1.C.de bo.pe.ſubla.lib.10. In cõtrarium videtur:quia illa decretalis derogat præteritis, ergo futura permittit,ſicut econuerſo, indulgentia præteritorũ eſt prohibitio futurorum:vt ff.de legi.l.cum lex.&arg.ff.de leg.2.l.ſtatuliberum.

2 §.Stichum.† ſed ad hoc reſpõdetur,ꝙ conſuetudo irrationabilis prohibita in præteritum videt̃ ꝓhibita in futurũ, vt l.3. §. diuus.ff.de ſepul. vio. & quia conſuetudo, & priuilegia ſimul copulata procedunt in prohibendo, intelligitur pariter prohibitiue diſpoſitum de vtroq;,vt ff.de li.& poſth.l.ſi ita. §. regula. & C.de nup.l.ſi liber.& C.de ind.vid.l. ſi. Præterea contra fratres eſt,quia omnia iſta priuilegia habẽt clauſulã ad inſtar.i.ad ſimilitudinem:ſed illud ꝙ abrogatum eſt,ſimilitudinem non habet, nec ad inſtar,vt C.de lat.lib.tol.l.1.in prin.nec ob.reſcriptũ pręſentis Papæ:quia clauſula non obſtan.non eſt poſita ad derogãdum iuri cõmuni,ſed cõtrariis priuilegiis. In hac quęſtione durum eſt determinare cõtra clerũ,nec contra fratres:licet clerus maiorẽ foueat æquitatẽ, vt extra de præb. c. cum ſecundũ apoſtolũ.ſimile dicit lex, ꝙ nõ debẽt fructus dotis ab oneribus matrimonij ſeparari: & ita vr̃ interpretandũ reſcriptum principis, ꝙ huic nõ obuiet rationi.ff.de pact.dot.l.cũ pater dotẽ. in prin. Solutio. quicquid ſit de priuilegiis aliorũ ſummorũ Pontificum priuilegiũ præſentis Domini Bonifacij debet ad literam obſeruari.extra de priu.cap.porro.& C.de leg.l.digna vox. in iſtis inuolucris, & periculis animarũ ſalua pace ſummorũ Põtificum ipſi ponunt in hac q.magnum dubium conſcientiæ, excepto ꝙ de poteſtate Papæ non eſt dubitandũ, vt C. de crimine ſacrileg. l.2.porro ſufficit fratribus, ꝙ ſunt in poſſeſſione in re dubia, vt inſti.de interdi.§.cõmodũ.& ꝓſertim,qa teſtatores,q̃ relinquũt hodie magna dictis fratribꝰ,nõ eſſẽt ſacerdotib.relicturi,vñ ſacerdotes,qui eſſent æque ꝑdituri,nõ poſſent cõqueri. Ego Bal.

CONSILIVM CCXXXIII.

1 *Aedificari in muro communi quando poſſit.*

1 In Chriſti nomine. † Si per inſtrumẽta, vel teſtes poteſt apparere, ꝙ murus & eius frontiſpiciũ ſit cõmune ꝓ indiuiſo, licitum eſt in re cõmuni verſus frontẽ ſe extẽdentẽ ædificare abſq; damno parietis cõmunis,vt ff.de ſerui.vr.ꝑd.l.quidam Iberus.ff.cõmuni diui.l. Sabinus. qa ad hoc cõmodum res tendit, vt l. arbo. ff. communi diui.& ff.de vſufru.l.arboribus.§.nauis. ſi vero poteſt per inſtrumẽta, vel teſtes cõſtare de impoſitione ſeruitutis ipſa teſtimonia vel inſtrumẽta debẽt ſeruari in finibus ſuis: quia inſtrumẽta habẽt vim diffinitionis,vt ff.finiũ reg.l.eos.C.de ꝓba. l.cum ꝑcib.ff.de fideiuſ.l. magiſtratuũ. §.1.ſi vero non apparent aliæ ꝓbationes,ſed ſola rei conſiſtentia, & longa poſſeſſio ſuis finibus circunſcripta, minime mutanda ſunt, quæ ſtatũ certum ſemper habuerunt:vt C.de ædifi.priua. l. cum in totũ.nam ſiue iſta ſit cõſuetudo,ſiue præſcriptio, ipſa præſcriptio videtur eſſe forma eius: & quantam qualemq; rẽ oſtendit.ſaluo ꝙ etiam debet conſiderari aptitudo non ſolum actus, arg. eorum quæ notantur in l.2.ff.ſi cer.pe.&de iſta aptitudine,& etiam conſuetudine debet ſtari iudicio peritorũ in arte, quibus debet res oſtẽdi, ita quod oculata fide poſſint facere relationem, vt ff. de off. procon.l.ſi in aliquam.& ff.ſi.reg.l.ſi irruptione.§.ad officia. Si autem omnia ſunt in dubio, conſiderandum eſt ꝙ ille, qui innouat, tenet partes actoris,& ideo debet ꝓbare ſibi licere,alias tenetur opus demoliri iuxta regulam generalem. C. de eden.l. qui accuſare. & ff. ꝙ vi aut clam. l. aut qui aliter. & ſi dicatur,ꝙ per ædificantem fiant duo ſigna,ſ. ꝙ ille murellus contiguus,& inſertus,qui non debet diuerſo iure cenſeri,arg. ff. de vſucap.l. eum qui ædes. Item quia murus non eſt coronatus, ſiue coruiſatus.Reſpondeo,non ꝓbat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe. Item tigna quãdoq; illa non magis oſtendunt dominium, quàm ſeruitutem:quia tigna ſeruitutis iure conſueuerunt in alieno muro immitti,vt ff.de ſeru.vrb.præd.l. hæc autem iura.& interdum lex magis præſumit ſeruitutem,quàm dominiũ: quia minus vertitur in præiudicium,vt ff. de leg.1.l.ſi fundum. §. qui fundum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXXIIII.

1 *Habitatio quotuplex dicatur,& quis dicatur habitare.*
2 *Habitationes duas ſimul quis habere poteſt, & ad vtranq; citari.*

In Chriſti nomine. Decretũ Magnifici tale eſt,ꝙ omnes,& ſinguli familiares,ſeu officiales noſtri degentes,& habitantes in ciuitate noſtra Papiæ, qui teneant domos pro eorum vſu & habitatione ab aliquo ciue,vel terrigena ciuitatis, & diſtrictus noſtri Papiæ ad penſionem, non poſſint, nec debeant poſſeſſione, & habitatione ipſarum domorum, & habitationũ contra eorum voluntatem,aliqualiter priuari:nec cogi ad eas dimittendas vllo modo per dominos,& ꝓprietarios earundẽ,ſeu illos,ad quos ſpectetur aliqua ratione vel cauſa ipſis noſtris familiaribus, & officialibus, & duntaxãt debitam de ipſis domibus penſionem perſoluentibus eis,quorũ ipſæ erunt,vel ſpectabunt, & detrimentum in eis non deferentibus,ſed eas prout conuenit,habitantibus.modo accidit,ꝙ quidã Michilinus familiaris,& ſpeciarius domini titulo locationis,recognouit,& recognoſcit à quodam Ioanne, quãdã domum,ſeu ſtationem, ꝓ certa annua penſione, q̃ domus ſeparata eſt à domo habitationis Michilini: & in ipſa domo fieri fecit apothecam ſpeciariæ:& ibidem ſtant,& habitant familiares ipſius Michilini,ac filius,& cæteri de familia ſua,qui exercent artem ſpeciariæ:ibiq; famuli de nocte dormiunt,dictus namq; Ioannes dictam domũ dicit ſibi neceſſariã pro vſu ſuo, eiuſque familiæ, & ideo vult expellere dictum Michilinum: ſed dictus Michilinus dicit ſe non poſſe expelli: cum ſit paratus ſoluere penſionem,& habitare dictam ſtationẽ mo-

1 do præmiſſo. Quærit̃, quid iuris? † & ad euidentiã dicendorum præmittendum eſt,ꝙ habitatio dicitur tribus modis. Vno modo ꝓ iure,vel ſeruitute habitationis:vt ff.de vſu,& hab. in rubr. & nigro,& C.de vſufruc.l.cum antiquitas. Alio modo pro quadam facultate habitandi, vt ff. de donatio. l. Aquilius Regulus. quã facultatem habet Inquilinus:vt ff.locati.l.habitatores. Tertio modo pro ipſo actu corporali.i. ꝓ ipſo habitare, vt ff. de his, qui deie.vel effude.l.1.§. habitare.& ff.de iniuriis.l.lex Cornelia. §.domum. ſi enim accipiatur habitatio primo, & ſecundo modo,nulla eſt dubitatio:quia ille dicitur habitare,qui recipit perſonas ad ſe pertinentes:vt ff.de vſu.& hab.l. 2. §. domus.& l. cæterum.in prin.& §.mulier.& l.ſi habitatio legetur.& hoc verum quando ꝓmiſcue habitat ipſe cum ſuis. Cæterum ſi ſeorſum, & omnino ſeorſum,iſte ꝓprie non dicitur habitare,vt ff.de vſu,& habi.l.ſed neque.in prin.niſi ille,qui habitat,ſit coniuncta perſona, & quaſi idem corpus.puta, vxor vel filius, vel propria familia ipſius,vt ff.de dolo.l.cũ quis.nam pater & filius vna identitas ſunt,& vnum eſt domiciliũ vtriuſq;:vt eſt gl.ſing.l.2.C.qui ætate.lib.10.& patet expreſſe.C.de agri.& cenſi.l. cũ ſcimus. §. illud.vbi eſt tex.aureus.ita dicit. Cũ.n.pars quodãmodo corporis eis per cognationẽ in fundo remanebat,non videbat̃ abeſſe. ad hoc facit. C.cõmuni. vtriuſ.iud.l.poſſeſſionũ. & ff. de leg.1.l. ſi domus.§. qui cõfitetur. In his.n. tam coniunctis dura eſt ſicut mors ſeparatio,vt dictis legibus patet. Si vero ſumatur habitatio tertio modo ꝓ ipſo habitare.ſ. ꝓ ipſo corporali actu:quia ibi prãdet ibi cubat,ibi dormit,adhuc idẽ dicẽdũ eſt,ꝙ ꝑ interpretationẽ extenſiuã q̃ habet locũ in ſtipulationib.& ſtatutis, quãdo habet in ſe naturalem cauſam,vt ff. de verb. obl. l. ſi ſtipulatus fuero,per te non fieri, quominus. vnde eadem immunitas,

quæ præſtatur domino, præſtatᷣ filio, vxori, & familiæ. ff. de iu.
l. non alias. & C. ne filius pro patre. auth. habita. C. de epiſ. & cle.
l. 1. & in ſumma quęcunq; pſona tacite intelligitur in ſtipulatio-
ne, includitur in beneficio ſtatuti: quia tale beneficiū ex cōtra-
ctu ꝓficiſcitur mediante decreto, vel ex decreto mediante con-
tractu, nō curo. Si autē eſt talis pſona q̄ non intelligitur, ad eam
cōtractus nō porrigitur, vt ff. de verb. obl. l. ſi ita ſtipulatus. §. Gri-
ſogonus. in fi. Quid vltra decretū domini dicit. q teneāt domos
ꝓ eorū vſu, & habitatione: nō. n. requirit continuū habitare: qa
dictio, pro, ſignificat animi modū, & cauſam finalē, non tamen
omnimodo continuā, ſed arbitrio iudicis, vt leg. & no. ff. de leg.
3. l. q concubinā. §. vxori. nulli autē dubiū, ꝙ iſte de die habitat
ibidē cōuerſatur etiā ꝓ ſe: & ſic pro parte tēporis. nam licet La-
beo diceret, ꝙ non poteſt qs habitare ſimul in diuerſis locis in-
2 hęrendo potius ſenſui, q̄ rationi, tamē contrariū verū eſt: † quia
poteſt quis duas habitationes, & duo domicilia ſimul habere: v-
nū in quo magis, aliud in quo minus cōuerſetur, vt ff. ad munici.
l. eius. §. Celſus. & poterit citari ad vtranq; domū, tanq̄ ad do-
mum habitationis, vt no. in c. cauſam. de elec. in cle. Ex quibus
euidēter cōcluditur, dictū Michilinū expelli nō poſſe. maxime
quia domus ſunt ita cōiunctæ, ꝙ ex vna patet aſpectus ad alte-
ram: & ſic habitatio retinetᷣ vſu, & habilitate habitādi ſimul iū-
ctis, arg. ff. de cōtrahen. emp. l. clauibus. & ff. de acqui. poſ. l. 1. §. ſi
iuſſerim. & ff. de ſo. l. ſi pecuniam. quā & ſubtiliter, & vtiliter in-
tuendo ita videtur mihi veritas. facit c. 1. extra de locato. Pręter-
ea manifeſtum eſt, ꝙ quis poteſt eandem domū habere ꝓ habi-
tatione diei tantum: & dico, ꝙ ab illa habitatione nō poteſt ex-
pelli: quia ſufficit, ꝙ quātolibet tempore habitet, ad hoc vt ha-
beat locum decretū domini: quia verba decreti ſumūtur ex ali-
quo, non ex vniuerſo: ſed non eſt dubium, ꝙ de die plenā habi-
tationem habuit conductor: quia fecitᷣ omnes actus, qui fiunt
ab habitatore, nec dicitur iſtud meritoriū: quia meritoriū eſt,
quādo quis exercet ibi de die aliquā artem, & de nocte clauſis
oſtiis recedit, nec ibi prādet nec ibi dormit, ſicut ſunt ſtationes
vendentium pannos. Et hoc patet per ſimile, ꝙ ibi ponit de ſta-
bulis equorum, vendentiū pannos. Iſta autē apotheca erat non
ſolum deputata ſpeciariæ vendendæ, ſed erant etiam ibi penu,
& ſolaria cum lectis, quæ ſine dubio nō ſunt meritoria: & plus,
quia ſupra cenaculum erat aditus continuus de domo dicti Mi-
chilini ad domum locatam. ex quo oſtenditur manifeſte, ꝙ fuit
locata ad plenam habitationem, & ita conſequenter tenta, &
habita. de hoc eſt caſus in d. §. domum. Item qui per alium habi-
tat, per ſeipſum habitare videtur quando alius habitat ad eius
cōmodum. immo non eſt fictio, ſed ipſa veritas, vt l. certe. §. pro-
curator. ff. de preca. C. de præſcrip. 30. anno. l. male agitur. C. ſi
per vim vel alio modo. l. 1. de acq. poſſ. l. peregre. §. fi. C. eo. l. vlt.
ff. de contrahen. emp. l. fiſtulas. §. 1. ff. de dolo. l. cum quis. & mul-
ta alia iura ſunt vulgaria, & infinita: & non poteſt negari nec in
facto nec in iure quin familia dicti Michilini pro dicto Michili-
no habitauerit dictam domum, & ꝙ ſit domus habitationis. pa-
tet: quia eſt tutiſſimum refugium, vt l. plerique. de in ius vocan.
nō obſt. §. domum. quia ibi loquitᷣ in eo, qui in ſtatione non re-
ſidebat, niſi quatenus artem exercebat: non in diebus feſtis, nec
continue, vt l. eius. §. Celſus. ff. ad munici. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXXV.

1 *Legatum factum vni pauperi annuatim pro neceſſitatibus ſuis ſi petierit, & iſtud legatum ſteterit occultum per 25. annos. an quando poſtea petierit, debeatur pro omnibus annis præteritis, an pro eo anno, quo petierit.*

In Chriſti nomine. Bartholomæus legauit
fratri Andreæ ordinis
ſeruorum Sanctæ Mariæ, dum dictus frater Andręas natura-
liter vixerit, omnem quantitatem pecuniæ, quam ipſe frater
Andræas habere voluerit pro neceſſitatibus ſuis, & petierit ab
hæredibus ipſius teſtatoris: ita tamen ꝙ non petat, vel recipiat
vltra ſummam 33. lib. Bononenorū in anno, quod legatum ſte-
tit occultum dicto fratri Andreæ p 25. annos, & vltra, nūc petit
1 dictū legatum. Quęritur, † an debeat ſolui ꝓ tempore: à quo in-
cepit petere, an à tēpore aditæ hæreditatis. & videtur, ꝙ à tem-
pore à quo incepit petere, & habere voluerit ꝓ neceſſitatibus
ſuis & non ante: quia iſtud legatum conditionale eſt, vt ff. de leg.
1. l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. Quæ conditio eſt poteſtatiua: &
ideo non trahitur retro, vt l. 1. §. ſerui. ff. ad Silla. Item quia tot
ſunt legata, quot anni, & ex quo ſine iſto legato vixerit, & ſtetit:
apparet ipſius neceſſitatem non habuiſſe, ergo deficit cauſa fi-
nalis legati: & ſic non debetur legatum, vt ff. de condi. & demō.
l. illis libertis. In contrarium videtur: quia hæc verba, pro neceſ-
ſitatibus ſuis, adiecta certæ quantitati non minuunt legatum,
vt ff. de alim. & ciba. lega. l. Lucius. Item in eo, ꝙ ſubijcit, & pe-
tierit ab hæredibus, ſimiliter iſta verba non faciūt conditionē,
ſed monitionem, vt ff. de verb. obli. l. ſi decem eum petiero. & ꝙ
no. ff. de verb. oblig. l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. Præ-
terea iſta conditio fingit retro, vt not. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. per
Dyn. Præterea hęres fuit in dolo non notificando hoc legatum:
ſed potius occultādo, ex quo infero pro legatario tribus ratio-
nibus. primo: quia dolus nemini debet patrocinari, ſecundo:
quia ſtetit per hęredem: vnde videtur conditio impleta, vt ff. de
condi. & demon. l. iure ciuili. tertio ſi hæc omnia deficerent, vi-
detur competere reſtitutio in integr. ex clauſula generali pro-
pter iſtorum errorem, vt no. Dy. ff. de verb. oblig. l. ad diem. & ſi
dicatur, quod quadriennium eſt elapſum reſpectu antiquarum
præſtationum à quatuor annis retro? Reſpondeo, quod iſtud
quadriennium non currit ignoranti: vt no. C. de temp. in integ.
reſt. l. ſuperuacuam. Item & ſi videretur aliquibus iſtud lega-
tum captatorium, quod non credo: tamen valeret ad pias cau-
ſas, vt extra de teſtamentis. c. cum tibi. & ſi teſtator hunc caſum
cogitaſſet, proculdubio idem diſpoſuiſſet. Quæſtio iſta ſatis eſt
dubia inſpecto vigore verborum, & natura conditionū: tamen
inſpecta æqualitate: quia ad pias cauſas, & pro anima teſtatoris,
cum quæratur eccleſiæ, & beatæ virgini, credo, & teneo, quod
ſufficiat ſemel petere, vt pro omnibus annis debeat, vt C. de fi-
dei. l. 1. & ar. ff. de vſur. l. mora. eſſet etiā valde iniquum, ꝙ ꝓpter
dolū hęredis occultantis periret pia diſpoſitio teſtamēti, ꝙ fue-
rit relictum pro neceſſitatibus. nunc ſurgit mihi magnum du-
bium: quia certum eſt, quod iſte frater non habeat proprium,
& quod multæ neceſſitates interuenerūt pro tempore & quod
pauper, qui ex alimentis pendet, ſemper eget ſucceſſiuis die-
bus, & horis, ff. de tranſact. l. cum hi. in verbo obſequiorum vi-
tæ. & ibi not. ff. de oper. libe. l. ſuo victu. & his perſuaſionibus
breuiter ſum cōtentus, & maxime ꝓpter cōſcientiā: quia Deus
non debet defraudari, & facit ff. quib. ex cau. ma. l. ſi quis Titio
& l. ſi quis ſtipulatus. ff. de acquir hær. l. cum quidam. in prin. C.
de reſtit. mil. l. ſi Valerianus. ff. ad Sylla. l. qui poſthumos. ff. de
mili. teſtament. l. ex militari. §. fi. cum l. ſequenti. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXXVI.

1 *Statutum prohibens appellationem, & exceptionem, & nullitatem à ſententiis an prohibeat reſtitutionem in integrum.*
2 *Statutum non diſtinguens, an dicatur corrigere ius commune, vt ſic indiſtincte debeat intelligi.*

In Chriſti nomine. Statu. Ciuitatis Lau. ca-
uetur, quod ſi arbitria,
vel arbitramenta fuerint dicta iniqua, vel iniuſta infra tem-
pus comprehenſum in ſtatutis communis Laudæ, & pro ſen-
tentia arbitri fuerit pronuntiatum, ab ea pronuntiatione non
poſſit appellari, ſupplicari, nec de nullitate agi, nec aliquo mo-
do excipi, ſi fiat executio: prout in ſtatutis cōmunis Laudæ con-
tinetur. Modo fuit quoddam laudum latum contra minorem:
deinde fuit dictum iniuſtum, & iniquum: demum iudex illud
ſententialiter approbauit: nunc minor petit reſtitutionem in
integrum aduerſus ꝓbationes omiſſas, quas coram arbitro, vel
iudice non produxit: & ꝓbat hoc, & etiam enormē læſionem.
1 † Quæritur, quid iuris, & videtᷣ, ꝙ reſtitutio in integr. peti non
poſſit: qa à quo remouetur finis, intelligitᷣ remotū principium,
& omnis modus ꝑueniendi ad finē, vt ff. de ſpōſ. l. oratio. ſed hic
ꝓhibetur ſentētia iudicis retractari quouis modo, ergo nō pōt
peti in integ. reſti. cū ꝑ eam ſententiā retractaretᷣ. Itē nō ſolū eſt
ꝓhibitum agere, ſed excipere: ergo omnis defenſio cōtra ipſam
ſententiam eſt ſublata, vt no. C. de tranſa. l. nec intentio. In cō-
trariū videtur, nā iſte minor, cuius iura non fuerūt ꝓducta, fuit
indefenſus & de iure cōmuni abſq; dubitatione debet reſtitui
2 in integ. vt l. minor 25. annis omiſſā. ff. de min. † Vnde nō reſtat
aliud hic videndū, niſi an ſtatutū in iſto articulo corrigat ius cō-
mune. & vr̄, ꝙ ſic: qa loquitᷣ indiſtincte, vt ff. de publ. l. de precio.
nam vbi ſtatutum non diſtinguit, nec nos debemus diſtingue-
re, vt l. in fraudē. ff. de milit. teſta. In contrariū videtur, nam per
ius cōmune ciuitatis nunq̄ videtᷣ tolli ſingulare beneficiū reſti-
tutionis in integrū. vt pleniſſime no. in l. 1. C. ſi de momen. poſ.
item



item ſtatutum non facit mentionem de ætate, nec de beneficio
ætatis: vnde non videtur ei derogare, vt l. cum minor. §. fi. ff. rem
rat. hab. item iſte libellus pertinet ad veniam ætatis, non ad ſen-
tentiæ iniquitatem, vt ff. de min. l. ſi præſens. item hoc dictat æ-
quitas naturalis: vt ff. de noua. l. doli mali. Item in pacto generali
non videtur renūciatum beneficio reſti. in integ. ergo idem in
ſtatuto: cum ſtatutum dicatur eſſe quædam ciuium conuentio,
vt ff. de reg. iu. l. nec ex ꝑtorio. & no. C. de decre. decurio. l. 1. ff. de
legib. l. de quibus. in fi. & l. ſed ea, quæ. Ego de iſto puncto mul-
tum alias dubitaui: ſed nunc inclinando in ſententiam huma-
niorem, & magis probabilem de iure puto hunc caſum in ſta-
tuto non comprehendi: & ideo ius cōmune eſſet ſeruandum, &
reſtitutionem in integrum concedi debere minori. ff. de iureiu.
l. nam poſtea. §. ſi minor. & ff. de in integ. reſti. l. fi. C. ſi aduer. rem
iud. l. cum & minores. Ego Baldus. Adde in conſilio 239.

CONSILIVM CCXXXVII.

1 *Legata facta vxori de omni vſufructu, & quod veſtiatur, & alimentetur in bonis mariti, an transfundatur vnum in altero.*
2 *Aes alienum an diminuat legata.*
3 *Soluere quis debeat æs alienum hæreditatis, an hæredes legatarij, an vſufructuaria.*
4 *Legatum factum filiæ cauſa nubendi an ſtatim petatur, an non: & an interim habeat alimenta, vel vſumfructum, qui veniat ex tali dote legata. & adde conſil. incip. quæritur de legatis. &c. in 6. parte.*
5 *Verba, occaſione dotis, quomodo intelligantur.*
6 *In legitima, & fructibus legitimæ non cadit grauamen.*

In Chriſti nomine. Titius in teſtamēto ſuo
voluit, & iuſſit, ꝙ Seya
vxor ſua ſit vſufru. omnium bonorum ipſius teſtatoris, & diſpo-
nere prout libet, & habeat victum, & veſtitum, & alimenta in
bonis ipſius teſtatoris, abſq; aliqua ratione reddenda de dictis
vſufructibus, & abſque aliqua ſatiſdatione ꝓſtanda, & abſq; ali-
quo inuentario fiendo, quo facto inſtituit hæredes vniuerſales
1 duos ſibi extraneos. † Ad euidentiā ꝓmittendū eſt, ꝙ aliud eſt
legatum vſusfruct. aliud eſt legatum alimentorū. nam vſufru-
ctuarius debet cauere de vtēdo fruēdo arbitrio boni viri: & de-
bet habere plenū vſumfructū, vt no. in l. 1. C. ſi ſecūdo nup. mu.
& auth. ibi poſita. & ff. de vſufr. leg. l. vxori. ſed legatarius alimē-
torum nō tenetᷣ cauere. Itē nō percipit niſi vitæ neceſſaria. Item
de alimentis nō poteſt tranſigi ſine ꝑtore: ſed de vſufructu ſic:
quia eſt pars dominii, niſi vſusfructus ſit expreſſe legatus in ali-
menta, vt ff. de tranſ. l. cum hi. §. qui tranſigit. & §. ſi vni. cum §.
ſeq. & ideo videtᷣ dicendū, ꝙ iſta tanq̄ diuerſa legata non tranſ-
fundātur vnum in altero: ſed debeantur alimenta, & ꝑterea v-
ſusfructus, vt d. l. cum hi. §. ſi idem. Item copula poſita inter res
diuerſas habet ampliare, vt ff. de leg. 3 l. hoc legatum, qua ꝓpter
vr̄, ꝙ vtrūnq; debeat conſequi, vt ff. de vſufru. leg. l. Sempronio.
In contrariū videtᷣ, quia alimenta relicta ex bonis debent præ-
ſtari ex fructibus bonorum, ſi fructus ſufficiunt, vt ff. ad Treb. l.
Imperator. & per Iac. de Are. ad hoc. ff. de vſufr. l. ſi pendentes.
§. ſi quid cloacarij. ad hoc. ff. de iud. l. fideicommiſſum. §. qui ta-
men. nam ſi teſtator voluiſſet hæredem duplici præſtatione o-
nerare, hoc dixiſſet, vt ff. de lega. 2. l. Titia. §. qui in vita. habebit
igitur alimenta ex vſufructu, non ex venditione ꝓprietatum: ita
vt continens. i. vſusfructus amplectatur ſuum contentum. i. ali-
menta, vt ſic ſpecies non ampliet genus, cum ſit poſita poſt ge-
nus: vt ff. de leg. 2. l. in legatorū. §. qui plures. & ff. de vino leg. l.
fi. §. cui dulcia. & ff. de penu lega. l. nam ꝙ liquidæ. §. ſi cui penus.
poteſt igitur agi ex duplici capite. ſ. vſusfructus, & alimētorum:
ſed non poteſt conſequi plenum vſumfructū, & plena alimēta:
quia nō videtᷣ hoc fuiſſe de intentione teſtatoris. Sol. de rigore
verborum, eſt dicendū, ꝙ vtrunq; debeat conſequi, ſicut ſi eſſet
legatum diuerſis legatariis, non facerēt ſibi partes per concur-
ſum quaſi legatarij diuerſarū rerum, vt l. ſi alij. §. rerū. ff. de vſufr.
& ꝙ à rigore verborum non ſit recedendum, patet. ff. de vſufru.
leg. l. ſi alij. aliàs ſequeretur, ꝙ ſi eſſet legatus vſusfructus fundi,
imputaretur in legato alimentorū, ꝙ eſt falſum. Item ſequere-
tur, ꝙ legatarius videretur grauatus ſibiipſi, ꝙ etiam caret veri-
tate: quia legata intelliguntur appoſita ad onus hæredis, vt C.
2 ad Treb. l. fi. † Secundo quæritur, vtrū æs alienum diminuat iſta
legata. & dicendū eſt, ꝙ ſic, quia non debetur legatū niſi ſoluto
ære alieno, vt C. de leg. l. ſi vniuerſæ. ff. de inoffi. teſta. l. Papinia.
§. quarta. & eſt expreſſum. ff. de iud. l. fideicommiſſum. §. tracta-
tum. vnde ſolus hæres tenetur ad ſoluenda legata actione ex
teſtamento & non legatarius: quia quaſi contractus celebratur
inter legatarium & hæredem, & nō inter legatarios. Item quia
bona ære alieno grauata non dicuntur hæreditas, vt ff. de leg. 1.
l. non amplius. §. cum bonorum. & per hoc dico, ꝙ licet æs alie-
num diminuat legata, attamen diminuitur, & diminuere debet
ipſa in effectu in præiudicium hæredis: cum tenetur legatariū,
& legatarios indemnes conſeruare, aliàs ad ipſum totaliter dā-
num omne ſpectet, ſi bona ſunt ſoluendo: & præſertim ſi non
3 fecit inuentarium: vel eius beneficium non habet. † Tertio
quæritur, per cuius manus debeat ſolui æs alienum, vtrum per
manus hæredis, an ꝑ manus vſufructuarij: & dicendū eſt, ꝙ per
manus hæredis, qui eſt obligatus: cum vſusfructuarius bonorū
nō eſt obligatus creditorib. ſed vſusfructuarius hæreditatis be-
ne teneretur creditoribus ſimul cum hærede vniuerſali, non
ſolus, quia non eſt onus fructuum, ſed onus totius patrimonij,
vt ff. de vſufru. lega. l. fin. onus autem fructuum ſuſtinet ſolus le-
gatarius prædiorum, arg. ff. de impen. in re. dota. fac. l. neque ſti-
4 pendium. † Vlterius quæritur, ſi legatum eſt filiæ, & verba te-
ſtamenti dicunt, occaſione dotis conſtituendæ, vtrum poſſit
petere legatum ſtatim, an non, ita tamen ꝙ interim habeat ali-
menta iuxta menſuram legati, prout videtur dicere lex, cum v-
nus. §. fi. de alimen. legat. nam ſi poſſit petere dotem ſtatim, nō
haberet alimenta, ſed ipſum legatum: ſed vbi teſtator dixit, nu-
5 benti filiæ. † In propoſito autem dixit, occaſione dotis, quæ
verba ſignificant cauſam remotam, vt l. ſi mulier. ff. rerum amo-
tar. Item cauſam impulſiuam, vel quandā demonſtrationem, &
paternum conſilium factum fauore ſolius filiæ, arg. de condi. &
demon. l. Titio centum. in princ. non enim teſtator dixit in do-
tem, vel pro dote, & ſic nec conditionem, nec finalem cauſam
de futuro ſonat, & hoc teneo. vnde non ob. tex. in auth. de ſan-
ctiſ. epiſcopis. §. ſed hoc præſenti. & d. l. Titio. §. Titio. & inter-
dum etiam maturare nuptias placet parentibus pro filiarū vti-
litate, vt ff. quod fal. tut. autho. l. an etiam in patrē. eodem mo-
do non ob. C. de nup. l. ſancimus. item non ob. ff. de vſuris. l. in
fideicommiſſi. §. cum Pollidius. quia ibi alius fuit electus mi-
6 niſter interim. † De legitima, & fructibus legitimæ non eſt du-
bium quia debet habere ſine onere. vt l. quoniam nouella. item,
interim iſta dos deſtinata erit in fructu: & ex alimentis puella
melius nubet, quod votis patris congruit, vt ff. ad Treb. l. mu-
lier. §. cum proponeretur. & ſi ſponſus non eſſet alias ducturus,
niſi lucraretur fructus dotis deſtinatæ: & hoc caſu non augent
dotem alias ſic. ff. ſol. ma. l. ſi ante. & iſtud vltimum dictum non
facit ad propoſitum: tamen eſt verum, & notabile. Ego Baldus.
Allegationes pro illis de Palantia.

CONSILIVM CCXXXVIII.

1 *Publicæ functiones velo leuato exiguntur, nec libellus datur.*
2 *Ceſſor iurium poteſt agere ad vtilitatem ceſſionarij.*
3 *Statutum non indiget probatione, nec productione in loco, in quo viget.*
4 *Debitum præſtatur per longiſſimam præſtationem.*
5 *Mandatum poteſt incipere ab executione.*

In Chriſti nomine. Ad veritatem eundum
eſt tam de iure, q̄ de fa-
1 cto. † & præmittendum eſt, quod non eſt neceſſarius libellus,
nec lit. conteſtatio, quando petuntur publicæ functiones, ſed
proceditur compulſiue leuato velo tam de iure cōmuni, quam
de conſuetudine generali, vt eſt authen. de manda. princ. §. co-
ges. de publi. l. commiſſa. C. de exactoribus tributorum. l. 2.
& l. miſſi opinatores. lib. 10. & no. per Innoc. expreſſe de offic.
ord. in c. 1. & de hoc nunquam fuit dubitatum: quia ſi Publica-
ni haberent in omni cauſa offerre libellum, non inuenirentur
conductores vectigalium. vnde pro libello ipſi offerunt captu-
ram & carcerem, & rerum retentionem, vt ff. locati. l. penult. §.
nauem. & ideo ſi petitur coactio, recte petitur: quia expreſſum
eſt in d. §. coges. Præterea hoc factum eſt notorium. vnde ſu-
per ſtatuto legis, non debet libellus offerri: quia in notoriis
non requiritur ordo iudiciorum, vt extra de iureiur. c. ad no-
ſtram noueris. & per hoc patet, quod impertinens eſt allegatio
de libello, vel quod non ſit petita condemnatio: quia incipi po-
teſt ab exequutione, & coactione: & licet iudex adeatur, non ſit
deterior conditio adeuntis, vt no. in l. 2. C. de iur. emphy. & per
hoc patet, quod allegatio ineptitudinis libelli eſt impertinens
cum omnibus conſequentiis ſuis, quas ego reputo friuolas o-
2 mnino. † At illud, ꝙ allegatur, quod ſyndicus communis non
habet

habet mandatum à publicanis, & quod res inter alios acta, etiã
reſpondetur, quod egit nomine communis, & publicanorum,
& publicani habent ratum. vt in l. licet. cum materia ſua. item
commune eſt ceſſor iurium, & publicani ſunt ceſſionarij: & cer
tiſſimum eſt, quod ceſſor iurium poteſt agere ad vtilitatem ceſ-
ſionarij: quia remanſerunt apud eum directæ ad vtilitatem ceſ-
ſionarij intentandæ, & exequendæ, vt ff. de procu. l. ſi actor mà-
lit. vt C. de noua. l. 3. & plene not. ff. de pac. l. ſi cum emptor. nec
dicitur res eſſe inter alios acta: vt ff. de pigno. l. ſi ſuperatus. quia
vnus eſt dominus, alter procurator in rem ſuam, qui reputan-
tur eadem perſona, vt l. 1. in fin. ff. de vſufruct. quemad. caueat.
3 † Ad aliud, quod dicitur, quod non eſt productum ſtatutum,
reſpondetur, quod immo & originale. Præterea ſtatuta in lo-
co, in quo vigent, ſunt notoria: nec indigent productione: ſicut
non oportet producere codicem, vel digeſtum vetus, vt C. de
legi. l. leges ſanctiſſimæ. & in auth. vt factæ nouæ conſtitu. poſt
prin. & in authen. vt cum de appel. cog. in princ. & plene not. in
proœ. clem. Item de iure ſcripto nõ fit poſitior, ergo nec eſt ne-
ceſſaria probatio, no. ff. de aur. & argen. leg. l. ornamentorum.
4 † Ad aliud, quod dicitur, & quod non eſt probatum, reſpon-
deo immo eſt probatum de iure exigendum, & effectum conſe-
quendum per præſtationem longiſſimam, per quam probatur
debitũ per conditionem ex conſuetudine, vel per officium iu-
dicis ex conſuetudine præſcripta, vt ff. de vſuris. l. cum de in rem
verſo. & ibi not. hoc tenent omnes Modern. ff. de publi. l. ſi pu-
blicanis. nam territorium iſtam iuriſdictionem præſcribit, vt
C. de agri. & cẽſi. l. domini prædiorum. lib. 11. & huiuſmodi red-
ditus inter mobilia computãtur. C. de ſac. ſan. eccl. l. iubemus.
& pro ipſis comperit etiam poſſeſſorium iudicium, vt extra de
elec. c. querelam. Præterea ad literas domini non eſt dare re-
ſponſum etiam palliatum, vel coloratum, vnde ius clientulo-
rum noſtrorum de Palantia certum eſt: quia cõſonat reſcripto,
vt ff. de pecu. leg. l. ſi peculium. §. ſicut. in fi. §. & iſta eſt ipſa veri-
tas. Ad aliud, quod dicitur, quia petitur executio ex ſententia
5 nulla, nec fuerunt partes citatæ, † reſpondetur, ꝙ iſta non eſt
proprie ſententia: ſed quoddam mandatum in quo poteſt inci-
pi ab executione, vt no. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. memi-
niſſe. Item mandata, quæ ſunt iuſtificata in ſeipſis per apertam
naturam negocij, non indigent alia probatione, nec cauſæ co-
gnitione ſecundum Inno. Ego Baldus. Idem conſilium con-
tinet idem, quod continet conſilium 237. licet per diuerſa ver-
ba, & diuerſas allegationes.

CONSILIVM CCXXXIX.

1 *Copula, &, quandoq; ponitur inter genus, & ſpeciem: quandoq; inter duo genera: quandoq; inter duas ſpecies: quandoque inter duo ſignificata: quãdoq; inter fundum & vſumfructum: quandoq; inter ſubſtantiam, & qualitatem: quandoq; inter prædicatum, & ſubiectum: & in iſtis caſibus quid operatur.*
2 *Differentia inter vſumfructum, & alimenta.*
3 *Legatarius vniuerſalis vſusfructus tenetur cum hærede conferre ad legatum alimentorum alteri relictorum.*

In Chriſti nomine. Teſtator ita dixit, hæ-
rede extraneo inſtituto
qui liberos non habebat, niſi quandam filiam nuptam, quam
iuſſit eſſe dote contentam, & fecerat refutationem patri, relin-
quo Beatrici ſorori meæ, vel vxori meæ vſumfructum omnium
bonorum meorum, & alimenta dictorum bonorum, vel in di-
ctis bonis. modo dicta vxor petit integrũ vſumfructum: & inſu-
per tanto plus ab hærede de burſa hæredis, vel proprietatũ hæ-
reditatis: quod inde habeat alimenta: ex aduerſo dicitur, ꝙ ali-
menta tanquam minus corpus dicunt euelli de maiori corpo-
re, ſ. totius vſusfructus, & confunduntur in ipſo: ita ꝙ ſi habet
integrum vſumfructum, qui ſufficit ad alimenta non poſſit pe-
1 tere ſeorſum alimenta. † Quæritur, quid iuris: & ad euidentiam
præmittẽdum eſt, ꝙ interdum copula, &, ponitur inter genus,
& ſpeciem: interdum ponitur inter duo genera: interdum po-
nitur inter duas ſpecies, interdum ponitur inter duo ſignifica-
ta, quæ poſſunt euelli de eodem corpore: interdum ponitur in-
ter fundum, & vſumfructum: interdum ponitur inter ſubſtan-
tiam & qualitatem. primo caſu copula ponitur inter prædica-
tum, & ſubiectum, de quo remitto ad Cy. C. de leg. l. cum q̃ſtio.
& ad Bar. ff. de verb. obl. l. doli clauſula. & ad Dyn. in c. generi. &
iſte non eſt caſus noſter, nam hic nõ eſt genus, & ſpecies, ꝙ pa-
tet ex diffinitione, nam nomen vſusfructus non ponitur in dif-
finitione alimentorum: genus autem ponitur in diffinitione
cuiuſlibet ſpeciei, & quælibet ſpecies repræſentatur in genere
ſuo, vt l. 1. ff. ſi cer. per. ſed magis poſſet dici, ꝙ iſta duo legata ha-
berent ſe vt excedẽtia, & exceſſa. nam interdum vſusfructus eſt
latior alimentis: vt in magnis facultatibus, interdum minus cõ-
tinens: vt in paruis. ſecundus, & tertius caſus princ. eſt clarus,
quia copula habet ampliare legatum: non dico duplicare, quia
duplicatio eſſet, quãdo idem per idem, vt ff. de fun. inſtr. l. ſi cui.
& l. Seiæ. §. Caio. ff. de legat. 3. l. hoc legatum. & l. ea tamen adie-
ctio. ff. de leg. 2. l. ſed ex duobus. Quarto caſu quando ponitur
inter duo corpora, vel voces vniuerſales, quorũ vnum eſt aptũ
natum euelli de corpore alterius, & etia nõ euelli, tunc quæſtio
eſt multum dubia, quid teſtator ſenſerit: & ſi de ſenſu teſtato-
ris probatum fuerit iudici, ſtatur declarationi teſtium, vt C. de
fideicom. l. voluntas. ſi autem nihil eſt probatum extrinſecus,
ita quod non habemus iudicare, niſi ſecũdum verba, ſtatur na-
turæ verborum: & quia natura copulæ eſt ampliatiua, & etiam
quia in teſtamentis fit latior interpretatio, dico, ꝙ vtrunq; de-
betur de rigore verborum: nec vnum cõfunditur in altero per
modum cõfuſionis: ſicut ſi teſtator diceret, lego Petro cẽtum,
& quinquaginta, vel medietatem, & quartam talis rei: ita ꝙ co-
pula ſit expreſſa, vt plene iſte articulus examinatur in d. l. cum
quæſtio. Modò ſic eſt in caſu noſtro: quia alimenta poſſunt in-
telligi de corpore vſusfructus: & poſſunt intelligi de per ſe. & ꝙ
ſint duo legata, patet: quia vnum poteſt amplecti, aliud repu-
2 diari. † Item quia vſusfructus finitur rei mutatione, alimenta
non. Item in vſufructu ſimplici habet locum ius accreſcendi,
ſed non in alimentis, vt ff. de vſufructu. l. dominus. Item in vſu-
fructu debet p̃ſtari cautio de vtendo, &c. in alimẽtis non. Item
in vſufructu conſti. capit vſufructuarius de manu ſua, ſed alimẽ-
ta de manu hæredis, vt ff. de vſufr. l. ſi quis ita. & l. ſolent. ff. de a-
3 di. lega. hic tamen eſt conſiderandum, † ꝙ legatarius vniuerſa-
lis vſusfructus tenetur cõferre cum hærede ad legatum alimen-
torum relictorum alteri, vt ff. de vſufr. leg. l. fi. licet alij dicant, ꝙ
immo tenetur in totum: quia alimenta ex fructibus præſtanda
ſunt. vt ff. ad Treb. l. Imperator. in fi. ſed probabilior opin. eſt ꝙ
etiam hæres conferat: & ſi hoc eſt in diuerſis perſonis legata-
riorum, idem in eadem perſona dicendum eſt, ar. ff. ſi cert. pet.
l. ſingularia. videlicet vt alimẽtarius pro parte dimidia accipiat
à ſeipſo de ſuo vſufructu, & pro alia dimidia ab hærede ad ſimi-
litudinem duorum reorum, vt ff. ad Treb. l. nonnunquam. &
ar. ff. de duob. reis. l. reos. §. cum in tabulis. iſta enim obligatio
alimentorum videtur hæreditaria: & ideo inter ſucceſſores v-
niuerſales. ſ. hæredem, & legatarium vniuerſalem diuidenda,
arg. ff. de act. & obli. l. hæreditariarum. Porro ſi ex primo matri-
monio eſſent liberi, vel etiam ex ſecundo fauore liberorũ, ver-
bum vſusfructus, poneretur improprie, vt plene notat. C. ſi ſe-
cundo nup. mu. in auth. ibi poſita. ergo ſi non ſunt liberi, poni-
tur verbum vſusfructus, proprie: & verbum alimẽtorum, pro-
prie: & non euellitur vnum de corpore alterius per viam reſe-
cationis, ſed per viam ſoluẽdi debet participare vſufructuarius
generalis omnium bonorum in onere ſoluendi hoc onus ſimul
cum hærede. niſi dicamus, ꝙ ſolus hæres tenetur ad ſoluenda
legata actione ex teſtamento, & non legatarius, quia quaſi con-
tractus celebratur inter legatarium, & hæredem, non inter le-
gatarios. Item quia bona ære alieno grauata non dicuntur hæ-
reditas, vt ff. de leg. 1. l. non amplius. §. cum bonorum. Alij di-
cunt, ꝙ ibi non omnia bona, ſed pars, vt ff. de leg. 2. l. ſi quis ſer-
uum. §. fi. Finaliter iſtud dubium ſtat in d. l. vlti. de vſufru. leg. Et
mihi videt, ꝙ teſtator non grauauerit vſufructuariũ ſibi ipſi in
aliquo: vnde nec per confuſionem liberatur hæres, quia ſolus,
& non pro parte. & ſic non ob. ff. de lega. 2. l. miles. §. pro parte.
quia non ſumus in caſu illius legis, ſed potius in ratione. l. lega-
tum. §. hæredi. ff. de leg. 1. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXL.

1 *Donatio facta in carcere, & poſtea ratificata an valeat.*
2 *Arbitratores debent ſequi veritatem eis notam qualitercunq;.*

In Chriſti nomine. Donatio facta per An-
tonium Franciſco fuit
facta tẽpore quo dictus Ant. erat detẽtus in carcere & fuit facta
mẽtio benemeritorũ: & ratificata poſt relaxationẽ à carcere, &
1 fuit dicta domus poſſeſſa per plures annos. † vnde nõ eſt dubiũ,
quod dicta



quod dicta donõ tenuit, vt ff. quod met. cauſa. l. metum. §. ſed li-
cet. & ff. de dona. l. ſi. p̃r. C. quod met. l. 2. ſolum eſt hoc videndũ
vtrum dicta donatio ſit probata, vel nõ: & eſt probata abſque
dubio per vnum teſtem de veritate, ſ. per Andream, qui atteſta
tur de dicta donatione facta inter p̃ntes dicto teſte p̃nte. Item
eſt probata confeſſio, licet in abſentia per multos teſtes. Item
eſt probata fama, ex quibus omnibus debet credi teſtibus tan-
quam vehementer adminiculantibus, vel ſaltẽ dẽt deferri iur̃m
ipſi donatario in ſupplementum probationis, quod verius cre
do conſiderato, quod pretium dictæ domus non eſt magnum
& quod dictus Antonius ſit perſona fide digna, vt extra de ſuc-
ceſſ. ab inteſtato. c. cum dilect. & ff. de iureiur. l. admonendi. &
2 in c. j. §. ſacramentum. de conſuetudine recti feudi. Et † maxime
coram arbitratoribus, qui dñt ſequi veritatem eis qualitercũq;
notam, vt no. Inn. extra de iureiu. c. Quintauallis. & ita de iure
põt defendi, & multo magis de æquitate naturali iſtud iuramẽ-
tum poteſt peti in quacunque parte litis, vt extra de iureiuran-
do. c. ex literis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLI.

1 *Iſta verba, & in caſu, in quo dicta hæreditas perueniat in dictum conſortiũ, faciunt conditionem expreſſam: qua deficiente deficiat legatum, & clauſula codicillaris interdum non habet locum.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, videli-
cet A. in teſtamẽto ſuo
ſolenni inſtituit hæredem B. filium naturalem & legitimum, cui
filio ſubſtituit conſortium S. Bernardini locum pium, & à iure
approbatum in caſu quo ipſe B. decederet ſine filijs maſculis: in
caſu, quo dicta hæreditas dicti A. teſtatoris perueniat in dictũ
conſortium, dictus A. legauit Titio centũ. Modo dicto A. mor-
tuo apprehenſa hæreditate per dictum B. deceſſit dictus B. in-
ſtitutis hæredibus ſuis duabus filiabus legitimis & naturalibus,
videlicet I. & N. & non relictis filijs maſculis quæ filiæ hæredi-
tatem dicti B. adiuerunt repudiato fideicommiſſo per dictum
conſortium ſubſtitutum dicti A. teſtatoris qui in ſuo teſtamen-
tõ adiecit iſtam clauſulã, ſi nõ valet, vel valebit iure teſtamenti,
valeat iure codicillorũ, vel iure cuiuſlibet alterius donationis.
Mõ Titius prædictus petit centum à dictis filiabus iure legati.
opponitur ei per filias, quod legatum ei non debetur quod per
dictum ſubſtitutum repudiatum fuit fideicommiſſum, & hære-
ditas ipſi conſortio non fuit reſtituta; & quia legatum relictum
eſt à conſortio prædicto, & non ab ipſis filiabus. nunc quæritur,
nunquid dictum legatum debeatur modo prædicto, an ne? Præ
ſuppono, quod dictum conſortium ſolenniter repudiauerit fi-
1 deicommiſſum. † Quæritur ergo de dicto legato centum, vtrũ
debeatur, & dico, quod non, quia illa verba, & in caſu, quo di-
cta hæreditas perueniat in dictum conſortium, faciunt condi-
tionem expreſſam, qua deficiente deficit legatum, vt C. de cad.
tol. §. pro ſecundo. nec remanet apud hæredem cũ onere: quia
deficit cõditio, vt prædixi. Præterea illa clauſula ſi nõ valet iure
teſtamenti, non habet hic locum, quia dictum legatum non va
let nec iure teſtamenti, nec iure codicillorum: cum fuerit appo
ſitum ad onus conſortij tm̃: & defecerit conditio, vt ff. de con-
dit. & dem. l. quæ legata. C. de cad. tol. §. ſub cõditione. ff. de ver-
bo. ſig. l. cedere diem. Dicet aliquis, immo hæc conditio tacita,
quæ non facit legatum conditionale, vt ff. de leg. j. le. hæc verba.
Reſpondeo, ibi conditio, ſi hæres erit, apponitur inſtituto,
& eſt conditio neceſſaria, hic fuit appoſita fideicommiſſario:
& eſt conditio voluntaria: quia poterat teſtator ſimpliciter le-
gare efficaciter abſque illa conditione. diligenter aũt verba te-
ſtamenti inſpiciantur, vtrum conſonent cum puncto formato:
nam (vt dicit Scæuola) omnis, qui conſulit, ſecundum ea quæ
proponunt, conſuluit. Ego Baldus. Vide de hoc in conſilio 234.

CONSILIVM CCXLII.

1 *Conductio domus, ſi non appareat ad quid, præſumitur facta ad plenum vſum, & habitationem.*
2 *Stante ſtatuto, quod familiares amici domini, qui conduxerunt domos pro eorum habitationibus, non poſſint expelli à proprijs dominis, an habeat locum in ſtationibus, & in ſpeciarijs conductis per ipſos familiares.*
3 *Parte retenta totum retineri dicitur.*
4 *Verbum, teneant, quid importet.*
5 *Domus quid ſit.*
6 *Dictio, pro, quid importet, & nu. 10.*
7 *Vſus quid ſit.*
8 *Habitatio quid ſit.*
9 *Qui per alium habitat, per ſeipſum habitat.*
11 *Hæc verba, pro vſu, & habitatione, non requirunt copulam, quia vnum ſufficit.*

In Chriſti nomine. Quia veritas ſtat in v-
no verbo, non eundo
1 p̃ multiloquium. † præmittendum eſt ad euidentiam, quod vbi
apparet conductio alicuius domus, nec apparet ad quid, præſu-
mitur facta ad plenum vſum, & habitationem, neque refert, v-
trum cõductor ibi habitet, vel alij locet: quia ſufficit, quod põt
habitare, & vti pro libito voluntatis: neque poteſt locator ha-
bitationem prohibere de iure communi niſi ex certis caſibus:
ſed iure reſcripti magni domini in nullo caſu familiaribus &c.
2 † cum igitur videatur ſtationem ad habitandum, & vtendum
conduxiſſe, & à primordio locationis fundetur omne, ꝙ præ-
rogatur ex ipſo principio, merito cum Michilinus conduxerit
ſimpliciter, locator omne ius ſuum locauit eidem tam ad habi-
tandum, quam quocunque modo: nec enim impoſita eſt ſibi ali
qua lex, niſi bene vtendi: non aũt qualitas ſic, vel ſic vtendum,
puta ad artem ſpeciariæ, & non ad habitandũ, vel econtra: quia
penſio ſuccedit loco plenæ habitationis, & pleni vſus: nec dat
pro altero tantum, qui eſt in poſſeſſione cuiuſlibet modi vtẽdi,
3 & habendi: † quia per partem retinetur totum. iſta probantur
ad literam. ff. de vſufructu leg. itẽ ſi feudum. §. fi. ff. de vſufructu.
de pig. ac. l. ſolutio. §. vnde ſi domum. ff. quemad. ſerui. amitt. l.
is, cui via. Quapropter hic ex facultate ius oritur, & ius habitã-
di naſcitur, & natum eſt, ſic reſcriptum domini literaliter ſine
alia interpretatione verificat. non obſt. §. domum. in eo, quod
ibi dicit de meritorijs: quia ibi loquitur, quãdo meritorijs per
locationem præcedentem non eſt coniuncta habitatio quod
apparet, cum dicat ibi, vel ſtabularia. præterea ibi loquitur in
ſeruientibus, qui ſtant ibi ad mercedem, non in eo, qui con-
duxit habitationẽ, vt ff. de iud. l. hæres abſens. §. at ſi qs &c. §. at ſi
quo conſiſtat. vbi eſt expreſſum, ꝙ ibi poteſt citari tanquam ad
domum habitationis, immo & domicilium habet ibi: cum ha-
beat magnam partem fortunarum ſuarum. & hæc iudicio meo
ſunt indubitata propter multas rationes aſſignatas in conſilio
meo, & propter caſum. leg. cum ſeruus. ibi allegatæ. Verba de-
4 creti domini noſtri principis † dicunt, qui teneant domos pro
eorum vſu, & habitatione, in quibus verbis ſingula ſunt pon-
deranda. primo eſt ponderandum verbum, teneat, & non
eſt dubium, quod ille tenet, qui per alium tenet ad vtilitatem,
& commoditatem ſuam propriam: hinc eſt quod nominat do-
minum ſuum in iudicio, vt l. 2. C. vbi in rem actio. Secundo eſt
5 ponderandum verbum, † domos, eſt aũt domus ædificium cõ-
ſtans ex area, tecto, & parietibus. ff. de vſuca. l. eum qui ædes. †
6 Tertium eſt dictio, pro, quæ ſignificat animũ, & cãm, & animi
7 motũ, vt notat. ff. de vſufructu lega. l. dominus ſticho. † Quartũ
eſt verbum, vſũ. i. ad vſum qualemcunque, quia non refert, qua-
8 liter quis vtatur. dummodo vtatur ſine iniuria alterius, vt ff. de
vſufructu. l. hactenus. §. fi. † Quintum eſt, & habitatione, eſt aũt
habitatio tutum receptaculum, & requies habitantis, vbi facit
focum, tenet lectum, commedit, & bibit, quando ſibi placet:
nam habitatio in facultate, non in neceſſitate conſiſtit: vt l. ha-
bitationum. de peric. & commo. rei ven. & qui habitare facit
per alium pro ſe, & ad ſuam vtilitatem, ipſe habitat, alioquin e-
tiam in vna domo non habitaret quis, niſi quatenus tenet pe-
des, & corpus, quod eſt ridiculum. & dominus noſter non ha-
bitaret, ẽt caſtrum, niſi quatenus ipſe dormit in vna camera, qđ
eſt fatuũ dicere: & ſi dicatur in continentibus ædificijs, verum
eſt, quod habitat per alium, Ego dico idem in non continenti-
bus: quia familia ſua pars ſui corporis eſt. nobiles habent plures
habitationes non continentes ſe in vno conclaui: ſed vnam in
ciuitate, aliam in villa. ff. de acquir. poſ. leg. 4. §. ſaltus, & ſufficit,
9 quod habitent aptitudine, & facultate potentiæ: nam id, ꝙ eſt
in aptitudine, repræſentat actum, vt ff. de dolo. l. cũ quis. † Quia
ergo qui per alium habitat: per ſeipſum habitat: ſicut qui per
10 alium poſſidet, vt ff. de præcario. leg. certè. §. procu. ita in propo
ſito. † Præterea iſta dictio, pro, ſignificat potentiam, vnde qui
conducit domum ad poſſendum habitare, dr̃ cõduxiſſe p̃ habi-
tando: ſed Michilinus conduxit domum, in qua conductione
continet poſſe habitare, ergo habitatio includitur. Aduerſarij
faciunt pondus in dict. Bart. quod non meretur citari: quia lo-
quitur in ſtatione, in qua non eſt habitatio, nihil enim prohibet
eſſe ſtationem ſine habitatione, & econuerſo, nec non ſimul

coniunctam eſſe ſtationem, & habitationem: ſicut nihil prohi-
bet habitare, & texere, vt ff. de ope. libe. l. duorum libertus. Ap-
paret igitur, ꝙ poteſt eadem domus habitationi, & arti ſpecta-
re, & deſeruire. nec dr̃ ſolum meritorium, immo dr̃ meritoriũ,
& habitatio, hoc. n. manifeſtum eſt, quod non dẽt in contro-
11 uerſia poni, quod oculis patet. † Item illa verba, pro eorũ vſu,
& habitatione, nõ requirunt copulam; quia alterum ſufficit, vt
inſti. de leg. §. ſi quis ancillas, & maxime quia vnum ineſt alteri,
vt C. de vſufructu. l. cũ antiquitas. Cætera ſuppleat intellectus,
qui videtur acutiſſimus, & diſcretus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLIII.

1 *Bannitus ex crimine læſæ maieſtatis fecit teſtamentum, & pendente condemnatione mortuus eſt. Demum facta pace inter dominos guerræ, propter quam fuerat bannitus, omnes condemnationes per antea factæ fuerunt remiſſæ, & caſſæ: quæritur, an teſtamentũ reconualeſcat. & nu. 2.*
3 *Faciens teſtamentum debeat eſſe certus de ſuo ſtatu, qualiter intelligatur.*
4 *In crimine criminaliter intentato non poteſt condemnari hæres defuncti.*
5 *Teſtamentum factum tempore inteſtabilitatis, an reconualeſcat teſtabilitate ſuperueniente. & nu. 2.*

In Chriſti nomine. Quidam nobilis nomi
ne Antonius de Placẽ-
tia fuit condemnatus de crimine læſæ maieſtatis per poteſtatẽ
dictæ terræ, eo quod rebabellauerat quoddam caſtrum contra
excelſum dominum D. Galeacium, qua cõdemnatione durante
deceſſit condito teſtõ: poſt eius vero mortem fuit facta pax, &
remiſſa bona, & cõdemnationes eorum, videlicet, qui nomina-
1 rentur debere venire in dicta pace. Hic † primum quæritur, v-
trum dictum teſtamentum valuerit? & in hoc dicendum eſt, ꝙ
non valuit: quia condemnatus fuit crimine perduellionis. nam
ſi poteſt condemnari memoria defuncti, multofortius põt cõ-
demnari abſens, & iſtud eſt expreſſum in extrauaganti Henrici.
& patet inſt. de hære. quæ ab inteſtato. §. per contrarium. & ff.
de accu. l. ex iudiciorum. † Sed dubitatur, vtrum dictum teſtm̃
2 conualuerit per reſtitutionem bonorum, & memoriæ factam
poſt mortem. & dicendum eſt, quod ſic, quemadmodum me-
moria poteſt damnari poſt mortem, ita econtrario, & fortius,
quia fauorabilius, poteſt reſtitui poſt mortem; quia contrario
rum eadem eſt diſciplina, vt l. & ſi contra. ff. de vulg. ſubſti. ſed
hic oriuntur duo dubia: vnum ratione bonorum, quia iſte con-
demnatus nulla bona in ciuitate reliquit, vnde hæredem hr̃e
non poteſt, vt not. dicit text. ff. de vulg. ſubſti. leg. lex Cornelia.
Sed ad hoc rñdetur: quia per fictionem reſtitutionis pacis rein-
tegran. omnia à principio iſte fingitur bona in ciuitate dimi-
ſiſſe, vt ff. de iniu. teſta. l. ſi quis filio. §. pen. & ita vidi obſeruare
in Ciuitate Peruſij tempore guerræ inter eccleſiam, & Peruſi-
3 nos. † Secundum dubium eſt, quia ille, qui facit teſtamentum,
debet eſſe certus de ſuo ſtatu. ſed ad hoc rñdetur; quia illa regu-
la fallit hic propter virtutem reſtitutionis in integrum. poteſt
& moueri tertium dubium: quia iſte mortuus non fuit nomi-
natus, nec acceptatus inter cæteros: ergo non includitur in be-
neficio pacis; quia nec in forma verborum, qua forma ceſſante
nemo poſt mortem recuperat bona: ſicut nec Lazarus. vt ff. de
capti. l. non vt à patre. & l. qui libertinus. §. poſthumus. ff. de o-
pe. liber. niſi dicamus, quod iſta reſtrictio nominandi non ca-
dit in mortuis: quia eſſet pro non ſcripta, vt Cod. de cad. tol. l. j.
in prin. & ff. de iure cod. l. quidã referunt. & ff. de leg. j. l. ciuita-
tibus. §. Lucius. nec viciatur vtile per inutile: quia non eſt appo-
4 ſitum animo vitiandi. ff. de hæred. inſti. l. ſi mihi Mœuia. † Sequi-
tur alius caſus: quia eadem guerra durante dictus Antonius cõ-
ſilio ſuo fecit, quod quidam alij acceperunt quoddam aliud ca-
ſtrm cuidam Bartholomeo adhærenti dicti magnifici: & inde
fuerunt poſtea condemnati in 10. milibus flore. quilibet inſoli-
dum, q̃ tamen condemnatio fuit facta poſt mortem dicti Anto-
nij cuius condemnationis exequutio petitur cõtra poſſeſſores
bonorum dicti Antonij videlicet contra quendam Bernardum,
qui poſſidet certa bona ſibi relicta, quæritur, ꝙ iuris? Rñdeo,
dicta condemnatio nulla fuit ipſo iure: & ideo non meretur
exequutionem, vt ff. de re iud. l. 4. §. condemnatũ. & ff. de iudi. l.
de quare. §. j. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi deceſſerit. ff. quæ ſententiæ ſi-
ne ap. reſcin. l. Paulus. Item quia ex crimine criminaliter inten-
tato, non poteſt condemnari hæres defuncti, vt Cod. ſi reus, vel
accu. mor. fuer. leg. defunctis. & ff. de pœnis. l. ſi pœnæ. & ibi po
nitur rõ in textu. & C. ſi pẽd. appel. mors interuenerit, l. 4. non
obſtat. C. ſi ex delictis defunctorum. leg. j. quia ibi ex crimine
ciuiliter agebatur principaliter & ſecundario, hic criminaliter.
5 † Sed videtur, quod immo teſtamentum factum tempore inte
ſtabilitatis non conualeſcat teſtabilitate ſuperueniente; quia
ipſum teſtamentum in ciuitate non ſumpſit exordium, nec fuit
factum à ciue Romano, vt ff. de lega. 3. l. j. §. j. verſi. hæc vtique.
nec poteſt operari fictio, vbi ſubiectum fictionis. i. perſona ex-
tinctum eſt, vt ff. ad l. aqui. l. huic ſcripturæ. & ſubtiliter no. per
Pe. & Cy. in l. fin. C. de ſenten. paſ. nã fictiones non poſſunt tra-
hi ad impoſſibilia de iure, vt not. ff. de lega. 1. l. talis ſcriptura.
Sed ad hæc rñdetur, quod ſpeciale eſt in iſta conuentione legi-
tima; quæ fit propter pacem: nam quicquid paciſcentibus pla-
cet inter ſe legis habet vigorem, vt ff. de pact. l. legitima. & hoc
ſumptum eſt ex iure gentium, ſ. quantum ad habilitatem, quæ
per fictionem pacis retrotrahitur, non ad initium. i. ad præam
bulam horam guerræ, tam Papa, quam dictus illuſtris ſe retule-
runt, vt leg. quid ergo. in prin. ff. de his, qui notantur infamia,
vbi. n. Papa auctoritatem interponit, ibi omnis poteſtatis inter
uenit plenitudo. Ego Bald. de Peruſio.

CONSILIVM CCXLIIII.

1 *Notarius, qui commiſit falſum non doloſe, abſoluendus eſt & numero. 4.*
2 *Parlatorium vbi dicatur.*
3 *Aliud eſt tractatus, & aliud concluſio.*
4 *Fictio excuſat à pœna falſi.*

In Chriſti nomine. † Dubitatur de quodã
1 notario iuuene parum
practico in arte, qui vocatus, vt conficeret inſtrumentum ſin-
dicatus, dixit actum in loco parlatorij, cum moniales eſſent cõ-
gregatæ in alio loco, quam parlatorij vſitati: intra tamen clau-
2 ſuram monaſterij, vtrum inſtrumentum ad hoc ſit falſum. † Et
dicendum eſt, quod non: quia ibi eſt parlatorium, vbi moniales
determinãt facere parlatoriũ intra ſepta mon. etiam in eccle-
ſia: vel clauſtro. non enim eſt iſte locus de ſubſtantia, quod non
poſſit eligi alius locus pro parlatorio, vt ff. de iudi. l. ſi locus con
iuncta. l. ff. de. arbitris. l. ſi cũ dies. §. qui tamen. & ff. de offi ordi.
c. cum. eps. lib. 6. & C. de ſent. quæ ſine certa quanti. pro. l. quã-
quam. in fi. gl. Dubitatur ſecundo, & iſtud eſt maius dubium: qa
cum eſſent 7. moniales in tractatu qui fiebat de ordinando ſin-
dico, antequam rogaretur inſtrumentum ſindicatus tres mo-
niales receſſerunt dicentes, nos ſumus contentæ de ſindico,
quẽ faciet abbatiſſa: & ſcribas, & notarius ſcripſit in teſtes il-
las tres moniales, quæ nõ interfuerunt completioni, hoc enim
facere non potuit, vt C. de teſt. leg. cum antiquitas. §. ſi tamen.
nunquid iſte notarius debeat puniri de falſo? Et videtur, quod
ſic: quia falſitas non eſt aliud, niſi mutatio veritatis. Sed iſte vr̃
mutaſſe veritatem: quia licet illæ tres moniales fuerunt pn̄tes
3 tractatui, non tamen fuerunt præſentes completioni. † nam a-
liud eſt tractatus, aliud concluſio, vt not. in l. eleganter. in prin.
4 ff. de. condi. inde. † Solutio, in falſo requiritur dolus, vt C. de
fal. l. nec exemplum, & ideo qua ætate, qua mente aliquid fiat,
animaduerti conuenit, vt ff. ad exhibendũ. l. pen. C. ad l. Cor. de
ſicar. l. j. C. ſi quis impera. maledixe. l. vnica. conſideratis igitur
omnibus conſiderandis dico id quod dicit alibi textus: pœna le-
gis Corneliæ tibi remittetur: in quam te credo magis errore,
quam malitia incidiſſe. Cod. de his, qui ſibi ſcribunt. l. quod ad-
hibitus. præſertim quia ex illis tribus non augebatur effectus,
cum ſindicatus conſtaret ex abbatiſſa cum alijs tribus monia-
libus, quæ aſtiterunt: quia non ſolum hic maior pars, immo ma
5 xima facit capitulum. † Item illæ tres recedentes commiſerunt
vices ſuas abbatiſſæ: vnde fictione iuris intelliguntur fuiſſe pn̄-
tes, quæ fictio excuſat à pena falſi, vt eleganter no. Bar. ff. ſi. cer.
pe. l. ſingularia. ex quib. concluditur, quod ab accuſatione, pro-
ut fundatur in dolo, & à pena falſi venit totaliter abſoluendus.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLV.

1 *Exercens nomine alieno non poteſt facere teſtamentum.*
2 *Stante ſtatuto, quod mulier tranſiens ad ſecunda vota nõ ſuccedat filio, an filius poterit eam inſtituere, ſaltim in bonis exiſtentibus extra territorium ſtatuentium? & an verbum, ſuccedat, intelligatur ex teſtamento, vel tantum ab inteſtato? & quid ſi ſtatutũ loquitur de matre, quæ ſit de territorio ſtatuentium, & mater ſit aliunde oriunda, ſed ibi nupta. & num. 3.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrum il-
le; qui exercet publice
fœnus nomine alieno, poſſit non præſtita cautione facere
teſtamentum



teſtamentum. Et breuiter dicendum eſt, quod nõ. caſus eſt. 46.
diſt. c. nec ſuo. coniuncto. c. quamquam. de vſuris lib. 6. † Secun-
2 do quæritur, ſtatuto cauetur, quod mulier tranſiens ad ſecun-
da vota non poſſit ſuccedere filio vllo modo, vel ingenio, an fi-
lius poſſit eam hæredem inſtituere præſuppoſito, quod non eſ-
ſet vſurarius manifeſtus, Et videtur, quod ſic, vt in Auth. de nup.
§. diſponat. contrarium eſt verũ: quia verba ſtatuti ſunt præciſa,
& diſtinctionem non recipiunt, vt. l. in fraudem. ff. de mili. teſt.
hic. n. eſt ſtatutum non ſolum fauore filij, qui fecit teſtm̃, ſed ẽt
3 fauore aliorum filiorũ. vt C. de teſta. mili. l. fi. † Tertio quæritur,
quia ſtatutum loquitur de matre, quæ ſit de terra Maſij. Modo
mulier non erat oriũda de Maſio, licet eſſet ibi nupta, ergo non
comprehenditur in ſtatuto, itaq; poterit ſuccedere filio ab in-
teſtato ſimul cum ſororibus in virilem portionem, vt in Auth.
defuncto. & in §. j. in Authen. de hære. ab inteſta. In contrarium
videtur: quia ſtatutum non ſolum ponderat originem, ſed ſta-
re, & habitare: ſed ipſa ſtabat, & habitabat in terra Maſij, & ibi
nupſit ſecundo viro, ergo non potuit inſtitui in bonis, & terris
Maſij: ſed in bonis exiſtentibus in Aſt. vel in alio territorio, qñ
potuit inſtitui. licet de hoc ſint opiniones, tamen communiter
iſta practicatur, & ſeruatur opinio Iac. de Rauen, quam ponit
Cy. in. l. cunctos populos. de ſumma Trini. & ſic accidit caſus
contra regulam, quod quis decedit pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus: nam ſicut miles poteſt hoc facere, ita leges, &
ſtatuta. Concluditur ergo, ex teſtamento dicta mulier non ſuc-
cedit in aliquo: quia maritus fuit publicus vſurarius: ſed ab in-
teſtato ſuccedit in virilem partem omnium bonorum, except.
bonis de Maſio, in quibus non ſuccedit in aliquo propter ſtatu
tum dictæ terræ. & eſt concluſio ſecundum vnam opi. ſatis æ-
quam, conſiderato etiam quod dictum teſtamentum fuit factũ
in terra Maſij. Non obſtat aliud ſtatutum de teſtis, & vltimis vo-
luntatibus executioni mandãdis: quia loquitur de factis à ltĩmo
teſtatore, ſed non teſtatur ltĩmè, qui teſtatur in perſonam non
capacem, vt eſt hic. iſte paſſus ſatis eſt dubius: quia ſtatutũ pro-
hibens non facit mentionem de teſtamento, tñ quod dixi, cre-
do verius. arg. l. j. C. de ſecundis nup. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXLVI.

1 *Monialis an poſſit cedere habitationem paternam fratri ſuo.*
2 *Statutum an poſſit diſponere contra ingredientes monaſterium.*
3 *Inteſtatus an dicatur, qui facit teſtamentum nullum.*

1 In Chriſti nomine. † Monialis cum aucto-
ritate abbatiſſæ, & con-
uentus ceſſit fratri ſuo omnia bona, & iura, quæ habebat in hæ-
reditate paterna, vel materna: quæritur, an valeat ceſſio: Rñdeo
bona immobilia non pn̄t alienari ſine decreto ſuperioris: vt in
c. monaſteriorum, de reb. eccle. non alien. licet ſi hæreditatem
non adijſſet, poſſet eam cum auctoritate prædictorum repudi-
are: ſicut adultus cum auctoritate curatoris, vt C. de iure delib.
l. potuit. ad prædicta facit, ꝙ no. do. Dyn. in l. potuit. de aucto.
2 tuto, & ita conſuluit Bart. † Secundo quæritur, nunquid ſtatu-
tum poſſit diſponere cõtra ingredientes monaſteria priuando,
vel mutando earum ſucceſſionem? Dicendum eſt, quod non,
quia tale ſtatutum eſt contra libertatem religionis, vt in Auhẽ.
de ſan. epi. §. ſed hoc præſenti. nam quæ ſpiritu Dei aguntur, nõ
ſunt ſub lege mundana, vt dicit Apoſtolus. Alij dñt, quod aut
ſtatutum loquitur de ingreſſura, aut de ingrediente, aut de in-
greſſa. primo, & ſecundo caſu habet locum ſtatutũ: quia loquit̃
inter ſubiectos, tertio caſu non. Ego dico, quod etiam in primo
& ſecundo caſu non valet: qa ſtatutũ illud nõ reprobat̃ ratione
perſonarũ, ſed ratione finalis cauſæ, quę reputatur turpis, & im-
poſſibilis: & tendit contra ſalutem animarũ, & hæc eſt veritas.
† Tertio quæritur, ſi frater, vel filius repudiauit hæreditatem
3 prædictam, vtrum accreſcat moniali. Et dicendum eſt, quod ſic.
& hoc eſt clarum de iure cõi, vt C. de cad. tol. §. his ita. nec ob-
ſtat. ſtatutum; quia dixit non valere fauore religionis. † Quarto
4 dubitatur; quia pater ſubſtituit maſculis fœminas in medietate
bonorum, ſi maſculi decederent ſine filijs inteſtati, ſubſtituit
ſorores decedentium pro medietate, deceſſit vltimus cõdito te
ſtamento, tamen nullo; quia erat vſurarius manifeſtus. quærit̃,
quid iuris? Reſpondeo, iſta ſubſtitutio requirit duo copulati-
uè, ſcilicet ſine liberis, & inteſtatus, vt C. de inſtit. & ſubſti. l. ge-
neraliter, quæ ambo ſunt vera: & ideo habet locum ſubſtitutiõ:
quia ſtatutum vult, quod in hoc caſu valeat teſtm̃. Ego Baldus.
Ad illud idem, quod eſt in conſilio præcedenti proxime.

CONSILIVM CCXLVII.

In Chriſti nomine. Præmiſſo ſtatuto, in
quo diſponitur, quod ſi
qua perſona ingreſſa fuerit aliquam domum regularem, & de
cætero ingrederetur, vel aliter ſe Deo dedicaret, vel Deo dedi-
cata eſſet, & fecerit profeſſionem, nihil ipſa, nec domus, quam
ingrederetur, vel ingreſſa eſſet, petere poſſit à parentibus, vel
fratribus, vel ſororibus, vel agnatis ſuis vltra data, vel promiſſa
ſibi pro receptione de ea facta, & quod ei per ptãtem Cumarũ,
nec per eius iudices, nec per conſules Cumanos iuſtitiæ redda-
tur ius, nec audiantur contra prædicta: & ſi certa quantitas non
eſſet promiſſa, vel data ſpãliter, ꝙ non poſſit habere de hr̃dita-
te, & bonis paternis vltra lib. 200. tertiolorum: & ſi vltra præ-
dictam hæreditatem vel poſſideret, & teneret, quod hæredes,
vel cõſortes maſculi poſſint ſine auctoritate ſine bãno aliquo,
vel pœna criminis ingredi poſſeſſionem, & tenere prædicta. mo
do accidit caſus, quod quædam dña Philippina Monialis ceſſit
fratri ſuo cum conſenſu monialium, & miniſtri, ſine tamen au-
ctoritate diœceſani. quæritur, an valeat; quia nõ apparet vtili-
ter contractum pro ipſo monaſterio: eo quia pecunia tota re-
miſſa fuit p moniales: & miniſtrum ipſi dñæ Philippinæ. Secũ-
do quæritur, nunquid dicta ceſſio effectualiter fieri potuerit
obſtante ſtatuto pro parte conuenienti vigente in ciuitate Cu-
man. & ſpãliter ſtatutum diſponens ſuper ingredientibus mo-
naſterium, & Deo ſe dicantibus, præſuppoſito quod iſtud ſta-
tutum non ſit contra libertatem eccleſiaſticam, & etiam quod
dictum ſtatutum nunquam fuit practicatum: quia non extitit
caſus. Tertio quæritur, quod dicta monialis in hæreditate ma-
tris ſuæ habebat cohæredem fratrem ſuum, qui deceſſit relicto
ſibi ſuperſtite pr̃e ſuo, qui pater renunciauit hæreditati ſibi de-
latæ per filium. d. dña. Philippina iam exiſtente ingreſſa, nũquid
dicta portio repudiata per patrem accreuerit portioni dominæ
Philippinæ? Iſta puncta conſiſtunt principaliter in duobus, pri
mo in ſucceſſione: ſecundo in iuris ceſſione, quantum ad ſuc-
ceſſionem pertinet, certum eſt, quod iſta monialis de iure cõ-
muni ſuccedit, vt. Cod. de epiſc. & cle. leg. deo nobis. & extra
de proba. c. in pñtia. Reſtat rñdere ad ſtatutum, & non diſputã-
do, an dictum ſtatutum valeat: quia in puncto præſupponitur
ſtatutum valere, ſolummodo cõſiderandum eſt, quid ſtatutum
ſentiat, & quid importent verba ſtatuti, & quidem ſtatutũ ha-
bet duas partes, prima pars eſt, qñ certa quantitas eſt data, vel
1 mouerunt. † videtur nõ obſtante legitimo arbitrio, & arbitramento, ꝙ reſtituant̃ partes in eodem ſtatu, & gradu, in quibus erant ante factum cõpromiſſum, & ſententiam: & licet hoc fieri non debeat de rigore iur. vt C. ſen. reſcin. non poſ. l. fi. ff. de iureiu. l. admonendi. in fi. C. de tranſ. l. cauſas, vel lites, tamen de plenaria Principis p̄tãte aliquo motiuo ſuadẽte validum eſt de iure, ꝙ princeps facit, tex. eſt in c. cum olim. de dolo, & contumacia. & ideo in dicto arbitramento, & ſententia de per ſe non poteſt fieri fundm̃ non ꝓbato, ꝙ Principi fuerit obreptum. ſed quia conſtat ſecundũ ea, quæ ꝓponuntur, ꝙ per dolũ, & mendacium fuit reſcriptũ impetratũ, tale reſcriptũ eſt nullum ipſo iure: & ideo ſententia, & tranſactio remanet firma. ſicut enim non facta mẽtione de ꝓceſſibus reſcriptũ eſt nullum ipſo iure, vt in c. inter monaſterium. de re iu. & notatur in c. ſuper literis. de reſcri. in gl. magna, q̃ incipit, ex hoc patet. ita ſi de ꝓceſsibus fiat mentio calũniando ꝓceſſus, qui calumniandi nõ ſunt: quia non eſt facta mentio de ꝓceſsib. taliter, qualiter fieri dẽt, nam paria ſunt, nõ edere, vel vitioſè edere. immo deterius eſt edere vitioſè, quã nullo modo edere, vt ff. de eden. l. vbi exigere. 2. reſponſo, vbi eſt expreſſum: & ex iſto primo fundamento vero, & veriſſimo in iure fundant̃ etiam ſequentia, nam (vt ex themate apparet) à ſentẽtia iterũ lata ꝓ cõitate Ponzanelli fuit appellatum, & appellatio deſerta ꝑ aduerſarios, & deſertio appellationis tranſit in rem iudicatã, vt nõ ſit noua ſententia. hoc eleganter not. C. de appel. l. eos. in prin. vnde remanſit cõfirmata prima ſñia confirmatione iuris, & dę iure, ſubſequẽter fuit ſublata alia ſentẽtia expreſsè cõfirmatoria dicti arbitrij, & arbitramenti. vnde dici poteſt, ꝙ ꝓ cõi Ponzanelli fuerint latæ tres ſenten-
2 tię, duæ ab hoĩe, & media à lege. † & poſt tres ſñias nullũ eſt remediũ, quin ſñia debeat executioni mandari, vt in c. vt calũnijs. de re iud. in cle. Et dico, ꝙ etiã ſi eſſent ſñię meri arbitrij, ſaltem per formã ſtatuti volentis arbitria, & arbitramenta executioni mandari, nã ſi mandat̃ executioni, ergo oritur actio in factũ, & habet vim ſñiæ iudicis, ꝑ doctrinã gl. q̃ eſt in l. 1. C. de arbi. nam iſtud arbitrium nõ eſt nudũ: ſed veſtitur auxilio legis municipalis, vt ff. de pactis. l. legitima. Et ideo nõ oportet hic diſputare, an cõpromiſſum ſit cum pœna, vel ſine: & an ſoluta pœna poſſit recedi à laudo necne: quia non ſumus merè in iure cõmuni, ſed in iure municipali. Et ſic nõ ob. ꝙ not. in c. quandiu. de app.
3 in cle. † Præterea etiam de iure cõmuni vbi eſt clauſula copulatiua, rato manẽte pacto, duabus poteſtatibus fungitur arbiter, vna cum pœna, alia ſine pœna, q̃ vltima poteſt homologari, vt no. ff. de arbi. l. 2. Itẽ vbi apponitur iſta clauſula, pœna & ſententia nõ reſpiciunt idem: quia pœna vr̃ adiecta loco contẽptus, & nõ loco rei in ſñiam deductæ. & ideo non impedit homologationẽ etiam tacitã: & licet ſit interpoſita ſtipulatio de ſtando, & parẽdo, p̄tãs arbitri nõ naſcitur ex iſta ſtipulatione, ſed ex compromiſſo, ꝙ per ſe nõ eſt pactũ, nec ſtipulatio: ſed eſt quædam conceſſio p̄tãtis, ex qua ſurgit laudũ, & eius homologatio. ſemper loquor, vbi eſt appoſita dicta clauſula ad ampliationẽ poteſtatis, & effectus, & hęc eſt veritas. & hoc eſt, ꝙ vult Spec. quod ſint duo cõpromiſſa. ſ. duæ p̄tãtes, quæ nõ tolluntur electione, vt no. Inno. extra de præſc. c. cum ex officio. Ego Bald.

CONSILIVM CCLIII.

1 *Actio hypothecaria, an competat contra eum, cui fuit res donata à Principe cum multis clauſulis pleniſſimis ex certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine.*
2 *De iure tertij l. bene à Zenone.*
3 *Hypotheca quanto tempore præſcribatur.*
4 *Clauſula, de plenitudine poteſtatis, & certa ſcientia quid operetur.*

In Chriſti nomine. Illuſtris dominus noſter donauit Benentono domũ vnã, q̃ fuit Thomaſij apprehenſam nomine cameræ pro flo. 800. ꝓ quib. Thomaſius tenebatur cameræ; & in dicta donatione cõtinentur hæc verba. ita & taliter, quod dictus Benentonus &c. poſſit ipſam domũ cum omnibus ſuis iuribus. & pertinentijs eidẽ domino ſpectantibus, & pertinentibus tenere, gaudere, & vſufructuare, ac vendere, & alienare, & in alium, ſeu alios transferre, vtiq; frui, ac de eis in omnibus, & ꝑ omnia ad libitum diſponere, & facere, prout dictus dominus ante donationẽ prædictã facere potuiſſet, cedendo, & firmiter concedendo eidẽ Benentono cum tranſlatione omnimoda dominij, & poſſeſſionis oẽs actus tam reales, q̃ perſonales eidẽ dño competentes in domo p̄dicta, ponẽdo eum in locum ꝓprium ipſius dñi, ita ꝙ vtilitas, & cõmoditates decætero poſſit percipere, & habere, vti frui, & gaudere. quẽadmodũ ipſe dñs poterat ante ipſam donationẽ, quam valere voluit ꝓ lege, & decreto remiſſa omni ſolennitate, quæ requiretur. & hoc ex certa ſcientia, & de plenitudine p̄tãtis, quã domum dictus Benẽtonus poſſedit longo tempore, & bonafide, iure, & in facto. cõparet creditor priorẽ hypothecã habens, & dicit, ꝙ res eſt ſibi hypothecata, & agit hypothecaria. Item dicit, ꝙ dictus Benẽtonus percepit magnas penſiones, quæ extenuant quantitatẽ, quę dabatur donatori. q̃ritur primò, an dicta domus poſſit euinci ꝑ hypothecariã: ſecundò, an penſiones extenuent debitum, ꝙ camerę de-
1 bebatur, † & nõ videtur dubitandum, ꝙ dictus dñs nõ donauerit niſi ius ſuum, vt ff. de cõtrah. emp. l. qui tabernas. ff. de le. 1. l. ſi domus. §. fin. extra de do. ca. cum dilecti. Itẽ nec dubitandum videtur, quin dictæ penſiones extenuent ſortẽ octingentorum flor. q̃a ſi is, qui habet cauſam à creditore, percipit fructus, ipſi fructus extenuant ſortẽ, vt extra de pignoribus. c. cum contra. vbi eſt expreſſum; & ſic Benẽtonus tenetur ad reſtitutionẽ dictę domus, p̄terea & ſi haberet ius donatoris, cũ creditor agens ſit prior tẽpore, cõſtat, ꝙ potior eſt in iure, vt in regula, qui prior. & extra de pignori. c. ex literis. C. de priuil. fiſci. l. quãuis. C.
2 qui po. in pig. ha. l. aſſiduis. † non ob. C. de quadrienn. præ. l. bene à Zenone. q̃a illa lex hẽt locum, qñ fiſcus nullum hẽt ius; ſed quando hẽt aliqđ ius, illud ſolum conceſſiſſe vr̃, vt C. de lega. l. vxor patrui. p̄terea hic fiſcus cõtraxit tanq̃ creditor, nõ tanquã Imperator. vnde in hoc caſu dẽt ſeruari ius cõe, & nõ priuilegi-
3 um Auguſti; vt C. ſi aduerſus fiſcum. l. edicto. † In cõtrarium videtur, nam hypothecaria tollitur p̄ſcri. 10. an. qñ tertius poſſedit bona fide, & cum titulo, vt no. in l. cum notiſſimi. in prin. C. de p̄ſcrip. 30. an. Sed ipſe Benẽtonus poſſedit bona fide, & cum decreto Principis, immo plus vr̃ dicendũ, ꝙ vbi interuenit decretũ, nõ requiratur bona fides: vnde cum mala fide p̄ſcribit, & fructus lucratur, vt ff. de noxa. l. & generaliter. & ibi no. & extra de p̄ſcrip. c. vigilanti. p̄terea verba Principis dñt; cum trãſlatione omnimoda dñij, & poſſeſſionis: ergo dominiũ, & poſſeſſio eſt trãſlata in ꝑpetuum. d. l. bene à Zenone. p̄terea in dicta conceſſione ſunt hæc verba, volumus, omnia & ſingula valere, & inuiolabiliter ſeruari ꝓ lege. ſed Princeps ex cauſa poteſt tollere dñium ergo fortius hypothecã, vt ff. de le. 2. l. peto. §. p̄dium.
4 † p̄terea in donatione ſunt hæc verba, ex certa ſciã, & de plenitudine poteſtatis. & qñ apponuntur iſta verba, inſtar ſacrilegij eſt infringere ſuppoſita p̄tãte cõcedentis. nec eſt neceſſaria alia clauſula non obſ. ſecundũ oẽs doc. nec poteſt dici, ꝙ Princeps reſtituerit rem alij obligatã pp illud verbũ, ex certa ſciã, & quia per verba Principis apparet, ꝙ voluit donationẽ omnino valere, & donatariũ fieri dñm perpetuũ, & effectualiter hr̃e fructus rei donatę: vnde in reſtitutionẽ nõ veniunt, vt inſt. de rerum diui. §. ſi q̃s à non dño. & qđ no. ff. de rei vendi. l. fructus. nam pecunia vſu cõſumitur, & fructus cõſumpti nõ veniunt in reſtitutione: tñ hoc dic, vt no. in d. l. fructus. ſed redeundo ad propoſitum, iſte Benentonus videtur eſſe nõ ſolum bonæfidei poſſeſſor: ſed plenus dominus effectus voluntate donatoris, & ſimul iunctis quæſtio iſta dubitabilis eſt, ꝓ prima parte facit æquitas: pro ſecunda ſuprema poteſtas. Item in donatione dicitur, quod domus fuit apprehenſa nomine cameræ, quæ verba p̄nt ſignificare iure dominij pro flo. 800. vt ff. de pign. act. l. eleganter. in prin. Ego aliter in iſta cauſa non conſulo: quia tangit intereſſe Magnifici do. noſ. & eius determinatio pertinet ad conſilium iuſtitiæ, non ad me, licet deciſio quæſtionis colligitur ex notatis in d. l. edicto. conſideratis verbis poſitis in dicto inſtrumento donationis. ff. de euic. l. Luc. ff. de rei vend. l. item ſi verberatum. & quæſtio eſt vulgaris, de qua per Doctores in procœmio fforum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLIIII.

1 *Subſtitutio perplexa impoſſibilitatem implicans non valet.*
2 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur.*



3 Huiuſ-

3 *Huiuſmodi ſubſtitutio ſcilicet, ſi dicta ſoror mea deceſſerit ſine filijs à ſe deſcendentibus ſubſtituo, &c. an dicatur ſubſtitutio perplexa.*

In Chriſti nomine. Titius inſtituit ſororem, ex qua nata erat Berta eius filia tunc agens in humanis, & fecit talẽ ſubſtitutionem per hęc verba: & ſi dicta ſoror mea deceſſerit quandocunque ſine filijs à ſe deſcendentibus, ſubſtituo dictam Bertam: & ſi dicta Berta deceſſerit ſine filijs, volo bona mea diſtribui per cõmiſſarios meos inter puellas maritandas, deceſſit primo teſtator, ſecundo deceſſit Berta cum filijs, tertio deceſſit dicta ſoror ſine filijs. modo eſt quęſtio inter filios Bertę, & puellas maritandas, ſeu cõmiſſarios earũ noĩe. Quæritur, quid iuris de dicto teſtõ, & ſubſtitutione.
1 † & vr̃, ꝙ ſubſtitutio facta de Berta fuerit impoſſibilis: nam aut ſoror decedit ſuperſtite Berta & expirat ſubſtitutio: qa extat filia, & ſic defecit conditio, vt ff. de
2 hære. inſti. l. Luc. aut Berta eſt p̃mortua, † & tunc ſubſtõ eſt caduca, nec tranſmittitur ad hæredẽ ſubſtituti: quia fideic. conditionale non tranſmittitur, etiam ad filios, vt plenè legitur, & not. in l. 1. C. de his, qui ante apertas tabulas. licet quædam gl. dicat, ꝙ ſubſtõ facta de agnatis, vel cognatis ſubſti. ſub cõditione tranſmittitur ad eorum filios ex p̃ſumpta mente teſtatoris, vt no. ff. de act. & obl. l. is qui. & arg. C. de fideic. l. cum acutiſſimi. ſed illa gl. non approbatur p Dy. nec cõiter per Doct. ergo de primo ad vltimũ concludendo ſubſtõ Bertæ fuit ſubſtitutio
3 perplexa, & implicans impoſſibilitatẽ. † Sed tñ veritas eſt, ꝙ dicta ſubſtitutio nõ eſt perplexa; quia intelligitur ſine filijs, id eſt, ſine alijs filijs præter Bertam, vel intelligitur ſine filijs, & deſcendentibus. ſ. maſculis, & hoc caſu maſculinum nõ concipit fœmininum: quia eſſet contra mentẽ teſtatoris. Ecce igitur, ꝙ ſubſtitutio facta de Berta valuit à principio: ſed effecta eſt caduca; & non tranſmiſſa ad filios Bertæ, ita ꝙ filij Bertæ non poſſint venire iure tranſmiſſionis, vt C. de cadu. toll. §. pro ſecundo. Sed ſupereſt quæſtio, vtrum veniant ex perſona ſua ex præſumpta voluntate ſubſtituentis. & in hoc ſunt opiniones: qa glo. & Pet. dicunt, ꝙ non. Dyn. cõtra. ff. de lega. 2. l. Titia Seio. §. Seia. Solutio, eſto, ꝙ non venirent ex ſubſtitutione; qa nec expreſſa, nec tacita: tñ excluderent puellas maritandas: quia deficit conditio earum maritandarũ: & hoc duplici ratione. primo; quia dicta ſoror non deceſſit ſine filijs ex ſe deſcendentibus: ex quo extant filij filiæ. caſus eſt in l. 1. C. de condi. inſer. licèt ſi Berta viueret, filiæ Bertæ non excluderent Bertam: quia eam teſtator p̃dilexit: & non antepoſuit ei, niſi ſolã ſororẽ, & eius immediatos filios maſculos. nam ex ordine charitatis intelligendus eſt ordo verborũ, vt ff. ad Treb. l. hæredes mei. §. cum ita. & §. fi. & eſt expreſſum. ff. de libe. & poſth. l. Gallus. §. quidã rectè. ſecundùm ꝙ gl. tex. exponit. porro conſiderandũ eſt, ꝙ tres perſonas teſtator p̃tulit maritandis, id eſt, iuſſis maritari primò p̃tulit ſororẽ. ſecundo p̃tulit filiam ſororis Bertã. tertio modo filios filię, vt ff. de vulg. ſub. l. verbis ciuilibus. & ff. de condi. & demon. l. Publius. §. 1. vnde nec ordo intentionis patitur venire puellas maritandas, quibus ꝓprium ſanguinẽ teſtator voluit anteferri: vt l. 1. ff. de dona. cauſa mortis. & ita puto maritagio dictarũ puellarũ de bonis dicti teſtatoris locũ nõ eſſe, licet iſtud relictum ſit pium, vt l. cum is. §. ſi mulier. ff. de cond. inde. debetur hæreditas dictis, qui ſunt vſq; ad quintũ gradũ, puellæ autẽ tractant de lucro captando, & non ſunt paria, dãna ſentire, & lucra non capere, vt C. de cod. l. ſi qs agere. §. fi. & ita credo. tñ ꝓ alia parte vr̃ quaſi exp̃ſſum. ff. de vul. ſub. l. qui habebat. vbi dr̃, ꝙ quando ſunt plures gradus ſubſtitutorũ, rupto primo gradu p mortem ſecundus gradus deficit. ſed illa l. certè magis ꝓbat, ꝙ non admitterentur maritandæ, qa gradus anterior conſumptus eſt p̃moriente Berta: adeo ꝙ etiã ſi nõ extarent filij Bertæ, non venirent puellæ: qa ſi nõ extarent filij Bertæ, nullus eſt qui poſſet excludere puellas maritandas cum finaliter nullus extaret de liberis. & ex hoc cõcluditur, ꝙ circũducto ſecundo gradu non eſt circũducta cõditio liberorũ. iſta eſt difficilis q̃ſtio eundo per punctũ rationis. & facit. ff. de fideic. lib. l. Thais. §. Splendophorus. qa Deum timeo; qa nunq̃ cõſcientia mea ſe ſubtraxit operibus pietatis ꝓ bono animarũ: ſed tñ à legũ rationibus nõ poſſum recedere, & ſubmitto me iudicio ſaniori, & maxime theologorũ, & diſcretorũ virorũ: qa hic agitur de ſalute animæ. poſſet enim aliqs dicere, ꝙ teſtator nõ p̃tulit, niſi duas p̃ſonas, ſcilicet matrẽ, & filiã: ſed nunc quæro, ad qd facta eſſet mentio de filijs filiæ, ſi talis adiectio nihil operaret̃, vt ff. de leg. 1. l. filius. §. cũm quis. & C. de inſti. & ſub. l. generaliter. & ff. ad treb. l. hæredibus. §. fi. & ff. de hæredi. inſti. l. Luc. ibi, prudens. &c. Item forte diceret aliqs, euanuit ſubſtitutio Bertæ, ergo euanuit etiam conditio ei annexa. Sed reſpõdeo, nõ ſequitur: qa remanſit ſubſtitutio apud hæredẽ cum onere ſuo, vt d. §. ꝓ ſecundo. vel quia (vt dixi) etſi filij filiæ nõ venirent ex tacita ſubſtitutione, habẽt tñ excludere perſonas remotiores. aliud nõ video de iure dđm, ſed tñ in materia excluſiua eius, ꝙ pertinet ad bonũ animarum, nunquã conſului ſine compunctione animæ, & bonũ eſſet per compoſitionem partes ad concordiam reducere, tum propter bonum pacis, tum propter bonum conſcientiæ.

CONSILIVM CCLV.

1 *Succeſſor prælati an teneatur ſtare colono & an valeat contractus locationis factus cum prædeceſſore prælato.*

In Chriſti nomine. Abbas fecit quandam locationẽ ad 9. an. pro certo annuo fictu: & cum receperit fictum pro 5. an. antequam tempus laberetur, remotus fuit ab abbatia, vel renuntiauit.
1 † quæritur, an ſequens ſucceſſor teneatur ſtare contractui, vel receptioni? Allegatur, ꝙ non, per gl. in c. querelã. ne p̃lati vices ſuas. In contrarium allegat̃, ꝙ ſic. quia p̃latus cum c. põt locare ad modicum tempus, cum non ſit alienatio, ſed adminiſtratio, ſicut & maritus põt locare, & vxor tenetur ſtare colono, vt no. ff. ſol. mat. l. diuortio. nõ ob. l. defuncta de vſuf. & ff. loc. l. ſi quis domũ. §. 1. quia ibi loquitur in vſufructuario, qui locat nomine proprio & idẽ in p̃bendario, qa locat nomine ſuo non nomine præbendæ, & ideo cõtractus nõ tranſit ad ſucceſſorẽ: quia non eſt iuris ſucceſſor, ſed rei, vt ff. de eden. l. quædam. §. his autẽ. ſed reditus p̃bendæ non ſpectant ad p̃bendam: ſed ad p̃bendatum, & ideo præbendatus põt de perceptis teſtari, & codicillari. nec tenetur reſeruare ſucceſſori, vt no. in c. præſenti. de offi. or. ſed prælatus locat nomine eccleſiæ, & tenetur eccleſiæ reſeruare, & ideo põt contrahere: & ſucceſſor tenetur ratum habere, ſicut pupillus, quod geſtũ eſt legitime à tuto. vt ff. de min. l. & ſi ſine. §. 1. C. de admi. tuto. l. lex, quæ tutores. nam non male contrahitur cum tutoribus, & p̃latis: vt ff. de euic. l. illud q̃ritur. §. 1. de materia no. extra de ſol. c. 1. depoſi. c. grauis. per Cy. C. loca. l. emptorem. per Bart. ff. de confeſ. l. certum. §. ſed an ipſos. q̃ritur ergo, quid iu. So. ſecundũ verba Archidiaconi loquar. & idem cõclude cum ipſo. verba Arch. 12. q. 2. c. alienationes. hæc ſunt, pone, ꝙ mortua eſt perſona, quæ ad certum tẽpus locauit, tenebitur ne ſucceſſor ſtare huic cõtractui? Reſpondeo, ſi ſolenniter, vt vtiliter facta eſt illa locatio, puto ꝙ ſic: quia nec precarium finitur obitu cõcedentis, extra de precario. c. vlti. nec ob. C. loc. l. emptorẽ. nã illa loquitur in ſingulari ſucceſſore, non in p̃lato, qui eſt ſucceſſor vniuerſalis, qui ſpãli fauore dẽt amplecti illos, quos nouit ſuo p̃deceſſori fideliter paruiſſe, eadẽ cauſa, & q. c. hoc ius porrectũ. ſed quid ſi locator cenſum, vel pretium locationis recepit pro pluribus annis, & p̃moriatur: dico hæredẽ eius, ſi hæredẽ hẽt, teneri ſucceſſori pro rata tẽporis. Si non hẽt, tenetur tunc cõductor, qui debuit ꝓſpicere hoc euenire poſſe. ff. loca. l. ſi quis domũ. §. 1. ſecundum Goff. qui ita no. extra ne præla. vices ſuas. c. fi. & ibi etiã dr̃ hoc p Berna. Iſta ſunt verba ad literam do. Arch. & ego idẽ teneo in c. 1. qui ſucceſſor. tenean. col. 10. Cum ergo abbas nõ habeat hæredẽ, vt in auth. ingreſſi. ergo ille, qui ſoluit, nõ eſt liberatus pro tẽpore futuro. hoc ꝓbatur euidenti ratione: quia penſio ſuccedit loco fructuum: ſed fructus ꝓ eo tẽpore nõ pertinẽt ad ipſum, cum interim remotus ſit ab adminiſtratione. vñ ſi nõ locaſſet, nõ poſſet colligere fructus, ergo nec p̃cipere pẽſiones. ad hoc optime facit. ff. de ſtipu. ſer. l. ſi ſeruus cõis Męuij. §. fi. Ex his cõcluditur, quod contractus tenet: ſed ſoluẽs nõ eſt liberatus. hoc eſt verum, niſi probaretur aperte, ꝙ eſt verſum in vtilitatẽ eccleſiæ: quia tunc quod vtiliter eſſet geſtũ, deberet ſucceſſor hr̃e ratũ. ff. de neg. geſt. l. Pompo. ſcribit ſi negociũ. & p ea, quæ narrantur mihi in puncto cõſiderata qualitate p̃lati, & quia nõ apparet, ꝙ conſenſerit totũ capitulũ, p̃ſumo non eſſe verſum p ea quæ notantur. ff. de noua. l. doli mali. & in d. auth. hoc ius porrectum. nam iſte abbas tanq̃ male ſibi conſcius vr̃ adminiſtrationi ceſſiſſe, ar. ff. de mi. l. Emilius Largianus. in fi. nam cuius vita deſpicitur, eius adminiſtratio ſuſpecta hr̃, vt ibi patet. & C. de ſen. paſ. l. in teſtamento. Ego Baldus.

CON-



CONSILIVM CCLVI.

1 *Agens ad depoſitum numeratum ſi probat tantum confeſſionatum, an obtinebit: & ſimiliter quid iuris in mutuo.*
2 *Confeſſio non cadit, niſi in contractu literarum.*
3 *Stipulatio an innouet contractum alterius generis.*

1 In Chriſti nomine. † Actum fuit depoſiti ſub hac forma, quod tradidit in depoſito cuidam Alberto. 10. & ꝙ ipſe A. fuit confeſſus habuiſſe, & recepiſſe per ſtipulationem, promiſit, ꝓbata eſt ſola confeſſio. Quæritur, quid iu. Et videtur, ꝙ reus debeat abſolui; qa eſt intẽtatũ principaliter depoſitũ naturale: & quicquid poſtea ſequitur, venit in contractu, ergo non ꝓbato fundamento principali reus dẽt abſolui. hoc enim dicimus in mutuo, ꝙ ille, qui intentat numerationẽ, non vincit, ſi ꝓbat confeſſionẽ: quia qđ intentauit, non ꝓbauit, vt l. 2. §. verbis quoq;. ff. ſi cer. pe. & in mutuo hoc Spe. tenet expreſſe in ti. de teſt. §. videndũ. ver. ſed pone egi. nec dicat aliquis, ꝙ numeratio nouata eſt per cõfeſſionẽ: qa talis confeſſio continet verba enunciatiua nõ diſpoſitiua. & per verba enunciatiua nõ fit nouatio, vt ff. depoſi. l. Publia. §. fin. Præterea, ꝙ reus dẽat abſolui, ꝓbatur ſic, intentata fuit ſtipulatio, ergo fuit intentata tranſlatio numerationis in actũ ſtipulandi, vt ff. de noua. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. fi. cum l. ſe. nam cum agitur ex ſtipulatione, vr̃ agi certi condictione generali, vt l. certi cõdictio. in prin. ff. ſi cer. pe. Sed iſta actio nõ eſt ꝓbata, ergo nec obligatio, & ſic debet ſequi abſolutio. Præterea iſte libellans ſe aſtrinxit ad plura, ergo nõ ſufficit ꝓbare aliqua ex eis: qa quoties plura copulantur ad vnam concluſionem, dẽnt omnia ꝓbari. vnde qualitas inhærens ſubſtantiæ dẽt ꝓbari vna cum ſubiecto: vt ff. de adul. l. denuntiaſſe. §. quid ergo. ff. de inſtito. l. habebat. Imputet enim ſibi ille: quia ſtrinxit ſe ad actionẽ, q̃ ꝓbare nõ potuit, vt no. ff. de in rem verſo. l. quidã. In contrariũ eſt veritas. Conſiderandũ eſt enim, ꝙ in depoſito p confeſſionẽ non cõtrahitur: ſed ꝓbatur eſſe contractum, vt d. l. Publia. §. fi. & maximè vbi nõ interuenit ſcriptura.
2 † Porrò cõfeſſio nõ cadit in aliquẽ cõtractũ mundi, niſi in contractum litterarũ, vt inſt. de lite. oblig. & no. ff. de act. & obli. l. non figura. & p Gul. de Cu. ff. ſi cer. pe. l. qui pecuniã. & p Cyn. C. ſi cer. pe. ſi nõ ſinguli. vnde liquet, ꝙ hæc cõfeſſio nõ fuit intentata vt actio, ſed vt ꝓbatio: vt ff. de ſolu. l. ſi ex plurib. vnde ſequitur, ꝙ probata cõfeſſione per eam ꝓbatur numeratio vera: qa per ciuilẽ actum ꝓbatur numeralis actus, id eſt, per cõfeſſionẽ, quæ eſt de iure ciuili ꝓbatur numeratio, quæ eſt de iure gentium. nec eſt nouum, ꝙ per verba enunciatiua confeſſionis probetur veritas diſpoſiti, quando confeſſio non diſponit, ſed diſpoſitũ inuenit: alias enim confeſſio p̃t aliquid in eſſe deducere, quod nunq̃ fuit, vt ff. de do. l. ex hac ſcriptura. Ex his ergo duobus intentatis. ſ. numeratione, & cõfeſſione reſultat cõfeſſio vt ꝓbans: numeratio vt ꝓbata: & ſic dẽt ſeq̃ condẽnatio ex numeratione, vt ff ſi cer. pe. l. certi cõdictio. §. qm̃. & l. lecta. de ver. obl. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. & cõfirmantur p̃dicta: qa, vt dixi, depoſitũ nõ contrahitur, niſi vno modo. ſ. re: mutuũ autẽ trib. modis. ſ. re, chirographo, & verbis. vnde in depoſito vnus eſt cõtractus, vna obligatio ex quo probato de neceſſitate ſequitur condemnatio, vt extra de ſucceſ. ab inteſt. c. cum dile-
3 ctus. † dicet aliqs, intentata fuit ſtipulatio. Reſpondeo dupliciter, nam ſtipulatio non nouat contractũ alterius generis, id eſt, numerationis: qa potuit eſſe appoſita ex interuallo. vt C. de noua. l. fi. Itẽ & ſi incõtinẽti eſſet ſubiecta, non fieret nouatio, niſi numeratio eſſet facta cauſa implendæ ſtipulationis, vt d. l. ſi ita. 2. reſponſo. clariſſima eſt iſta: qa reus negauit ſtipulationẽ, & ex ſuppoſito ab actore negato à reo, reus nõ poteſt excipere: cum igit̃ ſtipulatio veniat vt exceptio cuiuſdã nouationis, reus, qui negat ſtipulationẽ, nõ poteſt fundare intentionẽ. Qua pp oportet, ꝙ ſuccũbat ex numeratione. ad hoc optimè facit, ꝙ no. Bar. ff. de excep. l. nemo. circa fi. vbi poteſt videri. & hãc opinionem teneo, maxime, qa debemus iuuare veritatẽ potius, quã apices iuris: p̃ſertim in cauſis miſerabilium p̃ſonarũ, immo ex natura depoſiti, qui eſt cõtractus ſupremæ bonæfidei: vt ff. depoſiti. l. bona fides. vnde in eo nõ congruit de iuris apicibus diſputare: ſed bonũ, & æquũ tueri, vt ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. & ita teneo in hac materia ſatis pulchra, & vtili. Ego Bald.

CONSILIVM CCLVII.

1 *Melioramenta facta in re euicta, an debeantur per victorem victo.*
2 *Poſſeſſor an præſumatur bonæfidei, vel malæ.*
3 *Emens contra proteſtationem an dicatur emere mala fide.*
4 *Appellare an poſſit, qui de calumnia iurare noluit.*

In Chriſti nomine. Titius emit fundum à Sempronio, deinde poſt duos menſes fuit denuntiatum ei, ne reciperet inueſtituram, eo ꝙ dictus fundus pertineret ad proteſtantem. hoc facto iſte emptor poſſedit pluribus annis, & ſciente, & patiente domino fecit ibi melioramenta, & ædificia. dñs egit rei vendicatione: & obtinuit tanq̃ dñs fundi, & ædificiorũ emptor, antequam tradat, offi. iudi. petit ſibi reſtitui expenſas, quatenus res
1 meliorata. † Quæritur, quid iuris: p̃mitto ad euidentiam, ꝙ bonæfidei poſſeſſor tales ſumptus recuperare poteſt excipiendo ante ſñiam, vel officiũ iudicis poſt ſñiam implorando, vt C. de rei vend. l. quis ſciens. ff. de peti. hæred. l. planẽ. §. doli exce. & l. Paulus. ff. de condi. ind. l. ſi in area. ff. de neg. geſt. l. ex duobus. ff. de rei vendi. l. emptor. ſed malæfidei poſſeſſor: qa contra ꝓhibitionem dñi nihil conſequi poteſt: quia fingitur donare, vt C. de neg. geſt. l. fi. qa p̃do improbe petit ſibi ſuccurri. & iſta impenſa eſt ad perpetuam vtilitatẽ ꝓprietatis, quæ cedit domino, vt d. l. ſi in area. & ff. man. l. ſi parte. & præſertim qñ res eſt emphyteutica; qa non debẽtur meliorationes ei, qui culpa ſua cecidit ab emphyteuſi, nec habenti cauſam ab eo, vt C. de iure emph.
2 l. 2. & C. de ſac. ſan. eccl. auth. qui rem huiuſmodi. in fi. † Quæſtio ergo ſtat in hoc, vtrum poſſeſſor cenſeatur malæfidei, necne? & videtur, ꝙ ſit cenſendus bonæfidei: qa bona fides p̃ſumitur potius, quã malafides, vt no. C. de præſcript. longi tempo. l. pen. nam vt ibi dicit gl. quilibet poſſeſſor præſumitur ignorare rem eſſe alienam. Præterea p̃ſumitur bona fides ratione tituli, vt ff. de re. iu. l. nemo p̃do eſt, qui p̃tium numerauit. & no. p Iac.
3 de Are. C. de acq. poſ. l. improb. † In cõtrarium vr̃, nam ille, qui cõtra ꝓteſtationẽ emit, fingit emere mala fide qnimo admonitio ei nocet, licèt reuera ſit bonęfidei, vt C. de rei vendi. l. ſi fundũ. ibi plene no. qa lata culpa nõ põt excuſari, q iuſtã ꝓteſtationẽ contẽſit, vt ff. de leg. p̃ſtan. l. virilis. §. ſi adierit. debuit enim eſſe curioſus explorator nõ p̃ſumptuoſus emptor, vt ff. de re. iu. l. q cũ alio. nec ob. ſi dicatur, ꝙ ei debuit fieri fides de iure proteſtantis, vt ff. depo. l. ſi qs inficiatus. C. quę res pi. oblig. poſ. in l. nomẽ. in ver. certior factus. qa in caſibus illarũ ll. ille, cui eſt facta ꝓteſtatio, nihil facit temere, hic ſic. Pręterea ꝓbatio dẽt fieri iudici in iudicio, nõ aduerſario extra iudiciũ, C. de eden. l. 2. & plene nõt. in d. l. ſi fundũ. & l. ait p̃tor. §. ſi qs particeps. ff. quæ in fraudẽ credi. & l. 1. in prin. ff. de no. ope. nun. & ff. de l. cõmiſſo. l. fi. & ff. ad Tre. l. hr̃des. Solutio, ego cõſidero, ꝙ iſta denuntiatio fuit facta emptori dudũ poſt emptionẽ, & traditionẽ ſibi factã: & ideo non conſtituit eum in mala fide emẽdi: qa initiũ poſſeſſionis inſpicit̃, vt l. 1. §. 1. C. de vſuc. trãsfor. tñ bene cõſtituit eum in mala fide expendendi, qa non debuit temere in alio fundo poſt ꝓteſtationẽ expenſas facere, arg. ff. ꝓ ſuo. l. ſi ancillã. extra de præſcri. c. qm̃ omnẽ. Solutio, ſi actor haberet plenũ dominium, iſte p̃didiſſet expenſas: ſed quia actor hẽt ſolummodo proprietatẽ, & iſte reus hẽt vtile dñium tanquã emphyteuta, quia dñs in hoc conſenſit, ſicut mulier hẽt vtile dominium in ædificijs, ſicut in fundo. vñ concluditur, ꝙ ædificia p̃tinent proprietatis iure ad dominium, libellario iure ad emphyteutam. & hoc non fuit mihi narratum à princ. vt ff. de contrahẽ. emp. l. qui tabernas. & l. ſi domus. §. fin. ff. de le. 1. nec põt vere petere expen. proprietatis reſpectu: quia in mala fide, nec reſpectu emphyteuſis, quia fruſtra petit quod intus hẽt. Porro hẽt naturalem poſſeſſionẽ, & cõmoda emphyteuticaria tam fundi, quã ædificiorum. & iſte eſt caſus, in quo reſpectu ꝓprietatis eſt malæ fidei, & reſpectu vtilis dominij eſt bonę fidei. Qua pp eũ expenſas p̃didiſſe puto; quia quod ſuum eſt, ſcienter iactauit, vt ff. de prob. l. cum de indebito. Nec competit actio negociorum geſt. qa nihil eſt geſtũ contẽplatione, & affectione veri dñi: ſed potius in contẽptum eius, vt ff. de neg. geſ. l. ſi pupilli. §. 2. nõ enim habuit intentionẽ alium obligandi, vt ff. cõi di. l. in hoc iudicio.
4 † Secundò quæritur, an ille, qui noluerit iurare de calumnia poſſit appellare. & videtur, non: quia eſt confeſſus iuris fictione, vt C. de iur. cal. l. 2. §. pe. In cõtrarium videtur; quia cõfeſſus appellat, cum in cauſa appellationis poſſit ꝓbare iuſtam excuſationem, vt no. ff. de appel. l. creditor. §. fina. C. de rebus creditis. l. generaliter. §. 2. tamen excuſatione non probata ſuccum-

bet in appellatione. & hæc vera, & ita tenet Iaco. de Arc. in d. l. 2. C. de iura. calum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLVIII.

1 *Spurij nati ex damnato coitu non ſuccedunt in feudo.*
2 *Spurij an debeant alimentari, & an dotari.*

In Chriſti nomine. Erant tres fratres ex vtroq; parente, & vaſſalli vnius domini de feudo antiquo, vnus maior 14. anno. ſua propria voluntate, & de conſenſu fratrum intrauit monaſterium quoddam, in quo ſtetit p annum, & plures menſes, & ipſo exiſtente in dicto monaſterio deceſſit vnus ex fratribus ſuis, alter vxorē duxit, & dictus monachus iuit ad nuptias: & paulatim habitum dimiſit: & de conſenſu fratris duxit vxorē, quæ vxor viderat eum in habitu monachorū. modo ex iſtis nati ſunt duo filij, & vna filia. † Quæritur, qd iuris de ſucceſſione feudi, & de
1 hæreditate materna, & de alimentis? Reſpondeo, dicti ſpurij non ſuccedunt in feudo, & maximè, qa ſunt nati ex dānato coitu. C. de inceſt. nup. l. ſi qs inceſt. & in c. naturales. ſi de feu. fuc. controu. col. 10. Itē non † ſuccedunt matri ſuæ pp inceſtuoſam
2 originē, q̄ accuſari poterat, vt inſti. ad orficia. §. nouiſſimè. & C. de orficia. l. ſi qua illuſtris. & vtrobiq; no. alimenta autē ſaltem de dote materna, ſi non habent aliunde, vnde ſe alant, de æquitate canonica debent hr̄e, vt in c. cum haberet, extra de eo, qui duxit in matrimoniū. q̄ polluit per adulterium. nam p ęquitatē illius ca. quilibet ſucceſſor bonorū paternorū tenetur alimenta p̄ſtare de clementia iuris canonici, & diuinæ legis. dotari autem nō debent, niſi quatenus pietas, miſeratio, & nobilitas patrui dictat, cui hoc ſuadeo, quia eſt honor ſuus. Ego Bald.

CONSILIVM CCLIX.

1 *Inquiſitio non procedit, ſi non præcedant legitima indicia, vel ſemiplena probatio.*
2 *Inquiſitio incerta non procedit.*
3 *Probatio affirmatiua in purgatione tantum valet quantum negatiua.*
4 *Indicium, & quando ſit ſufficiens ad torturā, arbitrio iudicis relinquitur.*
5 *An vnus teſtis faciat indicium ad torturam.*
6 *Teſtes non probantes homicidium non poſſunt probare eius acceſſorium.*
7 *Maleficium contra mandantem non probatur per contumaciam rei principalis.*

In Chriſti nomine. Verba inquiſitionis dicunt, quod nominati in ea, cum inueniſſent ſeriolā explanatā per quoſdam eorum aduerſarios, q illi iuiſſent pranſum cum Alberto ad domū habitationis dicti Alberti, armati acceſſerunt ad dictā domum, & fecerunt ibidē inſultū, & aggreſſuram clamantes ad mortem proditores, certe euadere non poteſtis: & cum vnus fugeret, & vellet tranſire vnum foſſatū dictæ domus dicti Alberti, quidam Ioannes vnus ex eis cum vna lancea interfecit dictum trāſeuntem, & quidā Petrus inquiſitus eques, & armatus vna ſpata ſtando ſuper ſtrata publica p medium foſſatū ſupradictum, in quo ille mortuus fuit, ibat p dictā ſtratā, & dicebat dicto Ioanni, da al traditore, da al traditore, dantes, & p̄ſtantes alter alteri auxilium, conſilium, & fauorē dictus Pe. cōparuit, & negauit: cōtra eum Zaninus deponit dicens in effectu, q dictus Pe. tunc clamauit, & dixit, da al traditore, ſtans armatus ſuper dictā viam: ipſe vero Petrus nixus eſt purgare ſe p contraria indicia: qa duo teſtes dicunt, q res fuit abſq; eo, q dictus Pe. clamaſſet, & dixiſſet dicta verba. modo q̄ritur, vtrū dictus Pe. ſit ſubijciēdus tor-
1 mentis. † & breuiter dicendū eſt ſecundū ea, q̄ pponuntur, primo, q dicta inquiſitio nō fuit formata ſub debito ordine: quia non apparet de p̄cedentibus indicijs, vel ſemiplena pbatione, ſicut ſtatutū requirit: nam licet confeſſus nō poſſet hoc allegare, tn̄ negans ſic: vt in c. 1. de homi. li. 6. ad q facit. C. de ſen. & interlo. l. platā. cum materia ſua, & ſic dicta inquiſitio nō pcedit pp malum ordinē. ſecundo non pcedit: qa per illa verba, da al traditore. non pbatur mandatū ad homicidiū cōmittendū, nec ad vulnus, ex quo ſequi poſſet homicidium: qa dicta verba ſunt generalia, & obſcura: & dēnt intelligi in mitiorē partē: nam dari poteſt cum pugno, & cum haſta: vt ff. ad l. Corn. de ſica. l. 1. §. ſed ſi claua. vt extra de hom. & c. ſignificaſti. & no. in l. 1. C. vnde vi. & ſic nec mandatū, nec conſiliū ad homicidiū ppetrandū eſt intentatū: ſed ad pcuſſionē in genere, ex qua nō pōt ſequi ſpecifica cōdēnatio de homicidio mādato cōſilio, vel ope. Quarta ratio; qa hic plurimi fuerunt: verba dicunt in ſingulari, alter alteri, q eſt dictū ſingularis numeri: vnde debuit dicere inquiſitio, & vnus alteri, & inuicem omnes inter ſe dederunt, & pręſtiterunt auxiliū &c. Cum enim dicit, vnus alteri, nō apparet qs
2 fuit, † & incerta inquiſitio nō pcedit, vt ff. de iniurijs. l. p̄tor edixit. ad hoc facit, q no. C. de fur. l. ancillæ. in verbo alteri. quanq̄ per illā gl. poſſet ſuaderi contrariū, ſed de pprio ſignificatu eſt id q dixi. Quinta ratio eſt; qa poſito, q dictus Zaninus faceret indiciū, tn̄ ipſe eſt vnus ſolus teſtis, & ſingularis, vt ipſemet aſſerit. ſed ipſe nō videtur dixiſſe verū, ſecundū ea, q̄ pponuntur, qa alij viderunt, & viderunt totū contrariū. nam ſi fuiſſet ſolus teſtis, ergo ſolus videns. ſed iſtud eſt falſum: ergo teſtimonium eius eſt ſuſpectū. fortius dico, non ſolū ſuſpectū id eſt vulneratum: ſed totaliter eradicatū, qa negatiua, q̄ pōt pcipi à teſte, ita operat in negando, ſicut affirmatiua in affirmando; vt no. p Cy.
3 in l. 2. de erro. aduoca. † Itē in expurgatione tm̄ valet pbatio negatiua, quantū affirmatiua, qa expurgatio eſt cōiecturalis contrariæ pbationis eliſio, & cōiecturæ facilius eliduntˊ, q̄ pbationes factæ plenariè: vt l. licet imperator. ff. de le. 1. & l. diuus. ff. de in integrū reſti. & hoc tenet Azo in quodā loco ſatis no. Sexta ratio eſt: qa d. Pe. non acceſſit animo malū cōmittendi, immo animo pacificandi: & hoc p̄dixerat in princ. & in fine ſecuta eſt pax: quia neq; Petrus ſciebat de morte, neq; aliqs alius præter ipſum homicidā. ſi enim ſciuiſſet, non tractaſſet de pace certè, nec iniuriari cōſenſiſſet, ſi qs ad animi ſapientiam, & diſcretionem conuertat intellectū, vt extra de accuſatio. c. cum P. Man-
4 conella. † Septima ratio eſt; qa an indiciū ſit ſufficiens ad torturam, multum pendet ex æquitate iudi. cum certa regula dari nō poſſit, ar. ff. de vſu. l. mora. & ff. de teſta. l. 3. §. tu magis. immo plus; qa requiruntˊ indicia certa, pbabilia, & veriſimilia: vt C. de qō. l. milites. §. oportet. nō leuia, nec pfunctoria, nec quę pn̄t pluribus modis interpretari; qm̄ de ſalute hominis agitur, & ideo indicia ad torturā debent eſſe tanq̄ luce clariora in ſua ſpecie indiciorū, ſed in pppoſito nec eſt indiciū, nec ſemiplena pro-
5 batio: vt patet ex ſupra allegatis rationibus, & legib. † Illud eſt certū, q qn̄ vnus teſtis facit indiciū ad torturā, dēt eſſe teſtis inuulnerabilis, id eſt, omni exceptione maior: cū tortura ſit q̄dam pbatio ſuppletoria: & non p ſe ſtans, vt ff. de qō. l. de minore. §. tormēta. & l. vnius. §. cogniturū. & l. edictū diui. vnū etiā eſt ſciendū, q aut vnus teſtis deponit de facto, aut de circūſtātijs. primo caſu ſi eſt omni exceptione maior facit indiciū. 2. caſu licet faciat ſemiplenā pbationē indicij, tn̄ nō facit indiciū: & ideo nō venitur ad torturā, nec vrgeretˊ, niſi ad cōfitendū indiciū: qa nō torqueretˊ qs, vt faciat indiciū: ſed vt manifeſtetˊ delictū princi-
6 paliter intētatū. † ſed & illud nō eſt omittēdū. q niſi teſtes probent homicidiū, nō poteſt pbare aliqđ eius acceſſoriū, puta opem, auxiliū, vel mandatū: vt ff. de fur. l. ſi is, q rē. §. ſi tu Titium. ſed hic nō eſt pbatū homicidiū, ex quo agitˊ cōſequēter, qa homicida nō eſt nominatus, ſed incertus habito reſpectu ad hunc teſtē, q dicit ſe nō cognoſcere: vnde nō pbat inquiſitionē formatā de certo homicida. Porrò oportet certi hominis factū argui, vt ſi teſtis falſum deponat, poſſit habiliter repbari, vt ff. de accu. l. libellorū. & l. licèt. §. poſſumus. ff. nau. cau. ſtab. & l. ſi exhibuiſſet. de publ. vnde cū iſte teſtis nō habuerit notitiā de homicida, nō poteſt homicidiū pbare, & p conſequēs nec eius acceſſoriū, & maxime qa delictū facientis & mādantis, eſt vnum numero realiter loquendo: & ideo nō poteſt pbari vnū ſine al-
7 tero, vt not. Cy. in l. 1. C. ſi reus, vel accu. mor. fue. † Itē per contumaciā rei principalis nō pbatur maleficiū cōtra mādantem, vt ff. de adulterijs. l. denunciaſſe. §. q̄ritur. & hęc omnino conſideranda in quæſtione p̄ſenti, in qua vides plurima vtiliter, & ſubtiliter dicta, & vera.

CONSILIVM CCLX.

1 *Societas inter fratres quando contracta eſſe dicatur, & quæ veniant communicanda, & quæ non. Societas, quæ dicatur contracta inter fratres, & quæ lucra ſunt communicanda, & quæ non, & an prædia empta de communi pecunia per vnum ſint alteri cōmunicanda, an pecunia tantum compenſando fructus cum lucris, quæ potuiſſent euenire ex pecunia: & ponit opiniones duas maxime Bar. & ſpeculator.*

Vide etiā in conſi. 304. vbi idē conſuluit inter eaſdē pſonas.

2 *Expenſa familiæ an ſint communicanda inter fratres.*
3 *Frater acquirens an fratri acquirat, ſi ſocij non ſint.*
4 *Pecuniam habens in ſocietate debet capitale ſuum primo retrahere, & lucra ſola diuidenda ſunt.*
5 *Diuiſio de acquiſitis ante ſocietatem, & poſt qualiter ſit faciēda, & quid de pecunijs rerum paternarum. & nu. 6.*
7 *Alimenta non communicantur.*

In Chri-



In Chriſti nomine. Vnus, videlicet Ioannes ex quinq; fratribus de voluntate mr̄is cōis, & tutricis aliquorū eorum, qui erāt pupilli, vendidit quoddā molendinum olim pr̄num pro 1100. flo: & realiter recepit pretium. poſtea ex interuallo dicta mr̄ tutrix trium vltimorū pupillorum confeſſa fuit hr̄e penes ſe dicta bona paterna, & dictū Ioannem nō habere ex dictis bonis aliquid penes ſe, demum ex interuallo temporis dictus Ioan. vendidit vnū aliud prædium pro 310. & ſimiliter recepit pretium, & poſuit in quadam apotheca ſpeciariæ, & in ea laborauerunt dicti fratres, & ſteterunt in cōione, & ſocietate quilibet laborando, & exercendo perſonā ſuam diuerſis tn̄ tpibus: & cū vnus ex eis nomine Raphael minor alijs factus eſſet pubes, multum laborauit in dicta apotheca ibidem operando, ac etiam nauigando ad diuerſas mundi partes, & conſignauit lucra ſua dicto Io. fratri maiori & dicti alij fratres venerunt ad diuiſionem cum dicto Ioan. & vendiderunt ei partem ſuam de bonis paternis. d. vero
1 Rapha. qui non diuiſit, à dicto Ioan. petit in dictis bonis partem dimidiam iure ſocietatis. † Quæritur, quid iuris. Reſpondeo, verba Spe. hæc ſunt. Cum defuncto patre plures filij remanent in domo paterna, quorum aliqui ſunt maiores, & alij lucrantur, alij non, & eis ad diuiſionem peruenire volentibus minores petunt communicari lucra maiorum. aut inter iſtos fratres ſunt bona diuiſa, aut indiuiſa. primo caſu quilibet ſibi acquirit, quod lucratur, nec poteſt peri communicatio ab alijs fratribus: niſi hoc fuerit in diuiſionem ſpecialiter actum. ſi autem ſunt indiuiſa, & aliqui frēs lucrantur, aut certum vnde acquirunt, aut non, aut eſt dubium. primo caſu quilibet acquirit ſibi, maxime ex ſuis operibus, & labore, nec debet communicare, ſupple ſi non ſunt ſocij omnium bonorum. ſi aūt non eſt certū, nec eſſe pōt. aut dubitatur in facto aut in iure. ſi in facto, puta acquirit ex operib. ſuis; quia forte eſt ſcriptor, vel artifex, tunc ſibi acquirit, ne quod ei ſuis laboribus, & proſpera fortuna acceſſit, hoc ad fratres perueniens luctuoſum ei accedat. ſed ſi ſit malæ conuerſationis homo nullius artificij, p̄ſumitur omnia hr̄e de bonis cōibus, aut de patrimonio patris, &c. in dubio autem præſumitur acquirere de cōi ceſſantibus alijs coniect. ita no. in ſpe. de iudicijs 4. parte. §. ſequitur videre. ver. vt autem. ſed Bart. clarius, & plenius examinat iſtam materiam. ff. de adm. tut. l. Titium & Mæuium. §. altero. cuius verba hæc ſunt, quantū ad propoſitum pertinet. Vnde qn̄ non apparet ſocietas expreſſe contracta, & vnus fratrum emit pro ſe fundū non tenetur fundum cōicare: ſed tenetur communicare pecuniam, quam acquiſiuit ex negotiatione, in qua erant ſocij, & vult dicere, q quæſita ex ſocietate nō cōicantur: nec ſunt cōia. alia, quæ dicit d. Bar. non ſunt ad præſens neceſſaria, ſed tn̄ ſic concludo, q dicta prædia empta præſumantur ex lucris communibus vtriuſq; dictorum fratrum: & q ſecundū Spe. dicta empta veniant communicanda. ſed ſecundū Bar. non veniant cōicanda p̄dia, ſed ipſa pecunia veniat conferenda in cōi. eſt verum, q quia aliqn̄ dictus Raph. fuit in ætate, in qua non potuit eſſe ſocius, non pn̄t facere diuiſionē lucrorum ſcd̄m tpa, quia ignoro, quantū fuerint lucrati, poſtq̄ iſti duo fuerunt ſocij, quantum añ: ſed hoc debet examinari per arbitrum cōem iuxta conſcientiam veritatis. & lucrata ante ſunt propria ipſius lucrantis: niſi prohibuerit pecuniam ipſius Rapha. & tunc habetur ratio ad intereſſe pro tempore, quo fuit minor, luctata vero ſunt poſtea communicanda: quia vigore ſocietatis res emptę ſuccedunt loco pecuniæ communiter, argum. ff. ſi cer. peta. l. ſi ſocius. ff. pro ſocio. l. ſi fratres. & l. cum duobus. §. ſi in coeunda. Et iſta opin. Specu. eſt ſatis æqua. & hæc vera ſunt, ſi apparet, quod dictus Rapha. bona fide
2 lucra ſua in communi poſuerit. † De expenſis autem familiæ, ſi vixerunt, loquendo groſſo modo, ad vnum panem, & vnum vinum, non debet aliqua recompenſatio fieri: forte enim operæ puerorum recompenſant huiuſmodi minores expenſas. ſi autem ſeorſum fuerunt ſocij negotiationum, necnon menſæ, vnuſquiſque ſuæ familiæ, & non alienæ onus, debet agnoſcere, arg. ff. fami. erciſ. l. ſi maritus. hæc quæſtio, & ſimiles quæſtiones multum pendent ex iudicis arbitrio: quia ſocij, & fratres debēt ſic ſe inuicem tractare, quod neuter fallat, neque fallatur, argu. l. vltimæ. C. de ponderatorib. auri. ita quod æqualitas inter eos ſeruetur, quanto magis poteſt ſeruari. Porro ſi nulla eſſet ſocietas inter eos, ſola fraternitas non eſt cauſa lucrorum communicandorum, vt C. cōia vtriuſq; iudic. l. ſi patruus. & d. l. cum duobus. §. ſi fratres. & d. §. altero. vbi hæc materia ſatis diffuſe, & notabiliter examinatur per Bar. Et ad clariorem intelligentiam
3 prædictorum dic, † q ſi fratres non ſunt ſocij, vnus non acquirit alteri, nec tenetur cōicare, vt C. de bonis, quæ liber. l. cum oportet. ſi autē ſunt ſocij, vnus alteri debet cōicare lucrum, tam ſcd̄m Spe. q̄ ſcd̄m Bar. ſed ſi ex illis lucris vnus emit aliquid ſuo nomine, illud venit cōicandum ſcd̄m Spec. quia ſocius dēt bona fide negociari: & non conuertere pecuniā cōem in proprios vſus. & huius culpæ nomine tenetur ad cōicandum, ſi ſocius petit hoc. non enim debet ſocium intercipere, & ſupplantare: ſed vtilitatem ſocij ſicut ſuam propriam procurare, & quod ſibi credit vtile, faciat etiam pro ſocio, vt ff. de neg. geſt. l. ſi negocia. & hoc dictat æquitas naturalis, ſed ſcd̄m Bart. licet lucra negotiationis ſint cōia; quia ipſa negotiatio eſt cōis; tn̄ res empta, qa emptio extra negotiationem ſocietatis eſt, nec poterat ſociali nomine emi: quia ad emendū p̄dia nulla erat cōtracta ſocietas, tenetˊ iſte contrahens ad intereſſe. debuit. n. tm̄ merces conuertere ad cōem vtilitatem, non in emptionē prædiorū ad ſuā propriam commoditatē. ex quo ſequitur, q pro parte, q̄ contingit dictū Raph. tenetur ad oia, quæ lucrari potuit cum dicta pecunia ex arte ſpeciariæ. & ſi dicatur, q dictus Raph. nihil poſuit in dicta ſocietate. Rn̄deo, nō eſt verum: cū dicta negotiatio fuerit exercitata cum pecunia communi, quæ pro virili conſiderato fratrum numero pertinebat ad dictum Raph. ex rebus cōi nomine venditis. Itē & dictus Raph. poſuit operam, & iō quātum
4 ad Ioannē pertinet, ſocietas cū eo fuit contracta. † ſed vnum eſt conſiderandum: quia ille, qui ponit pecuniam in ſocietate, debet retrahere primo ſuum capitale, & lucra ſola ſunt diuidenda, vt no. in l. 1. C. pro ſocio. ſecundum vnam opi. Alia opinio eſt, q ſicut opera conſumpta non pōt retrahi per operantem; ita nec pecunia conuerſa in merces, ne contractus claudicet. ſed prima opi. æquior, & cōior eſt. conſiderare ergo debet ęquus arbiter, vtrum dicta prædia fuerint empta ex cōi pecunia poſita in ſocietate, pretium operarum dicti Rapha. in pecunia computando, an ex mero lucro negotiationis. ſi enim verū eſt, q ex mille 300. flo. cōibus omnium fratrū fuerint prædia empta, tunc pro rata eſſet compenſandū Raphaeli, quia non dēt plus hr̄e, quam hæreditariam portionē incertæ pecuniæ cōis. ſed ſi ſunt ex mero lucro ſpeciariæ, vel alterius ſocialis quæſtus, tunc Raphael haberet ius pro dimidia, nō quod prædia eſſent communia ipſo iure, ſed communicanda, & diuidenda ſcd̄m Spec. ſed ſcd̄m Bar. nec communia, nec communicanda: quia omnino extra ſocietatem eſt prædiorum emptio. ff. pro ſocio. leg. ſed ſi adijciatur.
5 † Ex prædictis etiam deciditur, quid iuris, ſi quędam ſunt lucrata ante ſocietatem, & quædam poſt, vt not. ff. de neg. ge. l. Pomponius in nego. nam pro tempore ante ſocietatem non eſt tra-
6 ctandum de communicatione: pro tempore poſt ſic. † amplius eſt conſiderandum, q pecunia rerum paternarum iſte Rapha. debet hr̄e ratam ſecundum numerum liberorum à dicto Ioanne, ād quem dicta pecunia peruenit, vt dicit eſſe probatum, quę rata intrauit poſtea corpus ſocietatis, quæ ſocietas fuit contracta inter duos tantum. ſc. inter Ioan. & Rapha. Ex vna ſocietate lucra prouenientia debent inter eos duos pariter diſtribui. concluditur itaque, quod duplex eſt diſtributio, ſcilicet originalis, & prima ipſius pretij; & hæc fit inter quatuor. Alia ſecundaria lucrorum: & hæc fit inter duos tantum. ſc. Ioannem & Rapha. quælibet pro dimidia. quod autem dixi de obligatione prima reſpectu Ioannis, eſt verum, niſi ipſe Ioannes reſignaſſet ptium mr̄i tutrici ipſius Rapha. qa tunc Ioannes eſſet liberatꝰ eatenus quatenus conſignaſſet, vt l. ſancimus. C. de adm. tut. Sed ſi mater non eſſet tutrix, nō præiudicaret dicto Raph. vt l. filiæ. ff. de ſolut. finaliter concludo, q negotium eſt multum implicitum: quia ratio adminiſtrationis ſocietatis debet reddi per dictum Ioannem dicto Raph. & ecōuerſo; ſi dictus Ioannes habet plus in ſuam partem, etiam ſi conuertiſſet in emptionem p̄diorum, reſtituere tenetur: quia non dēt locupletari cū iniuria fratris, vt ff. ſi cer. pet. l. ſi me, & Titium. & ff de neg. geſt. l. qui ſine vſuris. quia integram fidem debet ſocius ſocio omni fraude ceſſante. de ſocietate non apparet mihi per probationes: ſed aſſeritur mihi, q arbitrator ſcit: hoc pono in conſcientia arbitratoris, qui pōt decidere cām iſtam, et inſpectis iuris apicibus pro bono pacis, & cōcordiæ: p̄ſertim quia per coniecturas ſatis pōt



colligi

colligi ſocietas in arbitrio etiã arbitratoris. puta quod ſic poſſit eligere: ſic vult opi. Spe. ſi commoda poteſt fieri diuiſio rerum
7 emptarum. Alioquin eligat opin. Bar. † Alimenta autem filiorum pater debet facere, vt ff. fam. erciſ. l. ſi maritus. quia alimenta non ſunt in ſocietate poſita: nec res ſocialis, ſeu quæſtuaria ſpeciariæ, de qua quæritur. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXI.

1 *Excipere qui non poteſt, an poſſit præuenire agendo.*
2 *Liquidum per non liquidum non retardatur.*
3 *Liberatio an dicatur donatio.*
4 *Mera liberalitas eſt donatio.*
5 *Donatio proprie quid ſit.*
6 *Satiſdare qui tenetur, an ſe obligare teneatur.*
7 *Si reperiatur obligatio fideiuſſoria, an præſumatur, quod reus ſe principaliter obligauerit.*
8 *Pactum gratuitum obligationis an ſit donatio, & requirat inſinuationem.*
9 *Si mutuarem tibi mille aureos, vt reſtitueres quingentos, opus eſſet in aliis quingentis inſinuatione.*
10 *Pœna non continetur nomine donationis.*

Adde ſupra conſi. 231.

In Chriſti nomine. Primo quæritur, ſtatuto cauetur, ꝙ inſtrã debeant executioni mandari, nõ obſtante aliqua exceptione, quæ non probaretur per inſtrm; tñ facta executione ſi põt probari creditori iam fuiſſe ſolutum, debeat ipſe debitor in duplũ condemnari. Alio ſtatuto cauetur, ꝙ donatio intra quingentos aureos ſit nulla, ſi non fuerit inſinuata. Alio ſtatuto cauetur, ꝙ ille qui appellat, debeat ſatiſdare de reficiendis expen. alias non audiatur. Modo quidam nomine Andreas erat creditor Benedicti in trecentis aureis, pro quo Benedicto fideiuſſerunt, & ẽt ſe cõſtituerunt principales debitores in dicta quãtitate P. & Io. tandem contigit, ꝙ dictus creditor pro 25. florenis liberauit dictũ Pet. de hoc non apparet inſtrm: tandem dictus Pet. petijt cõtra dictum A. ſe liberari à tota dicta obligatione. Poſt hęc dictus A. petijt executionem dicti inſtri: lata fuit ſnĩa, & fuit appellatum, & reperiretur in actis, ꝙ Sempronius fideiuſſit pro expenſis, aliter autem non reperiretur ſcriptum, ꝙ appellans promiſerit,
1 ex hoc themate oriuntur tres quæſtiones. † Prima, vtrum ille, qui non poteſt excipere, poſſit præuenire agendo præiudiciali: & ſic videtur, ꝙ ſic: quia ſtatutũ iſtum caſum omittit: & quandoq; denegatur exceptio, & nõ denegatur actio, vt extra de iureiu. c. debitores. & hoc contingit, vbicunq; iſte ordo eſt datus, ꝙ primo fiat executio, ſecundo poſſit agi, & retractari, vt no. ff. de condi. ind. l. Neratius. contrariũ eſt verum: quia vbi tollitur excep. quia eſt parata executio, non impeditur execu. licet reus præueniat in libellando, vt l. fi. C. de ord. cog. & extra de reſti. in integ. c. ſuſcitata. & C. de preci. impe. offe. auc. quæ ſupplicatio. Item pro hoc facit regula gñalis, cui denegatur exceptio, pro illo inſtanti tempore denegetur actio, vt no. C. de tranſac. l. nec
2 intentio. p̃terea actio eſt liquida, exceptio non. † & non liquidũ non retardat liquidũ. vt C. de compen. l. fi. & no. per Bar. in l.
3 4. §. condemnatũ. ff. de re iud. † Secundũ dubium eſt, vtrũ dicta liberatio facta fideiuſſori de trecent. pro 25. ſit donatio in eo, ꝙ excedit ſummam 25. & vr̃, ꝙ ſic: quia pecunia eſt pro parte ſoluta, p parte donata, vt C. man. l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. In contrarium vr̃, q̃a liberatio fideiuſ. vel pignoris non dr̃ eſſe donatio, nec indiget inſinuatione, vt ff. qb. mo. pig. vel hyp. ſol. l. 1. §. 1. porro non oẽ pactũ de nõ petendo eſt donatio: q̃a in pacto de non petendo nõ requiritur cã, vt ff. de pact. l. tale pactum. in princ. So. gl. quæ eſt in l. ſi quis obligatione. ff. de regu. iur. dicit, ꝙ liberatio gratuita eſt donatio, & indiget inſinuatione: ſed iſta
4 liberatio ſupra 25. aur. eſt mera liberalitas, † & mera liberalitas eſt donatio, vt ff. de dona. l. hoc iure. & not. per Bar. in l. 2. §. circa. ff. de exce. do. Sol. iſtius quæſtionis colligitur. ff. de pac. l. ſi intra. in tex. cum gloſ. nam ſi eſſet donatio, eſſet hodie contractus nominatus, ſed ibi dicitur, quod eſt contractus innominatus, cum agatur præſcriptis verbis ergo non indiget inſinuatione. Præterea certum eſt, quod tranſactio non requirit inſinuationem, vt C. de tranſ. l. ſiue apud acta. nec reſcinditur propter enormem læſionem odio litium, vt ff. ad Trebell. l. Lucius. §. fin. ſecundum veram opi. quicquid ibi dicat Bart. niſi interueniſſet dolus, vt l. in ſum. in princip. ff. de condi. ind. ſed iſte contractus eſt quædam tranſactio, in qua datur tantum pro toto eo, quod remanet creditori, actio contra principalem, vt ff. de fideiuſ. l. ſi ex duobus. §. 1. & lis eſſe poterat inter creditorem, & fideiuſſorem propter beneficium cedendarum: ergo eſt trãſactio, vel cõtractus ei ſimilis: in quo idem ſtatuendum eſt, vt ff. depo. l. 1. §. ſi quis ſeruum. Præterea cum dubitetur, quis contractus ſit iſte, in dubio nominis pręſumimus contractum nominatum, vt no. ff. pro ſoc. l. ſi margaritam. & hæc opi. eſt vera, ſcilicet quod
5 non indiget inſinuatione, quod etiam patet: † quia proprie donatio eſt, quando donans efficitur pauperior. & donatarius efficitur locupletior, vt l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. quod non eſt hic: ad hoc facit. C. de pac. l. ſi creditores. l. liberum. & l. reos. nam per illas l. patet, quod iſta eſt potius diuiſio ſolutionis facta ex conuentione, quam liberalitas donationis. Item potius eſt remiſſio cuiuſdam cautelæ, quam remiſſio debiti, vt l. ſi pignus. ff. quæ in fraud. cred. & ideo non requiritur inſinuatio, vt C. de pact. l. pactum, quod bona fide: quia certe non requiritur ſcriptura. & poſito quod requireretur, non requiritur niſi à quinquaginta lib. ſupra, vſque ad virilem portionem trium debito-
6 rum: quia tres erant hic. † Tertium dubium eſt, vtrum ſit ſatisfactum dicto ſtatuto de ſatiſdando. Iſta quæſtio alibi mota eſt, vtrum ille, qui tenetur ſatiſdare, teneatur ſe obligare: & ſunt opin. vt not. Cyn. in l. 1. C. de ſatiſdan. quidam dicunt, quod ex quo creditor fuit cõtentus ſola p̃miſſione fideiuſ. ꝙ ſatiſdatum intelligitur, quemadmodũ creditor voluit, vt ff. de fideiuſ. l. qui ſatiſdare. & ſi tu dicas, quomodo põt fideiubere, vbi principalis non p̃mittit? Rñdeo, iſte fideiuſſor accedit officio iudicis, quo tenet̃ principalis ad expenſas. & ſufficit, ꝙ reus principalis quoquo mõ teneatur: nã officio iudicis põt accedere fideiuſſor, vt l. 1. ff. de fideiuſ. & l. pecuniæ. §. 1. ff. de ver. ſig. & ff. de eo, qđ cer. loc. l. centũ Capuę. & l. fi. & l. 1. ff. de in lit. iu. Præterea in iudicijs nõ eſt p̃prie fideiuſ. vt ff. de in ius voc. l. eum pro quo. In contrarium vr̃, ꝙ lex eſt expreſſa, ꝙ iſte, qui debet ſatiſdare, debet principaliter ſe obligare. ff. de vſuf. earũ rerum, quę vſu conſu. l. trib. nam vt eleganter dicit gl. ff. ad Treb. l. ſi hæres pecuniam. hypothecaria reperitur ſine perſonali, ſed fideiuſſoria obligatio non
7 reperitur ſine principali. † ſed hic põt dubitari, vtrũ præſumatur, ꝙ reus ſe principaliter obligauerit. Et dicendum eſt, ꝙ non, ex quo acta hoc non dicunt. & gl. ord. dicit, ꝙ obligatio fideiuſſoris ſi non producitur, obligatio principalis rei nõ ſufficit. iſta eſt gl. quã ſemper allego. ff. de verb. obl. l. ſciendum. Sol. omnibus conſideratis ſic diſtinguo, aut promiſit principaliter tanq̃ expromiſſor, & eſt ſatisfactum ſtatuto, vt ff. de dolo. l. eleganter. §. ſeruus pactionis. dummodo hoc ſit factũ patiente aduerſario, vt ff. de fideiuſ. tuto. l. cũ oſtendimus. §. vlt. Aut interceſſit tanq̃ ſimplex fideiuſſor: & tunc nõ eſt ſatisfactum ſtatuto: quia (vt dixi) ille, qui debet ſatiſdare, & fideiuſſorem dare, vt fideiuſſoria obligatio habeat, cui inhæreat, vt ff. de fideiuſ. l. Græce. §. illud cõe. & d. l. tribus. non ob. ratio, quæ eſt ſatis fortis in contrariũ, quia fideiuſſor põt accedere officio iu. quia dico, ꝙ iſtud non hẽt locũ in refectione expenſarum: quia expenſæ, quæ veniunt officio iu. non veniunt, vbi quis habet iuſtam cauſam litigandi: ſecus vbi veniunt per ſtipulationem, vt not. in authen. de iudi. §. oportet. ex hoc ſequeretur, quod fideiuſſ. eſſet in duriorem cauſam obligatus, & in plus, quam principalis, quod eſt impoſſibile. nec obſt. l. quæro. ff. locat. quia ibidem eſt effectus officij, & obligationis, hic non. Dicit Barto. quod aut remiſſio ſit ex cauſa donationis, & debet inſinuari, vt ipſe no. ff. de dona. l. Modeſtinus. & not. in l. ſi quis ob. de regul. iur. ergo ſi ex alia
8 cauſa, non requireretur inſinuatio. † Modo hic eſt videndum, vtrum iſta ſit donatio, vel alia cauſa: & videtur, quod ſit donatio: quia ex impletione partis contractus nihil acquiritur creditori. nam id, quod ſoluitur, erat alias debitum, & liquidum, & pars eiuſdem debiti, & ideo talis ſolutio non veſtit pactum, vt ff. de pact. l. ſi inter. Itẽ non videtur factum animo donãdi: quia non gratis ſit. Item ſit cauſa implendæ conditionis, & conditio hr̃ pro alia cauſa non donationis, vt ff. de ver. obli. l. à Titio. licet ergo creditor ſit contentus pro minori quantitate, iſta non eſt donatio proprie, & mere. Sed certe, immo videtur, quod ſit donatio: quia quod iuris eſt de toto quo ad totum, idem iuris eſt de parte quo ad partem, vt ff. de rei vendi. l. quæ de tota. ſed ſi in totum eſſet facta remiſſio, requireretur inſinuatio; quia gratuita ſecundum Barto. ergo idem de parte quo ad partem: alias ſequeretur incõueniens, quod etiam pro vno nummo poſſet fieri remiſſio, & non requireretur inſinuatio, quod falſum eſt tenendo



nendo opi. Bar. ſecundum quã alias conſului. & ſi dicerem contrarium, ſequeretur, ꝙ ſi trado tibi rem valentem mille ſine cã, & poſtea libero te grat. ꝙ non requiritur inſinuatio. & ſic eſſet inuenta via ad fraudandũ iur. p̃ceptum, ꝙ de inſinuatione loq̃tur. Concludit̃ ex his, ꝙ pactũ gratuitũ obligationis, & quæ non poterat per exceptionẽ repelli, requireret inſinuationem ſcdm Barto. licet ſuper hoc ſint gloſ. contrariæ, vt in l. patet. 1. §. 1. ff. de quib. mod. pigno. vel hyp. ſol. Nec ob. quod creditori in alios ſit regreſſus: & ſic nihil ei videatur abeſſe: quia in ipſum liberatũ pure eſt liberalitas collata quo ad ſuam perſonam. Iſta quæſtio eſt ſatis dubia, ſed opi. Bart. eſt multum probabilis, vt patet ex rationibus vrgentibus ſupra factis: non tamen nego, quin dictus contractus ſit contractus mixtus, partim donatio, & partim non, vt ff. de donat. l. hoc iure. §. Ariſto. & ff. de excep. doli. l. 2. §. circa. per Bar. non enim poteſt ei alius titulus conſcribi, niſi donatio, vel liberalitas, vel etiam quod talis renunciatio obligationis omnino eſſet donatio: olim autem erat contractus innominatus, vt d. l. ſi intra. vel pactum innominatũ, quod ſit per ſe, vt not. in l. ſi quis cum debitorem. de iureiur. dicet quis, iſta donatio nõ continet niſi intereſſe, ergo ſolum indiget inſinuatione, quatenus ſua intereſſet, ſcilicet eſſe liberatum gratis: ſed quatenus poſſet repetere à debitore principali, ſua non intereſt. Hæc oppoſitio eſt ſubtilis, & dubia: & ſalua ſemper veritate reſpondeo, quod magis intereſt non ſoluere, quam ſolutum repetere. Item quia non conſideratur intereſſe: ſed quantitas, quæ in contractum deuenit, arg. ff. de verb. obl. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & ideo ſi pauper promittit mihi mille ex cauſa donationis, qui non poteſt ſoluere niſi 10. tamen iſta donatio requirit inſinuationem, quæ reſecat obligationem non attento intereſſe: & reſpectu intereſſe debet, vel non debet fieri inſinuatio, arg. ff. de verb. obl. l. ſtipulationes non diui. §. Celſus. ſed vr̃, quod non requiratur inſinuatio, quia non in plus contrahitur obligatio, vel contractus perdurat, quam partes velint, vt ff. ſi cer. pet. l. rogaſti. §. ſi tibi. Item ſicut informis traditio non ſemper eſt donatio, ſi diuerſæ ſint coniecturæ, vt ff. de ſol. l. ſi cum. vt cum traditur animo decipiendi, quod traditum poteſt repeti per condictionem ſine cauſa, vel, vt ita dicam, ex p̃tenſa cauſa. item quando poteſt repeti per ſubauditã cauſam, vt not. in d. l. cum quid. ſi cer. pet. ita dicendum vr̃ de liberatione informi, id eſt facta ſine cauſa. Conſidera, priuatio dẽt proportionari habitui, ſicut precium rei, vt ff. de exer. l. Lucius. quatenus ergo plus eſt in gratuito, ſiue liberatione, ſiue ſit proportio: vt ſi quis liberatur in mille pro quingentis, eatenus eſt donatio, vt ff. de contrahen. empt. l. ſi donationis. & ff. de dona. inter vir. & vxo.
9 l. cum hic ſtatus. §. ſi maritus. † Nam & ſi mutuarem tibi mille aureos, vt reſtitueres tantum quingentos, in alijs quingentis eſſet opus inſinuatione, quia donatio eſt, quicquid accedit ſorti: ſed id, quod accedit, non eſt donat. ſed vſura in his, quæ continentur pondere, numero, vel menſura: in alijs autem rebus eſſet donatio, niſi accederet loco pœnæ. † nam pœna nunquam
10 continetur nomine donationis, vt ff. de regu. iur. l. quod à quoquam. ff. ad l. Falc. l. 1. §. item ſi ita. ff. pro ſoc. l. ſi quis à ſocio. ff. de ac. emp. l. prædia. Vltimo conſidera, an repræſentatione partis debiti inducatur iuſta cauſa remittendi totum: quia ſi eſſet iuſta cauſa, veſtiret pactum: quod falſum eſt; quia neceſſaria ſolutio non veſtit pactum, vt not. ff. de pact. l. in traditionibus. & facit. ff. ſi quid in fraud. pa. l. 1. §. in cæteris. ver. ſic ſi tranſeat. nec me mouet, quod ſint plures rei debẽdi: nam in vno etiam contingit liberalitas, vt l. 1. §. nunc de effectu. de lib. leg. & quod dicitur, quod requiratur inſinuatio, verum eſt, ſi fuit pactum gratuitum: ſecus ſi fuiſſet tranſactio, vel confeſſio de recepto, quia tunc non requiritur inſinuatio, &c. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXII.

1 *Miles, & princeps an poſſit donare concubinæ.*
2 *An miles, & princeps poſſit dotare filias, quas habuit ex concubina.*
3 *Miles, & princeps ſi donauit cõcubinæ alis nuptæ, hoc adiecto, quod nulli alij ius quæratur, quam ipſi mulieri, an quæratur filiabus dictæ concubinæ, & donatoris mortua concubina.*
4 *De intellectu l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.*
5 *Verba arctatiua reſtringunt etiam actum fauorabilem.*

1 In Chriſti nomine. † Recolo me conſuluiſſe, quod quondam magnificus miles, & dñs D. Bernabos potuerit de plenitudine p̃tãtis, in cuius quaſi p̃tãte tunc erat donare cõcubinæ: ſed ſimplex miles non poſſit donare & ratio erat, & eſt: tum quia lex prohibens loquitur de milite populi Romani, qui eſt in matricula militum: alias non cenſetur miles iure Romano, vt no. C. de offi. magi. mili. l. eos. Item de milite inſignito ſtigmate, vt no. C. de fabric. l. ſtigmata. ff. qui ex cau. ma. l. pen. item de milite, qui iurauit non euitare mortem reipublicæ cauſa, vt ait Vegetius de re mil. Item de milite, qui ſubiacet legibus, & diſciplinis militũ, & qui eſt ſub lege conſtitutus. ſed D. Barnabos non erat de iſtis, nec erat ſub lege militari, ſed ſ. legem: q̃a poterat derogare legibus, ſicut & quotidie faciunt glorioſi principes de domo Vicecomitũ: ergo potuit derogare illi legi, q̃ dicit, ꝙ miles nõ poſſit donare cõcubinę: p̃ſertim q̃a illa lex non continet neceſſarium, ſed ius voluntariũ, & poſitiuũ. iura. n. naturalia ſunt illa, quę ſunt immutabilia, ſed iura voluntaria cõtraria volũtate tolluntur, vt ff. de legi. l. nõ eſt nouũ. & l. ſed & poſteriores. nam oẽ, qđ ligatur, ſolubile eſt, in Auth. de nup. §. deinceps. præterea cõtractus principis hẽt duas vires ſubordinatas, ſ. p̃miſſionem p̃uenientem tacite, & promiſſionem ſubſequentẽ expreſſe, vt no. C. de donat. int. vir. & vx. l. pen. Præterea illa lex, quæ dicit, ꝙ nõ põt donari cõcubinæ, aſſimilat concubinã vxori. Similis eſt. n. in ratione prohibiti, ne ſcilicet ineffrenato amore incidat in paupertatẽ. ſed reſpũ illius magnifici illa donatio minus fuit, q̃ ſi vnus homo communis donaret vnũ groſſum argenteum. ſic igitur cõparando actũ perſonæ, & p̃ſonam actui, ceſſat rõ prohibitiua: & maxime, quia in illa dña alia merita concurrerunt, vbi alias nos dicimus, alia rõne reformatur pac. hoc dico econtra, alia rõ format cõtractum, quæ eſt honeſta, vel ſaltẽ cauſaria: & non ignominioſa, arg. ff. de don. l. ſi pr̃. & l. Aquilius Regulus. & ſi contrariũ dicerẽ, incurrerẽ odium tã dictarum concubinarum, q̃ filiorũ ipſorum. & fruſtra niti, nec aliud ſe fatigando, niſi odium quærere, extrema dementia eſt. Præterea qñ princeps donat infami, tacite vr̃ primo reſtituere famæ, & poſtea donare, vt C. de nup. l. imperialis. vnde non põt dici, ꝙ hęc donatio fuerit infamis. Pręterea iſta donatio potius debet dici priuilegium, quam donatio: & nullo iure cauetur, ꝙ Imper. vel Rex, vel alius princeps non poſſit concedere priuilegia concubinæ: & cũ talia non poſſe ſit pęnale, ſatis eſt, quod ceſſet lex prohibens, vt̃ ff. de procurat. l. mutus. §. 1. & argum. ff. ſolut. matrimo. l. ſi vero. §. de viro. ff. de iure patr. l. adigere. §. quamuis. ff. de diuor. l. quod ait lex. Cõcludo igitur, ſemper ſalua ſubſtantia veritatis, dictam donationem tenuiſſe, præſuppoſito quod dictus D. Bernabos fuiſſet Vicarius Imperatoris: quia ſibi ſcribebat lr̃as tanquam
2 vicarius, &c. † Sequens qõ eſt, vtrum dictus tunc excelſus dñs, & princeps potuerit dotare ſuas filias, quas habebat ex illa concubina: & videtur, ꝙ non, vt C. de nat. lib. Auth. licet. & l. 1. & l. fi. nam ſpurijs nec donare, nec legare poſſumus: non eorum vitio, quia non peccauerunt, ſed noſtro. Ipſi enim alieno morbo laborant, vt C. de natu. lib. l. legem Anaſtaſij. ibi dum dicit, mouente miſericordia: quia indigni non ſunt, qui alieno laborant vitio. Sol. quibus rõnibus dixi valere donationem in concubinam, eiſdem & multo fortioribus dico dotes maritis dictarum puellarum dari potuiſſe: quia mariti nihil deliquerunt: & tamẽ ſol. mat. dos reuertitur ad puellas: quia ſemel exiuerunt de bonis datoris, vt l. fin. in prin. ff. quæ in frau. cre. & arg. ff. de leg. 3. l. pater. §. quindecim. Præterea dos ſuccedit loco alimentorum, vt no. Cyn. C. de nup. l. ſancimus. ergo quod iuris eſt in alimentis, idem in dote, argum. extra de bap. cap. maiores. ſed alimenta p̃nt donari ſpurijs, & legari de iure canonico naturali pietate inſpecta: quia licet ſpurius, filius tñ eſt; quia natura cõis eſt. ff. de ac. l. hos accuſare. §. oĩbus. hoc dicit tex. extra de eo, qui dux. in mat. c. cum hęret. & lex ciuilis diſponendo cõtrarium in tantum amauit caſtitatem, ꝙ deſtruxit paternam pietatem. vnde in hoc iuris articulo ius canonicum facit reſurgere ius naturale quantum ad hãc ſpeciem pietatis: quo iure oẽs legitimi naſcebantur, vt in duplici Auth. quibus mod. na. in prin. colla. 6. & 7. Porro quæ crudelitas eſſet iſta: nam ſi puellæ non poſſent dotari, cogerentur meretricari ad verecundiam progenitorum, quod proprie infamia eſt. itẽ paucæ ſunt, quę ſint veræ, & naturales, pp multa, quæ requiruntur in legitimo concubinatu, vt ff. de concub. l. in concubinatu. Concludo igitur, ꝙ cum tantus princeps potuerit iura cõdere, & interpretari, & cũ dotis cauſa ſit ma-

ſit maximè pia, & fauorabilis.ff.de cond.indeb.l.cum is.§.ſi mu-
lier. ꝙ tam ſecundũ Deum, q̃ ſecundũ mundũ dictæ puellæ do-
tari potuerint, iur.ciuilis ſtricta cõſtitutione nõ obſtante. Item
ſi quis vellet reuocare in dubiũ ptãtem dñorum euacuaret oẽm
virtutẽ eorum, & ego nõ eſſem iſtius conſilij, qui vellẽ ſuangare
3 mundum.† Sequitur aliud dubium, ꝙ dictus magnificus dona-
uit de plenitudine ptãtis, & iure plenæ proprietatis cuidam ſuæ
concubinæ exiſtenti in patria ptãte nupturæ certa prædia: hoc
adiecto, ꝙ nulli alij ius q̃ratur, niſi ipſi mulieri q̃ratur: an filiab.
dicti donatoris ex dicta concubina ſuſceptis ea mortua aliquod
q̃ratur. Et br̃ dico, ꝙ non: quia donatio eſt pſonalis, & coarcta-
ta vſq; ad vitam, vt ff.de pac.l.epiſtola.§.fi. & in auth. de nõ alie.
§.emphyteuſim. Et ſi dicatur, quod tacite videtur ſenſum de fi-
4 lijs, vt C.de fideic.l.cum acutiſſimi.† dico, quod hoc non eſt ve-
rum: quia illa lex non habet locum in ſpurijs, vt C.de inſtitu. &
ſubſtitu.l.generaliter.§.fi. prætereaiſta donatio eſt odioſa: quia
iuri communi contraria, & quodammodo cõtra bonos mores,
vt C.de nat.lib.l.1.& l.fi.ff.de act. & oblig. & eſt potius quædam
diſpenſatio odioſa, quæ dẽt reſtringi, & non ampliari, vt in ca.1.
de fil.preſby.lib.6.non obſtat, quod no.Bart.in l.pater.ff.de ſer-
ui.leg.quia ibi nõ erant verba arctatiua: & q̃a ibi actus tenebat
de iure cõi, vt ff.de proba.l.ſi pactum. veriſimile tñ eſt, qꝛ dictus
magnificus nõ cogitauerit de excluſione liberorum: ſed de ex-
cluſione parentum, vt ff.ad Treb.l.hr̃dib.§.fin. nam iſtud veriſi-
mile eſt valde nudum à iuris adminiculis oĩo abſtractum, vt ff.
5 de vſufr.leg.l.ſi alij.† præterea verba arctatiua reſtringunt ẽt a-
ctum fauorabilem, vt C.de leg.l.pen.& no.in Auth.de reſtit. fi-
deic.§.manifeſtum.item in dubio ſtandum eſt verbis. ff.ſol.ma.
l.ſi vero.§.de viro. cum ſimilibus. Item quia excluſa eſt omnis
cauſa tranſmiſſionis ad alterum, ergo ſicut non tranſit ad patrẽ,
ita nec ad hæredem: quia iſta ſunt paria, argu.ff.de vulg.ſubſtit.
l.qui liberis.§.hæc verba.& C.de hære.inſti.l.cum proponas.&
hoc teneo compulſus ex rigore verborum, in quib. etiam ſcri-
pta eſt mens donatoris. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXIII.

1 *Aditio hæreditatis an per verba enunciatiua inducatur.*
2 *Verba notarij quæ dicantur, ſeu præſumantur, & quæ partis: & quo modo cognoſcantur. & nu.4.*
3 *Verba enunciatiua an diſponant.*
5 *Præſumptio in milite quæ ſit, an erroris, an ſcientiæ, & an ei ſit fauendum.*
6 *Quicquid geritur nomine hæredis, an inducat aditionem hæreditatis.*
7 *Error an præſumatur in notario, an in parte.*

In Chriſti nomine. Verba inſtrumenti ꝑ-
cur. ita dicunt, ad ap-
prehendendum bona, & exigendum debita: & ſubdit notarius,
quæ omnia modo pertinent ad dominum talẽ hæredem, & hæ-
1 reditario nomine dicti defuncti. † Quæritur, cũ dictus conſti-
tuens poſſit exigere ex teſtõ, & ex donatione cã mortis, & inter
viuos, nunquid per dicta verba enunciatiua ſit inducta hæredi-
tatis aditio. Et videtur, ꝙ non: quia dicta verba ſunt verba nota-
rij: ſed non ſunt verba conſtituentis. & certum eſt, quod alieno
animo non põt quis hæreditatẽ adire, vt ff.de acqu.hære.l.Pau-
lus. In contrarium vr̃, quia imo iſta ſunt verba hæredis, qui ro-
gauerat notarium de iſtis verbis ſcribendis: vt patet in ſubſcri-
ptione notarij: & eſt gloſ.ordin.ff.de verbo. oblig. l.ſciendum.
facit. C. qui teſta.fa.poſ.l.hac conſultiſſima.§.at cum humana.
prætereaiſta nomina clare exprimunt, quod conſtituens dedit
iſtud mandatũ ſecundum ius, & nomen hæredis: ergo iſta ver-
ba ſunt diſpoſitiua reſpectu aditionis hæreditatis: quia in adi-
tione hæreditatis ſufficit ſola voluntas actu declarata, vt C. de
iure delib.l.potuit.ff.de acqui.hære.l.gerit.Inſti.de hære.quali.
& diff.§.fi. ſufficit enim ad adeundam hæreditatem oẽ teſtimo-
nium voluntatis, etiam ſi in hæreditate nihil ſit corporale, vt ff.
2 de peti.hære.l.hæreditas.† In cõtrarium videtur, & cõſideran-
dum eſt in primis, an dicta verba fuerint verba notarij, an verba
conſtituentis: & quid ſit præſumendum, & quo cognoſcamus,
& per quam rationem cognoſcamus, vtrum ſint verba notarij,
vel verba partis. Rñdeo, quædam ſunt, quæ pertinent ad offici-
um tabellionis, & non ad officium partis: ſicut eſt ſcribere indi-
ctionem, annum, diem, locum, & teſtes. nam ſcriptura tabellio-
nis ſine iſtis non valet: vt in auth. vt præponatur nomen impe-
rato.in rubro, & nigro, quoniam iſta pars inſtrumenti ſunt: ſed
non ſunt pars cõtractus, vt no.ff.de eden.l.1.§.editiones. & hoc
patet: quia ſine iſtis adminiculis contractus valet, vt ff.de pign.
l.cum tabernam.§.idẽ quæſiti. Ea autem, quæ ſunt de ipſo con-
tractu, vel de clauſulis eius, ptinent ad ipſos cõtrahentes quan-
tum ad diſponendum, & ordinandum. tabellionis vero officium
eſt ipſa referre, & reſcribere: ſed addere, vel detrahere non po-
teſt: quia committeret falſum. hoc colligitur ex notatis 23. diſt.
cap.in nomine domini. vnde referendo nos ad propoſitum, ſi
iſta ſunt verba tabellionis, & falſa, inſtrumentum eſſet falſum,
& ideo non eſt præſumendum, ꝙ ſint verba tabellionis in pro-
ferendo: ſed ſolummodo in deſcribendo. Ex hoc ſequitur, ꝙ al-
legatio iſta, quod ſint verba tabellionis nõ eſt rationabilis: cer-
te nec tabellio de facto alieno potuit diuinare, vt l.1.ff.pro ſuo.
3 † Sequitur alia conſideratio, videlicet an dicta verba ſint verba
enunciationis, an verba confeſſionis, an verba diſpoſitionis?
Enunciatio quandoq; refert ſe in præteritum, quãdoq; in præ-
ſens, quandoq; in futurum. Item in præteritum aut cõiunctum
cum præſenti, vt ff.de donat.l. ex hac ſcriptura. aut dudum per-
fectum, & ſeparatum à præſenti, vt C. de teſta. mil.l. ex his ver-
bis Fortunato. verba autem enunciatiua de præſenti interdum
ſunt prolata principaliter propter ſe, quando ſcilicet non ter-
minantur ad aliud, nec reſpiciunt alium finem, niſi propter ſe.
& natura iſtorum verborum eſt diſponere, ſi talis eſt actus, qui
poſſit tunc geri ſola voluntate: vt ff.ſi cer.pet.l.certi condictio.
§.fi.& d.l.ex hac ſcriptura. ſi autem non poſſunt tunc diſponere,
ſed ſunt vltra principale propoſitum, & quædam adiectio ver-
borum: quia tunc non dicuntur diſpoſitiua, quia nec poſſunt
diſponere, ſed mentis indicatiua, vt ff.de pact.l.epiſtola.in prin.
& probatur vtrumq; membrum in l.Aurelius.§.fi.ff. de lib. leg.
nam ibi ideo iure contractus non valent: quia contractus non
erant in fieri, ſed iure vltimæ voluntatis erant in fieri, & profe-
rebantur à teſtatore. ſed ſi illa verba eſſent prolata inter viuos,
id eſt in conſpectu viuentium, tunc illa verba eſſent quedã con-
feſſio, vt ff.depo.l.Publia.§.fin. ſed interdum verba ſunt enun-
ciatiua, id eſt indicatiua de futuro. & tunc aut diriguntur graua-
to, aut honorato. ff.de lega.2.l.peto.in prin.& ff. de vſufru.leg.l.
4 generali.in princip.† Modo reuertamur ad caſum noſtrum. ex-
pedit enim ſcire, an dicta verba ſint verba confitentis, an verba
adeuntis: nã ſi ſunt verba confitentis, errore facti, vel iuris pro-
lata non nocent: quia agimus de obligatione vitanda. & ſic er-
ror iur. non nocet, vt l.regula.de iur.& fac.ign.& l.fin.ff. de con-
ſtit.pecu. ſi autem ſunt verba adeuntis, tunc error facti præiu-
dicaret aditioni, id eſt faceret eam nõ valere: ſed error iur. non
haberet impedire, vt ff.de acqui.hære.l. filium. & l. Clodianus.
ff.de condi.& demonſtra.l.multum intereſt. & quia dicta verba
fuerunt prolata inter viuos, vñr potius eſſe cõfeſſio, quam adi-
tio: vt ff.de acqui.hære. l. filium. l. Clodianus. & ideo error iur.
5 haberet impedire aditionem hæredi. † Supereſt ergo videre,
an hic interuenerit error, an certa ſcientia, an inconſiderata lo-
cutio, quæ eſt tertium adiacens, ſiue accidens. & videtur, quod
certa ſcientia: quia factum nouit, ergo & ius. nã dicitur, quod
milites pręſumuntur ignorare ſcrupuloſitates, & apices legum:
vt C.de iure delib.l.fi. in princip. neq; enim à militibus ſcrupu-
loſa legum fit inquiſitio: vt C. de iur. & fac. ignor. l. 1. & C. de
his, qui ſibi aſcri.l.eodem adhibitus. & C. quando prouoc. non
eſt ne.l. veteranus. ff. de teſta. mili. l.1. præcipue cum actus po-
teſt multipliciter interpretari: nam pro milite debet interpre-
tari fauorabiliter, vt C. de rei vendi. l. ſi ex pecunia. ſed contra
hoc facit, quod in actibus voluntatis non magis præſumitur
pro milite, quam pro alio, nec magis ei fauetur: vt ff.ad Trebel.
l.ſed & qui magis. ſed videamus, vtrum iſte poſſit dici error: nam
iſte miles, qui cõſtituit procuratorem, poterat venire ex dupli-
ci capite: quia erat hæres teſtamentarius, & donatarius inter
viuos, vel cauſa mortis, adeundo hęredi. magis ſe onerauit; quia
inſolidum, quam ſi veniret titulo donationis: quia ex illo titu.
non obligatur vltra vires hæredi. vt not.ff.de pact.l.fin. ergo vi-
detur erraſſe in iure aſſumẽdo viam minus tutam, & magis gra-
uem, ſed ad hoc ſic reſpondetur: quia per donationẽ non tranſ-
eunt actiones perſonales, niſi cedantur: ſed hic non erant ceſ-
ſæ, vt ff.de iur.dot. l.mulier bona. niſi dicamus, quod ſit ſpeciale
in donatione, quod non requiratur ceſſio, vel quod ex dona-
tione cauſa mortis transferantur vtiles actiones, ſicut in lega-
to, vt not.ff. de publi. l.ſunt & aliæ. poſſet etiam dici, quod iſta
verba erunt indeliberate prolata: & quod imputet ſibi iſte mi-
les, qui



les, qui non cogitauit de cogitandis: vt C. de dot. promiſ.l. fin:
non enim excuſatur, qui dicit, nõ credebam, quod credere de-
buit. Debuit enim vel conſulere peritiores: vt C.de inge.& ma-
nu.l.ſi auiam.& ff.de bono.poſ.l.in bonorum.& ſi iſte miles ha-
buiſſet vtiles nomine ſuo, tamen conſtituit procuratorem ad
inſtituendum directas hæredi.nomine: vt l.quoties.in princ.ff.
6 de admin.tuto. † Præterea quicquid geritur nomine hæredis,
inducit aditionem, etiam rem hæreditariam non attingendo:
puta funerando defunctum, vt ff.de relig. l. at ſi quis. §. pleriq;.
& ideo l.requirit, quod neq; ius, neq; nomen hæredis interue-
niat, vt ff.de acq.hære.l.pro hærede.§.Papinia. non video, quod
ſecure poſſim dicere, quod hæredi.non ſit adita: cũ omnia con-
currant ad aditionem neceſſariam, vt no.ff.de peti.hær. illud et-
iam, ſi reſpectus, ſeu aſpectus, ꝓpter quæ aditur hæredi.non ſe-
7 quatur. † Vnum ſolum reſtat, an præſumatur error notarij, an
error domini Antonij: nam in facto proprio dñs Ant.non prę-
ſumitur cogitaſſe de ſuo præiudicio: auget dubitationem: quia
antecedens, ſcilicet ad exigendum vr̃ inferre iſtud conſequens,
ſcilicet ꝙ ſit hæres. item quia quis vr̃ conſtituere procur.potius
ad mouendum directas, q̃ vtiles, item quia quando vtilis, & di-
recta competunt eidem, confunditur vtilis: vt ff.ad Treb. l. ſi
res. & maxime ſi vtilis competit ex tacita ceſſione: quia expreſ-
ſa eſt potentior, & dignior. facit, qđ no.Dy.ff.de ſo.l.ſi duo.& ff.
fami.erciſ.l.plane. ſi poſſet defendi de iure, quod dicta verba eſ-
ſent verba notarij, non eſſet inducta aditio: tamen (vt dixit)
durum eſt hoc dicere: quia cauſa faciendi ſicut ipſum factum
cohæret facienti, & non ſcribenti. vnde tabellio non init con-
tractum, ſed ſcribit cõtractum: nec eſt vis, vtrũ loquatur in pri-
ma perſona, vel in tertia: quia ſignificatio tertiæ perſonæ tran-
ſit in primam, & econuerſo. vnde iſtæ ſcripturæ ſunt ſynonimę:
vt no.extra de conuerſio.coniu.ca. dudum. omnia verba caſua-
lia, & non formalia ſunt verba partium. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXIIII.

1 *Stantibus ſtatutis, de quibus hic habetur, & quod nulla interpretatio ſtatutorum fiat, qualiter interpretabitur hoc verbum, inteſtatus. & nu.4.*
2 *Tres ſunt ſpecies decedentium.*
3 *Dictio, ſine, facit conditionem.*
5 *Hæreditas adita dicitur adeuntis: & vnum corpus patrimonij.*

In Chriſti nomine. Statuto cauetur, qđ ſi
qua perſona deceſſerit
ab inteſtato ſine filijs ltĩs, & aſcendentibus ex linea paterna, &
non ſuperſtite fratre, vel ſorore, ſiue filio, vel filia fratris vel ſo-
roris ipſius defuncti ex eodẽ patre tpe ſuæ mortis, non pmitta-
tur mater, auus, vel auia talis pſonæ defunctæ ad plus venire, q̃
ad quartam partẽ legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato omniũ re-
rum mobilium & immobilium, & ſe mouentium p̃ter domos,
& caſtella olim talis defunctæ pſonę. alia vero bona talis defun-
ctæ perſonę habeant parentes maſculi ex parte patris, & aui pa-
terni vſq; ad quartum gradum vulgariter intellectũ ſecundum
gradũ proximioris ordinis. & ſi ſuperfuerint tali pſonæ defun-
ctæ frater, vel ſoror, ſiue filij, vel filia fratris, vel ſororis, tũc ma-
ter, vel auus, vel auia ex parte matris in nullo ſuccedunt. & hoc
locum hẽt in mulieribus ciuitatis Senarum, &c. Alio ſtatuto ſic
cauetur. Item prouiſum, & ordinatum eſt, quod nulla interpre-
tatio fiat, ſeu admitti debeat ſuper aliquo capitulo ſtatutorum,
ſed ſicut verba iacent, ita ſimpliciter, & vulgariter intelligantur
abſque aliqua interpretatione. Modo ſuppoſitis dictis ſtatu. ca-
ſus talis ſequitur. Quædam domina Franc. vxor cuiuſdam P. cui
ipſa Franc. dederat in dotem mille veniens ad mortem inſtituit
ſibi hæredes in teſtõ ſuo A.B.& C. filios ſuos genitos ex ipſa, &
dicto Pet. viro ſuo cum hac conditione, ꝙ dicti hęredes dictum
teſtm̃ tranſmutare non poſſent, niſi vno in alium: deinde poſt
mortem dictæ F. deceſſit vnus ex prænominatis filijs, & hęredi-
bus. ſci. A. ſine filijs legitimis, alijs ex eo deſcendentibus, ſuper-
ſtitibus ſibi alijs fratribus ſuis B. C. & P. patre ſuo ab inteſtato:
deinde deceſſit B. ab inteſtato relicta vxore prægnante nomine
M. & dicto C. fratre, & P. patre ſuo ẽt ſine filijs alijs, vel deſcen-
dentib. demũ dicta M. exiſtens p̃gnans peperit poſthumã nõiẽ
Catherinam: quæ Catherina poſthuma deceſſit ĩ. paucos dies
à die ſuæ natiuitatis, ſuperſtitibus ſibi matre C. patruo. & P. auo
paterno. deinde deceſſit dictus patruus ab inteſtato ſine filijs,
vel alijs deſcendentibus ſuperſtite P. auo dictæ poſthumæ, de-
inde deceſſit auus prædictus relictis ſibi duabus filiabus ltĩs, &
naturalibus, & pupillis ex alia vxore, & hr̃dibus ſuis, ſci. Magda-
lena, & Petra. nunc eſt qõ inter matrẽ dictæ poſthumæ, & filias
dicti aui: nam mr̃ dicit ſe dẽre ſuccedere: cũ teneat primum lo-
cũ ſuccedendo ab inteſtato. ex aduerſo dictæ filiæ vendicãt ſuc-
ceſſionẽ ex pſona patris earum aui dictæ poſthumæ. Quæritur,
1 qđ iuris ponderatis dictis ſtatutis. † Quia ſtatutum diſponit, ꝙ
nulla interpretatio ſtatutorũ fiat: ſed intelligantur verba, ſicut
iacent. & vulgari modo, vr̃ dm, quod non debeat fieri interpre-
tatio reſtrictiua illius verbi, ab inteſtato: q̃a vulgus hanc ſubti-
lem ſcrupuloſitatem verborũ non ſequitur, de qua loquitur. l.
1.ff.de ſuis & leg. nec intelligit ſed indiſtincte, & largo modo lo-
q̃tur. & iõ vulgaris intellectus p̃ualet iuris ſubtilitati: q̃a ſtatu-
tũ ita expreſſe diſponit, vt ff.de le.3.l.liberorũ.§. ꝙ tñ Caſſius. &
ff.de fun.inſtr.l.cũ de lanionis.§.aſinã.ff.de verb.ſign.l.quiſquis
mihi.& l.vt Alphenus. de ſubtilitate tñ huius verbi, inteſtatus,
2 non cõprehenditur inteſtabilis: † q̃a decedentiũ tres ſunt ſpẽs:
& vna nõ eſt altera. ſc. teſtatus, inteſtatus, & inteſtabilis, vt not.
C.de iu.delib.l.cũ antiquiorib. Pręterea illa.l.1.de ſuis, & leg.di-
cit, ꝙ pupillus debet hr̃i ꝓ inteſtato, ſed aliud eſt eſſe talẽ, aliud
haberi pro tali, vt ff.de verb.ſign.l.mercis. Itẽ illa l.1. loquitur in
ſucceſſione deferenda mr̃i, cui debetur quaſi iure naturæ. & ſic
in diſpoſitione legis pia, & fauorabili, & merito amplianda, vt
ff.de lib.& poſth.l.placet. ſed in caſu noſtro ſumus in ſucceſſio-
ne auferenda, vel coarctanda: & ſic legis diſpoſitio potius vr̃ o-
dioſa, quã fauorabilis, vt C.de lib.præte.l. maximũ vitium. & iõ
verba debent interpretari, vt minus contineant abſurditatis, vt
ff.de lib.& poſth.l.cũ quædã. licet enim ſtatutum ponderet fa-
uorẽ agnatorum, & decus familiarum, tñ huic fauori odiũ per-
miſcetur reſpectu extremi oppoſiti, & per hæc, & alia ego fui
alias motus in conſulendo ſequendo doctores vltramontanos:
& dominum Rayner. & poſtquam fui in Lombardia, inueni e-
gregiæ memoriæ virum dominum Signorolum de Mediolano
ita conſulendo determinaſſe: tñ in propoſito noſtro huic ſub-
tilitati non inhæreo, ſuppoſito tamen cõi vſu loquendi, & in-
terpretandi. & ideo etiam in infante idem puto ſtatutum, quod
in adulto, vel maiore: & maxime pp verbum, ſine liberis, quod
eſt in ſtatuto, qđ promiſcue omnem ætatem ſignificat: vt not.
C.de impu.& alijs ſubſti.l.precibus. Viſo de congrua interpre-
tatione huius vocabuli, inteſtatus: quia interpretatio debet eſ-
ſe congruens, vt l.1.& 2.ff.de ori.iu.& ff.de peti.hære.l.item ve-
niunt.§.aptanda. deſcendo ad id, quod principaliter quæritur,
& diuido ſtatutũ in partes duas: videlicet in excluſiuam, & in-
cluſiuam. excluſiua no. ibi, non pmittatur mr̃. ſecunda not. ibi,
alia vero bona. Item prima pars excluſiua diuiditur in tres par-
tes. ſ. in conditionem, ſtatutum, & modificationem. prima pars
durat vſq; ibi, non permittatur, ibi ſecunda, tertia ibi, niſi. Item
ſecunda pars principalis. ſ. incluſiua ſubdiuidatur in duas. ſcil. in
cõcluſionem expreſſam ibi, Alia vero, & incluſionem tacitam.
nam ſi aſcendentes maſculi, & mater excluſa. & quia quandoq;
ſtatutum habet duo capita, ſiue duo extrema oppoſita, exclu-
ſio vnius eſt alterius incluſio. vñ cum pr̃ obijciatur mr̃i, mater
excluditur, & pr̃ admittitur, vt no.Bar.in l.2. ff. ad Tertul. & ego
dixi in l. maximũ vitium. Dicet aliquis, quo ꝓbas, ꝙ pater obij-
ciatur mr̃i. Rñdeo primo: quia agnatus. ſecundo: quia mater
non vocatur ad quartã partem, niſi nõ exiſtat parens maſculus.
idque colligitur ex neceſſario intellectu verborum: quia verba
dicunt, ſine parentibus maſculis, quæ verba fruſtra poneren-
tur, ſi parentes maſculi non præferentur matri. & ſuper hoc e-
3 legantiſſime eſt allegatum per conſulentes: † nam hæc dictio,
ſine, facit conditionem, vt ff.de hære.inſti.l. Lucius. & vbi con-
ditio, ibi duo ſignificata: quorum tacitũ ſignificatum appella-
tur argm̃ à contrario ſenſu, vt ff.de manu.teſt.l.ſi quis locuples:
niſi in caſu cõtrario reperiret idẽ ſtatutũ, vt C.de cõdi.inſer.l.2.
4 † Veniendo ergo ad cõcluſionẽ, ſic dico. aut auus paternus non
adiuit hæreditatẽ neptis, nec tranſmiſit, & teneo opi. venerãdi,
& excellentiſſimi fratris mei domini Angeli: quia reducta eſt
ſucceſſio ad caſum quartæ partis. Auus enim, qui non adiuit,
non obſtitit matri; quia non eſt vſus priuilegio ſtatuti. & ideo
ſucceſſio cępit incipere ab agnatis tranſuerſalibus, vt Inſtitu.de
leg.ag.ſuc.§. proximus. aut auus agnouit hæreditatem delatam
5 infanti, vel tranſmiſit, & tunc mater omnino eſt excluſa: † & hę-
reditas delata infanti vnita eſſe cœpit in bonis aui, & in vnum
corpus patrimonij redacta, vt l.1.§.ſciendum. ff. de ſepar.bono.
& l.

& l.ſed & ſi plures.§.ad ſubſtitutos.de vulg. ſubſti. & argu.C.de
don.l.ſi auia.ff.de leg.2.l.pater.§.quindecim.C.de impo.luc.de-
ſcrip.l.1.ff.de acqui.hære.l.Paulus.§.1.ff.de publica.l.licitatio.§.
fin.In hoc ergo paſſu,ſcilicet hęreditatis aditę per auum pater-
num teneo p̄ciſe opinionem nobilis, & egregij doctoris domi-
ni Raynerij de Copollis tanq̄ bene fundatā legibus, & rationi-
bus, inſuper ꝓbatam per ſpectabiles doctores dominū Hono-
frium,& dominum Marcum meos chariſſimos. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXV.

1 *Scriptura theſaurarii an probet.*
2 *Generalia verba intelliguntur ſecundum præcedentia ſpecialia, à quibus deriuantur.*
3 *Initium veritatis indicat ſequentia.*
4 *Conſcientia quid ſit.*
5 *Solutum dupliciter non præſumitur.*
6 *Veriſimile non eſt, quod magna quantitas pauperi mercatori aſcripta de ſua burſa exierit.*

In Chriſti nomine. Creditor in libris the-
ſaurariæ in cētum mil-
libus fecit 20. M. ſcribi in pſona Titij cū ꝓuiſione meſtrua mo-
re theſaurariæ,& inueniuntur duæ ſcripturæ, vna, ꝙ dictus cre-
ditor fecit ſe debitorem in dictis lib.20.M.in alia ſcriptura the-
ſaurarij dicit, ꝙ vocauit ſe contentū de ſupradictis à dicto the-
ſaurario.Modo p̄dictus creditor dicit, ꝙ debitum 20. M. nunq̄
fuit ſibi ſolutū: ſed ſolum meritū dictæ quantitatis. ex aduerſo
1 dr̃, ꝙ imo fuit ſibi ſatisfactum, vt apparet ex dicta ſcrip.† Quæ-
ritur,quid iuris: & vr̃, ꝙ dictæ ſcripturæ præciſe ſit ſtandū, vt C.
de non nume.pecu.l.in contractibus.§.1.C.de apo.pub.l.1.lib.
10.ff.de proba.l.quinquaginta.nā ſcriptū theſau.ꝓ ipſa veritate
dēt haberi,ſicut cæterę publicæ,& authenticæ ſcrip.vt extra de
fide inſtru.c.1.& 2.C.de prob.l.cum p̄cibus.ff. de fideiuſ.l. fide-
iuſſores magiſtratuum. §. pro Aurelio. p̄terea verbum, ſatisfa-
ctum,dēt intelligi naturaliter,& ꝓprie.i.ſolutū,vt ff. de pig. ac.
l.ſolutū.§.ſolutam.ff.de ſol.l.ſi ex plurib. In cōtrarium vr̃, ꝙ in-
telligatur ſatisfactū per delegationem: quia creditor delegauit
debitorem ſuum dicto Titio,vt ff.man.l. inter cauſas. §. abeſſe.
quia hoc vocabulū ſatisfactum, eſt gn̄ale, vt ff. qui ſatiſ.cog. l. 1.
2 † & verba gn̄alia intelliguntur ſecundū p̄cedentia ſpecialia, à
quib.deriuantur,& naſcuntur, vt ff. de hr̃d.inſt.l.qui non mili-
tabat.§.Lucio.C.fam.erc.l.quoties.ff.de leg.1.l. ſi ſeruus pluri-
um.§.fi.nā talia ſunt ſubiecta,qualia p̄dicata demonſtrant,& e-
contrario.ff.de interro.actio.l.ſi defenſor.ff. de vino leg.l.fin.§.
cui dulcia.de pe.leg.l.nā quod liquidæ.§. ſi cui. nā nos dicimus,
ꝙ dēt recurri ad initium tabularum,vt ff.de eden.l.ſi quis ex ar-
gentarijs.§.ſi initium.& qđ à capite ſcripturæ actio formatur,&
ſn̄ia moderatur.hoc.n.eſt,qđ dicit l. ꝙ rō à capite eſt reddenda,
vt ff.de eden.l.argentarijs.§.edi. & ꝙ à primordio cauſæ cauſati
formatur euentus.ff.de dona.l.qui id,qđ ff. de fideiuſſo.l.tutor.
3 C.de impo.lucra.deſcri.l.vnica.lib.10. † Solutio: veritas eſt, ꝙ
initium veritatis indicat ſequentia,quæ dubia ſunt: & qđ id ve-
nit in cōputato,qđ venit in computante: implicite enim rōnes
hoc modo explicantur, videndo vnde, & quō computum pro-
ceſſerit, & quæ debuerit eſſe intentio loquentis vel ſcribentis,
vt ff.de pac.l.emptor.§.Lucius.& d.l.ſi ex pluribus.ff.de ſol. Su-
per hac aūt veritate inq̄renda ipſe theſaurarius eſt examinādus,
arg.extra de teſti.c.cum clamor.C.de falſis.l.ſi quis decurio.q̄a
ipſe melius nouit veritatem.habita igitur veritate ſecundū eam
iudicandū eſt.& qn̄ veritas nullo modo patere pōt,iudicari pōt
ſecundū conſcientiam.ff.de offi.præſi.l.illicitas.§. veritas. & ar.
4 in c.cū ęterni.de re iud.lib.6.† quia conſcientia eſt clypeus ani-
mæ rōnalis.porro ſi nihil aliud apparet, niſi dicta ſcriptura,pu-
to ꝙ nō dēat intelligi,niſi de vnica ſatisfactione.ſ.delegationis:
5 ne bis intelligatur ſatisfactio: † qđ eſſet abſurdum,& nō veriſi-
mile,nec rōnabile: quia à libris theſaurariæ, q̄ fiunt cū magna,
& ponderata ſolemnitate,dēt excludi oīs abſurditas,& duplici-
tas,per q̄ incideremus in incōueniens,vt l.ne caſu.C. de diſcuſ-
ſo.lib.10.Itē & ad qualitatem perſonarū recurrendum eſt, nam
6 nemo vero ditiſſimus fit,arg.C.de alimentis pupil.l.fi.† & ideo
ſi tanta quantitas fuit aſcripta pauperi mercatori, nō eſt veriſi-
mile,quod de burſa ſua exiuerit,vt ff.de ſtatulibe.l.cum hæres.
in prin.& arg.ff.de tranſact.l.cum hi. §. modus. & quod not. C.
de bonis,quæ lib.l.cum oportet.poſt princ. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXVI.

1 *Nouatio an dicatur facta per acceſſionem noui fideiuſſoris, vel coæqualis obligationis.*
2 *Iudex datiorum, vel tabellio non poteſt nouare in præiudicium reipublicæ.*
3 *Culpabilis an primo ſit conueniendus, quam alii correi debendi.*
4 *Correi conuenti an habeant regreſſum contra reum culpabilem.*

In Chriſti nomine. Proponitur, quod qui-
dā Antonius cum cer-
tis ſocijs emit dacium cuſtodiæ carcerum cuiuſdā ciuitatis cum
promiſſione pœnæ,& caſu fugæ alicuius carceratorum, tādem
tractu temporis vnus dictorū ſociorum de per ſe promiſit iudi-
ci daciorum, & publico notario recipientibus,& ſtipulantibus
nomine dictæ ciuitatis, & ſociorum dictæ cuſtodiæ, & cuiuſli-
bet,cuius intereſt, vel intereſſe poterit in futurū de cuſtodien-
do dictos carceres: & de ſoluendo dacium, dummō per dictos
ſocios non turbetur,&c.& pro p̄dictis dedit fideiuſſorem: poſt
1 dictā ſecundam obligationē quidā carcerati aufugerūt.† Quæ-
ritur,an cōtra illos ſocios primitus obligatos, & eorum fideiuſ-
ſores poſſit dirigi petitio pœnæ: & vr̃, ꝙ non, nam vr̃ facta quæ-
dā nouatio præſumpta ex nouis pactis,vt ff. lo. l. cum in plures.
§.lege dicta.& ff.de p̄to.ſtip.l.Valerianus.in quib.legib.vr̃ caſus,
ſed in contrarium eſt veritas.non.n.ſocij ſunt in aliquo liberati,
nec fideiuſſores eorum: licet noui fideiuſſores acceſſerint: &
hoc duplici rōne.primo: quia nō præſumitur nouatio,licet ad-
ijciatur fideiuſſoria,vel coæqualis obligatio,vt C.de noua.l.fin.
2 † Secundo quia iudex datiorum,vel tabellio non pōt nouare in
p̄iudicium reipublicæ: meliorem.n. conditionem reipublicæ
facere pōt,deteriorem non pōt: cū non hēat ad hoc mandatū,
vt C.de noua.l.non abſtulit.C.de tranſact.l.p̄ſes.ff.qđ vi aut clā.
l.prohibere.§.plane.vnde cōcluditur, ꝙ adiecta obligatio ſub-
3 ſtantiuā obligationem non hēt innouare.† Sed quęritur ſecun-
do, vtrum primo ſit conueniendus iſte, qui de nouo expromi-
ſit, & fideiuſſores eius, q̄ reliqui ſocij. & vr̃, ꝙ ſic: quia quoties
quis ex culpa alterius cōuenitur, primo excutiendus eſt culpa-
bilis ad ſimilitudinē cuiuſdam fideiuſſoris, qui non dēt conue-
niri,ſi principalis eſt ſoluendo.iſte vr̃ caſus.ff.cōmo.l.vnde quę-
ritur.in contrarium vr̃, ꝙ iſti conueniuntur ex propria, & exp̄ſ-
ſa promiſſione,non ex mera legis prouidentia. & ideo licitū eſt
rei publicæ,à quo velit incipere,& exigere,præſuppono eos in-
ſolidum obligatos & renunciaſſe bn̄ficio nouæ conſtitutionis
plurium reorum debendi: quia ita eſt conſuetum apponi pu-
blicis inſtr̃is,vt no.in auth.de fideiuſ.in prin.& ff.de pact.l.niſi.
4 & hæc eſt veritas,ſi inſtr̃m ita ſe habet.† Sed quæritur tertio,v-
trum contra iſtum, qui ſe poſterius obligauit & onus cuſtodiæ
in ſe ſuſcepit,ſocij poſſint habere regreſſum.& quid de fideiuſ-
ſoribus eius. Rn̄deo ſic, duplici rōne. quia ſocius ſocio tenetur
ex culpa, quæ venit in actione pro ſocio. ſecundo: quia inter-
uenit ſolennis ſtipulatio ſuper hoc, ex qua tenetur promiſſor,
& eius fideiuſſores: quia verba inſtr̃i dn̄t expreſſe,à quibus ver-
bis non eſt recedendum, vt ff.de verb.obliga.l.quicquid aſtrin-
gendæ.& ff.de fideiuſ.l.blanditus. & in hac materia dico, quod
officialis poteſt eſſe rigidus,& manſuetus.rigidus incipiendo,à
quo vult,manſuetus autem,& diſcretus,ſi incipiat à delinquen-
te.faciat autem,quod magis vtile reipublicæ, recurrendo prius
contra eos,qui prius ſoluere poſſunt,ſeu vt ſibi vr̃: quia ad hoc
non arctatur. illud non omitto, ꝙ ſi cogit alterum pro altero,
dēt eodē imperio facere capi illum, pro quo alius capitur,do-
nec ipſum conſeruet indemnem. vt C. vbi cauſæ fiſcales. l. cum
vendente.per Iac.But.& arg.ff.de in ius vocan.l. eum, pro quo.
connexa enim ſunt iſta,& vnum dependet ab altero: & iō con-
nexe inſimul debent explicari: q̄a totū eſt ad vnū effectum, ſiue
vnū fructum,quamq̄ ex diuerſis partibus conſiſtens ſecundum
Iac.But. ad hoc facit.C.de vſu.rei iud.l.fi.in fi. Ego Baldus.
De iſta cauſa conſuluit in conſi.268. & 261. licet hic etiam con-
ſulat per alia verba, & argumenta. Additur tamen, an ciuitas
Mediolani poſſit condere ſtatutum, vt ſpurijs donari, & relin-
qui poſſit.nu.12.vſque ad numerum 15.

CONSILIVM CCLXVII.

1 *Concubinatus proprie quid ſit.*
2 *Donatio facta concubinæ per militem an valeat. & nu.7.*
3 *Mulier quando dicatur vim paſſa.*
4 *Animus, & voluntas eſt de eſſe peccati: vnde ſublata voluntate de medio omnis actus eſt indifferens.*
5 *Pater poteſt donare filiis, quos habuit ex muliere, quæ vim paſſa eſt.*
6 *Pater poteſt filiam naturalem dotare.*
8 *Milites noſtri temporis non gaudent priuilegiis militum.*
9 *Excepto Imperatore, & regibus, volens vti plenitudine poteſtatis debet oſtendere priuilegium, vel de inueterata conſuetudine.*





10 *Spurij an ſuccedant matri.*
11 *Princeps diſpenſat cum inceſtuoſo.*
12 *Ciuitas Mediolani an poſſit ſtatuere, vt poſſit donare filijs ſpurijs, & n.15.*
13 *Ciues non ſunt propriè, qui patrem neſciunt nominare.*
14 *Pater non poteſt filium ſpurium arrogare, niſi, &c.*

1 In Chriſti nomine. † Ad euidentiā pręmit-
to, ꝙ cōcubinatus pro-
priè dr̃ ille, qui eſt inter ſolutū,& ſolutā: nam quia per leges no-
men aſſumpſit,vt ff.de cōcubi.l.in concubinatu. nō poteſt dici
concubinatus ille, qui per leges prohibetͬ,& punitur, quia no-
men, ꝙ eſt iuri cōtrariū,non eſt nomē per leges aſſumptū, nam
contrariarū qualitatū nomina debent eſſe contraria.& ſi quidē
vir eſt coniugatus,mulier non:vel coniugatus vterq;, vel alia cā
matrimonium deteſtatur,iſte dr̃ amplexus fornicarius, adulte-
rinus, vel inceſtuoſus: nec eſt hic tractandū de legibus, quæ lo-
2 quūtur de donatione facta in cōcubinā,† ſed de his, quę loquū-
tur de adulterijs, inceſtis, vel ſtupro maculatis, inter quas per-
ſonas cū fiunt iſtæ donationes ob turpiſſimam cām,vel deteſta-
bilem, nulla cadit liberalitas, vel donatio, vel affectio, quia iſta
non eſt proprie affectio:ſed defectio. & quia fit ob turpem cau-
ſam actu permanente:vt C. de nat.lib.l.1.& l.ſi quis inceſti.& ar.
ff.de act.& ob.l.fi. Secundò probatur ratione:nam filij inde ſu-
ſcepti dicuntur incapaces, & innominabiles: quia dedecus eſt
ipſos nominare,vt Auth.quib.mo.na.effi.ſui.§.fi.col.7.facit ex-
tra de elect.c.innotuit.& no. C.quemad.teſta.ape.l.pe.& certe
non prohibentur iſti pueri, qui non peccauerunt propter ſe,
ſed propter cultum impudicitiæ, & in odium, & opprobrium
parentum,vt C.de nat.lib.l.legem Anaſtaſij. Tunc arguo, pro-
pter quod vnum quodq; tale,& illud magis:ſed ſpurij prohibē-
tur propter parentes,ergo multo fortius parentes. C.de ſacroſ.
3 eccl. Auth. multo magis. † & hoc verum eſt, niſi mulier fuiſſet
vim paſſa, & exinde genuerit,& dr̃ vim paſſa etiam,quę terrori-
4 bus poterat coerceri.† nam animus, & voluntas eſt de eſſe pec-
cati. vnde dixit dominus Azo, vt refert Cyn. tolle voluntatē de
medio, & omnis actus erit indifferens, vt ff. de poſtul. l.1.§.re-
mouet.ff.de fur.l.qui iniuriæ. ff.de adult.l. vim paſſam.in princ.
& ego in conſcientia mea putarem potius bonum quàm ma-
lum: quia tales mulieres compelli poterunt de facto. ff. qua.re.
actio non da. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quod fal.tut.l.nouiſſimè.
niſi contrarium appareret per actus, & ſigna oſtenſiua gaudij.
5 Ex hoc aſſumo duas cōcluſiones.† prima eſt, ꝙ in caſu coactio-
nis filijs natis ex tali complexu poſſit donari per matrem, quia
non poteſt accuſari per patrem.ſecunda,quia affuit voluntas in
complexu per neutrum: quia talis complexus potuit accuſari,
vt no.C.ad orficia.l.ſi qua illuſtris. & inſti.eo.§. nouiſſimè. & ff.
6 vnde cog. l. ſi ſpurijs. † Item ſurgit alia concluſio, quia certum
eſt, ꝙ naturalem filiam pater poteſt dotare,ſi vult,licet non co-
gatur.ff.de leg.3.l.vxorem.§.pater naturalis.ſed ſpuriam nō po-
teſt dotare,niſi vſq; ad quantitatem alimentorum: ita quod ha-
beat alimēta perpetua ſecundùm qualitatem ſtatus: quia quod
ob cauſam permittitur, & ab ea cauſa limitatur, & moderatur:
quod arbitrio iudicis committitur. & ita ius canonicum, & ci-
uile concordatur, vt extra de eo,qui duxit in matrimonium.ca.
cum haberet. & arg.ff.de exer.l. Lucius. ex prædictis etiam ap-
paret: quia id,quod non poſſum vt ego ſcilicet vt pater, nō poſ-
7 ſum vt quilibet, quia ius prohibet. † Ex his ſatis apparet, quod
non eſt quærendum,an miles poſſit donare concubinæ:vt ff.de
teſta.mili.l.miles.§.mulier.nam ſi eſſet vera, & mera cōcubina,
tantus princeps potuiſſet donare, quia militis appellatione nō
cōtinetͬ princeps propriè loquendo propter differentiā nomi-
nis,licet ipſæ voces,milites,cōmilitones ſint ſimiles & eſt ſimi-
8 le ꝙ appellatione beneficij nō continetͬ dignitas.† Itē vt in alio
cōſilio plene notaui,milites noſtri temporis nō continentur in
priuilegijs,ergo nec in odijs,quia quo priuilegiū nō protendit,
eo nec odiū ſe extendit,vt ff.de teſt.tute.l.ſi quis ita.tn̄ alia ratio
videtͬ remouere donationē: quia ſi nō eſt permiſſa inter coniu-
ges,nec inter amaſios. Sed rn̄deo, eſſet morte donatoris cōfir-
mata, cū fuerit traditione ſubnixa: vt ff.de dona.inter vir.& vx.
l.Papinianus.Scđò præmitto ad euidentiā, ꝙ hr̃e plenitudinem
ptātis in tēporalibus cōpetit ſoli Imperatori, vel libero regi in
regno ſuo, vt ff. de cap. l. hoſtes.Inferiorib.autē non competit
iure ordinarię ptātis,ſed bene pn̄t hr̃e ex ſpeciali priuilegio:pu-
ta ſi vicariatus eſt eis collatus cū plenitudine ptātis. nā ꝙ prin-
ceps p̄t p ſe,p̄t p aliū: ſicut quotidie videmus in comitib. palati-
nis,nec vr̃ alius,ſed ipſe idē, vt ff.de manum.vindi.l.pr̃ ex ꝓuin-
9 cia.p Bar. † quia igitͬ plenitudo ptātis extra omnē iuriſdictionē
territorij cōſiſtit in priuilegio, oportet de tali priuilegio cōſta-
re per priuilegiū principis, vel inueteratā conſuetudinē, vt ex-
tra de ver.ſig.l.ſuper quibuſdā.§.præterea.ff. de diuer.off.l.pro-
batorias.lib.12.96.diſt.c.nobiliſſimus.C.de man.prin.l.1.de off.
dele.c.cū in iur.& no.in c.innotuit.de eo,qui furti.ord.ſuſc.per
Inn.ſed tn̄ quia omnes dn̄i Lombardię de cōſuetudine vſuali,&
quaſi de quadā theorica, & practica ponunt hic verba de pleni-
tudine ptātis,& ſunt in quaſi poſſeſſione verbi,& facti,puto ſal-
ua ſubſtantia veritatis credendū eorū ſermoni: quia nō eſt veri-
ſimile, ꝙ falſa voce vterentͬ, arg.C.ad l.Iul.repetu.l.fi. Alioquin
multis p̄teritis poſſent lites excitari,& quæcunq;, & quantum-
cunq; bona ſopita reſolui: ꝙ eſt iniquū, vt C.de ſum.trinit.l.3.&
illuſoria fierent decreta tantorū dn̄orū, vt ff. de iud.l. ſi prætor.
in prin. Tertium concluſum,videlicet ꝙ ſuppoſita plenitudine
ptātis geſta in mulieres,& filios tenuerūt abſq; dubio: quia ple-
nitudini ptātis nihil reſiſtit,niſi duo tantū, ſcilicet ius diuinū, &
immutabile ius naturale,& neceſſarium,vt inſti.de iure natu.§.
ſed naturalia. & l.2.ff.de vſufr.ea. rerū. quæ vſu conſu. hæ enim
prohibitiones,de quibus ſupra ſcilicet circa donandū,& relin-
quendū,non ſunt de iure naturali,ſed de iure poſitiuo,& ſic nō
ligant principem,vt C.de don.inter virum & vx.l.pe.Et ſi prin-
ceps legitimat actū,qui celebratͬ,legitimat perſonam ad actum:
& econuerſo, vt C. de nup.l.imperialis. Ex his apparent ſoluta
omnia quæſita: quia plenitudo poteſtatis omnia ſupplet: niſi
conſtaret de non plenitudine,ſed de poteſtate limitata, quia li-
mitibus omnis iuriſdictio terminatur, vt ff.de iur.omn.iud.l.fi.
Recolo, quod iam dedi aliud conſilium per alia verba in eadem
tamen effectuali concluſione.vnde eſt idem in effectu; vt extra
de conuer.coniu.c.dudum,ſemper enim præſuppoſui plenitu-
dinem poteſtatis,putans ſermones tanti domini eſſe iuridicos,
10 arg.in c.1. de proba.in cle.& quod ibi no.† Amplius ſciendum,
quod naturales filij ſuccedunt matri, niſi ſit illuſtris: ſed ſpurij,
qui ſunt nati ex damnato coitu, ita quod coeuntes poſſint ac-
cuſari ſtupri,adulterij, vel inceſtus, non poſſunt aliquid capere
à patre,vel matre, vt in Auth.quib.mod.natur.effic.ſui. colu.7.
quia ille §.indiſtinctè loquitur in quolibet parente, ſiue matre,
ſiue patre,nec obſt. ſi dicas, quòd imo poſſunt capere à matre,
niſi mater ſit illuſtris: quia illa diſtinctio habet locum in natura-
libus non in ſpurijs prælibatis. Sunt & enim alij ſpurij, vt ſi pa-
ter tenebat plures concubinas: nam tales à matre nati ex ſolu-
antequā aliquis ipſorū peruenerit ad ætatē 10.anno. deinde dña
Lucia ſoror carnalis dñæ Catharinæ prædictę repetijt dictā do-
tem tanq̃ hæres ſororis ab inteſtato cui per hæredes dicti Fran-
ciſci eſt obiectum, ꝙ dictus Fran.pro filijs ſuis prædictis, & di-
ctus Ang.apprehenderunt hæreditatem dictæ dñæ Catharinæ,
quæ tanquā apprehenſa fuit in eos tranſmiſſa, & ſoror excluſa:
factæ ſunt probationes hinc inde: nam hæredes dicti Franciſci
nixi ſunt probare, ꝙ dictus Franciſcus adiuit hæreditatē vxoris
poſſidēdo rem dotalē pro ſua,& tanquā ſuā: necnon etiā poſſi-
dendo quaſdam res paraphernales. ſicut quis habet, tenet, &
poſſidet rem ſuam. Item ꝙ dictus Ang.adiuit dictā hęreditatem
poſſidendo tanquā hæres: cōtra dicitur, ꝙ Franciſ.tēpore mor-
tis vxoris erat in extremis, nec fecit aliquod ſignum ſignificati-
uum aditionis hæreditatis, & ꝙ dictus Ang. deceſſit in tali æta-
te, in qua nō potuit adire ſine tutore, modo quæritur viſis actis,
quæ ſint partes iudicis volentis inhærere veritati.

1 *Pacto per maritum facto de lucrāda dote in caſu liberorum, ſi vxor moria-tur, poſtea ſtatim maritus, & poſtea filij, ad quem ſpectat huiuſmodi dos. & num.8.*

2 *Dos mulieris mortua ad quem pertineat, & quid de bonis paraphernalibus. & num.3.*

4 *Pupillus an tranſmittat ius deliberandi: & an ſola ſcientia pup. ſit ſufficiens ad tranſmiſſionem hæreditatis. & num.6.*

5 *Statur dicto teſtis, quia præſumitur verum.*

7 *Præſumitur pro dicto teſtis in facto, licet non in iure.*

1 In Chriſti nomine. Quia † maritus in caſu
ſuperexiſtē. liberorum
erat nomine eorū pactus de dote lucranda pro ipſis filijs, tenuit
pactū: & filij lucrati ſunt dotē tanquā filij ex pacto, non tanquā
hr̃des iuris, vt ff.de pac. dota.l.inter ſocerū.§.vir dotē. hoc enim
caſu mulier ſui iuris effecta nō poteſt de dote teſtari: nec habe-
re in ea hęredem, arg.C.de inoff.do.l.1.nec tñ dicitur hoc lucrū
dotale; quia nō lucratur vir, ſed liberi, vt d.§.vir dotē. & ideo nō
eſt agendum hic de tranſmiſſione hr̃ditatis: quia liberi non ve-
niunt vt hęredes: ſed ex cōtractu, id eſt, ex pacto, vt inſti. de ver.
2 ob.§.ex conditionali.† quatuor enim ſunt caſus: aliqñ pater ſti-
pulatur pro liberis lucrū, tunc vxore præmortua liberi veniunt
iure pacti, vt not.ff.de do.præleg.l.1. §.1. aliqñ ſtipulatur pro ſe,
& tūc ipſe lucratur ſalua filijs querela inof.dot. C. de inof.don.
l.1.aliquādo non ſtipulatur expreſsè, ſed promittit liberis nō ex-
tantibus reſtituere dotem: tunc dicit text.qđ à contrario ſenſu,
qui habet locū in contractib. conditionalibus, vt pactū de reti-
nendo pro liberis, nō dicit l.de lucrando pro liberis vi taciti pa-
cti: ſed de retinēdo pro liberis, ideo dicunt quidā, ꝙ non eſt pa-
ctum lucroſum, ſecundū ꝙ filij veniunt vt hęredes. alij dicunt ꝙ
vi pacti: quia iure veteri filiafam. non habebat hæredem in dote
profectitia: immo conſolidabatur patri mortua filia. ff.ſol.mat.
l.2. vnde pactum impedit conſolidari: & parat exceptionem vi
pacti, facit, qđ no.ſo.ma.l.filiæ meæ. de iu.dot.l.auus. ſed hodie
bene poſſet habere hæredem in dote profectitia, cum ſit capax
pleni iuris, arg.fam.er.l.Pomp. nam eadē ratio videtur, quæ in
aduentitijs, ex quo proprietas, & plenitudo totius iuris reſidet
in filia, facit qđ no.ff.ſo.ma.l.poſt dotē. per Dy. non dico, vt filia-
fa. teſtetur de dote: ſed vt ab inteſtato habeat hæredē. facit, qđ
no.in Auth. vt matri,& auię.§.1.cum ſi. quicquid ſit de iure ſcri-
pto, tñ eſt conſuetudo, ꝙ habeat dotem pro liberis detineri: pu-
to pactum tacitū ſecundū conſuetudinē interpretandū, vt re-
maneat penès eos tanquā penes hęredes, ar.C.loc.l.excepto. nā
ſicut eſſet in quarto caſu, qñ in ſtipulatione dotis reddendæ nō
eſt facta mentio liberorum, vnde mulier ſui iuris effecta de tali
dote pōt teſtari: qa illa cōditio non vr̃ appoſita à patre in pręiu-
diciū filiæ: ſed poti⁹ in fauorē: vt ipſa ſola habeat ius ꝑꝑ liberos,
ſic ff. de ſta.ho.l. Aretuſa. C.qui po. in pig. ha. l.aſſiduis. §.exce-
ptis.de excu.tu.l.amiciſſ.§.Lucius. aliqñ non fit in promiſſione
mentio liberorū: & tūc habet locū cōſuetudo, no.in l.dos à pa-
tre. ꝙ remanet dos penès filios tanq̃ penes hr̃des mulieris ſecū-
dum Iac. de Bel. etiā ſi larga ſint verba, puta in omnē caſum re-
ſtituendæ dotis: nā ꝑ hoc nō videtur beneficio cōſuetudinis re-
nuntiatū. ff.ſi qs cautio. l.ſed & ſi quis.§.quęſitū. nā verbū, reſti-
tuēdæ dotis. reſtringit pactū ad caſum reſtitutionis: ſed iſte non
eſt caſus reſtitutionis, ergo, &c. ar. de ver.ob.l.q Romę.§. Auge-
rius. dū aliqs ſimpliciter apparet, fuit pactū lucrādi liberis: iſtud
pactū debet remoueri: nā iſta dos imputat̃ in legitimā, l.qm̄ no-
uella.C.de inoff.teſt. ergo reijcitur onus, l. qm̄ in prioribus.C.
de inof.teſt.Sol.ibi qñ imponit̃ onus per viā vltimæ voluntatis:
ſecus ſi ꝑ viā cōtractus.de leg.3.l.vxor.§.pater. ꝑ Iac. & nō.C.de
rei ven.l.cū à matre. facit, qđ no.ſo.ma l ſi cū dotē.§.ſi pater. per
3 Iac.& hoc quātū eſt de dote.† ſed videamus de bonis parapher-
nalibus, q̃ ſunt ipſius mulieris, & q̃ tranſeūt vt ad hr̃des, nā hr̃di-
tas dictæ dñæ iure non fuit adita ꝑ filios ætate refragāte: quia e-
rant pupilli. ff.de acq.hær. l.pupillus ſi fari poſſit, & l.impuberi-
4 bus.C.de iu.deli.† potuit dicere aliqs, licet pupillus non poſſit
adire; tñ pōt trāſmittere ius deliberādi: nā in tranſmiſſione iuris
deliberādi ſola ſciētia pupilli ſufficit: nā lex dicit ſcientiā ſuffice-
re.C.de iu.deli. l.cū antiquio. ſed pupillus maior infante ad ſuū
ſaltim pfectum ſcire intelligitur, & ſibi acquirere pōt ius tranſ-
mittēdi: nā ꝑ hoc nemini obligatur, & ipſe efficit̃ locupletior,
ar. inſti. de inu.ſtipu.§.pupillus. p̄terea teſtes directè deponunt
ſup immixtione,& geſtione pro dño, ſeu ꝓ hr̃de: qa nō eſt pro-
priè immixtio in hr̃ditate materna: & bene cadit immixtio in
notitiāte per actū extrinſecum, inſti. de hær. quali. & diff. §.fi.&
ſtandū eſt dictis teſtiū, vbi ꝓbetur oppoſitū, vt extra de teſti.c.in
5 omni. niſi eſſet obſcurū, de prob. c.in p̄ſentia. cū ſi. † & dictum
ipſorū p̄ſumit̃ verū, niſi ꝓbetur falſum, ſicut inſtr̃m, C.de prob.
l.cū precib. non tñ p̄ſumitur vltra, vel p̄ter quā deponant. C.de
vſur.l.1. nec dictū ſimplex p̄ſumitur cōditionale, aut modale, vel
6 econtra. extra de fi.inſtr.c.cū Ioan.heremita. † Sed reſpōdetur,
ꝙ ſcientia ſolius pupilli ꝓximi infantiæ nō ſufficit ad trāſmiſſio-
nē hr̃ditatis: quia lex dicit, ꝙ pupillus cauſam acquirendæ hr̃di-
tatis non intelligit. d.l.pupillus ſi fari. nō ergo habet ſcientiā iu-
ris & facti, nō cognoſcit quid ſit hr̃ditas, vel ſucceſſio, vel aditio
hr̃ditatis, ergo nō habet ſcientiā talē, qualis exigitur. Dicet ali-
quis, nō exigi ſcientiā legū, ſed facti, ff.de cond. & dem. l.multū
intereſt. ſed in eius ſciētiā bene hoc cadit, qđ mater ſit mortua,
licet neſciat, qđ ius deferat ſibi ſucceſſionē, hoc nō eſt impedi-
mento ſucceſſioni, ar.l.multū. ſed reſpōdetur: text. dicit, ꝙ talis
ætas non diſcernit: ergo dicitur ignorare, d.l.pupillus. nō tranſ-
mittit. aliàs etiā infans tranſmitteret, ꝙ ſcientia mortis matris
cadat in aliquo infante. ar. ff.de acq.poſſ.l.donatarum. quod eſt
falſum: vt l.ſi infanti.§.ſi verò nō ſit tutor. licet.n.ſcientia iuris.i.
cōſtitutionis non requiratur, tñ vera & efficax ſciētia, ꝙ ꝑtineat
ad eū hæreditas, requiritur. ff.de bo.poſſ.l.in bonorū.& licet pu
pillus poſſit ſibi acquirere per ſeipſum ſine tutore, verū eſt, qñ
acquiſitio cadit in ſuū intellectū: ſed actus deliberatiuus, & con
ſeruatiuus ad adeundum, vel repudiandū hæreditatē non cadit
in impubere, arg.l.fi.C.de milit.teſt. quod in proximo infantiæ
verū puto. d.§.ſi verò non ſit tutor.& dicere, qđ ille §. ſit corre-
ctus per l.cū antiquioribus, captioſum eſt, & nō ſani intellectus:
quia nec tex. nec glo. hoc dicit, neq; ratio cōuincit. Itē nec obſt.
7 dictum teſtiū. † quia præſumūtur pro dicto teſtiū in facto, & nō
in iure, vt no. Inno. de teſti. c.cum cauſam. nā ſi ius repugnat, &
ætas, dicto teſtis nō ſtatur, ar. ff. de interro. act. l. confeſſ. ff. de te-
ſti. l.ob cauſam.§.fi. ſicut ſi dicat, ſtipulationē factā inter abſen-
tes, vel furioſum teſtatum eſſe, de ſuc.ab inteſt. c. cum dilec. de
teſta.l.ſi q̃ratur. ff. de proba. l.ab ea parte. nam dictū teſtis facto,
iuri, & naturæ cōgruere debet, impoſſibiliū nō nullorū teſtimo
niū auferri poteſt: qa non entiū nulla eſt ſcia, neq; ſenſus, neq;
8 vllę ſunt cauſæ. † ſed dicet aliquis, maritus adiuit hęreditatē vxo
ris poſſidendo, ſed tamē nō cōſtat filios fuiſſe infantes, vnde ſo-
lus pater adire nō poterat: quia non eſt probata infantia, q̃ fun-
dat aditionē, & ideo allegãti aditionē incumbit ꝓbatio, & iu-
ſtificatio aditionis: tamen nec conſtat maritum noua poſſeſſio-



ne vſum,

ne vſum, nec ſibi animo mutaſſe cãm poſſeſſiõis. C.de acq.poſ. l.cum nemo. nã extenuata poſſeſſione veteri nõ p̃ſumitur aditio: maximè ex poſſeſſione vnius, arg.ff.de acq.hę.l.duo fratres. ff.ſi pars hær.pe.l.fi.& ar.eius, qđ legitur, & notat. ff. ſi cer.pet.l. certi condictio.§.fi.& l.eius in fi.& C.de pet.hæ.l.ſi filius.vlt.& vxor cum moriebat, & ipſe in extremis agebat, & mortali languore p̃mebatur, nec eſt veriſimile morte turbatũ cogitaſſe nouam adipiſci poſſeſſionem. C.qui teſt.fa.poſ.l.hac cõſultiſſima. §.at cum humana fragilitas. & ideo iuſtus iudex, qui conſideraſſet facti naturã, pro ſorore in paraphernalib. debuit iudicare de veritate, & facti qualitate conatũ teſtiũ elidẽtib. & ſi arbitrator aliter arbitratus eſt, bona fide fecit: tamẽ iniuſtũ fuit in hoc laudum ſuũ, & poteſt peti reductio ad arbitriũ boni viri, in alio.n. iudicio ad inſtar iudicij appellationis. ff. de ar. l. non diſtinguemus.§.cũ quidã. in fine poterit iniqtas melius declarari. & hæc vñr mihi eſſe de recto iudicio, & ꝙ qlibet vir bonus ſeq; debeat, p̃ſumunt, ꝙ res parapher. in quib. vxor titulũ, & iuris detẽtionẽ hẽt, facit, qđ no. de iu.do.l.mulier.l.ſi ego.§.fi.cum ſi. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXXIIII.

1 *Iuſtum impedimentum an excuſet in iudicijs, ne quis incidat in pœnam ratione moræ contractus.*

In Chriſti nomine. Factum tale eſt, Ballion Guigloti de Peruſio fuit extractus de ſaccheto in poteſtatẽ Ciuitatis Caſtelli pro 6. Menſib. qui ſecũdum formã pactorũ debeat accedere ad dictã ciuitat. 4. dies ante iuriũ ſui officij: & ſi non iret, qđ debeat poſtea ſtare tẽpore ſyndicatus per 5. dies plus, modo cõtigit, quod ciuitas Peruſina tẽpore, quo iſte Ballion erat venturus ad dictã Ciuitatem Caſtelli, & ante diu ipſo exiſtente in ciuitate Peruſij, fuit obſeſſa circum circa à peſtifera ſocietate alba: ita, quòd ſecurè non poterat ad dictam Ciuitatem Caſtelli, propter quod in termino per vnam diem nõ venit. Quæritur modo, an excuſetur propter dictum impedimentum, ita quòd ſtare nõ debeat tempore ſindicatus per illos 5. dies plus, nec ne?

1 In Dei nomine. † Quia à diſpoſitione res incipit hoc modo: qa dicit pactũ, ꝙ poteſtas debeat accedere per quatuor dies ante, nõ à conditione, ſi non ierit per quatuor dies ante, dico, ꝙ ſi per impedimentũ nõ potuit ire in termino, nõ propterea debet puniri, vt ſtet quaſi loco pœnæ p 5. dies plus, nam nec mora, nec defectus huic põt imputari: qa anguſtia tpis maturius proficiſci non potuit, vt hæc probãtur. ff. ſi qs cautio.l.2.§.qđ diximus. ff. de pub. l.Cæſar.& ad l.Rhodiã de iactu.l.pe.§.idẽ iuris eſt, ſi prior nauta. ſecus ſi fuiſſet in mora, vel culpa. ff. loc.l.colo.§.ſi nauẽ.& no. in §.cũ quidã. probatur diſtinctio, an incipiat actus à cõditione, vel diſpoſitione, ſeu p̃cepto. ff. de verb.obl.l.illa ſtipul.l.ſi calendis. vbi per doc. iuncta l.ſi ex legati cauſa.eo.ti.&c. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXXV.

1 *Stante ſtatuto, &c. an immittens vinum forenſe in comitatu ſoluendo gabellam veniat puniendus.*
2 *Suſpenſio temporalis finito tempore nil operatur.*
3 *Dictio, perpetuò, quid importet.*
4 *Pronunciationes plures in iudicio an ad inducendam, ſeu declarandã conſuetudinem requirantur.*
5 *Accuſari pluries an poſſit quis de vno, & eodem delicto.*

In Chriſti nomine. Factum tale eſt. Nutus quondam Nicolucij de Aretio accuſauit inter cæteros Feum Bon.Ioan. de immiſſio. & apportatione vini forẽſis Iudæ, & à cõmunitate Are.&c.& tandem litem conteſtatus accuſator renunciauit liti, videns ſe malam fouere cauſam, & iudex interloquendo & abſoluendo pronunciauit, vt in hoc folio continetur. deinde alter ex publicanis de vno, & eodem facto reaccuſat hunc Feũ. modo quæritur de duobus. Primò, vtrũ immittens vinũ Forenſe in comitatu Are. ſoluendo gabellam ordinationis veniat puniendus, cõſiderato tenore legis municipalis? Secũdò, vtrum dictus Feus poſſit de-
1 nuo accuſari. † & ad primum videtur primò dicẽdum, ꝙ ſic, primò ex ſtatuto edito in 40. ſub rub. ꝙ vinum forenſ. nã illud ſtatutum eſt obſeruandũ. ff. de publ.l.Cęſar. de verb.ſig.l.lege cenſoria. C. de nau.fœno.l.cum proponas. ff. de decr.ab or.fac.l.fin. ff. loc.l.1.§.nautæ. cum ſi. ſecundò ex reformatione edita in 2. nã illa reformatio loquitur de venditione fienda pro tẽpore vnius anni promittens intromittere vinum forenſe ad tempus illorũ emptorum: ergo pro alio tẽpore viget ſtatutum, qđ eſt ſolũmo-
2 do ad tẽpus ſuſpẽſum. † nã ſuſpẽſio tẽporalis finito tẽpore nihil operatur, ar. ff. de leg.l.cũ l. ff. de leg.2.l.ſtatulib.§.fi. ff. de pœn.l. fi. Inn. de cõſue.c.cum inter.3. ex reformatione edita in 40. q̃ ad tẽpus reſtringit, & ſic vbi aliàs eſſet perpetua, eã efficit tẽporalem. ff. de mili.teſt.l.ſi certarum.§.vlt. ff. ad leg.fal.l.2.§.poſt miſſionem. ff. de leg.1.l.talis ſcriptura. facit quod not. in l.1.§.pœna grauior. de infa. cum ſi. Contrariũ mihi videtur verum pp duo. primò ex vi reformationis editæ in quinquageſimo: ſecundo: quia p̃petuò p̃mittit, vt patet in dicta reformatione ibidẽ dicit, limitatur, declaratur eam perpetuò valere ſatis, & firmè: nã tota
3 illa reformatio p̃petua eſt in omni tpe valitura. † nã illud aduerbium, p̃petuo, talẽ ſignificationẽ habet: vt no. ff. pro ſoc.l.1.& 2. §.qui in perpetuũ. ff. ſi ager vect. ff. de ſer.vrb.p̃d.l.eũ debet columnã. derogatũ eſt igitur ſtatuto p̃cedenti in totum, adeo ꝙ ex eo arguendũ non ſit, nec in hac parte in iudicio allegandum. C. de Latina li.tol.l.1.in prin. C. de veteri iure enuc.l.2.§.ſed quia. nec ob. reform. facta in l. vno. quia illa reformatio fuit facta ad vnum effectũ. ſ. promiſſum, ergo, non debet contrariũ operari, arg. ff. de leg.1.l.legata inutiliter. ff. de hær.inſt.l.ex facto.& l.hæreditas ad ſtatiũ. nam mens legiſlatoris fuit in derogando ſtatuto veteri, non in reuocando, & actus agentiũ, &c. ff. ſi cer.pet.l. non omnis. ff. de act.& obl.l.obligationũ ſubſtãtia. & confirmatur hoc per l. ff. de pac.l.ſi vnus.§.1.& quod ibi no. item non ob. alia ratione: nã dicta vltima reformatio loquitur tẽporaliter, atten. noua gabella, q̃ ibi imponit. ꝗ.12. dñi p̃ſonaliter. itẽ loquitur localiter, & ſe porrigẽdo inter ciuitatẽ. modò fateor, ꝙ tale ius nouũ eſt tpale, & finito tpe reditur ad ius perpetuũ. i. ad dictam reformationem factã in l.2. nã eam nõ inuenio correctã nec in forma, nec in materia, ergo, &c. de appel.l.præcipimus.& l.1.C. de inof. doti. niſi ſecundum literam reformationis editæ in 56. non in capi. Præterea dicit mihi, ꝙ ſic conſuetudo interpretata eſt dictum reformationẽ: vnde ſtandũ: quia interpretatio conſuetudinis eſt ꝓbabilis, & neceſſaria. ff. de leg.l.ſi de interpretatione. accedit ad hoc, ꝙ cõſuetudo iſta fuit in perſona accuſan. allegata, & iudex ꝓnuntiauit, vnde videtur pronũtiaſſe ex alle. vt ff. de pœ.l.ſi p̃ſes. ff. de ſuſpe.tut.l.hęc.n.& no. de excep.rei iu-
4 di.l.ſi ad exhi.& l.ſi ex teſta. † & licet ad inducendam conſuetudinẽ requirãtur in iud. plures ꝓnuntiationes ſecundũ quoſdã; tamen ad declarandum conſuetudinẽ inductam ſuper re ſufficit vna ſentẽtia lata ex plena diſcuſſione ſecundũ alios doc. ff. de
5 legib.l.de quibus. † Quantũ ad ſecundũ punctum dico, ꝙ huic accuſatori videtur obſtare; qa aliàs accuſatus eſt de facto, & ſententiatũ: & licet factũ ſit iterabile, tñ non aliter prꝗſumitur iteratio.& not. ff. de iureiu.l.eum, qui.§.in popularibus. ff. de exce. rei iu.l.ſi à te.in prin.& ſi dicat renuntiatio.lit. alij nõ obeſſe. ff. de adul.l.maritus.§.negauit. Rñdeo, hic fuit vltra ꝓceſſum ad abſolutionẽ: & de delicto eiuſdẽ hominis nõ debet ſæpius quęri, p̃ſertim cõtra eundẽ.l.fi.nau.caup.ſtabula.§.paſſum. ff. de accu.l.ſi cui.§.hiſdẽ.& maximè qñ primus agẽs erat ſocius ſecundi. ar.l.fi. C. de duo.re. loquor p̃ſuppoſita valẽtia nũtia. finaliter cõcludo accuſationẽ nõ ꝓcedere in effectu: ad hoc facit reformatio facta in l.17. nã ex quo illa reformatio acceptat gabellã, tacitè delatus p̃miſſus vr, arg. C. de pac.inter emp.l.cõmiſſoriæ. & ff. de euict.l.quidam. Et ita dico & conſulo ego Bald.

CONSILIVM CCLXXVI.

1 *Subſtitutus in quibus bonis ſuccedat vigore ſubſtitutionis? & an in Trebellianica.*

In Dei nomine. Factum, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt. V.P.& C. fratres carnales, & filij Guli. Putij eorum fecerunt teſtamentũ vna ſcriptura redacta manu Ser. Franciſci Andrioli not. de Aſſiſ. in quo teſtamẽto fecerunt talẽ inſtitutionẽ, & ſubſtitutionem: in omnibus autẽ alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, rationibus, p̃ſentibus, & futuris vbicunq; ſint, & reperiri poterunt, vnus alterum, & alter alterum ipſorũ ſuperuiuentiũ ſibi hæredem vniuerſalem inſtituerunt, & fecerunt: & ſi aliquis ipſorũ decederet, ſubſtituerunt ſuperuiuentẽ ipſorum, & ſi oẽs morerentur, ſubſtituerunt eis, & cuilibet ipſorum Thomaſſellum Loli, quod teſtamentũ vobis tranſmittitur. poſt teſtm̃ prędictum deceſſit Vannutius vnus ex dictis teſtatorib. ſuperſtitib. ſibi dictis Pucio, Cæce, & Thomaſſello, qui Pucius hr̃ditatẽ dicti Vannucij decedẽtis non adiuit: poſtquam deceſſit d. Pucius, ſuperſtitibus ſibi dictis Cęce, Thomaſſello, qui Cæce hęreditatem dictorum Vannucij, & Pucij adiuit: poſtquam dictus Cæce ſuum vltimum fecit teſtamentũ, in quo inſtituit ſibi hæredem quandã ſuã neptẽ. & vxorẽ ſuã. Modo quæritur ex p̃dictis de virib. dicti teſtamenti dictorũ Cæce, Pucij, & Vannucij. & quid in quantitate dictus Thomaſſellus ſubſtitutus debeat habere de hæreditatib. dictorũ Pucij, & Vanucij. Itẽ quæritur, cum dictus Vanucius tempore conditi teſtamenti proximi habebat vnam filiam nomine Claram, cui reliquit certa bona iure inſtitutionis in dicto teſtamẽto, vtrum dicta Clara poſſit aliquid vlterius petere in hæreditate dicti Vanucij ſui patris.

1 In Chriſti nomine. Super primo pũcto videtur † dicendum, ꝙ ex quo oẽs iſti tres fratres deceſſerunt, Thomaſſellus vigore ſubſtitutionis veniat ad bona Vanucij, & Pucij deducta Trebellianica, ſi factum fuit inuẽtarium: nam Cæce, qui vltimo deceſſit, videtur fuiſſe rogatus de reſtituẽdo, quod cepit titulo inſtitutionis, vel ſubſtitutionis vulgaris tãquam fideicommiſſarius attento ordine teſtamenti, vt not. ff. ad Treb.l.Marcellus.§.quidam.& no. ff. ad l.Fal l.Titia. facit ff. de acq.hær.l.ſi tu ex parte. & l.ſi totam. ſaluo ꝙ ſi filia Vanucij non habuit tantum, quod ęquiualeat ſuæ legitimæ, põt de iure cõmuni petere ſupplementum ſibi applicandum. C. de inoff.teſt.l.omnino.l.quoniam in prioribus.l.ſcimus. cum ſim.& per hoc patet reſpõſio ad ſecundum punctum. Item videtur, ꝙ in bonis Cæce vltimo mortui. ſ. in bonis proprijs, non hæreditarijs fratrũ ſuorũ Thomaſſellus nullũ ius habeat: nam aut vult venire ex ſubſtitutione facta per Vanucium, & Pucium, & non poteſt: quia in ipſa ſubſtitutione non veniunt bona hęredis propria. ff. de vulg.ſubſti.l.cohęredi. §.cum filiæ. aut ex teſtamento Cæce, & hoc nõ poteſt: quia Cæce poſt primũ teſtamẽtum fecit ſecundũ. vnde facta eſt reuocatio primi, & contentorũ in eo. ff. de leg.1.l.ſi mihi, & tibi.§.in legatis. de leg.3.l.ſi quis in prin. teſtamenti.& l.quod interim. de adi.lega. C. de ſac.ſan.eccl.l.1.cum ſim. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXVII.

1 *Iudices alicuius ſocietatis an poſſint cognoſcere de cauſa depoſiti, mutui facti ipſi ſocietati, ſtante ſtatuto, quod de cauſis ſocietatis alij, quàm iudices ſui non poſſint cognoſcere.*
2 *Intellectus l.ſi quis ex aliena. ff. de iudicijs.*
3 *Sententia ſuper incompetentia iudicis tranſit in rem iudi. ſi ab ea non fuit appellatum.*

In Chriſti nomine. Viſis infraſcriptis actis, & viſo ſtatuto cõmunis Aretij de Manloquentis; quia q̃ſtio iſta diu agitata videtur, ſuccinctè oportet videre, an conſules fuerint iudices necne, & an valuerit ꝓnuntiatio, qua pronuntiauerunt ſe iudices, necne. & quid iuris de exceptione petita, & quid iuris de cauſa nullitatis,
1 & de app. interpoſita. † & videtur primo, ꝙ ſententia conſulum fuerit nulla ex incõpetentia iudicis. C. ſi à non compe.iudi.l.fi. primo quia cõſules nõ fuerũt iudices huius litis, quia ſtatutum facit eos iudices in certis caſibus, ergo in alijs vetat. ff. de iud.l. cum prætor. ſed inter caſus numeratos caſus iſte, ſ. pecuniæ depoſitæ, vel mutuatę ſocietati non cõnumeratur: nã aliud eſt pecuniã mutuare, aliud eſt facere mercantiã, præſertim de re mobili, dicit ſtatutũ: nam qui mutuat vel deponit, mercantiã non dicitur exercere, nec mercatum, quod à merce dictum eſt. C. de nundi.l.1. C. de commercijs, & mercat.l.mercatus. & aliud eſt pecunia, & aliud merces. ff. de contrahen.emp.l.1. ff. de rer.permu.l.1. de admi.tu.l.Titium.§.altero. nec videtur mutuum, vel depoſitũ deſcendere à mercantia: quia non habet originem aliunde, vnde non pendet ex alio contractu vel cauſa. C. ſi cer.pe. l.ſi exceptio. nec videtur potuiſſe pronũtiare ſuper cõpetentia iudicum cõtra tenorem ſtatuti. ff. de excu.tut.l.qui teſta. de tut. & cura.l.Seiæ egreſſæ. nec videtur valuiſſe diffinitiua: quia non habet fundamentũ iuriſdictionis. de iniuſto teſta.l.ſi filio.§.ꝙ ſi
2 quis. C. de iur.om.iu.l.magiſtratus.in fi.& l.1.cũ ſi. † nec videtur poſſe dici, ꝙ tenuerit ratione dubij. ff. de iud.l.ſi quis ex aliena: quia ibi erat dubium facti, hic non: imo erat factum, & pertinẽs ad iuriſdictionem conſulum: quia eſt caſus ſtatuti: & iuriſdictio ordinata eſt certa: & quãdo iudex egreditur metam iuriſdictionis vel in perſona, vel in loco, vel tempore, vel re, ipſo iure non valeat ſentẽtia, vt leg. extra territoriũ. de iur.om.iu. C. de app. l.ampliorem.§.fi. C. qñ prouocare non eſt neceſſe.l.cũ ceſſante ratione.cum ſi. quia igitur ex actis apparet vitiũ nullitatis viſibile, ex actis, & per inſpectionẽ ſtatuti, & vitiũ viſibile officit executioni, arg.l.2.& de edi.di.Adr.toll. ff. de app.l.ſi expreſſim. In contrariũ videtur, nam ſiue mutuum, ſiue depoſitũ cenſeatur, vt no. ff. ſi cer.pet.l.cum qd. fuit factũ tanq̃ apud mercatores, & ſuo nomine appellatiuo mercatorũ. vnde cauſa mercãtiæ exercitatæ ab iſto, q ſocietatis fidẽ aſtrinxit, totũ factũ euacuaſſe videtur. C. ad ma.l.fi. nã habere rationẽ acceptorũ, & datorũ cum aliquo mercatore, pars q̃dã eſt, & actus mercãtię, & negociationis ipſorũ. ff. de inſti.l.habebat.& ff. de exercito.l.fi. ff. qđ cũ eo. l.fi. vnde iſte actus reſpicit mercantiã, ꝙ cõtẽplatione mercãtię, & actus ipſius factus fuit, ar. ff. pro ſoc.l.ſociũ, qui in eo.§.fi. facit ff. de edẽ.l.q̃dã.§.nũmularios. & qđ ibi no.& in auth. de fideiuſſ. §.argentariorum. & quod ibi no. item prædicta pecunia nomine mobilium cõtinetur, de ver.ſig.l.mouentiũ. alias ſequeret, ꝙ de cãbio pecuniæ dicti cõſules nõ poſſent cognoſcere, qđ nõ
3 eſt verũ, niſi aliud ſtatutũ aliter determinaret. † p̃terea ſnĩa lata ſup cõtra petẽtia iudicis trãſiuit in rẽ iudicatã: qa nõ fuit appellatũ ab ea, ex eo ꝙ potuiſſet appellari, vt not. in auth. habita. C. ne filius ꝓ patre. nõ põt modo iudiciũ dici nullũ: qa potuit ſe iudicẽ ꝓnunciare ratione dubij. ff. ſi qs in ius voc. nõ ierit.l.2.& talis ſnĩa nõ põt tractari p appellationẽ à diffinitiua, vt C. de proc. l.ita demũ. qa ſeorſum à principali ſecernit, vt in c.vlt. de app.li. 6. Præterea inuenio ptes cõſenſiſſe in iudices: & conſenſiſſe in electione mercatorũ: vnde hoc inducit vel confeſſionẽ iuriſdictionis, vel tacitã ꝓrogationẽ, vt patet in actu die 9. Maij facto. vnde ex quo ſecuta eſt poſtea ſnĩa, debet hr̃i rata.l.1. ff. de iud. C. cõmunia vtri.iud.l.2. p̃terea inter cõſules mercatorũ ſæpe ſæpius recẽſi. eſt & iudi. & p̃ſumit ꝓ ſententia taliũ virorũ tot, & toties ruminata. facit, qđ not. de euic.l.hr̃s.§.1. p̃terea bonæ fidei mercatorũ nõ cõgruit de iuris apicib. diſputare, ſed pacta ſeruare. ff. mã. in l.ſi fideiuſſori.§.quædã. vnde improbo deſiderio cauillantur, ſic. C. depoſiti.l.fi.& de mu.patri.l.profeſſio. Et ideo ego Bald. de Peruſio V.I.D. ſentio & cõſulo, ſicut ſenſerũt conſules mercatorũ, & qđ eorũ ſnĩa ſit exequẽda, nõ obſtantib. contradictis, quæ potius tendunt ad quaſi perfidiam, quàm ad fidem.

CONSILIVM CCLXXVIII.

1 *Hæres non conficiens inuentarium an teneatur vltra vires hære. tam de iure canon. quàm ciuili.*

In Chriſti nomine. Factũ tale eſt, quidã nomine Maius Vada, q in ſuo teſtamẽto ſic diſpoſuit in omnib. autẽ alijs bonis mobilibus & immobilib.&c. Bar. Pau. eius nepotẽ ſibi hęredẽ vniuerſalem inſtituit, & ſi dictus Bar. decederet ſine filijs legitimis nõ p̃uenientib. ad legitimã ætatẽ 25. an. ſubſtituit ſibi dñm Andreã Maſſiũ, Franciſcũ, & Lucanucij, & eorũ deſcendẽtes in parte ipſius teſtatoris domorũ, clauſularũ, & vinearũ poſita. &c. & teneantur de dicta hæreditate, & relicto facere pro anima ſua, & ſuorũ parentũ vnũ ſeptimũ ꝓ quolibet anno de vno pane, & vno denario ꝓ quolibet paupere, qui iuerit ad illũ ſeptimũ: in omnib. autẽ alijs ſuis bonis ſubſtituit ſibi Matthæũ, & Petrũ Bonãdi, & Petrũ Lucanucij in æquali portione, & ipſorũ deſcendentes, & ipſi teneãtur facere vnũ ſeptimũ pro quolibet anno de vno pane, & vno denario ꝓ quolibet paupere, qui iuerit ad dictũ ſeptimum ꝓ anima dicti teſtatoris, & hãc, &c. Modo dictus Maſſius teſtator deceſſit ſup̃ſtite dicto Bar. eius nepote, & hr̃de minore 25. annis hæreditatẽ dicti Maſſij incõſultè, & ſine beneficio inuentarij agnoſcente. poſtea dictus Bar. deceſſit reli. ſuis hæredibus Matthæo, & Pet. Bono. & Lucanucij, qui dicto Bart. à dicto Maſſio ſubſtituti dñtur: modo pro parte dñi epi dr̃ dictos ſeptimos debere fieri p dictos hr̃des dicti Bar. & hr̃ditatẽ dicti Maſſij, q̃uis nõ fuerit ſoluendo, ad eos p̃tinere cũ dicto onere ſeptimorũ: qa dicta hr̃ditas fuit adita incõſultè, ꝓ parte dictorũ hæredũ dicti Bar. dr̃ dictos ſeptimos nõ debere fieri; quia dicta hęreditas non eſt ſoluendo, & quia ipſi hæredes dicti Bart. minores ex perſona ipſius Bart. antequã ſi ipſe Bar. vixerit fuiſſet ætatis 25. ann. potuerũt beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus dictam aditionem incõſultè factã per ipſum Bart. petere quo beneficio habito hæreditatem dicti Maſſij acceptauerunt cũ beneficio inuentarij: & quãuis dicatur pro parte dñi epi dictos hæredes dicti Bar. adiuiſſe hęreditatẽ dicti Maſſij ex ſubſtitutione eis facta per dictum Maſium, hoc non eſt verum: quia non expediebat ipſos adire ipſam hæreditatem vt ſubſtitutos,

postquam

poſtquã erant inſtituti à dicto Bar. qui fuit hæres dicti Maſſij in omnib. bonis ſuis. Itẽ dicitur ꝓ parte dñi epiſcopi, ꝙ poſito, ꝙ dictum inuentarium confectum ab hæredibus teneat: tamẽ nõ præiudicat epiſcopo, & pauperib. qui fuerunt citati coram iudice ſeculari ad dictum inuẽtarium: & dicti hæredes dñt, quod non obſtante hoc inuentarium tenet: & quòd ipſi nõ tenentur facere vocari epiſcopum, & pauperes ad alium iudicem, quàm ad ſecularem. modo quæritur, quid iuris?

1 In Chriſti nomine. † Super p̃miſſo puncto dicendũ eſt, ꝙ vltra vires hęreditarias hęres de iure canonico cogendus non eſt, licet non confecerit inuentarium: vt no. in c. quanq̃. de vſur. lib. 6. & Hoſt. in ſumma de teſta. §. 1. ver. Itẽ ſi bona. ſed iure ciuili diſtinguebatur olim inter debita, & legata. nam debita inſolidum, & legata pro virib. patrimonij. C. de iure delibe. l. fi. §. ſi vero poſtquam. C. de legatis. l. ſi vniuerſę. ſed de iure authenticorum non diſtinguitur inter debita, & legata: quia lex fingit, ꝙ hæreditas fuerit ſoluẽdo, fingitur hæredem ſubtraxiſſe, in Auth. de hære. & fal. §. ſcimus. ſaluo, ꝙ minor habet beneficiũ reſtitutionis, eo. ti. §. pupillus. & ff. de authori. tut. l. pe. C. ſi vt ſe ab hęr. abſtineat. l. fi. qđ poteſt implorare dupliciter, vel ad abſtinẽdũ, vel ad conficiendũ inuentariũ: vt patet ex dictis legibus. ſed iure canonico nunq̃ tenetur hæres, licet non conficiat inuentarium, niſi pro virib. hæreditarijs, vt pędixi: ſed cum ſimus hic in foro canonico, & in cauſa, q̃ ad forũ canonicũ. ſ. epiſcopũ pertinet, ius canonicũ ſeruandũ eſt, vt no. in c. 1. de noui ope. nun. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXXIX.

1 *Decedente ſubſtituto, cui onus eſt iniunctum, antequam inſtitutus, à quo ordinatum per teſtatorem debeat fieri. & nu. 2.*

In Chriſti nomine. Factũ tale proponitur: quidã nomine Paulus Grandagni ſuũ vltimũ cõdidit teſtamentũ, in quo ſic diſpoſuit, in omnib. autẽ alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, &c. Bart. & Guadagnũ filios ſibi hæredes vniuerſales inſtituit, ſi autem erit & Paceptę ſuæ vxori, & poſthumũ naſciturum ex dicta Pacepta, ſi erit maſculus, ſibi hęredes vniuerſales inſtituit: ſi aũt erit fœmina, reliquit eidẽ pro ſua dote 100. li. den. iubens eã fore tacitã, &c. & ſi p̃dicti ſui filij, vel aliqui ipſorũ deceſſerint ſine filio, vel filia, vel cũ filijs legitimis nõ ꝑuenientib. ad ętatẽ 25. an. ſubſtituit aliũ, vel alios ſuperuiuentes, non per capita, ſed ꝑ ſtirpem: & ſi ſui filij oẽs deceſſerint ſine filijs legitimis ipſius Maſſij, & ſi dictus Maſſius deceſſerit ſine filio, vel filia, ſiue filijs legitimis non peruenientib. ad ętatem 25. ann. quicunq; deceſſerit ſine filijs, iuſſit, voluit, & mandauit, quòd de dictis bonis, & hæreditate conſeruetur, & fiat vnũ altare in dicta eccleſia preſbyteris: in quo altare continuo celebretur diuinum officiũ pro anima ipſius, & parentum dicti teſtatoris, per vnum bonũ & honeſtum preſbyterum obligandum ad dictum altare per diſcretos conſanguineos ipſorũ. ſ. Maſſij, & Pauli ſui fratris. continuo mortuo dicto teſtatore deceſſit dictus Guadagnus inteſtatus remanente dicto Bar. vna cum dicto Guadagno inſtituto, & inuicem ſubſtitutis, poſtea deceſſit dictus Maſſius ſubſtitutus remanẽte dicto Bart. inſtituto. pro parte domini epiſcopi dicitur, ꝙ dictum altare relictum per dictum Paulũ debet conſtitui in dicta eccleſia preſbyteris: cum dicatur per eum conditionẽ dicti teſtamenti aduenifſe poſt mortẽ dicti Maſſij. pro parte verò hæredum dicti Bar. dicitur dictum altare non debere conſtitui: & conditionem dicti teſtamenti non aduenifſe: imo ipſam ſubſtitutionẽ factã de dicto Maſſio non eueniſſe, cũ dictus Maſſius vltimo ſubſtitutus deceſſiſſet, anteq̃ decederet dictus Bar. inſtitut⁹: & ſic dicta hæreditas ad eũ nõ ꝑuenit. & ſi nõ ꝑuenit ad eũ, non potuit tranſmittere ad altare. modo quæritur, quid iuris?

1 In Chriſti nomine. Mihi de prædicta dubitabili q̃ſtione † videtur, ex quo oẽs deceſſerunt, nõ attento ordine moriendi, ꝙ dictum altare fieri debeat tam de bono, & æquo, q̃ de iuris ſubtilitate: quia teſtator poſt mortem omniũ dictum altare fieri voluit: qui caſus extitit: licet ꝑpoſtero ordine mortalitatis. & hoc ſic ꝓbo: iſte teſtator fecit ſubſtitutionem inſtitutorum primo adinuicẽ: ſecundo ſubſtituit eis Maſſiũ: poſt mortẽ Maſſij mandauit conſtitui altare: vnde onus iſtius conſtitutionis pędecedente Maſſio, recidit ad inſtitutos poſt mortem eorum. C. de cad. tol. §. 2. & arg. ff. de condi. & dem. l. Publius. §. 1. nã non fuit nominatim iniunctũ Maſſio, ſed imperſonaliter onus aſcriptũ. & ſic nõ ob. ff. de leg. 2. l. Celſus. §. quod alicuius. & facit qđ no. ff. de cond. & 2 dem. l. q condi. in prin. † & licet onus appoſitũ in ſubſtituto nõ videatur appoſitũ inſtituto, iſtud eſt verũ, niſi per viã caduci, vel quaſi caduci remaneat penes inſtitutũ cõmodũ ex cauſa caduci; q͠a illud cõmodũ remanet tunc cũ onere. d. §. ꝓ ſecũdo. nã in caſu noſtro onus eſt poſitũ poſt gradũ, & ideo oẽs reſpicit, ar. C. de lib. præte. l. 1. & licet ſubſtitutio quo ad Maſſiũ ſit in cauſa caduci, non tñ quo ad altare: ſed cõtra p̃dicta vr̃ quaſi caſus. ff. de mil. teſt. l. qui habebat. vbi caduca facta ſubſtitutione p̃ambula expirat ſubſtitutio ſubſtitutionis. ſed vbi alius caſus eſt, ibi deficit conditio futuræ ſubſtitutionis: vt ibi not. Siſto igitur in prædictis per l. cohær. in prin. ff. de vul. & pup. Ego Bald.

## CONSILIVM CCLXXX.

1 *Subſtitu. an expiret per ingreſſum ordinis fratrum minorum.*
2 *Fideicommiſſum an peti poſſit viuente ingreſſo monaſterium.*

In Chriſti nomine. Factũ ſic ſe habet, quidam nomine Pateran' de Matha. fecit teſtamentũ, in quo fecit talem inſtitutionem & ſubſtitutionem: videlicet in omnib. autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, vbicunq; ſunt, & inueniri poſſunt, & poterunt in futurũ, prædictũ Matthiolũ ſuum fratrẽ, & Ioannem filium olim Colæ olim fratris carnalis ipſius teſtatoris ſibi hæredes vniuerſales inſtituit: & ſi p̃dicti ſui hæredes oẽs deceſſerint ſine filijs legitimis non peruenientib. ad ætatẽ 25. an. ſeu quãdocunq; deceſſerint ſine filijs, ſubſtituit ſibi prædictum monaſteriũ Sancti Angeli, & præfatũ hoſpitale æquali portione, & hanc &c. Modo dicto teſtatore mortuo deceſſit dictus Matthiolus ſuus frater, & hæres: & ſuperuiuẽte dicto Ioan. ſuo nepote, & hærede, qui Ioannes omnia bona dictæ hæreditatis vendidit, & poſt venditionem intrauit religionem, videlicet in ordinem fratrum minorum, & ibi fecit profeſſionem, & viuit. modo pro parte dicti monaſterij S. Angeli dicitur, dictam hęreditatem pertinere ad ipſum monaſterium vna cum dicto hoſpitali vigore dictæ ſubſtitutionis factæ in dicto teſtamento per dictum teſtatorẽ prædictis ſuis hæredibus de dicto monaſterio S. Angeli, & hoſpitali. Quæritur modo, in quanta parte dictorum bonorum dictum monaſterium ſuccedit, & à quo, & quomodo, & qualiter dictum monaſterium poſſit dicta bona repetere, & vendicare; cum dicatur per emptorem bonorum prædictorum dicta bona nõ debere dimittere, & ſi dimitteret, non deberet perdere pretium.

1 In Chriſti nomine. Viſo dicto pũcto, dico † ꝙ per ingreſſum ordinis fratrũ minorum non expirat ſubſtitutio facta ingrediẽti, in qua ſubſtitutione ſunt ſubſtituta pia loca, vt in Auth. de ſanctiſ2 ſimis epiſcopis. §. ſed hoc p̃nti. † ſed dubitatio eſt, nũquid fideicõmiſſum peti poſſet in vita iſtius ingreſſi: & videtur, ꝙ non; q͠a mors naturalis expectanda eſt, ff. de iure fiſci. l. Statius Florus. §. Cornelio. gl. C. de dona. inter virũ & vxo. l. res vxoris. §. vltimo. ff. de verb. obl. l. ex ea parte. §. inſulam. In cõtrariũ videtur; quia ingreſſus religionis minorum verè naturali morti æquiparãdus eſt quò ad bona temporalia, nec alia mors expectanda videtur: quia ex morte naturali non poteſt augeri effectus, ar. C. de epi. & cle. l. Deo nobis. & quod ibi no. & l. res. in prin. & quod notatur de li. & poſth. l. Gallus. §. & quid ſit tantum. mihi videtur, ꝙ ingreſſus ordinis minorum non faciat caducum ius emptoris: imo emptor poſſit poſſidere, donec viuit talis frater minor, ar. ff. de leg. 2. l. peto. §. prædium. & facit, quod no. Dyn. in d. §. Cornelio. facit & in arg. ff. quemad. ſeru. amit. l. ſi parte. §. ſi per fundum. nam factum tutoris, & mutatio ſtatus auctoris non officit emptori, cui erat ius quæſitũ. In cõtrarium facit: quia finito iure auctoris per impoſſibilitatẽ iuris propter ingreſſum videtur finitum ius ſucceſſoris. ff. de pig. l. lex vectig. ſed ibi penes auctorem erat adhuc dominium, & inde depẽdit ius alterius: & ideo ſublato principali tollitur acceſſorium. ff. de tranſac. l. & poſt. §. 1. & facit quòd mors fratris minoris expectanda ſit, licet frater minor, & ordo nil poſſideat, ff. de legat. 2. l. cum pater. §. ab inſtituto. in ratione ſui. Item facit eadem l. §. hæreditas. & C. de his, qui ve. æta. l. fi. nam queſtio dirimitur in l. fi. in fi. C. communia de leg. Ego Baldus.





## CONSILIVM CCLXXXI.

1 *Pubes de quanta parte diſponere poſſit, ſi ipſe cum quatuor fratribus inuicem ſubſtituti fuerint, & duo ex illis in pupillari ætate deceſſerint.*
2 *Inſtitutus in re certa, vel in quantitate cui tranſmittat.*
3 *Subſti. vniuerſalis an tollat ius legatorum.*
4 *Puberi non poteſt ſubſtitui in legitima.*

In Chriſti nomine. Viſo teſtamento cõdito per Nicolutium de Fabriano; quia ꝓponitur, quòd dictus Nicolutius habuit quinque filios. ſ. Vannem, Florutiam, Liſam, Benedictam, & Angeluciam: & quòd mortuo teſtatore deceſſit primo Angelucia in pupillari ætate. 2. Vannes in pupillari ætate. 3. Benedicta pubes, quæ dimiſit iura ſua marito: & quæritur, quid debeat habere, & in quo ſuccedat dictus maritus dictæ d. Benedictæ ex pſ̃ona dictæ dominæ Benedictæ? Cõſiderandum eſt, quòd teſtator prouidit dictæ Benedictæ tripliciter. ſ. inſtituẽdo in 200. lib. in poſſeſſionibus, &c. ſubſtituendo ſororibus, & tertio ſubſtituendo 1 fratri ſuo inter cętera. † Quantum ad primum non eſt dubium, ꝙ Benedicta debeat habere 200. lib. eo. modo, & ſi eas habuit &c. bene eſt: ſi verò non habuit, tranſmiſiſſet ius ſuum, & purũ trãſmiſſibile. C. de cad. tol. §. ſin autem in nouiſſimo. nam inſtitutio in re certa, vel in quantitate; quia non deſiderat aditionẽ, talis inſtitutio iuris vigore recipit trãſmiſſionem, vt ſimplex legatum, vt C. de hęre. inſti. l. quot. ff. de leg. 2. l. ſimplex. §. pro parte. ius enim adeundi conſiſtit in hærede vniuerſali: non in hærede in re certa: niſi eius inſtitutio porrigeretur ad vniuerſum. ff. de hæred. inſtit. l. 1. §. ſi ex fundo. & l. ex facto proponebatur. & maximè dicta inſtitutio recipit trãſmiſſionem filio inſtituto, vt l. ex militari. §. fin. cum l. ſe. de mili. teſtamento. de ſtip. ſeruo. l. li2 ber homo. §. fi. & not. in l. apud hoſtes. cum ſi. † Quantum ad ſecundum de ſubſtitutione facta filiabus eſt dubium, vtrum Florutia in dicta ſubſtitutione contineatur: nam dicta Florutia diſiuncta erat à ſororibus, & ſeorſum de ea diſpoſitum: vnde in illa mutua ſubſtitutione ſeu reciproca non videtur ipſa contineri, nec in actiua, nec in paſſiua ſubſtitutione, vt ff. de vulg. ſubſt. l. cohæredi. §. qui diſcretas. niſi quodam ordine, id eſt, vt primo coniuncti, quàm ipſi ſubſtituti veniant. Sed cõtrarium videtur; quia iſta ſubſtitutio ſumitur ex alio ex parte eius, cui ſubſtituitur: quia dicit, & ſi aliqua, &c. & omni reſpectu eorum, qui ſubſtituũtur: & verba ſint clara, & ex verbis intentio certa. ff. de leg. 3. l. ille aut ille. §. 1. vnde §. qui diſcretas. loquitur in dubio: ſed vbi eſt certum, non eſt locus coniecturæ. ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita. eſt autem hic certum: quia ſermo teſtatoris, & par ratio affectionis ad omnes aptari videtur. non video ex verbis ambiguis certam mentem: nam hic ſermo duas ſpecies exprimere poteſt. primo, vt dictio cauſarũ referatur ad proxima: alio modo, vt ad eum etiam remota: & hoc duplici modo, primo pariter: ſecundo quodam ordine, vt coniunctæ inſtitutiones præferantur in ſubſtitutione, quaſi ſubſtitutio ſuccedat in locum cuiuſdam ordinis accreſcendi, quod verum puto, ſaluo conſilio ſaniori, per §. qui diſcretas. ex his apparet, quòd Florutia non facit partem ſororibus: quia non concurrit cum eis. ſequitur ergo, quòd in parte Angelutiæ ſucceſſerit Vannes pro dimidia: & Liſa, & Benedicta quælibet pro parte quarta: quæ ſucceſſio cum ſit titulo ſingulari, & de ſuo, & neceſſario hærede, tranſmiſſionem recipit. ff. de vulga. ſubſtit. l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. & not. C. de iure delibe. l. quidam elogio. de acq. hæred. l. qui patri &c. Quãtum ad 3. de ſubſtitutione facta Vanni, in hoc omnes filiæ pares ſunt diſiunctæ re, & verbis, & ſermo eſt vniuerſalis: & ideo Vanni in vna tertia omnes ſorores ſucceſſerunt, & huius etiam recipit tranſmiſſionem: quia ergo tres ſorores ſupererant, quælibet pro tertia tertiæ ſuccedit. C. 3 de impu. & alijs ſubſtitut. l. fi. † Sed dubium, nunquid vniuerſalis ſubſtitutio tollat ius legatorum: & videtur, quòd ſic in eiuſdem perſona. ff. de leg. 1. l. licet Imperator. & quod ibi per Dyn. Contrarium credo: quia ſubſtitutio fideicommiſſaria vniuerſalis non tollit ius legatorum pro portionib. quæ ad alios confluunt, arg. ff. de proba. l. quinquaginta. cum ſit inſtitutio in parte, quæ non reſecat prælegata, de leg. 1. l. & quid totum. de leg. 2. l. miles. §. fi. ecce ergo quomodo Benedicta ſucceſſerit ex ſingulis prouiſionibus. Reſtat videre, cum deceſſerit, quid ex ſubſtitutione ſibi facta pertineat ad ſubſtitutos. nam id, quod non per4 tinet ad eos, remanet marito eius hæredi. † & præmitto, quòd cum dicta Benedicta deceſſerit pubes, non potuit ei ſubſtitui in legitima. ſ. per fideicommiſſariam ſubſtitutionẽ, vt no. C. de inoff. teſt. l. ex tribus. & l. quoniã in prioribus. & l. ſcimus. in eo autem, quod habet ſupra legitimam, iſtud deuenit ad ſubſtitutos, nec habent locum iura, quæ dicunt de duab. quartis: quia dicta Benedicta non fuerat hęres vniuerſalis, ſed legitima debetur filio, licet nõ ſit hæres vniuerſalis, in Auth. vt cum de appe. cogn. §. aliud quoq; capitulum. ff. ad treb. l. 1. §. inde Neratius. ff. ad l. fal. l. lex falcidia. §. nunquam. & ideo hæc eſt concluſio, ꝙ maritus dictæ Benedictæ debet habere legitimam ex perſona dictæ Benedictæ. Reliquũ ad ſubſtitutos decerni: quia dictæ filiæ habuerãt ſubſtitutionem in prima inſtitutione, & etiam poſtea in vniuerſali. Et ita dico & conſulo ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXXXII.

1 *Conceſſio facta per epiſcopum ſine cõſenſu capituli, & illorum, quorum intereſt, an valeat? & quid in legato. & nu. 2.*

In Chriſti nomine. Factum tale eſt, dñs Napoleo tunc Apoſtolicę ſedis legatus ad inſtantiã epiſcopi Camer. conceſſit, & dedit eccleſiã ſanctæ Luciæ de Fabriano Camer. dięce. cum ditionibus, cœmeterio, plateis, ortis, & alijs rebus ipſius eccleſię circumiacentibus priori, & conuentui domus fratrum prædicatorũ de Fabriani: & hoc fecit tam vice, & nomine dicti dñi epiſcopi, q̃ ex qualibet alia auct. qua fungeretur: non tamen in hac conceſſione acceſſit voluntas, vel ratificatio cuiuſdam Abbatis, & capituli, quibus dicta eccleſia ſanctæ Luciæ ſubdita erat: poſtquã dicti fratres prędicatores dictam eccleſiã continuè tenuerint ꝑ tempus 40. annorũ, vel circa: nũc verò Abbas, & capitulum dicti loci volunt conſentire, & epiſcopus Camer. cum ſuo capitulo vult confirmare, & inquantum expediat de nouo concedere dictam eccleſiã eccleſiæ ſanctæ Luciæ prędicto loco, & cõuentui prædicatorum. modo quæritur, an prædicta ſufficiant dictis 1 fratrib. prędicatoribus, vel nõ? Super quib. † conſultus ego Bal. infraſcriptus dico conceſſionem factam auct. epiſcopi à principio nõ tenuiſſe pp duo. primo: quia non interuenit cõſenſus ſui capituli, vt extra de dona. c. paſtoralis. ad finẽ. ſecundo: quia non interuenit conſenſus illorum, quorum intereſt, qui requiritur in tali conceſſione perpetua, vt plene notatur in cap. 1. de 2 rerum permu. lib. 6. & probatur per multa iura. † Sed vidẽdum eſt, vtrum Legatus de latere potuerit hoc facere aut. legationis, & videtur ꝙ non in pręiudicium dicti Abbatis, vt in c. vltimo de confir. vtili, vel inutili. ff. qđ vi, aut clam. l. prohibere. §. planè. & quia licet ſit Legatus de latere, non poteſt tamen auferre ius vnius, & dare alteri: nec poſſeſſionẽ ad vnam eccleſiam pertinentem ad aliam trãsferre. hoc dico propter res non ſacras, quæ hic nõ acceſſerunt conceſſioni, vt ſunt orti. In contrarium videtur, ꝙ Legatus hoc potuerit, etiã cum pręiudicio diœceſani, ex quo diœceſanus conceſſit, vt no. in Spe. tit. 2. §. nunc oſtendendum. ver. quarto innuit. confirmat pędicta & inueterata poſſeſſio: vt extra de pęrſ. c. de quarta. quid dicẽdũ. Dico, ꝙ ſi de nouo interueniat conceſſio domini epiſcopi, & capituli, & expreſſus conſenſus Abbatis, & capituli ſui hodie accedat, nullum dubiũ eſt, quòd conceſſio eccleſiæ & cœmeterij valebit: & plenum robur obtinebit, vt probatur in d. c. paſtoralis, & c. inter dilectos. & facit, quod nota. extra præbend. cap. de mona. & quod legitur, & no. in c. ſi vna. de reb. eccl. non alie. in cle. in gl. quæ incipit, non eſt iſte caſus. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCLXXXIII.

1 *Solennitas in delicto vniuerſitatis quæ requiratur.*
2 *Non præſumitur pro dicto teſtis quoad ſolennitatem.*
3 *Teſtes deponentes de publica ſcientia debent addere rationem per ſenſum corporis.*
4 *Teſtis in eo, quòd habet plurimum iuris, aut cõſiſtit in artificio iuris, debet ſpecificè per cauſas ſingulares deponere, non implicitè.*

In Chriſti nomine. Viſa inquiſitione cõtra cõe conſiliũ, & vniuerſitatẽ Caſtri Montis Fortini de receptione quorũdã de dicto Caſtro, qui dñr exbanniti, formata per ſapientiſſimũ virũ dñm Marcum, & ponderato tenore inquiſitionis, & viſis dictis teſtium, & viſa conſtitutione domini Bertrandi, & alia dñi Egidij, quæritur an debeat ſequi ſentẽtia condẽnatoria, an verò abſo1 lutoria? † Et videtur primo, ꝙ debeat ſequi ſñia condẽnatoria: quia receptatio probata eſt per teſtes deponentes de viſu, & ſcien-

ſcientia videtur ꝓbata per teſtes qui dicunt, ꝙ banna eorum e-
rãt publicè notoria, & hoc videtur ſufficere, vt no. in l.1. ff. de re-
cep. & facit c.1. de poſtu.præl. ad idem facit. C. de teſti. l. 1. ff. ad
mace. l.4. C. ad mace. l. Zenodorus. nã talis quiſq; p̄ſumit̃, qua-
lis cõmuniter reperitur. C. de ſeruis expor. l. moueor. extra de
proba. c. per tuas. In contrariũ videtur: qa ſubſtantialia nõ ſunt
probata. oñditur ſic, nam ad hoc vt vniuerſitas delinquat in fa-
ciendo, exigitur, ꝙ ad ſonũ tubæ vel cãpanæ, vel alio modo con
ſueto ſe congreget, & deliberatè cõmunicato cõſilio ad delin-
quendũ ꝓcedat. & ſic quædã ſolennitas requiritur in delicto v-
niuerſitatis, vt no. ff. de reg. iur. l. aliud. §. referẽ. ff. qđ metus cau-
ſa. l. metũ. §. animaduertendũ. cum ſi. ſed iſtud non eſt probatũ p
2 teſtes, † nec p̄ſumitur pro dicto teſtis quo ad ſolennitatẽ: vt no.
C. de vſuris. l.1. nec ſufficit, ꝙ implicitè dixerit, ꝙ cõmune, conſi
liũ, & vniuerſitas receptauit: quia hoc nõ poteſt eſſe, niſi forma
ſeruata p̄dicta, q̃ eſt iuris, & ea quæ iuris ſunt, non ꝓbantur, niſi
teſtes ſpecificè deponant tale factũ, ex quo illud eliciatur, vt no.
Inn. extra de teſtib. c. cum cauſam. vniuerſitas. n. vicẽ perſonarũ
habet. ff. de fideiuſ. l. mortuo. qñ eſt legitimè cõgregata. alias nõ
poteſt delinquere, nec cõtrahere, nec ſe obligare. C. de legatio.
l. fi. li.10. C. de vend. re. ci. l. fi. cũ ſi. Secundo probatur hoc: quia
non eſt ꝓbata ſcientia, ꝙ vniuerſitas vt vniuerſitas ſciret. nã ad
hoc vt vniuerſitas ſcire fingatur, oportet, ꝙ notificatũ ſit ſibi in
capitulo, vel cong. nec etiã ſufficit ſingularis ſciẽtia hominũ ci-
uitatis, ſi non eſt in forma vniuerſitatis, vt no. ff. de reg. iu. l. non
poteſt dolo carere. vel ſaltim Regimẽ Ciuitatis, vel terræ debe-
ret ſcire. l.1. in fi. ff. qđ cuiuſq; vniuerſi, ſed nihil eſt probatũ, qđ
includat ſcientiã: quia nec bannũ exhibitũ fuit, nec ibidẽ voce
præconis publicatũ. ff. depoſi. l. ſi quis. in fi. de elec. c. cauſam. in
3 cle. † Tertio ꝓbatur; qa teſtes, qui dicunt de publica ſciẽtia, nõ
addunt rationẽ p ſenſum corporis, ſicut debẽt, vt ff. de teſt. l. qui
teſt. §. fi. & no. C. de teſt. l. te. ff. de aqua plu. arc. l.3. §.1. imo nec de
publica ſciẽtia, ſed de priuata, ſi bene inſpiciatur. Quarto ꝓba-
tur, quia per cõſtitutionẽ dñi Egidij fuit addita certa forma de-
nunciationis fiendæ, quæ denũciatio eſt de ordine & forma no-
uæ legis, à qua non eſt recedendũ, vt ff. de adult. l. denuncia. hoc
enim intentare eſt, ſed non probatũ, ergo, &c. de inſti. l. habeat.
quãdo actio de peculio eſt anna. l. quæſitũ. & ad hoc optimè fa-
cit ff. de incen. rui. & naufra. l. ne quid. in prin. & §. de his autem,
Item vbi l. noua tradit formam, alia l. non præfixam, ſequẽda eſt
l. noua, vt no. ff. de iuſti. & iure. l. ius ciuile. ff. ad munic. l. conſt. in
Auth. vt factæ nouæ conſti. in rub. & nigro, & omiſſio modi, vel
formę nedum in actu pœnali, ſed in actu fauorabili impedit diſ-
poſitionem legalẽ. ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Flauius Her-
mes. ex quib. videtur concludi, non eſſe probata probanda per
dicta teſtiũ. ſi autẽ producerentur banna, & notificatio banni p
inſtrumenta facta dictæ communitati accuſatę, tunc bene eſſet
cõmunitas in cauſa condẽnationis: ſed ſi aliud non probetur, q̃
dicti teſtes probent, eſt in caſu abſolutionis: quia nec in forma
vniuerſitatis ꝓbatur receptaſſe, nec vt vniuerſitas ſciſſe, nec no
minata, nec certificata eſſe, ff. de act. emp. l.1. §.1. nam nemo prę-
ſumitur bannitus, de proba. l. ab ea parte. & ſciẽtia Titij, & Seij,
& plurium ſingulorum eſt ſingularis ſcientia, & non vniuerſa-
lis. ff. de iniurijs. l. ſi plures. & maximè patriæ indulgeri oportet,
quæ paterno affectu vincitur, arg. ff. de recepta. l. fi. & ſi dicatur,
teſtes dñt, ꝙ conſilium receptauit tanq̃ tales, ergo ſicut tale, rñ.
ad id adaptatur ꝓbatio, ad quod aptatur ſenſus corporalis, per
quem teſtis deponit ſic: niſi propriè ſenſus, de quo teſtis hic de-
ponit, non eſt talis ſenſus, per quem habeatur talis notitia. Prę-
terea non dicit teſtis, de quo conſilio. & ſi plura ſint conſilia in
tali comitatu, non ſufficit, niſi ſit conſilium habens auctoritatẽ
obligãdi, etiam per viã delicti. ff. de pa. conuen. l.1. §.1. & dictum
dubium teſtis in facto non probat, de proba. c. in p̄ñtia. & ſi di-
catur, teſtes dicunt, ꝙ fuerunt receptati per cõmunitatẽ, & vni-
uerſitatẽ, & ſe vidiſſe. Reſpondeo, plus dicere debuerunt. ſ. ſpe-
cificare, quomodo ſciuit, quod vniuerſitas hoc fecerit vt vni-
4 uerſitas. ſ. ꝙ Titius, & Seius traxerint moram in Caſtro, † nam
vbi id, quod debet probari, habet plurimum iuris, & in artificio
iuris conſiſtit, teſtis debet ſpecificè per cauſas ſingulares depo-
nere, non implicitè, & conſenſu, vt no. Inn. in d. c. cũ cauſam. qa
poſſet teſtis decipi in eo, qđ iuris eſt, aliàs magis eſſet iudex, quã
teſtis. item eſſe bannitũ, & non bannitũ, prout eſt qualitas cor-
pori inhærens, non conſiſtit in actu viſibili, ſed inuiſibili. C. de
edicto diui Adri. l.2. ideo p̄ſumit̃ ignorantia, q̃ puniri nõ dẽt. C.
de ſer. fug. l. qcunq;. C. de tab. l. gñaliter. maximè in vniuerſitate.
C. de re mil. l. tã collatores. ff. de decr. ab or. faci. l. fi. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXXXIIII.

1 *Stante ſtatuto, quòd bona condemnati de homicidio pro parte applicentur fiſco, & pro parte hæredi interfecti, an bona emphyteu. eccl. veniant confiſcanda, & applicanda parti.*
2 *Banniti non ſunt verè deportati.*
3 *Fiſcus non eſt propriè hæres.*

In Chriſti nomine. Præmiſſis verbis cuiuſ-
dã ſtatuti in effectu di-
centis, bona condemnati de homicidio pro parte applicentur
1 fiſco, & pro parte hæredibus interfecti. † Quæritur, an bona ho
micidæ emphyteutica veniant ſic confiſcanda, vel applicãda? &
loquor de emphyteuſi eccleſiæ conceſſa certo generi perſona-
rum vſq; in tertiam generationem. & iſta quæſtio eſt ſatis anti-
qua: & ſunt opin. diuerſæ. quidã dixerunt, ꝙ huius emphyteutæ
bona cõfiſcari, & applicari p̄ñt alteri ꝓpter delictũ emphyteu-
tæ: vt ff. de dam. in fe. l. ſi finita. §. ſi de vectig. facit, qđ no. in Spec.
de loca. §.1. ver.40. quæritur. & confirmatur hæc opin. quia iſta
alienatio legalis eſt neceſſaria, vnde non videtur prohibita. ff.
fam. erciſ. l. alienationes. itẽ eſt alienatio vniuerſalis: vnde trãſit
cum vniuerſitate. ff. de acq. rer. do. l. quædã. ff. de contrah. emp.
l. in modicis. ad idem, quia dato, ꝙ quantum ad inſeparabilem
emphyteuſim non fieret tranſlatio, debet fieri quo ad cõmodi-
tatem, & annuum reditum. ff. de peric. & commo. rei vend. l. ne-
ceſſario. §. fi. ff. de re iudi. l. commodis. extra de fideiuſſ. c. perue-
nit. nã in cauſa iudicati annui redditus capi poſſunt, licet ipſum
rei principale corpus alienari non poſſit. Alij diſtinxerunt, aut
eſt emphyteuſis eccleſiæ, & iſta non poteſt fiſco applicari, nec
alteri ex maleficio emphyteutæ. vnde licet emphyteuta cadat à
iure ſuo, eccleſiæ conſolidatur: non autem alienatur, vt in Au-
then. de alie. & emphy. §.1. fit ergo priuatio in pœnã, ſed nõ trãſ-
latio. & ſic intelligunt, quod no. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam,
aut eſt emphyteuſis priuati: & tunc aut eſt tranſitoria ad quem-
libet hæredem, & tranſit ad fiſcum, aut in ſuos tantũ. ſ. hæredes.
& tunc non tranſit ad fiſcum, ſed reuertitur ad dominum, & eſt
ratio: qa fiſcus eſt loco hæredis extranei. ff. ſol. matri. l. ſi cõſtan-
te. §. fin. non loco hæredis ſui, vt no. in l.2. ff. de interdi. & rele-
gat. & iſta eſt opin. doct. mei, videlicet domini Bar. in §. ſi de ve-
ctiga. ſecundum iſtam opin. emphyteuſis banniti redit ad eccle
ſiam, non ad fiſcum, nec ad hæredem interfecti. ad hoc facit: qa
iſta emphyteuſis eſt conceſſa certo generi perſonarum quaſi in
priuilegium earum, ergo ad aliam perſonam nullo titu. tranſire
poteſt, nec res, nec ius: quia omnes aliæ perſonæ prohibitæ vi-
dentur. C. ne rei domi. vel templo. l. vniuerſas. ff. de leg. 2. l. cum
patronus. l. cum pater. §. libertis. & qui non pôt alienare, debet
facere curare, ne alienetur. per no. ff. de verb. l. ſi quis Seia. vnde
ceſſat hic argum. de alienatione legali, & confirmantur prædi-
cta: quia bannitus ad mortẽ habetur pro mortuo, & pro depor-
tato, vt in §. relegati. in glo. inſt. quibus mo. ius pa. po. ſo. ſed per
mortem redit ad eccleſiam liberis non extantibus, & facit de
capi. dimi. l. tutelas. §. pen. vbi dicitur quod nudus exulat, ſaltim
enim quò ad bona eius territorij, & pro deportato debet habe-
2 ri. † licet banniti non ſint verè deportati: quia præſides non ha-
bent ius deportandi: tamen ex quo omnibus bonis expoliantur
quo ad bona, licet non quo ad capitis diminutionem, habentur
loco deportatorum: & de ſimilibus idem eſt iudicium. C. de in-
ſti. & ſubſ. l. ſi iure. nec ob. de iure fiſci. l. ſtatius Florus. §. Cornel.
quia quo ad implendam conditionẽ non habetur pro mortuo:
vt ibi. & ideo fiſcus non reſtituit ante mortem naturalem, poſt
reſtituit; quia non habetur loco filij: ſed quo ad perdenda bona
3 habetur pro mortuo, † & fiſcus pro hęrede. C. ad l. Iu. de vi. l. tu-
toris. non tamen hęres propriè: quia deportatus non habet hę-
redem. facit, quod no. ff. de noua. l. nouatio. & per hoc reſpõde-
tur ad id, quod dicitur cõfiſcari vtilitatẽ perceptionis; quia per-
empta emphyteuſi nulla perceptio competit emphyteutæ: er-
go nec alij ex perſona eius. ff. de leg. 2. l. peto. §. prædiũ. ff. de pig.
l. lex vectigali. Præterea alienatio reddituũ ſine termini, & tem-
poris limitatione dicitur quædã alienatio rei. ff. de ſuperficie. l.
1. §. quod ait. ſed hoc fieret ſine tp̄is limitatione, ergo fieri non
poteſt. C. de dona. l. ſancimus. ad finẽ, & quod no. per Cy. de leg.
2. l. eo. §. inſtituo. Item inſtrumentũ, in quo pendet forma dictæ
emphy-



emphyteuſis, habet in ſe pactum generale de verè alienãdo, &
eſt generale quo ad perſonas, & ſpecies alienationum: & ideo
habet generalem ſignificatum. C. de reb. eccl. non alienã. l. fi. &
quoties apponitur pactum iſtud, nullum genus tranſactionis
permittitur, in Auth. de alie. & emphyteu. §. ſancimus. conclu-
dendo non puto in dicta confiſcatione, & applicatione fienda
hr̃dibus interfecti dicta bona emphyteutica d̃uenire. Ego Bal.

CONSILIVM CCLXXXV.

1 *Captura ex quibus reddatur nulla: & quæ requirantur, vt poſſit quis capi tanquam ſuſpectus.*
2 *Suſpectus quis non dicitur, ſi alibi in loco vicino poſſidet immobilia.*
3 *Suſpitio fugæ non probatur per ſacramentum.*
4 *Probari debet per teſtes, non ſolo iuramento aliquem non eſſe ſoluendo, vel vergere ad inopiam.*
5 *Fuga non probatur iuramento.*
6 *Iuramentum non poteſt deferri parte non citata.*
7 *In iure ciuili non reperitur, quod pro debito ciuili, vel iudicio ſiſti poſſit quis capi, niſi ſit contumax.*
8 *Concluditur in cauſa per conſilium ſapientis.*
9 *Captura an ex pacto poſſit concedi.*
10 *Suſpectus non iudicatur, qui habet fideiuſſorem.*

In Chriſti nomine. Quia non eſt opus co-
lorari veritatẽ, eo ꝙ ſo-
li ſolus: nã in claritate ſuppoſita veritate facti, breuiter ad iuris
allegationes veniam. thema vero tale in facto, eſſe videtur ſuc-
cinctè loquendo: quia Ioannes, & Vannucius, ſe inſolidum ob-
ligauerunt ex cauſa emptionis Zuccocij, & proptera fuit incho-
atus proceſſus Came. eſt verum, quod non apparet de hoc ali-
ter, niſi propter generalem citationem, quod Ioannes prædi-
ctus iret reſponſurus de iure. item iſte actor accepit tenutã de
bonis dicti Io. volens ſibi cautum eſſe incumbere pignori: vt in
ſcriptura dicitur, deinde actio in dictum Ioan. tranſit ad nouum
forum. ſ. ad curiam Peruſinam, & lite pendente, & exceptioni-
bus diſcuſſis, iudex his conceſſit licentiam, ſeu ſemel conceſſit,
& poſtea renouauit de capiendo, inde captura ſecuta eſt. modo
quæritur, cum dubitetur, an ſit rite captus, quid iuris? Et ſapiẽs
non eget, vt ei allegetur: quia thema prædictum quæſtionem
diſſoluit, tamen quia mos gerendus eſt, † dico hanc capturam
inciuiliter emanaſſe, & in caſu non permiſſo: & ideo captum re-
1 laxandum fore cõcludo. & hoc primo ex defectu iuriſdictionis.
ſecundo ex defectu allegatæ ſuſpitionis. tertiò ex contraria ve-
ritate allega. ſuſpitionis infringente. quarto ex defectu proba-
tionis. quinto ex inordinato proceſſu. ſexto ex pluribus alijs
rationibus iſtam partem fouentibus. Et primo arguo, iſte pro-
ceſſus fuit inceptus Camerini: ergo ibidẽ finiri debet. ff. de iud.
l. vbi cæptum. nam etiam per generalem citationem inchoatur
proceſſus. C. de anna. exce. l. fi. niſi actor perſecutus poſtea eſ-
ſet aliam ſpeciem tm̃, vt ibi not. quod hic non fecit, imo punit̃,
quia ſuper eodem reum trahit ad diuerſa examina. C. de aſſer.
tol. l. j. in fi. & notetur contra capturam, prout hic nunc obijcit,
quia ſumus in princ. cum iſta captura non ſit facta vt proceſſus:
ſed extrinſecus cauſa allegata, non tantum probata, nec vera.
Ad idem facit: quia ex quo actor elegit vnum locum iudicij, nõ
poteſt poſtea variare. ff. de eo, quod certo loco. l. non vtiq;. vbi
eſt expreſſum. facit, quod not. in ſimili auth. habita. cum ſi. Nec
ob. ſi dicatur, ꝙ inſtantia Camerini finita erat; quia in terris ec-
cleſiæ nõ finitur inſtãtia triennio, extra de iudi. c. ſignificantib.
& quia non erat lex conteſtata: vt l. properandum. ex ſecundo
arguo, ſuſpitio non fuit præpoſita, nec allegata rite; nam dictus
debitor à principio obligationis erat eiuſdem conditionis, cu-
ius tempore licentiæ: quia forenſis, & non habens Peruſij do-
micilium: ergo conditio non ſit mutata Peruſij, vbi capitur, er-
go non poteſt ibi dici ſuſpectus. ff. de priui. credi. l. ſi creditores.
vbi eſt expreſſum. ff. vt in poſſ. leg. l. ſi is, à quo. §. fi. cũ l. ſe. & ibi
per Dy. ſol. mat. l. ſi conſtante. in prin. per doc. itẽ eſſe forenſem
non propterea eſſet ſuſpectus. ff. de iud. l. ſi hæres abſens. §. fi. nã
qui ab initio contraxit cum tali, videtur eum approbaſſe ido-
neũ, ff. mã. l. inter eas. §. abeſſe. ff. de fideiuſſ. l. qui ſatiſdare. cum
ergo non fuerit allegata noua cã ſuſpicionis, non fuit allegata
ſuſpicio rite, nec etiam rectè. ff. de re. iu. l. qui cum alio. ad idẽ:
quia non allegauit agens iſtum non poſſidere immobilia: ſed
dixit nõ poſſidere Peruſij: & ſic ſe arctauit ad certum locum, †
2 ſed non dr̃ ſuſpectus, ſi alibi poſſidet in loco vicino: ſicut eſt
terra Camerini. facit ff. de dam. inf. l.4. §. ſi tam vicinũ. & ita te-
net Pe. & Cy. alioquin omnis aduena eẽt ſuſpectus vbique niſi
in loco domicilij: & vbique poſſet inchoari captura eius indiſ-
cuſſo negocio, quod eſt abſurdum, & ridiculum. ex tertio dico,
quod allegatio ſuſpicionis non innititur veritati: nam conſtat,
ꝙ in loco cõtractus, & domicilij. i. Camerini poſſidet ĩmobilia,
& actor de eis tenutã accepit: & ex quo pro toto debito incum-
bit pignori, præſumitur pignus ſufficiens, niſi contrarium pro-
betur. ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. ſi pignori. ecce, ꝙ non innitit̃
veritati ex ipſis rebus. item non innititur veritati ex perſona: qa
conſtat, hũc captum in iudicio per procuratorem ipſius p̄ñris,
& in ciuitate exiſtentis & cõmorantis diu poſt iur̃m, ꝙ erat fu-
gitiuus, & receſſurus, de mendacio, q iurauit ipſius facto con-
trario conuictus eſt: & veritas refragatur, & eſt ſtandũ tali iura-
mento. C. de re. cre. leg. fi. facit ꝙ not. ff. de infa. l. Lucius. & licèt
de iſto mendacio multa fabuloſe dicãtur, non ẽ à iuris tramite
deuiãdum. † Ex 4. dico, ꝙ ſuſpicio non probatur per ſacr̃m, nec
3 potuit deferri parte non citata. præterea probo; qa ſacr̃m ſolũ
non ſufficit ad probandum id, ꝙ generat magnũ p̄iudicium, ni-
ſi alias ſit plenè probatum: vt l. in bonæ fidei. & l. admonendi. &
etiã in ſummarijs dẽt fieri plena probatio, id eſt teſtibus, & in-
ſtrumentis, vt leg.1. §. ſi ea. de ventre in poſſ. mitten. ſed captura
perſonæ eſt magni præiudicij, & maioris, q̃ captura rerum, vt C.
ne filius ꝓ patre. auc. & oĩmodo. ergo non poteſt fieri ex ſolo iu-
rõ. facit. c. legitima. de ap. lib. 6. non enim ſufficit, ꝙ pars ſuſpice-
tur, ſed ipſe iudex de ſuſpicione informati ſaltim per indicia fu
gæ, ff. de ꝓbatio l. cum ꝓbatio. & ff. de ædil. edi. l. q̃ro. in princi.
item vt recedatur à communi, & abſoluto tramite iudiciorum,
nõ ſufficit iuramentũ, vt not. ff. de min. l.3. §.2. † Accedit ad hoc;
4 q̃a aliquẽ non eſſe ſoluendo, vel vergere ad inopiã debet ꝓbari
p teſtes, vt no. ff. qui ſatiſ. cog. l. ſi vero. §. j. ff. de magiſt. conue. l.1.
§. ꝓba. C. quando fiſcus, vel priuatus. l.2. C. de iure do. l. vbi ad-
huc. nõ ſolo iur̃o. ff. de excu. tu. l. paupertas. p Iac. † item fugere
5 eſt dolus, qui non probatur per ſacramẽtũ. no. in l.3. §.2. de mi-
no. † ꝙ etiam non potuit deferri iur̃m parte non citata, probat.
6 l. de vnoquoque ff. de re iud. & de adop. l. nam ita diuus. & C. de
teſti. l. ſi qñ, cũ ſi. nõ ob. §. à Barbaris. qa ibi loquitur de quodam
iur̃o excuſationis, ſeu purgationis, nõ de iuramento ꝓbato. itẽ
& ibi erãt indicia pro eo, cui deferebatur. ſ. ex quali. præceden-
tis iuris. item non ob. ad exihen. l. theſaurus, qa ibi in preparato
rijs, & in his, q̃ ſunt leuis præiudicij: ſed vinculis ſtare eſt p̄iudi-
cij & infamiæ. Item nõ. ob. §. ſufficit. qa ibi loquitur de proba-
tione inpedimẽti ſecundum intellectũ Iac. vñ veritas eſt, ꝙ per
ſolum iur̃m actoris à iuris ordine non eſt recedendũ: & confir-
matur p ſtatutũ, ꝙ defert iur̃m certo gñi pſonarũ. ſ. ciui. comi-
tatenſi, & familiariter habitãti: vñ cæteris denegare vr̃ ꝙ qbuſdã
diſtributiuè in p̄rogatiuã cõcedit. ff. de leg. 2. l. cũ p̄ronus. ff. de
iudi. l. cum p̄tor. nã cum ſacr̃m certæ p̄ſonæ eligit̃, à pſona non
receditur. C. de reb. cred. l. generaliter. & de dote plega. l. Theo
põpus. aliud ſtatutum de iſta materia loquit̃ negatiuè: & iõ facit
pro non contra & ſi dicat, hẽt implicitã affirmatiuã à contrario
ſenſu. Rñdeo, nõ ſumitur iſtud argm̃ in ſtatuto, vbi aliud ſtatu-
tum expreſſe diſponit oppoſitum, vt no. C. de condi. inſti. l. cum
patrem. & vnũ ſtatutũ ſecundũ limitationem alterius, dẽt intel-
ligi. ff. de l. nõ eſt nouũ. & l. ſed & poſte. & ibi no. Ex quinto. ſ. ex
inordinato proceſſu apparet; quia facta eſt executio añ debitũ
liquidatũ: & pẽdente exceptione: & ante ꝓnunciationẽ iudicis
ſuper debito: & ſic eſt proceſſum perperam. ff. ꝙ me. cã. l. fi. in-
fi. C. de pac. l. ſi pacto, quo pœnam. in fine & eſt expreſſum de re
iud. l. ſi cum nulla. & ſi dicatur, non eſt captus pro ſolutione: qa
non pôt fieri, niſi in cãm iudicati: ſed ꝓ ſatiſd. de iudicio ſiſti. †
7 Rñdeo, pro iſta ſatiſdatione non eſt locus detentationi perſo-
nali: quia de iure ciuili non reperitur, quod pro debito priuati,
vel pro iudicio ſiſti quis poſſit capi niſi ſit contumax, vt l. con-
ſentaneum. vel niſi quis ſit condemnatus, vt l. j. qui bo. ce. poſſ.
& neutrum eſt hic: qa hic nunq̃ fuit ſatiſdatio petita. l. iam tũ. §.
nunc videamus. ff. iudica. ſolu. & fuit proceſſum in cauſa ad ex-
ceptiones peremptorias, non petita ſatiſdatione: vnde admo-
dum peti non poteſt. ff. de procu. l. Pomponius. §. rati. Præterea
ex quo creditor incũbit pignori, & hanc viam elegit, hæc poſ-
ſeſſio pro ſatiſdatione cedit. ad carbo. leg. de bonis. §. qui pupil
lo. vbi eſt expreſſum. non obſtat quod no. in. leg. fi. C. de ferijs.
quia patet rñſio ex prædictis. nam vbi de fuga conſtat eo mo-
do, quo debet conſtare, & liquet de debito eo modo, quo de-
bet liquere, non poſſunt allegari feriæ; ſaltim quin ſatiſdet de

iudicio

iudicio ſiſti tempore iuridico.ita dicit ibi gloſſa.ſed hic de prę-
dictis non conſtat: imo ſub iudice lis eſt,an debeatur,& nihil de
fuga dictum eſt, nec habet in ſe facti veritatem. Ex 6.& vltimo
ſic, iſte defenditur per legitimum procuratorem admiſſum le-
gitimatum. lege.intra quos.§. ſi alieno. de dam.infec.ergo non
poteſt capi perſonaliter. ff.de in ius voc.l.neque impuberes.§.
fi. vbi eſt expreſſum. item actor elegit, vt dixi, viam conſulẽdi
ſibi per pignoris captionẽ: ergo ad extraordinariã capturæ per-
ſonæ peruenire non poteſt,nec recurrere, vt l. final. C. de pac.
conuen. contra non contumacem, & facit. C. de cura.fu.l. cui
bonis.que optime facit,ſi ĩtelligatur.item captura ꝓceſſit con-
tra non confeſſum,& non conuictum,ergo &c.l.j.C.de ꝓhi.ſe.
qu.&.no.l.prolatam.& in c.eccleſię Sanctæ Marię.de conſti.itẽ
de exceptione prius debuit pronuntiare:nam ꝑpoſterũ eſt pri-
us compellere,quam diſcutiatur: & prius exequi,quam ꝓnun-
cietur.& benefacit extra de iudic.c. exhibi. & iudice ſedente ꝓ
tribunali in loco maiorum.&nihil de iſtis hic fuit factum,quod
deterius eſt dilatione pẽdente,& termino prorogato, contra l.
ſi pars.& contra l. à ꝓcedente.& mirum eſt, quod de hoc apud
ſapientẽ iuris ſit dubitatio,& plus eſt,q̃a poſito, ꝙ poſſet incipi
à captura, in executione debuiſſet iuſtificari captura ex poſt fa-
cto,de no.op.nũ.l.de pupillo.§.meminiſſe. & hic nequaq̃ factũ
eſt:nec eſt aliq̃d ꝓbatũ de ſuſpicione. facit, ꝙ no.inſti.q.ex cau.
8 ma.§.ſemel.& l.3.§.pe.de bo.poſ.C.quo.bo.l.1.† Imo cõcluſum
eſt in cãp conſiliũ ſapiẽtis.C.de dila.l. cũ à nobis.C.de relatio.l.
j.dimittẽdus ergo eſt,q̃ turpiter captus eſt,de ver.ſig.l.q̃ neque
9 ſequantur.& ibi no. † Sed q̃dã rem iſtã vult tueri, q̃ dicit: ꝙ ex
pacto ſit licita captura & iniectio manus in liberũ hoĩem ſine
vlla citatione,vel proceſſu, ꝙ ridiculũ eſt; q̃a ꝙ fit ꝑ iudicẽ, dẽt
fieri cũ iuris ordine, qui nõ põt tolli; quia tendit ad iuris aucto-
ritatẽ,non ad partiũ voluntatẽ, & ꝑtãtem,vt in §.ſed quia vere-
mur.& no.de off.de leg.c.de cauſis. & pactũ ẽt dẽt interpretari,
& intelligi ciuiliter.ff. de ſerui.l. ſi cui.i.ſeruato ordine iuris,de
reſcr.c.cũ cãm.ꝑ Inn. & Cõpoſtella. Itẽ nec in liberum hoĩem
licet inijcere manus ex pacto, vt l.2. de lib. hoĩe exhi per Dy. &
oẽs de reg.iu.l.nõ eſt ſingulis.nã captura ꝑſonæ eſt meri Imperij
in libero hoĩe:in ſeruo loquit̃.l. qui furẽ. & leg.pe.de condi.ob
cãm. & merũ imperium pacto priuatorũ non cõferri patet lip-
pis.itẽ nec fuit intẽtata hic via iſta: ſed via iudiciorũ, & à forma
iudiciorum nõ poteſt recedi.de reſcr.c.cũ dilecta. & no. de ver.
ſi.l.ſæpe.in cle.Item & ſi liceret priuato,nõ liceret iudici,vt no.
in l.2.C.de iure emph.quia ꝓcedit vt iudex,non vt ꝑs,& ſic non
ob.§.ſi arbiter.item ibi conſtat de fuga cũ re, & ipſa debita. hic
non eſt,ex prędictis apparet veritas cuilibet bono,& ꝑito viro.
item facit vltra oĩa ꝓdicta quia maximè ex duobus obligatis, li-
cet vnus ſit non ſoluendo,ſi alter eſt ſoluendo, ſufficit,cũ inui-
10 cem fideiubere videantur:vt no.in l.vir vxo.§.fi. † & ſic non iu-
dicatur ſuſpectus,qui fideiuſſorem hẽt.leg. ſi fideiuſſor.§.fi.qui
ſatiſ.cog.& de tut.& cur.datis ab his.l.Romanus Populus.& be
ne facit in rõne ſui.ff.de ver.oblig.l. ſi ſtipulatus.§. poſſum.in fi.
§.ita eſt in quæſtione noſtra,facit glo.l. ſi conſtan. ſi rectè pon-
deretur rõ ad dictum gl. ꝑterea fuit obreptum ꝑtori: quia non
fuit facta mentio ꝓceſſus, & tenutæ acceptæ Camerini: quam
ſi feciſſet,prius prudens iudex debuerat diſcutere de tenutæ va-
lentia.ergo & c. l.j.§. hæc verba.& l.cum no.§. ſubuentum. de
reſcrip.c.ſuper literis, veritatem videat,qui debet:qui non vult
videre, non videbit. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXXVI.

1 *Teſtamentum, in quo filia in poteſtate non eſt inſtituta, nec exharedata, eſt ipſo iure nullum:ſed an tunc aliquid operetur clauſula codicillaris.*

2 *In exemplatione quando ſit opus partem citari.*

**In Chriſti nomine.** Factum, ſuper quo cõ-
ſilium petitur, tale eſt:
compromiſſum generale eſt factum inter dominam Tunitiam
filiam domini Fran.Centij de Orto Vicarij dñi Egidij ex vna par-
te,& Iac.Io. ex parte altera, in dñm Oliuerium arbitrũ, qui ꝑt
cognoſcere de iure,& de facto:& ſimiliter de iure tm̃:q̃ domina
Tinutia dicit ſe hr̃dem patris ſui ab inteſtato,Iac.dicit ſe hr̃dem
ex teſtõ, ꝓducit ſimpliciter quandã copiã cuiuſdã teſtamenti,q̃
vobis domino Conſultori mittitur, & quædam ſtatuta Ciuita.
Ortonæ,quę etiam vobis mittuntur:cum ad probationes ipſo-
rum Orticula conſtitutio prouinciæ patrimonij de proba. lo-
quatur,& quædam confeſſio facta per dictum Iac.conſenſu cu-
ratoris coram arbitro prædicto: modo viſis prædictis ſcripturis
quæruntur per ordinẽ infraſcripta: in primis an dictum teſtm̃
ſit nullum ratione præteritionis iſtius filiæ dñæ Tinutiæ in po-
teſtate poſitæ:ſecundo, an dictum teſtm̃ validetur per aliquod
ſtatutum,quod vobis mitto: cum dicta ſtatuta reperiantur ad
filiæ excluſionem exiſtẽte filio teſtatoris, vel nepote ex filio: &
hic neuter ſit:& nõ ſit nedum deductum,& probatum, ſed nec
deductum:termini ſunt decurſi: Tertio an dicta ſtatuta valeãt
ſine confirmatione, & ad probationem ipſorum ſtatutorũ pro
conſtanti poſito, quod ſtatuta non valeant abſq; confirmatio-
ne, & ad probationẽ rectoris prouinciæ vel ſuorum iudicum
quibus commiſſum,& de cõmiſſione non apparet, niſi eo mo-
do,quo ad probationem,quæ vobis mittitur, fit mentio: & ſic
videtur,quod illi iudices non potuerunt approbare: ex quo nõ
apparet de commiſſione,i.verba ad proba.manifeſta oſtendunt
ſtatutum, quod vobis mitto, infirmatum potius, quam appro-
batum,quartò,an dicta copia teſtamenti,an copia copiæ, quæ
vobis mittitur, producta contra dictam dominam Tinutiam
probet, poſito pro conſtanti, quod ſit excerpta de libris, ſiue
protocollis cuiuſdam notarij iam mortui dicta domina Tinutia
ad hoc non monita, nec citata.&c.

1 **In Chriſti nomine.** † Nõ videtur mihi du-
bium, quod teſtamen-
tum,in quo filia non eſt inſtituta, nec exhæredata, eſt nullum
ipſo iure,vt C.de libe.præte.l. maximum vitium.inſti.de exhæ-
reda.libe.in prin.in Auth.vt cum de appellatione cogno.§.illud
quoque capitulum. & hoc quo ad inſtitutionem hæredis: ſed
quo ad clauſulam codicillarem,ſi non valet &c. gl. in Auth. ex
cauſa.tenet,quod nil operatur.idem Guli.C.de codici.l.fi.dicit
Dy.contrarium,& Iac.de Are.in l.generaliter.§.de teſtamento.
de fideicommiſ.lib.vbi videtur caſus, & cum iſte caſus ſit à ſta-
tuto omiſſus,remanet in diſpoſitione iuris cõmunis.ff.ſol.mat.
l.ſi cum dotem. & per hoc non expedit diſputare, ſi ſtatuta va-
2 lẽt: non habẽt locũ in caſu noſtro. † Quo ad vltimum punctum
dico, quod in dicta exemplatione ſi fit auctoritate iudicis, debet
pars citari,vt not.doc. in Auth. ſi quis in aliquo.C. de eden.niſi
per ſtatutum eſſet commiſſa alteri notario exemplatio,tunc nõ
eſt opus partem citari: quia nõ eſt actus iudiciarius:tamen ꝙ fit
per eum,nõ præiudicat veritati:ſi de veritate dubitetur, debet
produci matrix ſcriptura? ſiue protocollum.facit.C. de fide in-
ſtr.l.fina.& quod no.de bon.poſ.l.3.§.pe.ff.de edendo l. quædã.
§.1. extra de fide inſtru.c.cum P.tabellio.Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXXVII.

1 *Probatione de venditione facta reuera pro Titio inſerto nomine Angeli acquiritur ius ipſi ſoli Titio à principio.*

2 *Contractus ſimulatus poteſt peti principaliter, & offi.iudicis declarari ſimulatus.*

**In Chriſti nomine.** Quia defenſio verita
tis non indiget multi-
plicatione verborũ: ideo breuiter tranſeo, & dico viſa petitio-
ne,de qua ſupra fit mentio. & probationibus factis ſuper ea, ꝙ
debet iudicari ſecundum formam dictę petitionis:quia proba-
tum eſt, ꝙ inter dictum Turchium,& Ang.item ꝙ inter eos, &
1 venditores fuit actum, † ꝙ dictus Ang.emeret re vera pro Tur-
chio inſerto nomine dicti Angel.in cõtractu, bene ab ipſo prin
cipio quæſitum eſt ius ſoli Turchio: Ang.verò miniſterium ac-
commodauit.ff.de manumiſ.l.3.§.ſi ab ignoto. Item probatum
eſt de poſſeſſione Turchij,propter quod etiam in eum creditur
tranſlatum dominium.C.ſi quis alteri, vel ſibi.l. multum inter-
eſt.ar.ff.qui.mo.pi.vel hypo.ſol.l.ſicut.§.ſuperuacuum.&ita vi-
2 detur mihi iudicandum † quo ad illam partẽ petitionis, in qua
petitur declarari contractus ſimulatus quo ad dictum Ange. &
verum quo ad dictum Turchium:nã de hoc poteſt principali-
ter agi, & iudicis officium implorari ad declarandã huiuſmodi
ſimulationem, ſicut ad declarandũ nullitatẽ contractus, vt ex-
tra de reſt.in integ.c.cõſtitu. nã ſuper qualibet nullitate poteſt
offerri libellus.facit, ꝙ no.q̃ ſentẽtiæ ſine ap.re.l.1.ff. de iniuſto
teſt.l.filio præterito.C.de rep.hær.l.ſuus. cũ ſi.&c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXXVIII.

1 *Hæreditas non adita non tranſmittitur, ſed bene ius ſubſtitutionis fideicommiſſi.*

2 *Legitima, neque trebellianica, neque bona propria hæredis veniunt in fideicommiſſo.*

IN CHRI-



**In Chriſti nomine.** Factum tale eſt, quidã
Iolus Pucij de Aſſiſ. ſuũ
condidit teſtamentum, in quo inſtituit ſibi hæredem vniuerſa-
lem Fran.ſuum nepotem in poteſtate naturalẽ ex filio ſub hac
conditione,quod ſi dictus Franc.moreretur ſine filijs legitimis,
ſubſtituit ſibi Vannutiam filiam ipſius teſtatoris, & Margaritã,
& Domam neptes dicti teſtatoris ex filio, & hæredes ipſarum
æquis portionibus.quæ Vannutia,Margarita,&Doma erant in
poteſtate dicti teſtatoris,vt de prædicta inſtitutione, & ſubſti-
tutione patet in teſtamento dicti Ioli, quod vobis ad præſens
tranſmittitur.poſtquam deceſſit teſtator ſuperſtitibus ſibi di-
cto Franc.ſuo nepote,& hærede inſtituto pupillo,& dictis Vã-
nutia filia dicti teſtõris,& domina Doma, & Margarita ſuis ne-
potibus ſubſtitutis: poſtquam deceſſit dictus Franc. maior. 25.
annis, ſuperſtitibus ſibi dicta Vannutia,ſuperſtite ſibi dicto
magiſtro Franc.eius filio, & hærede dictæ Vannutiæ, & dicta
Doma,& Margarita:poſtquam deceſſit dicta Vannutia ſuper-
ſtite ſibi dicto Franc.eius filio,& hærede, & dicta domina Mar-
gar ta,& Doma,qui magiſter Fran. hæreditatem ſibi deuolutã
vigore dictæ ſubſtitutionis adiuit, poſtquam deceſſit dicta Do-
ma non adita hæreditate dicti Ioli,nec dicti Fanc. ſuperſtite ſibi
Michelutia eius filia, quæ etiam deceſſit non adita hæreditate
dicti Ioli,nec dicti Fran. ſuperſtite ſibi Ruffina eius auia ma-
terna:poſtquam deceſſit dicta domina Ruffina ſuperſtite ſibi
dicta Margarita eius filia, nec adita hæreditate dictæ dominæ
Ruffinæ:poſtquam deceſſit dicta Margarita ſuperſtite ſibi Ap-
pollonia ſua filia,nõ adita hæreditate dicti Ioli,nec dict. Franc.
alio modo,niſi habitando domũ dicti Ioli per tres mẽſes: poſt-
quam deceſſit dicta Appollonia pupilla ſuperſtite ſibi Simone
ſuo patre, poſtquam prædictus magiſter Fran. tanquam proxi-
mior in gradu adiuit hæreditatem tam dicti Ioli ſui, quam dicti
Franc.ſui fratris conſobrini. Quæritur modo, quæ ſit portio in
hæreditate dicti Ioli,& dicti Franc. Vtrũ dictus magiſter Franc.
vel dictus Simon hæres, & pater dictæ Appolloniæ, vel hæres
dictæ Michelinæ, qualiter, & pro qua portione prædicti in dicta
hæreditate ſuccedant viſo dicto teſtamento,& puncto.

1 **In Chriſti nomine.** Viſo dicto puncto duo
conſiderãda ſunt, † pri-
mum eſt de tranſmiſſione hæreditatis Franc.ſecundum de trãſ-
miſſione ſubſtitutionis, ſeu fideicommiſſi relicti in teſtamẽto
Ioli.quo ad primum dico, quod magiſter Franc.ſolus habet ius:
quia alij non tranſmiſerunt,ex quo non adiuerunt: vt C.de cad.
tol.§.in nouiſſimo.quo ad ſecundum dico, quod omnes tranſ-
miſerunt: vt not.ff.de leg.1.l.cum filius.& C. de fidei.l.ſi in per-
ſona.cum ſimilibus. quia ſic fideicommiſſum vniuerſale tranſ-
mittitur,etiam ſi moriens nondum acceptauerit: vt l. apud Iu-
lianum.§.vtrum.& §. an iſta.ff. ad treb.vnde partes aliorũ tranſ-
miſſæ non pertinent ad magiſtrum Franc.ſed ſolum ſua portio
obſignata in teſtamento.ſed oportet videre, quid veniat in fi-
deicommiſſo.nam id, quod in id non venit, ad magiſtrũ Franc.
2 integraliter ſpectat. † & certũ eſt, quod non venit legitima por-
tio Fran. C.de inoffi.teſt.l.cum quæritur. Item non venit trebel
lianica, ſi fuit factum inuentariũ, vt extra de teſt.c. Ray. & Ray.
Item non venit propria Franc.ff.de vul.ſubſti.l.cohæred.§.cum
filiæ.verſic.nec fideicommiſſo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXXIX.

1 *Mater an ex eo, quod non ſtatim, cum potuit, petijt tutorem filio infanti, tamen infra annum, excludatur ab hæreditate dicti filij.*

**In Chriſti nomine.** Factum tale eſt, quidã
nomine Michelictus de
ceſſit ſuperſtite filio infante, & domina Catherina mater ipſius
infantis non ſtatim, cũ potuit, aſſumpſit tutelam: ſed in 11.men-
ſe anni, poſtquam infans mortuus eſt in pupillari ætate. quæri-
tur,an dicta Catherina mater, & tutrix prædicta à ſucceſſione
dicti ſui filij excludatur, nec ne.

**In Chriſti nomine.** In hac materia leges
multũ preciſè loquũ
1 tur: † nam conſtitutio diui Seueri dicit, ſi tutorem confeſtim
non petijt, quod cadat à ſucceſſione impuberis. ff. q̃ pet. tuto.l.
2.§.diuus.alia.l.expoſuit iſtud verbum, confeſtim, quia intelli-
gitur, cum primum potuit de iure, & de facto.ff.ad treb.leg.2.§.
confeſtim.alia l.dicit, quod matris ſolicitudo requiritur in pe-
tendis tutoribus.ff.qui pe.tu.l.1.alia, & ſedulũ officium requi-
ritur,& exigitur.C.qui pe.tuto.l.cum à matre, quod alia dicit,
quod mater tenetur petere curatorem ventri, ergo non habet
terminum anni.ff.ad tertu.l.2.§.quod ſi cum prægnans. & ſi nõ
petijt ventri,non ſufficit peti nato poſtea, licet infra annũ naſ-
catur: vt ibi euidenter videtur innuere.hoc etiam videtur tene-
re Ricar. Malum.ergo ſi mater eſt in mora notabili per plures
menſes, debet à ſucceſſione repelli.nec releuat matrem, quod
ipſa mater interim geſſerit negotia: quia geſtio debet eſſe cum
titulo tutelæ,non de facto: vt no.ff. ad tertu.l. 2.§. confeſtim.in
glo.quod potuit.item nec prodeſt matri ſerotina petitio tuto-
ris; quia non ſuo tempore factum nõ releuat matrem, vt not.ff.
ad ter.l.2.§.quid ergo.nam hic eſt dies,& pœna:dies.ſ.cõfeſtim,
pœna.ſ.priuationis ſucceſſionis: ergo non admittitur purgatio
moræ: vt l. magnã.& l.traiectitiæ.§.de illo. cũ ſi.In contrarium
videtur, q̃cunque infra annũ petendo tutorẽ ſuccedit mater
ex diſpoſitione noui iuris, vt C.de le. hære.l. ſciant.imo etiam
per iura ff.eſt appoſitus terminus anni.d.§.cõfeſtĩ. & arguo ſic,
aut terminus anni additur impotenti, & falſum eſt; quia ei non
currit aliquis terminus.arg.ff. de re mili.l.3.§.ſi ad diem. aut po-
tenti,& negligenti, tunc habeo propoſitum: quia mora poteſt
purgari infra annum. vnde ille tex.non intelligitur de impedi-
mento,quod non excedat annum: ſed de omiſſione petendi. &
& alij dicunt, quod lapſus anni inducit præſumptionem iuris,
& de iure contra matrem, vt præſumatur in mora? & tamẽ poſ-
ſit probare impedimentum,quod falſum eſt,per l.cum à matri-
bus.& ideo friuolum eſt,quod quidam dicunt quod l.ſciant.nõ
loquitur in matre,cum generaliter loquatur ſic.C.de admi.tut.
l.fin.§.perſonis. & non ſit maior mora matris, quam aliorum:
præſertim propter ſexum. Item & iure quaſi naturæ debetur
ſibi ſucceſſio.dico ergo,quod ſi mater omnimodo nõ petijt, &
impubes poſt moram iuris deceſſit ſine tutore, etiam intra an-
num mater repellitur. Si vero mater purgauerit moram intra
annũ, iure non repellitur.Cod.de fideiuſſori.l.ſcimus.niſi forte
ex mora ius pupilli eſſet factũ deterius, argu.in l. & ſi poſt tres.
puta quia propter talẽ negligentiam interim bona pupilli per-
manſiſſẽt inculta, vel diſſipata: nam propter enorme damnum
pupilli non priuatur mater: ſed reputatur indigna ipſo iure ſuc-
cedere in bonis, quæ neglexit: & filio, quem vt filium non tra-
ctauit materna charitate poſtpoſita. d.l.2. poſt princ. ff.qui pe-
tant tut.ſi autem filij non intereſt petitum habuiſſe tutorem,
iur.excuſatur,arg.ff.ad tertu.l.2.§.pe.puto igitur legem ſciant
& in matre loqui: quia enim tacitè facit memoriã legati in ma-
tre loquentis, quatenus extendit ad omnes ſucceſſores, & ap-
ponit terminum anni non ad initium petitionis tutoris, & ini-
tium moræ.& ſic intelligitur dictum Ricar. Malum. ſed excuſa-
tionem matris ſi intra annum petijt, & ſic intelligitur, quod de
anno dicitur: etiam in petenda bonorum poſſeſſione habet an
num.l.1.§. largius.& ſic à ſimili excuſatur: & hoc caſu ſecundum
illam legem ſciant.ſi tutorem non petierint intra annũ ſup. vel
ante, cum primum poſſunt, ſimilis ſuppletio. C. de petit. hære.
l.1.quod nõ vr̃ bene dictum: ſed ſecundum hoc fruſtra fieret ibi
mentio anni, & ideo verius, & æquius puto, quod dixi; & ſi di-
catur, mater plus delinquit: quia contra maternam pietatẽ. Re-
ſpondeo, econtra plus & debetur.l.nã & ſi parentibus. Ego Bald.

CONSILIVM CCXC.

1 *Libellus, in quo ſit cumulatũ petitoriũ, & poſſeſſorium ſimul, an procedat.*

2 *Penſionis præſtatio, & ſic poſſeſſio quomodo probetur.*

3 *Præſcriptio ſtatuti an currat contra filiumfam. qui non poteſt agere.*

4 *Statutum habens tacitam conditionem non intelligitur indiſtinctè loqui.*

**In Chriſti nomine.** Iſtæ allegationes ſapiẽ
ter factę reſpiciunt litis
1 ordinationem, ſcilicet † an libellus potuerit eo modo de iure
formari, vt formatus eſt.& canoniſtæ tenent indubitanter, ꝙ
ſic, in c.querelam. de electione. legiſtæ variant, nam dominus
Azo, fons legum dixit, quod reale petitoriũ, vel correſpondẽs
poſſeſſorium non dabatur: ſed officium iudicis debeat propo-
ni, quod eſt ſimile actioni perſonali, magis quã reali, cuius opi.
refert latiſſimè Specu.in titu.de reſtitu.ſpo. in 4. parte.§. nunc
dicamus.Iac.etiam de Rauen. Pe. & Cyn. dicũt quaſi in effectu
idem: imo certè non idem per l.fi.ff. quorum bonorum.& pro-
batur ſic.ex promiſſione non oritur actio realis, nec perſonalis
vt inſti.de oblig.§.ſequens.& inſtitu.de actio.§.1.imo nec offi-
cium iudicis, ff.de actio.empt.l.qui per colluſionem.§.1.inſtitu.
de actio.§.1.in princip. ſed hic agit ex præſtatione, vt not.ff. de


excep.

excep.do.l.ſecunda,ſcilicet,circa.ergo &c. Item pro perſona-
libus præſtationibus non competit actio realis: nam quatenus
eſt actio perſonalis dicitur actio in perſonam: ſic in actione cō-
muni diuidun.fami.erciſc.finium reg. quæ dicuntur maximè in
rem reſpectu diuiſionis,& in perſonam reſpectu perſonalium
præſtationum,inſtitu.de actione.§.quædam. Item iura imper-
ſonalia improprijſſimè dicuntur poſſideri: nec pertinent ad vi-
gorem iudicij poſſeſſorij. de petit.hæred. leg.ſi pars. ſed Inno,
& Hoſti.dicunt contrarium in c.querelam.& omnes iſti docto-
res habent bonum intellectum: nā aut eſt ſubiectiua præſtatio,
ex qua reſultat ſubiectio, & quaſi ſeruitus, tunc habet locum
quaſi confeſſoria realiter agendo: & quaſi vnde vi. vel officium
iudicis: vt ff.de don.l. Aquilius Regulus. ad recuperationem a-
gēdo.arg.C.de agri.& cenſi.leg.ſi coloni.& ita eſt de eccleſia in-
feriori ad eccleſiam ſuperioren: ſecus ſi non eſſet ſuperior: ſed
deberetur tantum ex promiſſione.C.de præſcri.30.anno.l.cum
notiſſimi.§.in his.& ita loquit Pet.&.Iac.de Rauen.domi. Azo.
& iſtud ſecundum membrum, quando præſtatio non eſt in ſig-
num ſubiectionis,ſed eſt ſimpliciter annuum debitum: & per-
ſonali iudicio tunc eſt agendū,non petitorio, & per conſequēs
non habet poſſeſſorium correlarium.cum igitur in caſu noſtro
non poſſit negari naturalis inferioritas: quia eccleſia non eſt de
Patriarchali diœce.merito iudicium eſt rectè inſtitutum: in eo
tamen,quod dixit amicus,quod in l.cum de in rē verſo,eſt præ-
ſcriptio,non bene dixit,immo eſt ibi præſumptio, non præſcri
ptio. quod patet; quia ibi ſufficit decennalis præſtatio,quæ ad
præſcriptionem non ſufficit,quia habet cauſam diſcontinuam,
vt l.foramē. & l.ſeruitutes.& l.hoc iure.§.ductus aquæ.de aqua
quot.cum ſim, & facit.18.q.2.c.ſeruitium.& quod not.inſtitu,
de iure perſonarum.in fine. & iſta ſunt dicta theoricè circa fun-
damentum iudicij. Modo eſt videndum de fine iudicij,ideſt, de
victoria, vtrum pertineat ad nos vincere, vel vinci. & quia ad
finem pronuntiationis venitur per medium probationis, idcir
2 co vidi atteſtationes, & inſtrumentum antiquum,† ſuper quo
eſt notandum, quod licet teſtes non probent cauſam præſtatio
nis,tamen inferius præſtatio cēſetur formis,ideſt,& cauſa, quā
apparet de præterito præceſſiſſe.C.de acq.poſſeſſ.l.2. de ſol.l.1.
cum l.ſeq. Et ideo cum conſtet de cauſæ origine,ex hoc habe-
mus certitudinem de effectu.ff.ſi ſeruitus ven.l.ſi à te. Itē licet
teſtes non probent ad vnguem de certa menſuratione frumen-
ti;tamen etiam per partis minimę ſolutionem inducitur debiti
agnitio & ſic retenta fuit quaſi poſſeſſio, & interrupta præ-
ſcriptio, vt d.l.cum notiſſimi, ex tacita relatione præſtationis
ad ſuā cauſam, propter quod iſtius cauſæ omnimodo debemus
eſſe victores,vt etiam ponamur in ſolita quaſi poſſeſſione.Item
viſo ſtatuto ſub rubrica,quòd creditores non petant debitum,
20.ann.tempore antiquatum, viſa petitione facta per Guidu-
cium patrem,& legitimum adminiſtratorem Io. An. & Ven-
turæ.&c. conſultus ego Baldus de Peru. vtriuſque iuris doc.an
obſtet dicta præſcriptio ſtatutaria.& videtur,quod obſtat, quia
ſtatutum loquitur ſimpliciter,& indiſtinctè,ergo indiſtinctè de
bet intelligi.l.de precio.ff.de publiciana. Itē ſaltem pater per-
dit vſumfructum ſuum,& ius petendi tempore,vt C. de vſufru.
l.corruptionem.† Contrarium dico: quia dicta præſcriptio nō
3 nocet filijsfa.C.de anna.excep.l.1.§.ſi. Et licèt pater perderet v-
ſumfructum,cum ſolidatur proprietati,quæ filij,vt d.l.ſi. C. de
vſufru.l.corruptionem. & dicò, ſtatutum prædictum non ob-
4 ſtat prædictis Io.Angelino,& Venturæ:† & ſi dicatur,ſtatutum
loquitur indiſtinctè: reſpondeo quoties ſtatutum habeat taci-
tam conditionem,non intelligitur indiſtinctè loqui, ſed diſtin.
ſed iſtud habet tacitam conditionem.ſ. à die,qua potuit actio
moueri proprio nomine,quando eſt in filiofamilias,& ideo di-
ctum ſtatutum non obſtat.& iſta eſt veritas.Ego Baldus.

CASVS.

ITEM: viſo puncto,cuius tenor talis eſt: Pe. & Martinus tra-
ctauerunt adinuicem de collocando in matrimoniū dicto Mar-
ti.Io affinem dicti Petri,viduā ſororē carnalē vxoris dicti Pet.&
facta cōcordia ſuper hoc,dictus Pet. iure, & nomine dict.Io.ac
ēt ſeipſum obligādo per publicū inſtr̄m ꝓmiſit dict Martino ſe
facturū,ꝙ dicta Io.conſentiet in dictū Martinū: & daret,& ſolue
ret dicto Martino nomine dotis illam quantitatem, quam,&
prout,& quemadmodum dicerent Io.& Simon, in quos dictus
Petr. pro ſua parte, & dict.Io. And. compromiſit tanquam in
arbitros,& arbitratores ex parte vna.& dictus Martinus promi-
ſit dicto Pet.ſtipulanti pro ipſa Io.quod ipſe conſentiet in dictā
Ioan.per verba de præſenti;& ab ea,vel alio pro ea dante repe-
teret in dotem illam quantitatem, & faceret illam donationē,
& cum illis pactis,modis,& tenoribus,quam,& quas & prout,
& quemadmodum dicerent dicti Ioan.& Simon,in quos dictus
Martinus pro ſua parte compromiſit tanquam in arbitros, &
arbitratores: pro quibus obſeruandis vna pars ab altera,& ecō-
uerſo fuit confeſſa recepiſſe nomine arrarum ſponſalitiarū flo-
renos auri mille, quos pars prædicta non obſeruans parti ob-
ſeruanti, & in fide ſtanti promiſit reddere duplicatos.poſtea
dictus Martin.cauſa dictæ vxoris ſuæ ducendæ quaſdam res pa-
rauit, & expenſas fecit, & antequam eam duceret,dicta Io.de-
ceſſit matrimonio non conſummato per carnalem copulam.
deinde tractu tēporis dictus Pet.reſtituit dicto Martino dictas
expenſas per eum factas cauſa dictæ vxoris ſuæ: & ipſum de di-
ctis expenſis contentauit. modò dictus Martinus dicens ſe lu-
cratum dotem dictæ vxoris ſuæ prædefunctæ, petit à dicto Pe-
tro dictas dotes.Et eſt verum,quod dicti arbitri,& arbitratores
declarauerunt, vel arbitrati fuerunt quantitatem dictæ dotis.
Et vnus ex eis ceſſat arbitrari: cum non videatur ſibi conueniēs
rebus ita ſtantibus,quod dictus Martinus lucretur dotem præ-
dictam. Quæritur,& in dubiū reuocatur, nunquid dictus Mar-
tinus lucratus ſit,& habere debeat dictam dotem in totum,vel
in partem, & ipſi arbitri cogantur, ſeu cogi debeant arbitrari
quantitatem dictæ dotis,viſis iuribus ad hoc facientibus & ma-
ximè ſtatuto poſito ſub rubrica, quòd vir lucretur dotem vxo-
ris ſuæ præmortuæ.in 2.lib. ſtatutorum communis Flo. & præ-
ſuppoſito, quod dicta Ioanna erat forenſis, dictus verò Marti-
nus eſt ciuis Ciuita. Floren.

1 *Maritus,qui non duxit vxorem,nec ſuſtinuit onera matrimonij, an lucre-*
*tur partem dotis ex diſpoſitione ſtatuti ſic diſponentis.*

1 In Chriſti nomine. † Quod vir non lucre-
tur,facit; quia nō ſuſti-
nuit onera matrimonij: dos enim propter onera debetur,& an-
te non poteſt vir petere dotem, nec lucratur fructus dotis, vt
plenè not.ff.de iu.do.l.dotis fructus.in princ. Sic ergo ius com-
mune,quod ſimpliciter diſponit, quod maritus lucret fructus
dotis,intelligitur poſt onera ſupportata: ita ſtatutum,ꝙ de ipſa
proprietate loquitur,debet intelligi: quia eadem ratio inter-
pretandi ſtatutum,facit ff.ſol.mat.l.ſi ante.cum glo.ſua. præte-
rea vir, qui non impleuit ex parte ſua contractum matrimonij,
non debet ex eo lucrari quicquam. de actio. emp.l. Iulianus.§.
offerri.Sed iſte non impleuit,quia non traduxit vxorem,arg.de
ri.nup.l.deniq;.item iſta impletio modi deficit per caſum; quia
implere non poteſt propter mortem, & agitur de lucro captā-
do,ergo nil debetur,ar.ff.de cond.ob cauſam.l.ſi pecuniam.in
fine.In contrarium; quia caſus iſte non videtur liberare debito-
rem: ſicut cum res empta perierit contractu perfecto, non libe
ratur emptor à precio: ita hic matrimonio perfecto non libe-
ratur à dote.ff.de pericu.& commod.rei ven.l. neceſſario. præ-
terea expreſſum videtur,quod nihil refert,ſit ducta, & cohabi-
tet viro,nec ne,arg.ff.rerum amota.l. nihil. & ibi per Bar. Ego
mentem ſtatuti conſidero ex verbis ſuis;nam cum de liberis fa
ciat mentionem,loquitur in eo, qui poteſt habere liberos: ſed
ſine carnali copula impoſſibile eſt habere liberos, ergo pro-
pter commemorationem liberorum videtur ſenſum, quod exi
gatur copula coniugalis.ſimilem conſiderationem facit gl. in l.
precibus.de vino legato.l. ſi.§. cui dulcia.& ſi dicatur, incepit
ſupportare onera,vnde res non eſt integra.Reſpondeo,iſta prę
paratoria non faciunt rem deſinire eſſe integram. ff. de cond.
ob cauſam.l.ſi pecuniam.in prin.Item quia conſenſit ſibi reſar-
cire ea,& ſic perinde eſt,ac ſi non ſuſtinuiſſet,ar.ff.de arb.l. vti-
que.nam ſi lucretur,nihil erat ſibi reſarciendum. item contra-
ctus dotis fuit conditionalis, C.de contrah.empt.l.ſi.ergo inte-
rim non eſt periculum promiſſoris. Item finita cauſa compro-
miſſi non videtur poſſe laudari ſuper dote. de ſuſpe.tut.l. poſt
finitam.item iſta nondum erat dos vxoris: quia vxor in ea non-
dum erat ius ſortita;cum nō eſſet adhuc declara.vnde non erat
adhuc in bonis ſuis rōne incertitudinis: non dico, quod incer-
titudo



titudo vitiet,vt l. cū poſt.§.gener. Sed dico, quod interim pro-
priè non dicitur dotata: cum dos non ſit liquida. Cod. de ſen.
quæ ſine certa quantita.l. 2. præterea quod dos ſingatur certa.
ff.de leg.2.l.1.eſt quædam interpretatio, quæ non ſit in ſtatutis:
præſertim cùm agitur de irrationabili lucro captando cum al-
terius iactura: quia ſtatutum tale debet reſtringi. ff.ſol.ma.l.ſi
verò.§.de viro.Sol.omnibus p̄dictis cōſideratis dico lucrū præ-
dictum ad virum nō pertinere, niſi obtuliſſet ſe paratum vxorē
ducere,& per eum non ſtetiſſet, non ob.l.nihil.rerum amo.qa
ibi loquitur de fauore ſine iniuria alterius: hic verò cum dāno,
& iniuria alterius eſſet. Similis ſolutio ponitur,ff.de fur.l.ſi quis
vxori.§.pe.certè iſta quæſtio eſt ſatis dubia,quod mulier iſta de-
beat dici dotata ex promiſſione. C. de pac.conuen.l. ex morte,
& l.rem in præſenti §.accidit. licet ſit quantitas incerta, venit
certificanda.l.1.de leg.2. finaliter tamen iuſtior mihi videtur o-
pinio,quia non lucratur deficiente cauſa lucri intrinſeca, & fi-
nali: quæ cauſa cum ſit naturalis, ipſi contractui naturaliter eſt
ab vtraque parte,& perinde debet haberi, ac ſi foret expreſſa:
& quia ſtatutum commemorando de liberis videtur cogitaſſe
de matrimonio cum effectu, ſ. conſumato: ſaluo ſi ſtatutū eſſet
de conſuetudine aliter interpretatum.ff.de leg.l.ſi de interpre-
tatione.Et ita dico,& conſulo ego Bald.de Peru.vtriuſque iuris
doctor.& ad fidem me ſubſcripſi,& ſigno mei nominis ſignaui.
& ego Roſellus de Roſellis de Aretio V.iur.doc.

CONSILIVM CCXCI.

1 *Compenſatio pœnarum admittitur.*
2 *Verba poſita in ſententia arbitratoris, ſcilicet, quod fratres ſoluere de-*
*beant omnia eorum debita ante compromiſſum per quemlibet eorū fa-*
*cta,quomodo intelligantur.*
3 *Intereſſe intrinſecum an veniat ex mora commiſſa per reum: & quantum*
*æſtimetur,vel peti poſſit.*
4 *Promiſſio de ſoluendo pro alio æquiparatur promiſſioni facti.*
5 *Intereſſe ſumitur tripliciter,ſcilicet conuentum,commune, & ſingulare.*
6 *Intereſſe quid ſit.*
7 *Damnum ſubſtantiæ promiſſæ ſemper ex mora venit.*

Quæſtio talis eſt. Quidam Martinus Ioā. Pet.
& Giroldus fratres germani
legitimi dum ſtetiſſent ſimul, & quilibet eorum feciſſet debita
pro communione conſeruanda cum creditoribus,& ad diuiſio-
nem volētes venire,& vt debita æqualiter ſoluerentur,ſeſe cō-
promiſerunt in arbitrum, arbitratorem,& amicabilem com-
poſitorem,q de iure,& facto,prout ſibi videretur,procederet,
pronunciaret,arbitraret,& amicabiliter componeret ſuper di-
uiſione inter eos fienda, & ſuper omni quæſtione quæ eſſet, &
oriri poſſet inter dictos fratres, facto ſuper hoc ſolenni cōpro-
miſſo cū ſolenni ſtipulatione, & pœnæ adiectione, & adiectio-
ne,quod pœna toties committatur,quoties contra factū eſſet,
rato manente contractu, cum renuntiationibus opportunis,
& obligatione bonorum. Qui arbiter, & arbitrator, & etiam
amicabilis compoſitor primo diuiſionem certorum bonorum
fecit, & arbitratus fuit amicabiliter cōponendo per ſentētiam.
ſecundo arbitratus, & amicabiliter compoſuit, & pronuntia-
uit, quod per omnia,& ſingula debita, quæ apparerent fore fa-
cta per ipſos fratres an̄ dictum compromiſſum, & quemlibet
eorum fratrū cū charta, & ſine charta, & quæcunq; ſint com-
munia,cōia intelligantur,& cōmuniter perſoluantur: & con-
demnauit omnes prædictos fratres Martinum, Ioannē Pet. &
Giroldum ad ſoluendum: & quod ſoluere debeant communi-
ter oīa,& ſingula debita,quæ apparerēt fore facta,vt ſupra,ſub
pœna dicti cōpromiſſi, poſt quæ traficata dicta ſn̄ia per dictos
fratres cōpromittentes,vt ſupra,Giroldus vnus ex fratrib.præ-
dictis denūtiauit ꝑ ſcripturā legitimā alijs tribus dictis ſuis fra-
tribus, ꝙ ante dictū cōpromiſſum fecerat quoddā debitum li-
brarum quadringentarum imperialium cum Dognino ſuo cre-
ditore faciēdo fidem de dicto debito per publicū inſtrumentū,
& qualiter nuper erat condemnatus dicto ſuo creditori pro di-
cto debito, & qualiter erat pro dicto debito ad carceres recō-
mendatus: & qualiter denuntiabat dictis ſuis fratribus, & ſol-
uerent tres partes dicti ſui debiti iuxta formam dictæ ſententiæ
arbitramentalis.poſtquam facta dicta denuntia,& elapſo mēn-
ſe,& plus, & fratribus ſuis exiſtentibus in mora in ſoluēdo ſuā
partem dicti debiti, Giroldus formauit libellū contra ſuos fra-
tres in mora exiſtentes, in quo libello narrauit dictum com-
promiſſum,& ſententiam arbitralem, & debitum prædictum,
& condemnationem de eo factā, vigore dicti debiti,& recom-
mendationē factā de eo ad carceres, & denuntiatiuā factā ipſis
fratribus,& eorum moram commiſſam: adduxitque,cū debitū
erat librarum quadringentarū, quod deberēt ſoluere lib.300.
pro ſuo intereſſe: quia ſic eis contingebat ad ſoluendum vigore
dictæ ſententiæ arbitralis. Quare petiit dictos ſuos fratres ſibi
per iudicem condemnari ad dandum,& ſoluendum li.300.pro
ſuo intereſſe in parte vna. Item in alia parte li.100.pro pœna cō
miſſa vigore dicti cōpromiſſi. poſtquam lite cōteſtata per ſuos
fratres,& liquidatis oībus prædictis per eum agentem per pub-
licum inſtrumentum, & acta pub. & obiecta cōpenſatione per
ſuos cōfratres de ſimili pœna, in quā erat incurſus agēs in qua-
dam obſeruantia non facta circa vnam ſententiam arbitramen-
talem,iudex cauſæ pronuntiauit primo pœnæ ad pœnam habē
dam compenſationē. Secundo condēnauit iuxta petita dictos
tres fratres dicto Giroldo ad ſoluendum dictū debitum librarū
quadringentarū in lib.300. dicto Giroldo pro ſuo intereſſe ſe-
cundum dictā petitionē.in dubiū reuocatur dicta ſn̄ia: & dicūt,
quod ipſe agens nō potuerit petere tali modo pro ſuo intereſſe
dictas 300.lib.vt intereſſe ſuū. de cōpenſatione pœnarū partes
1 contentant facta p iudicē cauſæ,quæritur,quid iuris.† Et oſten-
ditur,ꝙ iudex dictæ cauſæ bene pronūtiauerit.primo in pœnis:
quia ſi hinc inde partes inciderant in pœnam, vſq; ad concur-
rentem quantitatem pœnarum, benefacit iudex admittere cō-
penſationē,per not.in l.ſi conſtat. C. de comp.l. cū alteri.& l.ſi
ambo. circa prin. cū ibi not.itē iudex bene ꝓnuntiauit ſuper li.
300.petitis de debito lib.400. quia eiuſdē fratribus conuentis
vigore dictæ ſentētiæ tm̄ veniebat ſoluendū: cū prædicta eſſent
liquida p publica inſtrumenta,& acta.& ꝙ ſic bene ſit petitū,&
bene ſit condemnatū,mouent rationes infraſcriptæ: videlicet
iuſta conuentio legitimè validata. Item iuſta probatio.Itē mo-
ra commiſſa. Ad primum deueniendo ſic arguitur. contractus
ex cōuentione legē accipiunt,vt ff.depoſi. le.1.§. ſi conuenerit.
adeo ꝙ partes tenentur, & obligatæ ſunt ad obſeruantiam pa-
ctorum conuentorum legitimè.vt leg.2.in prin.ff.de pac.& leg.
iuriſgentium. §. ait prætor. in prin.& l.1. in prin.de conſt.pecu.
cum ſi.Sed partes prædictæ promittendo,vt ſupra, videntur cō
ueniſſe de faciendo ſibi viciſſim, ſecundū ꝙ arbitraretur dictus
arbitrator,iuxta.l.ſi.& ibi no.ff.de contrahen. empt.& l. ſi quis
arbitratu.ff.de ver.obl.ergo ſi arbitratus fuit inter eos, ipſi ſunt
aſtricti ad obſeruationem arbitrationis per præmiſſa. Nā ſi tale
arbitramentum eſt appellatum tranſactio, iuxta glo. in auth. vt
differentes iudi. §. ſi vero contigerit. colla.9. & ſic talem tran-
ſactionem factam inter eos ſeruare tenentur, argumento iuriū
2 præallegatorum: & etiam vigore iuramenti in ipſo cōpromiſſo
adiecti,argumento c.q̄uis.de pactis.li.6.cum ſi.† Item verba di-
ctæ ſententiæ arbitralis ſic prolata, quod dicta debita facta per
ipſos fratres,& quemlibet eorum cōiter perſoluantur, poſſunt
intelligi duobus modis. vno modo propriè ſecundum iuris in-
terpretationem, vt dicti fratres pro rata ſoluant ſibi adinui-
cem debita,quæ contraxerunt ante cōpromiſſum.verbi gratia:
vnus dictorū fratrū erat obligatus in libris quatuor ante dictū
cōpromiſſum cuidā creditori ſuo, quod alij tres confratres te-
nerēt ei obligato in libris tribus pro eorum virilibus partibus:
& ſic econtra.& quod ſic debeant dicta verba intelligi, probat
ff.de ver.oblig.l.ſtipulatio iſta.§.ſicut.& §.ſi quis.& l.ſi ita ſtipu-
latus.§.Griſogonus.eo.tit.& ita no.Cyn.& doc.in auth.ſi qn̄.C.
de conſtit.pec.vbi perſona ſtipulantis intelligitur in verbo exe-
cutiuo ſtipulationis,ſicuti eſt in verbo diſpoſitiuo ſtipulationis.
Nam hic fratres ſunt in cōpromiſſo ſtipulantes ſibi inuicem, &
ſic in verbo ſtipulationis diſpoſitiuo ſunt expreſſi, licet mō in
verbo executiuo dictæ ſentētiæ arbitralis,quod poteſt dici ver-
bum executiuum dictæ ſtipulationis, quod verbum iuris inter-
pretatione fingitur ipſorum compromittentiū vt ſupra allega-
tur,ſi non ſint expreſſæ eorum perſonæ,tamē intelliguntur per
prædicta iura. Sed verba dictæ ſententiæ arbitralis ibi,condē-
nauit ad ſoluendū, & quod ſoluere debeant omnia eorū debita
ante compromiſſum per quemlibet eorū facta, quæ verba iux-
ta promiſſa debent intelligi, quòd vnuſquiſq; ſoluat pro ſua
rata viriliter partem debiti fratris ipſi fratri debitori.& hoc mo
do intelligendo dictus frater petens, quod ſibi dicti ſui confra-
tres condemnentur ad dandum ſibi libras trecentas de debito

3 lib.400.bene petijt:cũ ſint tres fratres, †petẽdo pro ſuo inter-
eſſe,intelligẽdo intereſſe largo modo,prout ſumit Bart. primo
largè,vt in l.vnica.Cod.de ſententijs,quæ pro eo,quod intereſt
&c.vnuſquiſq; poteſt ſibi ſtipulari, ꝙ ſua intereſt.ff. de ver. ob.
leg.ſtipulatio iſta.§.alteri.inſti.de inuti.ſtipu.§.alteri.vnde ſecũ-
dum leges prædictas intereſt cuiuſlibet habere&c.ſibi promiſ-
ſum.& hoc modo intelligendo libellus bene concludit. peten-
do pro ſuo intereſſe q̃titatem ſibi promiſſam,vt ſupra,& ſic be-
ne ſecuta fuit condemnatio. Alio modo poſſunt ſumi prædicta
verba dictæ ſentẽtiæ, & quod dicta debita cõiter perſoluantur,
& condemnatio facta de dictis fratribus ad ſoluendum dicta de
bita, quod intelliguntur hoc modo,videlicet qđ ipſi fratres vi-
ciſſim pro rata ſoluant creditori alterius fratris pro parte ſibi
contingente, vt ſic videantur ſtipulati ad inuicem mediãte per-
ſona ſtipulatoris, alias arbitratoris. & hoc modo ſoluendo, &
ras obſequiales, ſed non ad fabriles, & artificiales, puta picto-
ria, vt l. ſicut. de oper. liber. & adde quod not. C. de fide inſtrum.
l. ſcripturæ. in quodam exemplo gloſ. Vnde interdum vxor eſt
ſocia viri in aliqua negociatione: & lucrū diuiditur inter ipſos.

## ADDITIO BAL.

5 † Dic quod adminiſtrator, qui eſt neceſſarius à principio, & ex
poſt facto, vt prælatus, ſeu curator eccleſiæ, acquirit eccleſiæ
de pecunia eccleſiæ, velit, nolit. & dico, quod acquirit dire-
ctum dominium, ſi ſe nominet in inſtrumento. Sed ſi nominat
conſanguineum, vel amicum cui vult acquirere, & vēditor hoc
agit, vt non quæratur eccleſiæ, acquirit vtilem rei vendicatio-
nem. ſ. commutabiliter, non incommutabiliter, niſi eccleſia
hoc eligat. poteſt enim eccleſia eligere de duobus vnum. ſ. vel
rem, vel precium. quid enim ſi emptio non placet eccleſiæ,
nonne poteſt repudiare rem, & ſuam pecuniam repetere? Cer-
te ſic. immo videtur, ꝙ cum habeat eccleſia electionem, quid
petat in iſta alternatiua legis, ante electionem rei, & ratificatio-
nem contractus non acquiratur eccleſiæ rei vendicatio, ſicut
nec in alternatiua hominis. ff. de vſufr. l. Sempronius Attalus. &
no. ff. de rei ven. l. ſi in rem agat aliquis. nam vbi voluntas, & e-
lectio deſideratur, ante voluntatem & electionem nihil præci-
ſe acquiritur, vt C. de rei ven. l. mater. Item contractus emptio-
nis contrahitur conſenſu: ergo oportet, ꝙ ille, cui immediatè
acquiritur, conſentiat. vel dic, ꝙ ſi magis intereſt habere pecu-
niam, q̃ rem, tunc non videtur acceptare contractum: licet ſi
magis rem videt acceptare, eo ipſo ꝙ non cōtradicit: vt no. in l.
quo enim. §. 1. ff. rē ra. ha. & eſt ideo: quia vbi de lucro agitur, fa-
cile quis conſentit, ſed vbi de damno, & grauamine, diſſentit: vt
l. filius. §. inuitus. ff. de proc. & ff. ad Treb. l. quia poterat. eadem
dico per omnia in adminiſtratore voluntario à principio, ſed à
neceſſario ex poſt facto, vt in eo, qui ſuſcepit ab eccleſia man-
datum emendi: quia eſt obligatus ad cedendū, nec eccleſia po-
teſt agere ſine ceſſione ſicut fiſcus, maxime in ſubſidium, vt ff.
de vſuris. l. Caius. & ex qualitate officij præcedentis iudicamus
de actu ſimpliciter ſubſequente. ff. de admi. tut. l. qui nego. in
prin. nec poteſt aliud ſalua bona fide, & conſcientia terminari.
6 ff. man. l. creditor. §. fi. † Sed quidam ſunt, qui à principio & ex
poſt facto ſunt adminiſtratores voluntarij, vt geſtores ſine man-
dato, & iſti certe non ſunt adminiſtratores, nec officiales, nec
velint adminiſtrare, & eo animo accedant ad actum, vt C. de
nego. geſt. l. tutori. vnde ſi iſti nolunt adminiſtrare nomine ec-
cleſiæ, ſed nomine proprio, nullam fraudem committunt in
contrahendo: quia cum ſuo periculo emant, ergo ſuo commo-
do contrahunt: quia ſecundum naturam eum ſequuntur com-
moda, quem incommoda, vt C. de furtis. l. manifeſtiſſimi. §.
ſed cum in ſecunda. & ſi precium euincatur per eccleſiam iſti
emptores tenentur de euictione precij. & ſic eſt eorum peri-
culum, & non debent duplici damno affici. & facit C. ſi cert.
pet. l. quamuis. & l. ſi abſentis. vt ff. de admi. tut. l. cum quæritur.
7 ff. de neg. geſt. l. ſed an vltro. §. pen. † & inter alia, quæ non expe-
diunt eccleſiæ, eſt, ſi rei emptæ ſit difficilis perſecutio propter
potētiam poſſeſſoris propter legē municipalē, vt extra de feu-
dis. c. ex parte. quia non videtur idonea res, quam poſſidere eſt
difficile. l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſdare cogantur. vel quæ onerata eſt tri-
butis: quia res eccleſiæ debent eſſe liberæ, non tributariæ: nam
eccleſia diligit libertatem, nec vult eſſe ſub tributo, vt C. de ſa-
croſanct. eccle. auth. item prædium. & no. in auth. de non alie-
nandis. §. vult enim. & ſic diſtinguendum eſt, quod notat
Petrus,

Petrus,& Cyn. de adminiſtratore: non enim intelligunt de eo,
qui non aſſumit adminiſtratoris officium, nec tenetur aſſume-
re: quia ille non eſt adminiſtrator, cui adminiſtratio non eſt, nec
vult adminiſtrare, arg. ff. de ſol. l. & magis. Ecce enim rem non
reſpectu proprietatis, quia poſſeſſor nolebat contrahere reſpe-
ctu proprietatis, cum non haberet niſi poſſeſſionem facti, &
nollet in plus ſe obligare: nunquid iſte emptor habuit titulum?
Reſpondeo, iuſtus titulus ordinatur ad dominium, vel ad vſu-
capiendi conditionem, vt ff. de publiciana. l. quęcunque. res au-
tem eſt illa, quæ præſcribitur, non nuda poſſeſſio, quæ ſolo ani-
mo quæritur, & perditur. C. de acq. poſ. l. licet. dico ſolo animo,
id eſt, abſq; dominio vel titulo. Et ideo iſte contractus, de quo
quæritur, nõ dat ꝓprie titulũ cõtra dominũ. ꝙ autẽ poſſit emi
poſſeſſio nuda, apparet: quia preciũ recipit, vt l. ſi mulier. in pri.
8 ff. ꝙ met. cauſa. ff. de acq. poſ. l. ſi aliquã rem. † Pone eccleſia ſte-
tit ꝑ 60. annos, ꝙ non recepit cenſum de re emphyteutica: nũ-
quid hæres emphyteutæ potuerit præſcribere bona fide? Qui-
dam dicunt, ꝙ potuit præſcribere cenſum tẽporis præteriti, ſed
9 non ipſam proprietatẽ rei. alij dicunt † cõtrarium: quia ꝑ decẽ
annos non percipiendo cenſum perdidit poſſeſſionẽ ciuilem, q̃
ꝑdita accreſcit naturaliter eccleſiæ, de hoc not. C. de acq. poſ.
l. cum nemo. C. ne rei dominicæ, vel templorum. l. vniuerſales.
certũ eſt autẽ, ꝙ per negligentiã decennij ꝑditur poſſeſſio: cum
nihil nomine ciuiliter poſſidentis geſtũ ſit. ff. quib. mod. vſufru.
amittitur. l. Pomponius. & iſtud facit cõtra Abbatem S. Mariæ.
10 † Scias, ꝙ mala fides obſtat præſcriptioni incipiẽti currere cõ-
plenti, dum tamen ſit mala fides verè, non iuris interpretatio-
ne, vt no. diſtinctè in c. 2. de reg. iur. lib. 6. & ſufficit, ꝙ tribus tẽ-
poribus habeat bonã fidem, ſemel in princ. ſemel in medio, &
ſemel in fine. quinimo duobus. ſ. in prin. & in fin. etiam per mo-
mentum temporis. & idem iuris eſt in ſucceſſore, extra de præ-
ſcript. c. quoniam omne. Sed de iure ciuili ſufficit initium: quia
initium inſpicitur. ff. de vſuca. l. Celſus. ff. de acq. poſ. l. clam poſ-
ſidere. in princ. C. de vſucapio. transformand. l. 1. §. 1. Baldus in
propria cauſa.

## CONSILIVM CCC.

1 *Statuto volente, quod res vendita poſſit per parẽtelam relui infra annum, ſi fuit vendita res emphyteutica eccleſiæ, & eccleſia eam recuperauit ſibi obligatam, an parentela poſſit reluere ab eccleſia & eſt pulcrum, & ſubtile. & num. 4.*
2 *Datio inſolutum operatur idem, quod venditio.*
3 *Statutum de datione inſolutum an habeat locum in venditore.*
5 *Vitium litigioſi non obſtat, quin partes poſſint inuicem concordare.*

1 In Chriſti nomine. † Statuto cauetur, ꝙ li-
ceat debitori, & aliis de
eius parentela infra annum luere ſoluendo precium & expẽſas.
Modo dum creditor peteret rem ſibi adiudicari pro iure em-
phyteutico, ꝙ habebat debitor, comparuit rector eccleſiæ, quę
habebat proprietatem, & ſe oppoſuit dicens, ꝙ non poterat a-
lienari propter pactum appoſitum in cõtractu emphyteutico,
finaliter iudex nomine creditoris vẽdidit iſtud vtile dominium
eccleſiæ ſupra dictæ conſolidãdo vtile dominium cum directo:
2 quæritur vtrum habeat locum ſtatutum de luitione. † Et ad e-
uidentiam præmittendum eſt, ꝙ aliquando res pro pecunia da-
tur inſolutum ipſi creditori, & ipſa datio inſolutum idem ope-
ratur, quod vẽditio ei facta, ſaluo ſi res euinceretur: quia in da-
tione inſolutum, maxime quãdo fieret pro dote, remanet actio
prima, ſi creditor vult eã intentare, vt ff. de ſol. l. qui res. in prin.
& arg. in l. vlt. ff. de condi. ob cauſam. ſed ſi vult agere actione ſe-
cundaria ad intereſſe, quia pluris forte intereſt, quàm ſit actio
prima, adhuc poteſt, ſi talis eſt res, quæ recipiat intereſſe, vt C.
de ſen. & interlocu. l. libera. ſi enim daretur pecunia pro pecu-
nia: verbi gratia, pecunia aliena pro pecunia debita in genere,
tunc ſola actio prima datur: quia non eſt ſatisfactum, vt ff. de iu-
re fiſci. l. deferre. §. fina. ſi autem pro pecunia debita vni, puta
Titio, iudex factis ſubhaſtationibus vẽdit alteri, puta Seio, iſta
eſt venditio, & non inſolutum datio, vt C. de execu. rei iudica.
3 l. ordo. † & ideo ſtatutum loquens de datione inſolu. non habe-
ret locum hoc caſu: quia iſte caſus verbis ſtatuti nullo modo po
teſt adaptari, argu. in l. fina. C. de prædiis curialium. libro 10.
Subſequenter quęritur, nunquid iſtud ſtatutum tñ intelligatur
loqui in rebus datis inſolutum eccleſiæ? Et videtur quod ſic:
quia tacite videtur actum, vt forma ſtatuti poſſit ſeruari: quia
ſtatuta inſunt contractibus, ac ſi eſſet expreſſe in pacto dedu-
ctum, vt ff. de euict. l. ſi fundus. quicunque enim ſub lege viuit,
ſecundum illam l. contrahere videtur, vt ff. de pact. l. ſi vnus. §.
quod & in ſpem. ſed hoc in pactum potuiſſet expreſsè deduci.
licet Innocent. dicat contrarium, & reddit rationem: quia ſan-
ctum ſanctorum factum eſt domino, de foro compe. c. verum.
ſed in hoc argu. ipſe committit fallaciam accidentis: quia non
ſic, vt ait, ſanctum ſanctorum factum eſt domino: ſed cum one-
re ſuo. ſ. luitionis, vt ff. de manu. l. Caius. licet enim cõditio, quę
rei perfectæ adiicitur, poſt rem in eſſe productam non ſit pro-
prie conditio, vt ff. de arb. l. ita demum. & C. de preci. impe.
offe. l. vniuerſa. nam natura conditionis pendentis eſt impe-
dire originem obligationis naſcentis, vt ff. de verborum obli-
gatione. l. interdum. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de con-
dit. & demonſtr. l. 1. in fin. & not. ff. de pact. l. Item quia tantum.
cum præpoſtero ordine prius naſcitur actio, quàm eueniat cõ-
ditio, illa conditio reſoluitur in modum, vt ff. de manumiſſ. teſt.
4 l. Meuia. & l. cum tale. ff. de condi. & demon. † Ego dico, quod
ſtatutum prædictum includit eccleſias, quin poſſint vti iure li-
bero, id eſt iure communi: quia laici hoc non poſſunt ſtatuere,
& eorum voluntas debet adaptari ad poſſibile, non ad impoſſi-
bile: quia impoſſibilium nulla eſt diſpoſitio, vt ff. de interroga.
actio. l. confeſſionibus. & ff. de legatis 1. l. ſi quis inquilinos. §.
fin. vnde modus, de quo ſupra, non videtur ineſſe, vt ff. de ma-
numiſ. teſta. l. ſi Præterea ſtatutum confertur in tempus: à quo
incipere non poteſt: id eſt, in tempus iam quæſiti dominij ipſi
eccleſiæ, vt ff. de manumiſ. teſta. l. ſi ita fuerit, vbi libertas exe-
cuta ſub diſpoſitione prohibitiua manumiſſionis non venit. ita
dico in propoſito. conſtat enim, quod laici ſuper rebus eccle-
ſiaſticorum nihil ſtatuere poſſunt, vt extra de conſtit. c. quæ in
eccleſiarum, & c. eccleſia Sanctæ mariæ. etiam ſi ſtatuerent pro
ipſa eccleſia exorbitando à iure communi, ſed non exorbitan-
do, ſed præter legem bene poſſent fauorabiliter ſtatuere. 10.
diſtinct. c. ſi in adiutorium. puta, quod violatores eccleſiarum
ſint ipſo facto forbanniti: vel quod credatur codicibus ratio-
num eccleſiæ ętiam non publicis: & ſimilia. quod autem pen-
dente contradictione potuerit vendi contradictori, nulla du-
bitatio eſt: quia poteſt contradictor conſentire, & renunciare
ſuæ cõtradictioni expreſſe, & tacite, vt extra de conſtitu. c. cum
5 acceſſiſſent. & c. cum M. Ferrarienſis. † nec enim vitium liti-
gioſi obſtat, quin litigantes poſſint inuicem concordare, vt ff.
de nou. ope. nunc. l. 1. §. & poſt operis. & prædicta roborantur
alia ratione: quia emphyteuſis vendita non eſt in rerum natu-
ra, ſed ſuppreſſa per conſolidationem, & extincta ſeruitus, vt
ff. de legatis 1. l. ſi tibi homo. §. fin. ff. ad Trebellian. l. ſi hæres.
ff. de iure dot. l. ſi proprietati. & ideo non poteſt reuiuiſcere,
nec reſtitui, quod funditus ſublatum eſt. inſtitui autem de no-
uo rem peremptam poſſibile eſt, ſed non eſt eadem res, vt ff.
de vſufruct. l. qui vſumfructum areæ. ff. de ſolu. l. qui res. §. a-
ream. ff. de rei vendi. l. ſi nauis. emphyteuſis ergo, de qua quæ-
ritur, cum per conſolidationem confuſa ſit, funditus lui im-
poſſibile eſt, & quaſi re perempta liberatur à neceſſitate ſta-
tuti acceptor, vt l. quod te. ff. ſi certum petatur. & conſidera
bene, quia iſta ſunt ſubtilia. Et ita dico, & conſulo. Ego
Baldus.

## CONSILIVM CCCI.

1 *Vaſallo non petente inueſtituram infra ann. an feudum ipſo iure reuertatur ad dominum, an vero requiratur ſententia.*
2 *Lapſis fatalibus ad appelland. an appellatio habeatur pro deſerta ipſo iure, an requiratur ſententia.*
3 *Quot ſunt caſus, qui fiunt ipſo iure, tamen ſi dubitetur, requiratur ſententia.*
4 *Argumentum ab emphyteuſi ad feudum an valeat.*
5 *Dominus an poſſit propria auctoritate ingredi poſſeſſionem in emphyteuſim locatam poſt temporis curſum.*
6 *Inueſtitura noua an requiratur in filio vaſalli mortui.*
7 *Filius vaſalli mortui an teneatur præſtare iuramentum fidelitatis.*
8 *Inueſtitura feudi vnius fratris an proſit alteri, per totum, maxime in tertia col. ſequenti.*
9 *Feudum an accreſcat alteri fratri inueſtito: quia iurauit fidelitatem, an vero reuertatur ad dominum. & nu. 13.*
10 *An ſit neceſſe, quod dominus declaret velle feudum ad ſe reuerſum eſſe.*
11 *Dominus feudi, qui cepit ſeruitium ab vno, & ab altero non, an poterit auferre ei, à quo non acceperit.*
12 *Ius accreſcendi in contractibus, & feudis an locum habeat. & nu. 13.*

*14 Legatum*



14 *Legatum factum duobus tutoribus coniunctim, ſi vnus tutelam amplectitur, & alter ſpernit, perdit legatum: & reuertitur ad hæredem, non autem ad coniunctum.*
15 *Si ſunt duo filii, quorũ vnus fuit inueſtitus, quia petiit inueſtiturã in tempore: alter inueſtituram petere non tenetur: tum quia accreſcit inueſtito: tum quia dominus non poteſt alium inueſtire.*

In Chriſti nomine. Proponitur, quod Pe-
trus, qui tenebat feu-
dum ab eccleſia, deceſſit relictis tribus filijs, quorum vnus infra
ann. petijt inueſtiturã, & obtinuit, alij non petierunt, & partem
1 ſuam perdiderunt. † Quæritur, vtrum perdiderint ipſo iure, an
ſit neceſſaria ſententia? Et videtur, quod ſic: quia ſiue dicamus,
quod iſta ſit priuatio facto hominis, tunc quia ex facto oritur
ius petendæ priuationis, requiritur ſententia iudicis: quia o-
mne ius in iudicio intentandum eſt, vt ff. quod metus cauſa, l.
extat. C. de iuriſdictio. omnium iudic. l. in criminali. C. qũo, &
quando iudex. auth qui ſemel. in fi. & no. C. de ſacroſan. eccleſ.
l. iubemus. §. ęconomus, ſiue dicamus, ꝙ iſte priuetur ſolo tem-
poris curſu; adhuc requiritur ſententia ſaltem declaratoria, ſi
ille, qui poſſidet, neget rem reuerſam ad eccleſiam: quia ſuper
quæſtione facti non pronunciat lex: ſed debet pronunciare iu-
dex: nam facti quæſtio in iudicis eſt poteſtate, non in legis au-
ctoritate: nec per alicuius regulæ traditionem expediri poteſt,
vt ff. ad Turpil. l. 1. §. calumniatoribus. ff. de vſuris. l. mora. ff. de
pœn. l. quod ad ſtatum. ff. de iure fiſci. l. eius, qui delatorem. vbi
2 videtur expreſſum. & quod ibi per Bar. † idem videmus in ſimi-
li, quod licet ipſa ſint fatalia appellationis; tamẽ appellatio non
habetur pro deſerta, donec hoc ſit declaratum per ſententiam:
vnde oportet deſertorem citari. & ita conſuluit Bar. per l. ſi cõ-
tra maiorem. C. de appellatio. vbi dixit eſſe caſum: licet gloſſ.
innuat contrarium, eod. tit. l. eos. in prin. nec mirum: quia po-
tuit iuſtam excuſationem habere: & ille, qui non negliget, nec
læditur temporis curſu, vt not. in auth. de appellatio, poſt prin.
& videtur expreſſum, quod danda ſit dilatio ad faciendum ſuam
defenſionem. ff. de re milit. l. 3. §. ſi ad diem. Item ſi quis dicitur
priuatus per feloniam, neceſſaria eſt ſententia: debet enim pro-
poni ad priuandum condictio ex moribus. videtur expreſſum
hoc, quod feudum non ipſo iure, ſed per ſententiam iudiciario
ſeruato ordine amittatur, in cap. quicunq; aduocantiam. de pa-
ce tenen. & eius violato. & ibi multi ex noſtris maioribus dicũt
3 eſſe caſum expreſſum. † Præterea quædam fiunt ipſo iure, & ta-
men ſi dubitetur, oportet ea per ſententiam declarari, vt patet
in cap. pro humani. & de homicid. in clement. ſic infamia quan-
doq; contrahitur ipſo facto, quandoq; per ſententiam, quan-
doq; ex genere pœnæ, vt no. ff. de infam. l. Lucius. & tamen ſi de
hoc dubitetur, neceſſaria eſt ſententia. ſic & teſtamentum, in
quo filius eſt præteritus, eſt nullum ipſo iure: & tamẽ niſi pro-
nuncietur ſuper nullitate, filius, qui poſſidet, non repellitur ab
hæreditate, & facit. ff. ad Syllan. l. in cogni. & C. de contratabu.
l. poſthumo. quædam enim ipſo iure fiunt: & tamen ſi in con-
trouerſiam deducantur, opus eſt iudicio, & ſententia: quia ſine
cauſæ cognitione non debet procedi ad executionem, vt not.
Inno. in cap. inter quatuor. de maio. & obed. In contrarium vi-
detur; quia quod ipſo iure fit per legem, tollit neceſſitatem ad
iudicem veniendi, vt ff. de condi. inſtitu. l. quæ ſub conditione.
§. fin. ff. de nou. oper. nun. l. de pupillo. §. habet autem. Præterea
dominus de ſuo iure poteſt diſponere nemine tacito: ſicut po-
teſt vendere, & promittere nemine requiſito: dum tamen alius
non habeat ius in rei veritate, alias ſecus, vt C. de contrahend.
emptio. l. dudum. ff. de pactis. l. nemo. nam quo ad alium perti-
net, liberas ædes habet, vt l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui-
tu. vendice. ff. de aqua pluu. arcen. l. in concedendo. & l. Procu-
lus. niſi eſſet datus alius ordo à iure. ff. de verbor. obligat. l. qui
Romæ. §. cohęredes. Puta, ordo prælationis. ff. de legat. 2. l. ſi ta-
men. ff. de in diem adiecti. l. ineſſe. facit, quod not. in l. tutor ſi
petitus. ff. de tutor. & curator. dan. ab his. ff. de ſecund. tabu. l. 2.
4 §. expectandum. ff. de contratab. l. ſi poſt mortem. §. fin. † Præ-
terea illud, quod eſt licitum in emphyteuſi, eſt licitum in feu-
do: niſi probetur illicitum, vt not. ff. de legibus. l. de quibus.
5 † ſed licitum eſt, emphyteutam propria auctoritate expellere
poſt temporis curſum: nec eſt opus iudice, vt no. in l. 2. C. de iu-
re emphyt. C. de ſacroſanct. eccleſ. authen. qui res iam dictas,
nam poſſeſſio naturalis emphyteutæ ipſo iure conſolidatur ci-
uili: & ideo nimirum ſi poteſt ſine iudicis auctoritate dominus,
& poſſeſſor facere de re à ſe poſſeſſa ſuũ placere, vt ff. ad l. Aqui.
l. quemadmodũ. ff. quod vi aut clam. l. ſi vitem. §. qui ad Ianuam.
C. qđ cum eo. l. ſi ſeruus. ꝑterea priuatio, quę fit naturaliter ſolo
tpis curſu, ipſo iure aperit viam collatori, vñ nimirum ſi inueſti-
turã ſibi apertã facere põt: nec eſt opus, ꝙ confirmetur per iu-
dicem: quia iure cõtractus expeditur abſque ylla controuerſia
iudiciorum: & certe hic non eſt neceſſaria actio, neq; petitio,
quæ non competit plene, & pacifice poſſidenti, vt l. 1. §. interdi-
ctum. ff. vti poſſi. hoc patet ex his verbis, qui ſolo tẽporis curſu,
& natura ſupplet factũ iudicis, ar. l. qui fundum. ff. quemadmo-
dũ ſerui. amit. Non ob. c. ſi quis aduocatis. quia ibi loquitur, qñ
non facto naturæ currentis, ſed vitio vaſalli delinquentis debet
feudum auferre. & iſtam partem puto veriorem, & ita de con-
6 ſuetudine ſeruatur. Sed modo dubitatur, † vtrum noua inueſti-
tura requiratur in filio. Et vr̃, quod non: quia idem eſt feudum
nomine pr̃is, & filij, & idẽ contractus, eadẽ obligatio, vt no. Cy.
C. de neg. geſt. l. ſiue. Itẽ dominium dr̃ in filium continuari, non
naſci, vt l. nihil. C. de vſucapio. pro hærede. Item pr̃ & filius, licet
ſint duo corpora, tñ habentur pro vno, & eodẽ, vt C. de impub.
& alijs ſubſt. l. fi. Præterea pr̃ recepit inueſtiturã pro ſe, & filijs:
vñ filius fruſtra petijt inueſtituram, quam intus hẽt; nam alteri
per alterum põt acquiri poſſeſſio, & dñium, vt C. per quas p. l. 1.
quia hæc acquiſitio in facto conſiſtit, ſeu in acquiſitione iure-
gentium, quæ nititur æquitate, vt ff. de acq. re. do. l. ea, quæ ciui-
liter. In cõtrarium vr̃ caſus: nam licet verum ſit, ꝙ vnuſquiſq; ſi-
bi, ſuiſq; hæredibus. i. filijs videatur proſpexiſſe, & non prorſus
extraneis hæredibus, loquendo in materia feudali, vt in c. 1. de
duob. fratrib. à capita. inueſti. vñ pœna nõ petẽtis inueſtituram
ĩ. annum non põt intelligi, niſi de filijs. i. deſcendentibus, vt in
c. 1. quo tem. mil. col. 10. vbi etiam expreſſe facit mentionẽ de fi-
lijs. vñ nulli dubium eſt: qa eſt caſus. l. ꝙ filius non petens inue-
ſtituram feudi paterni infra annum & diem, proculdubio cadit
à iure ſuo: niſi actũ ſit, ꝙ inueſtitura patris proſit filio qđ verum
eſt, ſi de filio facta eſt mentio in inueſtitura corporali, ſeu tradi-
7 tiua: quia nõ eſt opus, ꝙ iterũ tradatur; qđ traditum eſt. † Fide-
litatem tñ facere, id eſt iur̃m fidelitatis præſtare ſp̃ tenetur: quia
nondum iurauit: nam iuramentũ eſt perſonale ex parte iuran-
tis, vt in c. veritatis. de iureiu. Et hoc eſt de forma, & ideo nõ de-
bet omitti. & ſi omittatur, omittens iure ſuo carebit: quia qui
in vno peccauit, factus eſt omnium reus. & quoties vnũ de ſub-
ſtantialibus deficit, totum ruit, vt ff. de tranſ. l. cũ hi. §. ſi prætor.
8 † Sed nunqd inueſtitura vnius fratris proſit alteri? Rñdeo non,
niſi forte fr̃es ſint ſocij, arg. ff. de lib. leg. l. ſi is, qui duos, ego non
credo prodeſſe, vt ff. de pact. l. ſi vnus. §. añ omnia. quia quo ad
dñm peccauerunt, & ſe à feudo fecerunt alienos, vt c. 1. quę fuit
prima cauſa benefic. amit. ibi etiam apparet, qđ dixi de fidelita-
te, in iur̃o fidelitatis: niſi tale ſit feudum, quod iuramentum fi-
delitatis non requirat, vel in quo ex conſuetudine ſpeciali ſuffi-
9 ciat ſemel pro ſp̃, vt ti. eo. ca. 1. † Ponamus igitur pro conſtanti,
ꝙ non petens inueſtiturã cadat à feudo: ſed tunc quæritur, an
reuertatur ad dñm, an vero accreſcat fratri, qui iurauit fidelita-
tem, cum feudum ſit paternum, ſeu antiquum. Et ddm videtur
quod potentius eſt ius accreſcendi, quã ius proprietatis. de hoc
plene no. Bar. ff. de verb. ob. l. ſi mihi. & dixi pleniſſime in ca. 1. §.
cũ vero Corradus. qui feudũ da. poſ. nã ius accreſcẽdi hẽt locum
in feudo paterno pp naturam, & coniunctionẽ ſtipitis: nam in
feudis ex naturali coniunctione ꝓcedit ius accreſcendi, licet in
alijs hæredib. ſanguinis coniunctio nihil operetur, vt ff. de vulg.
ſubſtit. l. cohæredi. §. qui diſcretas. nec eſt opus nouo iur̃o, vel
noua inueſtitura, argum. ff. de pact. dota. l. inter. §. cum inter. ff.
de inoffi. teſta. l. qui repudiantis. §. vlti. & C. qñ non peten. par-
tes. l. 1. & ideo vr̃, quod ep̃s alium nõ poterit inueſtire. Præterea
in feudis qualis qualis occaſio ſufficit ad ꝑ̃ſcribendum pp ſerui-
tia, quæ dñs recipit, vt in c. ſi quis per triginta. ſi de feudo fuerit
controuerſia. Dicet aliquis, ſi accreſcit, ergo accreſcit cum ſuo
onere: ſed onus conſiſtit cum priuato eſſe: ergo accreſcit cum
priuato eſſe, quod eſt impoſſibile, nã cum per corruptionẽ vni-
us fiat alterius gñatio, impoſſibile eſt dicere, ꝙ per corruptio-
nem vnius fiat corruptio alterius, argu. ff. de hære. inſtitu. l. ſub
conditione. cum gl. ſua. leges, quæ dicunt, accreſcit cum onere,
intelliguntur de onere, quod põt explicari ab eo, cui accreſcit,
vt C. de cad. toll. §. ne autẽ. ſed onus, ex quo eſt indicta priuatio,

 non

non poteſt reparari,vt ff.de fideic.lib.l.Thais.§.intra. Præterea aliquid eſſe ipſo iure reuerſum, vel ſublatum pōt intelligi duobus modis. Vno modo.i.abſq; ſnīa iudicis, vt dixi ſuperius ſententiam iudicis non requiri: alio modo.i.ſine adminiculo ho-
10 minis.† & certe videtur,ꝙ ſit neceſſe,ꝙ domin⁹ declarat ſe velle eſſe reuerſum: nam & ſi reuerſum ſit potentialiter, nō eſt reuerſum actualiter,antequam dn̄s velit ſuæ contemptibilis iniuriæ vltionē, vt no.in l.1.ff. ſi ager vectiga. ſic & teſtamentum in quo filius eſt præteritus,eſt nullum potentialiter, ſed nō actualiter,niſi p̄teritus dicat nullum,vt C.de contrat.l. poſthumo.ex hoc ſequitur,ꝙ antequam dn̄s declaret ſuam voluntatem, feudum nō eſt reuerſum ad ipſum,ſed(vt ita dixerim)interim eſt in
11 pendenti,arg.ff.ſi cer.pet.l.proinde. † Modo reſtat quæſtio: ſi dn̄s cœpit ſeruitium ab vno,& ab altero non, vtrum dn̄s poſſit auferre ei,qui non ſeruiuit? Et vr̄,ꝙ ſic: quia partes ſunt ſeparatæ eſſentialiter, & corporaliter, & ſeparatorum ſeparata eſt rō, vt C.de dona.inter vir.& vx.l.ſi maritus. C. ſi plures vna ſententia.l. fin.C. ſi in cōi cauſa in integrum reſtitutio poſtule.l.1.ff.de appel.l.ſi quis ſeparatim.§.quod eſt reſcrip.ad hoc optime facit ꝙ no.ff.communi diui.ff.de verb.obli.l.eadem.§. Cato. & l.2.§.
12 item ſi in facto. & l.in executionibus.† Item regula eſt,quod in contractibus non hēt locū ius accreſcendi: quia ius accreſcendi eſt ius tacitum,vt no.ff.ad Treb.l.apud Iulianum.§.1. & pertinet ad ampliandū: q̄ ampliatio nō hēt locum in contractibus ſtricti iuris.ff.de verb.obli.l.quicq̄d aſtringendæ.ff.de vſuris.l.ſi ſtipulatus.Præterea qn̄q; quis impeditur in obtinendo:& tunc in contractib.pp coniunctionē vnius & eiuſdē cāæ, & vnitū, & cōplexum tenorē contractus, hēt locū ius accreſcendi, & hoc in contractib.nō lucratiuis,vt ff.de contrah.emp.l. fundus ille. vel ibi pſona inutilis cenſebatur adiecta ad ſolutionē:& iō obligationē ſolidam in pſona efficaci non pōt impedire.ſcias enim, ꝙ qn̄q; perſona opponitur in conuentione: tunc aūt cōuentio formatur in perſona abſentis,& nō valet, vt ibi: aut in perſona p̄ſentis recipientis pro abſente,& valet. vn̄ aliud eſt, quē loqui in pſona alterius. aliud loqui in pſona ſua pro alio. ff. de acti. & obl.l.quæcunq;.ſed interiectione poſſeſſionis, & dn̄ij ex poſſeſſione naſcentis, & nō ex ſolo pacto procedentis poteſt quis loqui in quacunq; perſona ſcd̄m Pe. & Cy. qui ita notant in l.1.C. per quas perſonas.per illā legem ſingularem.ff.de acq.rer.do.l. ea, quæ ciuiliter. ſi vero in eam obtento emergit annihilatio in nouis contractibus, non hēt locum ius accreſcendi: licet rōne contractus veteris ab vna perſona incipientis ſic.& eſt ratio: q̄a ille primus contractus eſt vniuerſalis, ſicut pōt dici de Adā, qui fuit homo vniuerſalis: q̄a in ſinu ſuo oēs fuimus incluſi, & ipſe fuit idea.i. exemplar totius generis humani, veluti vnum ſigillum, quo ſigillarentur literæ infinitæ. omnes ergo,qui de vno vtero proceſſerunt, vteri beneficio funguntur: & vniuerſitas ſtante noīe vniuerſitatis recipit augmentū, & diminutionē, vt no.in l.Luc.ff.de fundo inſtr.& prob.in l.ſi ſeruitus.ff. de ſeruit. vrb.præd.& dr̄ vniuerſale, q̄d vna eſſentia, & vna ſignificatione enunciat oīa complexiua,vt no.Pe.& Cy.C. quæ res pign. obli. poſ.l.fi.& C.de ſerui.l.nō modus.dicet aliquis: ſi dn̄s nō retraxit ab vno,ſed inueſtiuit eum: ergo per vnū actum contrarium ſuo priuilegio perdidit illud in totum, vt extra de conſt.c. cū acceſſiſſent,in fine.ſed iſtud ar.hr̄et locum, qn̄ ex duobus iam priuatis inueſtiret alteri ſimiliter priuato. ſed in caſu noſtro non fuit ſic: quia non inueſtiuit,niſi eum, quē inueſtire teneatur: & ideo non fecit aliquē actum ſuo iuri contrarium.tn̄ conſidera,q̄a aut inueſtiuit vnū de fratrib. de parte ſua tm̄,& nihil accreſcit,neq; vi veteris inueſtituræ,ar.ff.fa.erc.l.hæredes.§.in illa.ff. ad Treb. l.Luc.§.quæ hēbat.ff.de acq.re.do.l.in agris limitatis. ff. de vſufructu.l. dn̄s.neq; ex vi nouæ inueſtituræ,arg.ff.de neg.ge.l. qui aliena.§.libertos.idē ſi ſimpliciter eſt inueſtitus: quia non præſumitur inueſtitus de parte alterius,ar.ff.de contrah. emp.l.qui tabernas.ff. de le.1.l.ſerui electione.§.cū fundus.ff de le.2.l.vnū ex familia.§.ſi rē.& l. cū filia.§.dn̄s. C.de leg. l. vxor patrui. ff. de leg.1.l.domus. §. fi. aut fuit facta inueſtitura de toto feudo integraliter,& expreſſe, puta habita relatione ad ſtipitē, in quo fuit integritas totius: & tunc quia inueſtiuit de toto, cum debuerit inueſtire de parte,tunc arguo, altera pars erat, vel fuit reuerſa ad dominum temporis curſu ergo non pro recipiente inueſtituram: q̄a exiſtente, vel ſuperuiuente iure auctoris fundatur, & fortificatur ius acceptoris,vt ff.de vſucap.l.cum vir p̄dium.& in feudis eſt expreſſum.in c.1.qui ſucceſſo.tenean. col. 10. vnde ſiue tu ponas ius accreſcendi ex perſona vaſalli, ſiue ius firmandi contractum ex perſona dn̄i, ſiue quia non petens inueſtituram vr̄ tacite renunciare non ſolum in manu dn̄i, ſed in rem, ſequitur neceſſario iſta concluſio,ꝙ nouiſſima inueſtitura non tenetur: quia feudū non eſt apertum, & de non aperto non pōt fieri inueſtitura certæ perſonæ.vt in c.2. de conceſ. præb. quia induceret votū captandæ mortis alterius: & ex voto ſæpe peruenitur ad actum facinoris,quia auaritia inſatiabilis lupus eſt, vt C.
13 de pac.l.fi.† Finaliter non determinauit clare,an habeat locum ius accreſcendi amiſſo feudo vnius conſortis, vbi videtur dd̄m, ꝙ pœnæ contractuum debent creditoribus applicari, ſiue ſint pœnæ conuentionales,ſiue legales,vt C.de leg.l.fi.ff.de litigioſis.l.vlt.C.de ſacroſan.eccleſ.auth. qui res iam dictas. cum ergo dn̄s ſit creditor, & cadere à feudo ſit pœna, ergo illa pœna ap-
14 plicatur dn̄o: & nō alij. † & pone exemplū in duob. tutoribus, quib. eſt legatū relictum cōiunctim: & vnus tutelam amplectitur, alter ſpernit,& ſic perdit legatum.nā reuertitur ad hr̄dem: & non ad coniunctum,vt ff.de excuſ.tuto.l. Neſennius. & iſtud eſt optimum, & euidentiſſimum exemplum.ita teneo.facit. ff. de reg.iur.l. quod à quoquam.& ff.de petitione hære.l.auctori. cum l.ſeq.in prin.& per Bar.in l.prætor.§. quod de fructibus.ff.
15 de bonis aucto.iud.poſ. † Amplius ſciendum eſt, quod ſi ſunt duo filij, quorū vnus eſt inſolidū inueſtitus; quia petit inueſtiturā debito tpe: alter inueſtiturā petere nō tenetur, tū quia accreſcit inueſtito: tum quia dn̄s non pōt iſtum alium inueſtire,vt in c.duo filij.ſi de feudo fuerit controuerſia. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCII.

1 *Probare confeſſionem licet alio tempore factum ſufficit: quia per appoſitionem alterius temporis non aſtringo me ad probanda ſuperflua.*

2 *Clauſula, ſaluo iure addendi, & diminuendi, poſita in libellis quid operetur.*

1 In Chriſti nomine. Præmitte ad euidentiam, † ꝙ illud, q̄d non habet dare, ſeu tribuere ſubſtātiam,& qualitatē contractui,vel actioni non hēt limitare concluſionē libelli.& per conſequens non eſt de ſubſtantia probationis,ſecus ſi haberet limitare ſubſtantiam,vel qualitatē libelli,vt ff.de appel.l.ſcio.ff. de inſtito.l. habebat.& notatur extra de reſcriptis.c.inter cæteras.& ideo ſi in libello ego deduco contractum ſimpliciter, &ad ipſum probandum induco confeſſionem certi temporis, cum confeſſio ſit actus iterabilis,ſi probo cum confeſſione alterius temporis, ſufficit mihi: quia concludit probationem circa poſitam actionem. nam per appoſitionē alterius tpis non aſtrinxi me ad pro-
2 banda ſuperflua, præſertim ſi in libello ſunt illa verba,† ſaluo iure addendi, & minuendi, vt ff. de noxalibus.l. in delictis. §. ſi detracta.Et ita concludo: infirmitate prępeditus nō poſſum me vltra extendere, de materia no.Bar.de re iud.l. diuus. no. etiam extra de prob.c.licet.tamē adiectio, quæ reſtringit petitionem, non eſt de ſubſtantia probationis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCIII.

1 *Quas expenſas, ſeu melioramenta poteſt petere quis pro cuſtodia rei pignoratæ, vel rei reuendendæ, vel pro melioramen. in ea re factis & quid iuris de fructibus ipſius rei interim perceptis. & nu.2.*

3 *Pactum, quod ſine præfinitione temporis poſſit ſemper reemere rem venditam, an valeat.*

4 *Malæfidei poſſeſſor licet nō poſſit præſcribere dominium, poteſt tamen præſcribere confirmationem dominii.*

1 In Chriſti nomine. Ad euidētiam præmittendum eſt,† quod creditor, qui accepit rem pignori, & propter debita fiſcalia ante cōtracta per debitorē fuit compulſus ſoluere fiſco ipſa debita, puta datiuarū,& collectarū,ꝙ debitor iſta debita ſoluta reſarcire cōpellitur ſoluenti: nā ſi quidē fiſcus ceſſit iura ſua ſoluenti, clarum eſt, ꝙ poteſt agere ex iure ceſſo, vt ff. de ſol.l.Modeſtinus.ff.mandati.l.ſi procuratorem.§. fin. C.de procura.l.qui ſtipendia, ſiue non ſint ei iura ceſſa: tamen quia ipſo geſtu geſſit negotia ſui debitoris liberando eum à fiſco, & ſoluendo pro ipſo,debet ei fieri reſtitutio eius,quod reuera perſoluit,vt ff. de neg.geſt.l.ſoluendo.cum materia ſua.pro qua quidē quantitate ſoluta quanquam non habeat bona obligata ex illa cauſa: tamen cum incumbat pignori ex alia cauſa, poteſt pignus ob chirographariam pecuniam retinere,vt C. etiam ob chirographa.

pecu.



pecu.l.vnica. nec prodeſt debitori; quia interim bona eius ſint confiſcata: quia poſtmodum per capitula pacis reſtitutus eſt ad bona, quæ reſtitutio reſtituit omnes obligationes hincinde in priſtinū ſtatum,& cum ſuo onere,vt C.de ſen.paſ.l.1. & l. fin. ex hoc cōcluditur, quod illud, quod ſoluit nobilis miles, D.Guido de Aſtiano in cōi Senarum eſt ei reſtituendū ab illo nobili, qui
2 ei pignorauit Rocham quæ erat in territorio Senarum. † Secundo præmittendum eſt ad euidentiam, vt ſciamus, quid iuris de expenſis factis in cuſtodia dictæ Rochæ: quia dicit D. Guido, quod expendit quinquaginta florenos in menſe pro armigeris cuſtodientibus dictam Rocham ex decreto, ſiue ſtatuto dictæ ciuitatis Senarum, & dico, quod dictus nobilis debitor non debet locupletari cum aliena iactura,vt ff.de condi.indeb. l.nam hoc natura.Item vnde non debet rehabere rem ab hoſtibus defenſam,niſi ſoluat, quatenus fuit expenſum neceſſario, & vtiliter in cuſtodia dictæ Rochæ,vt ff.de pignor.actio.l.2.§.fi. ff.de fundo inſtr.l.ſi ita.§.vtile. Iſta enim impenſa eſt neceſſaria, cauſa defendendi rem ab incurſu hoſtium: ſicut expenſa refectionis rei, quia talis expenſa, quæ conſeruat rem in eſſe, ſimilis eſt expenſæ refectionis,vt no.in l.1.ff. de impenſ.& ff.de leg.3.l. cum quęreretur.per Bart.prout elegāter no.frater meus in ſuo cōſilio.licet autem totum pertinet ab arbitrium boni viri: quia non dicerentur vtiles expenſæ reſpectu debitoris illæ, quæ intantum excederent, quod debitor haberet neceſſe rem hr̄e pro derelicta,vt ff.de neg.geſ.l.ſed an vltro.§.1.prædicta ſunt vera in re pignorata.Item puta in re vendita,quę debebat reuendi poſt tempus: licet quantum ad cuſtodiam partium iſte caſus ſit mihi dubius,vt l.cuſtodiam, & l. neceſſario.ff. de peri.& commo.rei vend.& hoc dico per l.domus.& l. ſi domus. de leg 1. præſertim quia venditor erat in contumacia cōis Senarum: & erat rebellis,& ſic erat in culpa contra ſuā ciuitatē arma mouendo, quanquam non eſſet ſolus, ſed inter multos: tamen multitudo peccantium eum nō excuſat,vt ff.loca.l.ſi merces.§.culpæ. ff. quod vi aut clā.l.ſp.§.ſi in ſepulchro. hic enim ſuo delicto cauſam dedit edicto; fructus tamē cum iſtis impenſis compenſandos fore puto, vt ff.de neg.geſt.l.qui aliena.in princ.ff.de rei vend.l.fundus.& no.eod.titu.l.in fundo.In contrarium tn̄ vr̄ determinare gl. ꝙ fructus percepti ex re propria nō computentur in expenſis.ff.de rei vend.l.emptor.in princ. vbi eſt gl.ſingularis: ſed hic non eſt proprie ꝓpria: q̄a eſt reſtitutioni ſubiecta ex pacto exp̄ſſo de reuēdendo.ſed certe adhuc vr̄ caſus, ꝙ ille, q̄ dēt reuendere, lucretur fructus, niſi poſt morā eos p̄ceperit,vt C. de pact. inter emptorē & vend.l.2.vbi vr̄ expreſſum, dico, ꝙ ſumptus factus ad fructuum collectionē iſte non recuperat: ſed ad perpetuam rei exiſtentiā, licet tranſeat actu in p̄petuam, nō effectu.&
3 ita cōcludo: & hoc totū compartietur bonus vir.† Quæro, vtrū valeat pact.ꝙ ſine temporis præfinitione vſq; ad infinitum emptor teneatur reuendere rem venditori. Et videtur, ꝙ ſic, vt ff. de ædi.edi.l.quod ſi nolit.§. ſi quid ita. & de conſt. pecu.l. item ille.§. quod adijcitur. & quia videtur emptor poſſidere mala fide,cum ſciat rem à ſe poſſe euinci, vt C. de furtis. l. apud antiquos. ſed malæfidei poſſeſſor vllo tpe non præſcribit, vt in regula poſſeſſor.In contrarium vr̄, vt infinitas euitetur.Item quia p̄ſcriptio triginta annorum eſt odioſa: & ſic non p̄t renunciari, vt no. Bar.ff.de leg.1.l.nemo pōt.nec eſt verum, ꝙ iſte ſit malæ-
4 fidei poſſeſſor: quia res interim eſt ſua. † Item quia malæfidei poſſeſſor, licet non poſſit p̄ſcribere dominium, p̄t præſcribere confirmationem dn̄ij,vt ff.de cap.& poſtli.reuer. l. in libello.§. ſi quis ſeruum.& not.in l.2. q̄d metus cā. Item contra ius, quod alicui competit de iure ſpeciali, & non de iure gentium, ēt malæfidei poſſeſſor p̄ſcribere pōt, vt patet in reſti.in integrum, vt C.de temp.in integrum reſti.l.ſi.& ff.de act.& oblig.l.in honorarijs.§.ſed cum reſciſſa. nimirū quia priuilegia facilius tolluntur, quam ius cōe, vt ff.de teſta.mi.l.eius militis. §. militia. & q̄a res de facili reuertitur ad ius cōe, ꝙ vocatur natura, vt ff.de pac. l.ſi vnus.§.q̄d & in ſpecie dotis.Summarium iſtius conſilij poſitum eſt in conſi.260. vbi conſuluit inter iſtas eaſdem perſonas.

CONSILIVM CCCIIII.

1 *Societas quæ dicatur contracta inter fratres.*

2 *Fides libris mercatorum an adhibenda ſit.*

3 *Poſſeſſio. emptæ per vnum ex fratribus an ſint communicandæ. & quid de expenſis familiæ. & nu. 4.*

5 *Diuiſio inter fratres quomodo fienda ſit.*

6 *Capitale eſt detrahendum per illum, qui poſuit pecunias: licet lucrum ſit communicandum.*

In Chriſti nomine. Non eſt nouum, immo neceſſarium, q̄d mutatione facti mutetur conſilium: nec enim dicitur diſcrepare, q̄d oportet diuerſis caſibus diuerſimode conuenire,vt C.de edē. l.fi.& C.de tranſact.l.vt reſponſum.q̄a ergo diuerſa, & cōtraria themata fuerunt alias inter iſtos fratres propoſita, ad q̄ ſemper refert ſe conſulens, nunc vt omnis ſuper themate ceſſet ambiguitas, formatum eſt nouum thema partim conſonans, & partim diſſonans cum punctis antiquis.thema autem tale eſt, cum defuncto patre. In quo quidem puncto cōſtat primo, quod pater deceſſit relictis quinq; filijs hęredibus.Secundo, quod propter debita fuerit venditū molendinum mille centum florenis. Tertio, quod totū illud precium fuit conuerſum in ſatisfactionē debitorū. Quarto quomodo tutrix,& omnes filij ſe Ianuam contulerunt. Item ꝙ mater, & tutrix fuit confeſſa penes Ioannem nihil de dicto precio remanſiſſe. Item ꝙ dictus Ioan.dixit, quod nolebat ſocietatem cum aliquo dictorum fratrum. Item quod fecit diuiſionem cū alijs excepto Raphaele, qui erat impubes.Item ꝙ quędam alia bona fuerunt vendita.Item ꝙ Ioan. exercuit ſpeciariam. Item ꝙ dictus Raphael maior factus p terram, & mare laborando, & ſe exercitando contulit lucra dicto Ioan. Item ꝙ dictus Ioan. fecit quaſdā emptiones pro ſe, & ſuis hæredibus. Item ꝙ dictus Raphael petijt ſibi communicari dicta bona empta, poſteaquam ætas dicti Raphaelis fuit habilis ad contrahendam dictam ſocietatem. item quod dictus Ioannes nō vult dicta empta communicare. Modo quæritur de pluribus,& primo poſito,ꝙ inter ipſos fuerit ſocietas, aſſerit,& exponit Ioan. ꝙ tunc temporis, quo potuit inchoari, multum habebat, dictus vero Raphael negat. Modo quæritur, cui ſpectet probatio,ꝙ dictus Ioan.haberet, vel non,& an ſit adhibenda fides libro rationum dicti Io. in fauorem ſui. item ſi poſſeſſiones emptæ nomine proprio dicti Ioann. poſtquam ſocietas potuit inchoari, ſint cōes inter eos, aut coſtū ipſarum, & ſi non communes poſſeſſiones, ſed coſtū ipſarum, an teneatur dictus Ioan. pro intereſſe pecuniæ, quā poſuit in dictis poſſeſſionibus: item ſi expenſæ, quas dictus Ioannes fecit in vxore, filijs, & familia, & aliæ expenſæ, quæ non ſunt ſociales, debēt dicto Ioanni, vel ſocietati imputari? Item ſi dictus Ioannes habebat, quando fuit inchoata ſocietas, an debeat habere de pecunia poſita in ſocietate pluſquam Raphael, habito reſpectu, quod dictus Raphael nauigauit ad diuerſas mundi partes, & Ioan.continue ſterit domi.Item ſi dictus Raphael de cōi pecunia, q̄ habuit dictus Ioan. ante ſocietatem, dēt habere ſuam lucri partem, vel q̄uo eſt fien-
1 dum? † Ad euidentiam præmittendum eſt, ꝙ ex duobus fratribus altero tantum negociante nulla ſocietas cōtrahitur, ex qua naſcatur actio pro ſocio: quia ſocietas eſt contractus expreſſus, vel tacitus celebratus gratia vtriuſq; partis: nam vnius tantum gratia celebrari non poteſt: eſt tamen verum, ꝙ in ſocietate vnus pōt ponere operam tantum, alter pecuniam tantum,& tn̄ eſt ſocietas. Item vterq; pecuniam tantum, qn̄ exercet ſocietatē per aliquem eorū factorem, vel famulum, vel inſtitorē. Item & qn̄ vnus ponit operam tantum, alter pecuniam tantum.Item qn̄ vnus ponit operam, & pecuniam, alter pecuniam tantum, vel operam tantum, vt ff.pro ſoc.l.ſi non fuerint. & l. coiri. & l. mutuis.cum ſimilibus. Quia in caſu noſtro vterq; poſuit principaliter operam: item vterq; pecuniam, quæ contingebat ſibi ex portione hæreditaria: item quia Raphael Ioan.quæſtum retulit per modum communicationis, & ſocietatis.& Ioan.acceptauit, contracta fuit proculdubio tacita ſocietas, & hoc præſupponitur in puncto, dum dicit, quod inter eos fuerit contracta ſocietas. Sed dubitatur: quia dictus Ioan.dicit, q̄d multum habebat tpe initiatæ ſocietatis, Raphael negat, cui incumbat probatio. Reſpondeo, iſta probatio fit per indicia, & coniecturas, vt no.C.de arbi.tut.l.ſi defunctus.& Co.de bon. quæ libe.l. cum oportet.& argumentum.C.de epiſco. & cleri. auth. licentiam. & argumentum, extra de peculio clericorum.c.inquirendum.& quod no.Inno.extra de teſta. c. cum in officijs. & hic eſt conſiderandum, ꝙ Ioan.allegat affirmatiuam: Raphael negatiuam, vnde vr̄, ꝙ affirmanti incumbat probatio, non neganti, vt ff.de probat.l.verius.ſed alibi diſtinguitur, ſicut in paupertate dicitur; quia ei incumbat ꝓbatio, qui ſe fundat ex affirmatione,



vel

vel negatione, vt notatur in l. ſi vero. §. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. &
C. de prob. l. ex perſona. vñ quia Raphael agit, vr̃; quod ipſe déat
probare: nam Ioan. hoc ipſo probat, quod erat in poſſeſſione,
& eſt, vt C. ſi cer. pet. l. non vnde originem. & quod no. in l. pen.
ff. de condi. inſti. illud ergo, quod Ioan. poſſidebat tempore ſo-
cietatis initiatæ, præſumitur ſuum eſſe & fuiſſe. Item vbi fit di-
uiſio temporum, ſemper eſt durior conditio agentis in ꝓban-
do certò, & determinato tempore, vt no. ff. de nego. geſt. l. eum
actum. & per Bart. de no. oper. nun. l. non ſolum. §. ſed vt proba-
2 ri. † Solutio: mihi videtur ſatis æquum, & iuſtum, quod recur-
ratur ad librum rationum vtriuſq; partis, videlicet pro quadam
præſumptione, non pro plena probatione, quę pręſumptio va-
let ad delationem iuramenti in modicis ſummis, vt no. ff. de iu-
3 reiu. l. admonendi. & per Bar. C. de dona. l. nuda ratio. † Super
ſecundo puncto de poſſeſſionibus empt. dico, quod non ſunt
communes: ſed ſunt ipſius Ioan. tamen quia dictus Ioan. fefel-
lit, tenetur ad dimidiam lucri, & intereſſe: quia ad ſuam vtilita-
tem conuertit, vel ad communicandum res emptas: vt in alio
conſilio pleniſſime declaraui, vt no per Bar. in l. Titium, & Mæ-
4 uium. §. altero. † Super alio puncto de expenſis alias conſului,
quod vnuſquiſq; debet regere, & gubernare familiam ſuam de
ſuo, & non de fraterno: quia non erant ſocij ad hunc actum, ſed
5 ſolum ad artem ſpeciariæ. † Super quarto puncto dico, quod
inſpecto eo, quod proponitur, & inſpecta qualitate perſona-
rum, bonus vir debet arbitrari, quod ęqualis fiat diuiſio dicto-
rum lucrorum non obſtantibus cautel. dicti Ioan. niſi appare-
ret; quia induſtria dicti Raphaelis eſſet modica: quia tunc de-
bet habere illam partem, quæ conueniens videtur bono viro.
6 † Super quinto, & vltimo puncto dico, quod de pecunia Ioan.
ſcilicet de capitali dictus Raphael non debet habere aliquam
partem: ſed ſolum de lucris, vt legitur, & notatur in l. 1. C. pro
ſocio. & quia latius ſcripſi in alijs conſilijs, ideo me amplius non
extendo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCV.

1 *Interpretatio conſtitutionis ad conſtituentem pertinet.*
2 *Principium generale an reſtringatur per ſequentia.*
3 *Clauſula, ex certa ſcientia, & de plenitu. poteſta. quid importet.*
4 *Indulgentia Principis non trahitur ad carceratos.*

In Chriſti nomine. Verba Principis dicũt.
Dicimus, & declara-
mus pro declaratione bannitorum noſtrorum Brix. & c. qui ali-
quod delictum cõmiſerunt tam à tali die, quam à tali, ꝙ ſint, &
eſſe debeant liberi, & abſoluti à quibuſcunq; bannis pręteritis,
& non præteritis, contumacijs, & proceſſibus, ac delictis tam
occultis, quam manifeſtis, tã per ipſos bannitos, q̃ non banni-
tos, & qui interfuerunt coadunationibus, & rumoribus factis
ſuper territorio noſtro Brixiæ cõmiſſis, & perpetratis, vbilibet
perinde, ac ſi nunq̃ ipſa delicta, banna; & proceſſus, ſeu contu-
macia facta, factæ, ſeu facti fuiſſent. & hoc ex certa ſcientia, &
de plenitudine ptãtis, quæ iubemus cãcellari, & cancellan. &c.
Modo Titius interfecit, & derobauit Seium ĩ. dictum tempus,
non tamen in rumoribus, nec in turbis Brixiæ, & ante dictũ de-
cretum erat in carcere pro dicto homicidio, & robaria. Quæ-
ritur, vtrum ſit cancellandus, & de carcere relaxandus necne:
1 † & quia interpretatio conſtitutionis pertinet ad conſtituen-
tem, vt ff. de fe. in l. Neratius. C. de legi. l. fi. extra de conſtit. c. vlt.
vbi de hoc, non eſt dubium, ꝙ ſi princeps interpretaretur ſta-
tetur: ſed rebus ſic ſe hñtibus quæritur, quid iuris. Et conſide-
randum eſt, ꝙ aut princeps ſenſit ſolummodo de commiſſis, &
perpetratis in turba, ſiue rumoribus hominibus coadunatis: &
tunc caſus, de quo quæritur, nõ contineretur: quia diſpoſitum
in turba non continet id, quod fit extra turbam, vt ff. vi bon. ra-
pto. l. prætor. §. docere. aut princeps ſenſit de commiſſis tam in
coadunatione hominum, quam ſine coadunatione: & tamen
non eſt dubium, ꝙ caſus noſter contineretur, quo ad verba ge-
neralis locutio nihil dimittit intactum, vt no. C. mandati. l. à ꝓ-
curatore. & l. in fraudẽ. §. fi. ff. de milita. teſt. C. de fideic. libert.
l. ſi quis in ſuo. §. nos autẽ. Aut eſt dubiũ de mente Principis &
tunc recurrendum eſt ad qualitatem verborum: nam nullum
eſt maius mentis teſtimonium, quam qualitas inſpecta verbo-
rum, vt ff. de ſupell. leg. l. Labeo. §. idem Tubero. & ff. de verbo.
obligat. l. quicquid aſtringendæ. extra de priuilegijs. cap. porro.
Veniamus igitur ad verborum interpretationem neceſſariam,
verba dicunt, bannitos, & non bannitos, qui aliquod delictum
commiſerunt. & hoc in principio ſanctionis, poſtea ſubdit, et-
2 iam qui interfuerunt coadunationibus. † Modo duo videnda
ſunt, vtrum principium gñale reſtringatur per ſequentia. & di-
cendum eſt, ꝙ non in hoc caſu: quia verba enunciatiua poſte-
riora non limitant gñalitatem præcedentis diſpoſitionis, vt ff.
de iur. & fac. igno. l. regula. §. fi. Secundo; quia illa copula, & qui
interfuerunt. ex virtute copulæ, & ex virtute relatiui cum co-
pula ponitur, ampliatur: & exponitur, &, pro etiam. ff. de lega.
2. l. hoc legatum. & l. ea tñ adiectio. & ff. de poſtul. l. & qui ſuis.
Pręterea qñ copula ponitur inter caſus, ſicut delinquere in tur-
ba, & non in turba: nam iſti ſunt duo caſus, nunquam habet re-
ſtringere, vt l. 1. ff. de his, qui notan. infa. Præterea in beneficijs
principum verba ſunt late interpretanda, vt ff. de conſt. prin. l.
bñficium. & extra. de auth. & vſu pallij. c. ex tuarũ. Præterea hoc
nemini nocet, & crimen indulgetur motu proprio Principis.
vnde ex duob. fit larga interpretatio, primo ex natura indulgẽ-
tiæ, vt C. de ſen. paſ. l. 1. ſcdo ex natura ꝓprij mot⁹, vt in c. ſi mo-
tu ꝓprio. de præb. lib. 6. Dicet aliquis, reſcriptũ ſuper lite pen-
dente non tenet, niſi ſit clauſula. Non obſtante, &c. ſed rñdetur
dupliciter. Primo: qa illud verum, qñ ad ſupplicationẽ: ſed hic
proprio motu, vt l. qui autẽ. ff. ſi quis cau. & l. 3. §. ſi is, pro quo. ff.
qđ quiſq; iur. Scdo; quia illud verum, qñ non fit mentio de pen-
3 dentia litis, ſed hic ſic. † Tertio; quia hic ſunt duæ clauſulæ qua-
rum quælibet remouet obſtantia. Prima clauſula eſt, dum di-
cit, ex certa ſcientia. Scda eſt, dum dicit, de plenitudine. c. paſto-
4 ralis. de re iud. in cle. † Dicet aliquis, indulgentia Principis non
trahitur ad carceratos, vt ff. ad turp. l. Domitianus. ſed iſtud non
obſt. quia illud verum, qñ Princeps indulget proceſſum: ſecus
qñ indulget crimen, ſicut eſt hic, vt patet, dum dicit, ac ſi nun-
quam ipſa delicta, nam qñ delictum aboletur, gladius ponitur
ad radicem, & ſuperuenit exceptio peremptoria, quam non
eſt dubium competere carceratis, ſicut non carceratis: qa vela-
tum, & abſorptum eſt malum, & funditus extincta obligatio, ſi-
ue noxa. vnde impoſſibile eſt, quod ſequatur condemnatio, vt
ff. de iniurijs. l. ſed ſi vnus. l. ſed ſi ante iudicem. facit. C. ſen. reſci.
non poſſe. l. peremptorias. Præterea iſtud reſcriptum Principis
tantum valet, quantum ſnĩa diffinitiua abſolutoria: quia conſti-
tutio Principis eſt ſnĩa regis, & parit exceptionẽ rei iudicatę, ſic-
ut ſnĩa hominis. nam propter qđ vnum quodq; tale, & iſtud ma-
gis. ſed ſnĩa iudicis parit exceptionẽ rei iudicatæ ꝓpter legem,
ergo multofortius lex ad iſtam comparationem facit, quod no.
in authen. de inceſtis nuptijs, in prin. colu. 3. & ff. de capi. dimi. l.
amiſſione. §. deficiunt. & ff. ad Silleianum. l. diuus. Concludo ex
prædictis, quod niſi aliter appareret de intentione Principis,
dictus carceratus eſt relaxandus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCVI.

1 *Emphyteutica res an poſſit capi pignori: & an tunc directus dominus ſit vocandus, & pacta ſint ei ſeruanda, quæ tenebatur ſeruare emphyteuta volens dictam rem, ſeu melioramenta alienare.*

In Chriſti nomine. Verba inueſtituræ fa-
ctæ ab eccleſia talẽ cõ-
tinẽt clauſulam. Item hoc acto videlicet quod ſi ſuperſcriptus
Magiſter Angelus voluerit per ſe, vel eius hæredes vendere, a-
lienare, vel in alium aliquo modo transferre dictam domum,
quod teneatur, & debeat, & hoc ꝓmittit dictus Magiſter An-
gelus primum requirere denunciare, & notificare dictæ capel-
læ: & ei dare per minus dictam domum cum melioramentis
prius, & potius, quam alicui alij perſonæ, vel loco per minus ſo-
lidos duos Pap. pro qualibet li. precio, ſeu valore ipſius domus,
quam ab alio bona fide habere potuerit: & hoc ſi dicta capella
prædictam domum emere, vel habere voluerit infra 15. dies
proxi. poſt ipſam denun. Si autem ipſa capella prædicta emere,
vel habere noluerit, neglexerit, ſeu recuſauerit infra dictos 15.
dies, tunc ipſis elapſis liceat ſupra ſcripto magiſtro Angelo ſu-
pradictam domum cum ſuo melioramento, vel emponemate
vendere, vel alienare, cui voluerit, exceptis locis, vel perſo-
nis, vt ſupra à iure prohibitis: quibus nec alicui ipſorum ven-
dere, vel alienare, ſeu transferre non liceat, dante illo qui eme-
rit, ſeu in quem peruenerit eidem capellæ, ſeu capellano, vel
eius ſucceſſori tunc exiſtenti pro inueſtitura dictæ domus de
qualibet libra precij, ſeu valimẽti, vt ſupra dictæ domus, & me-
lioramen. in pœn. 12. ſeu ſolidos duos Papien. & pro hac inue-



ſtitura fuit confeſſus, & confitetur dictus capellanus dicto no-
mine habuiſſe, & recepiſſe anguillam vnam bonam, & ſufficien.
renunciando exceptioni non receptæ ſupraſcriptæ inueſtitu-
ræ: & renunciauerunt renunciandis viciſſim dicti contrahen-
tes omnib. exceptis, & defenſis teſtium, & inſtrorum, proba. &
1 ꝓductis, &c. † Modo quæritur, quid iuris erit, ſi pp debita dicti
emphyteutę dicta res emphyteutica veniat inſolutũ danda cre-
ditori, vel vendenda ad inſtantiam creditoris, nunquid dictum
pactum, quod pactum continebat, ꝙ ſi voluerit vendere, vel a-
lienare, deberet denunciare capellæ, & ei dare pro duobus ſol.
minus pro qualibet lib. vendicet ſibi locum: & videtur, ꝙ non:
quia dicta alienatio eſt neceſſaria, vt ff. de fideic. libert. l. cum fi-
deic. nã iudicium redditur in inuitum, vt ff. de verb. obli. l. inter
ſtipulantem. §. 1. ad hoc. ff. fam. erciſ. l. alienationes. nec mirum:
quia quod voluntarie prohibetur, ex neceſſitate permittitur,
vt ff. de manum. teſt. l. quia nõ potuerunt. Præterea ius emphy-
teuticum p̃t capi pignori, & præmiſſis ſubhaſtationibus per iu-
dicem vendi, & inſolutum dari, vt ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. ſi
de vectiga. & §. ſi qua ſunt iura. & ibi not. Sed certe illud, qđ fit
per iudicem, vr̃ fieri per ipſum debitorẽ, vt C. de eui. l. ſi ob cãm.
& ff. de pig. actio. l. eleganter. in prin. & C. de ſent. l. libera q̃dem
Theodora. & no. ff. de reg. iu. l. id, qđ nr̃m. Item emptor cãm ha-
bet à debitore: ergo pacta ſunt ſeruanda hoc caſu, ſicut ſi debi-
tor vendicet, vt ff. de act. em. l. Iulianus. §. idem Celſus. ff. de vſuf.
le. l. is, qui debet. ergo dictus capellanus requirit, & nullo mo-
do põt ſibi præiudicari in factis ſuis: quia iudex non poteſt de-
rogare iuri alterius tertiæ perſonæ: ſed quicquid decreuit, de-
bet intelligi ſaluo iure tertij, vt ff. qui po. in pign. ha. l. Claudius.
& no. per Inno. extra vt lite non conte. c. quoniam frequenter.
facit. ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. debet igitur di-
ctus capellanus nominatim requiri: & ſi velit recipere, pactum
ei ſeruandũ eſt cum prælatione. Si autem nolit recipere, ad ſe-
cundam clauſulã contractus deueniendum eſt: & ſoluendũ ſibi
laudemium ſcdm formam pacti, arg. ff. de verb. ob. l. qui Romæ.
§. cohæredes. & ſi aliter iudex proceſſit, proceſſus non tenet in
præiudicium capellani. Porro non dicitur inuitus debitor, cum
poſſit, & debeat pactum obſeruare. nam hæc res voluntate ori-
ginem ſumit, vt ff. cõ. l. in commodato. §. ſicut. & ideo, quicquid
inde ſequitur, voluntariũ reputatur, vt no. in l. 1. C. de natu. lib.
iſta qõ multum ventilatur in materia feudorum: tamen finalis
concluſio eſt, vt dixi. & ſi poteſt vendi alij, multo fortius poteſt,
& debet vendi dicto capellano nomine dictæ capellæ, vt de pe-
cunia ſatisfaciat creditori: ſic enim omnia in vnum concurrunt
iudiciorum vigor, & facti tenor. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCVII.

1 *Sententia duorum arbitrorum, quorum vnus in 10. alter in quinque, vel duo in quinq;, alii duo in 10. condemnauerunt an valeat.*

In Chriſti nomine. Quatuor fuerunt ele-
cti arbitri ſimpliciter:
1 duo condemnauerunt in decem: duo in viginti. † Quæritur, v-
trum ſnĩa lata in decẽ valeat: & videtur, ꝙ non, & arguo à pro-
portione numeri. Nam ſicut ſe habet vnus ad vnum, ita duo ad
duo. ſed ſi ſunt duo tantum electi, & diuerſas ſnĩas proferunt,
neutra valet, vt ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſi plures. primo re-
ſponſo, ergo ita in propoſito. ſed ſi eſſent in diſpari numero, va-
let ſententia minoris ſummæ, vt ibi dr̃, & extra de arbi. ca. 1. lib.
6. ſi quando maior pars non eſt concors: ſecus ſi eſſet concors,
vt quia duo condemnant in decem, tertius in quinq;, nam præ-
ualet ſnĩa duorum, quia ſunt maior pars, & magis concors pars:
& concordia eorum eſt formaliter vera, & non iuris fictione, vt
in d. c. 1. & fuit antiqua opinio Ottonis in canonizata, & ratio-
nabiliter: quia minor numerus non eſt formaliter pars maio-
ris numeri, cum proferuntur diſcretiue. vnde ſi promitto ti-
bi quinque, & decem de formali prædicatione, non promitto
quindecim, vt no. ff. de verb. obl. l. ſcire debemus. & ff. de ſolu. l.
vbi fideiuſſor. quia non copulantur ad vnum, & eundem termi-
num, ſed habent ſenſum diuiſum. In contrarium arguitur, quia
immo qñ ſunt duo arbitri tantum, & vnus cõdemnat in decem,
alter in quinq;, valet ſnĩa lata in quinq;: quia realiter loquendo
ambo concordarunt in quinq;: nam maiori ſummæ minor in-
eſt de neceſſitate: quia minor ſumma euellitur de corpore ma-
ioris ſummæ, nõ econuerſo, vt no. C. de leg. l. cum qõ. Non ob-
ſtat dictus §. ſi plures. primo reſponſo. quia ibi loquitur, qñ duo
omnimõ inter ſe diſcrepant, qđ poteſt eſſe ex rerũ diuerſitate.
Item ex proteſtatione contraria. Itẽ vbi ſequeretur abſurditas,
vt ſi eſſet cõpromiſſum de p̃cio rei, & vnus declararet de quin-
que, alter de decem. abſurdum. n. eſſet, ꝙ res valens decem da-
retur pro quinque, vt ff. loc. l. ſi decem. dicit l. ꝙ ſi apparent duæ
tabulę eiuſdem teſtĩ, & in vna tabula apparet, ꝙ teſtator legauit
mihi quinquaginta, in alia centũ ſimpliciter, vel ob eandẽ cãm,
ꝙ minor ſumma mihi debetur: non quia ſcripturæ deducantur
ad concordiã per plus, & minus, ſed quia in maiori ſumma præ-
ſumitur erratum in ſcribendo, vt ff. de leg. 2. l. Sempronius Pro-
culo. Solutio: ſi dicti arbitri ſunt cõcordes in cã, & non eſt pro-
teſtatio contraria, & omnis ceſſat abſurditas, tenet ſnĩa lata in
minori quantitate, vt ff. de re iudic. l. inter pares. & ſi dicas, qũo
valet ſnĩa pro parte? Rñdeo, imo arbiter intellexit iudicare de
toto debito, non de parte: alias ſecus, vt l. apud Celſum. §. Item
quæritur. de doli excep. Et ita dico & conſulo. Ego Bal. Seipſum
ſummat in princi. ſui, & ſubtiliter tangit materiam authenticæ
minoris debitor. C. qui da. tut. poſ.

CONSILIVM CCCVIII.

1 *Curator bonis, vel tanquam hæreditati iacenti an dari poſſit vbi ſuus infans hæres extitit per exiſtentiam ſui hæredis.*
2 *Iudicium cum infante agitatum eſt nullum, ſi tutor ei datus inuentarium non fecit tanquam tutor, neque adminiſtrationem per decretum iudicis recepit.*
3 *Auth. minoris debitor. C. qui dari tutores poſſunt. an locum habeat in reali actione, puta rei vendicatio. vel pub. & nu. 4.*
5 *Argu. de tanquam, eſt bonum.*

1 In Chriſti nomine. † Vtrum poſſit dari cu-
rator bonis, vel tanquã
hæreditati iacenti, vbi ſuus infans hæres exiſtit per exiſtentiam
ſui hæredis. Reſpondeo, non: quia iſta non eſt hæreditas iacens,
nec bona iacentia: hoc enim caſu debet dari curator, ſi non ha-
bet tutorem legitimum, nec teſtamentarium. nam datio tuto-
ris eſt remedium ordinarium pupillorum. Remedium autẽ cu-
ratoris bonorum, & hæreditatis iacẽtis eſt remedium ſubſidia-
rium, & extraordinarium, vt ff. de hæred. inſtit. in l. ſi quis inſti-
tuatur. & ſi detur, datio eſt ipſo iure nulla, quia perſonæ nõ teb.
debet dari tutor, vt Inſtit. de tute. in prin. nec refert, vtrum ille,
qui fecit iſtum curatorem dari, ſciuerit, vel ignorauerit ſuum
hæredẽ exiſtere: & ſemper error in facti cauſa habet decretum
vitiare, vt ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. ſi tutor. §. ſi petitus. quic-
quid ergo factum eſt cum iſto curatore bonorum, eſt irritum,
inane; quia non eſt factum cũ perſona legitima, vt C. qui da. tu-
to. poſ. l. in vniuerſis. not. in l. iuſiurandum, qđ ex conuentione.
2 §. fi. ff. de iureiur. ſed † pone, ꝙ huic infanti eſſet datus tutor, tñ
non fecit inuentarium tanquam tutor, neque recepit admini-
ſtrationem per decretũ iudicis pręmiſſis pręmittendis. Rñdeo,
ſimiliter iudicium eſt nullum, vt C. de tuto. & cur. qui ſatis non
3 dedit. l. fi. & C. arbi. tute. l. vlt. † Quęritur, vtrum authentica mi-
noris debitor. C. qui dari tut. poſ. habeat locum in actione reali:
puta in rei vendicatione, vel publiciana: de hypothecaria enim
certum eſt, quod habeat locum, vt in Auth. vt hi, qui obligatas.
in rubro, & nigro. nam hypothecaria naturam ſequitur perſo-
nalis, cuius eſt acceſſoria, & ſicut tollitur perſonalis ſic tollitur
per conſequens hypotheca. vt C. de luitione pignorum. l. intel-
4 ligere & no. ff. de pac. l. ſi tibi. §. de pignore. † ſed ego quæro de
rei vendi. verbi gratia, teſtator legauit mihi rem ſuam, eo mor-
tuo ſuſcepi tutelam filij ſui pupilli, & nec in ſuſcipienda tutela,
nec in inuentario feci mentionem iudici de dicto legato. modo
peto legatum, obijcitur mihi, ꝙ ipſo iure cecidi à legato: quia
ſponte acceptaui tutelam iure prohibente, & puniente, & pri-
uante me iure crediti, quæritur, quid iuris. & quidem quantum
ad actionem ex teſtõ, & hypothecariam vr̃ planum ꝙ eas perdi-
di: quia in actione perſonali, & hypothecaria nullus dubitat di-
ctam authenticam locum habere: ſed quantũ ad rei vendi. q̃ eſt
aliud remedium, vt C. cõia de leg. l. 1. & 2. & Inſtitu. de leg. §. nr̃a.
5 magna quæſtio eſt, & dubia: nam ſi ſequamur glo. quæ eſt in l. 1.
C. de in li. dando tutore. dicta auth. non habet locum, & eſt tri-
plex ratio. Prima; quia qui tenetur rei vendi. non eſt debitor, vt
Inſti. de actio. §. 1. & no. ff. ſi cer. pet. in l. 1. & hoc patet: quia põt
liberari non ſoluendo, ſed habendo poſſeſſionem pro dereli-
cto: ſed ſi eſſet obligatus oportet eũ ſoluere. Secunda ratio eſt;
quia rei vendi. competit contra pupillum poſſeſſorem, nõ quia

5 pupillus,ſed quia poſſeſſor.† vnde hic eſt arg.de tanquã, vt l.de
eo.§.fi.ff.ad exhibendum. Tertia ratio eſt; quia dominiũ eſt ius
plenum, quod adiectione nõ indiget: ſed obligatio perſonalis
nõ eſt ius plenum: qa ad transferendũ dñium indiget traditio-
ne,vt ff.de rei vend.l.ſi ager. Amplius,nullo iure cauetur, ꝙ ta-
lis tutor cadat à dñio rei ſuæ: immo etiam ſi poſuiſſet eam in in-
uentario pupilli,conſtito,ꝙ eſſet ſua,non perderet eam,vt not.
Ia.de Are.in l.vlt. C.arbitrium tute.Itẽ quia firmius inhęret do-
minium,q̃ obligatio pſonalis: nam in dñio ſimplex renunciatio
non nocet,vt ff.de acq.poſ.l.ſi quis vi.§.dñia. Item in pœnis de-
bemus eſſe cõtenti de cauſis in lege comprehenſis; quia pœnæ
ſunt reſtringendæ, præſertim vbi imponuntur ex ſola ſuſpicio-
ne,vel pſumpta malitia: quia in præſumptionibus,& cõiecturis
mitius eſt agendũ ſcđm Inn.in alia materia.ſed certe ſi ſubtiliter
intelligas, rei ven. competit principaliter ad declarationẽ dñij,
& poſſeſſionis. reſtitutio annexa ei officio iudicis continetur
ſcđm Cy.& alios doctores ſubtiles:ſed in declaratione dñij poſ-
ſeſſor nõ eſt debitor, ẽt largo mõ: vñ viua ratione illa auth. mi-
noris. non hẽt locũ in rei vend. & ita ſum conſuetus tenere de-
fendendo gl.ordi.tñ hanc rõnem, quã aſſignaui, nullus alius p-
pendit,& pro me ẽt habeo in cõteſtes plures egregios viros, vi-
delicet Nicolaum de Matarellis,& Thomam de Toleto Vltra-
montanum egregiũ in ſua lectura ſuper dicta aut. In cõtrarium
vero tenent Ia.de Rau.Ia.de Bel.& Cy.quia in reali,ſicut in per-
ſonali poſſent ſubtrahi ꝓbationes pupillo per fraudẽ tutoris.&
ſic eſt eadẽ rõ,ergo eadẽ conſtitutio.ſed ego rñdeo, ꝙ non eſt
eadẽ ratio:quia non de facili põt dñium probari, nec reproba-
ri,vt nota.C.de dona.l.cum res. Item æquitas dñij, quod eſt de
iure gentium,& vocatur prima æquitas,vt ff.de pub.l.fi.hoc na-
turaliter ſuadet, vt ff. ſi cer. peta.l.ſi me,& Titium.& idem dico
in peti.hære.quantũ ad eius realitatem, vt l.hære.C.in qui.cau.
ceſſat longi tẽ.præſ. Concluſiue teneo,ꝙ dictus tutor à rei ven.
alias peti. hære. quo ad reales effectus non cecidit. perſonales
autem,& hypothecarias amiſit.Do.Ray.de Forliuio tenet,ꝙ d.
aut.hẽt locum in reali.poſſet ex æquitate diſtingui, aut ſunt res
mobiles, in quibus de facili poſſet cõmitti fraus, & cõtractatio
per tutorem: & tunc vt tollatur materia delinquendi, habebit
locũ ẽt d.auth.in reali.aut ſunt res immobiles, quæ contractari
non poſſunt,& tunc in earum vendicatione d.auth.non habeat
locum:qa ceſſat illius authenticæ ratio,vt C.qñ.& quib.quarta
pars debetur.l.2.iſta diſtinctio eſt vera:tñ non probatur per ali-
quam legem; quia illa authen. loquitur præciſe, & ratio illius
authenticæ probatur in ſubtractione probationum, nõ in ſub-
tractione rerum;qa res debent poni in inuentario. Certe ẽt in-
ſtrũ debẽt poni in inuentario.l.chirographis.in prin. ff. de adm.
tuto.melius eſt ergo tranſire ſimplici via: & tenere opin. gloſſ.
ꝙ ſi liquidum eſt de dominio tutoris, qđ nulla poſſit tergiuer-
ſatione celari, d.authen.non habeat locum. ſed & illud non eſt
in conſideratione omittendi: quia conſidero, quod domus de
Surich,de qua quæritur in pũcto,ſit domus præſti, ſiue mutui:
quæ vocatur Caſana in qua ſunt debita, & pignora, quæ cõcer-
nunt extraneos debitores: & quantum ad hoc certum eſt, ꝙ d.
auth.non habet locum: quia iura competunt cõtra extraneos,
vt C.de leg.l.ex legato nominis.& ff.de legatis 2.l. cum pater.§.
menſæ. in iſtis igitur nominibus, & pignoribus tutor, de quo
quæritur,non perdit ius ſuum,vt ff.fam.erciſ.l.plane.& l.ſi quę
cautiones.& facit. C. per quas perſonas.l. fin.vbi dicitur,quod
idem de pignoribus,qđ de principali ſorte. Et ita dico, & con-
ſulo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCIX.

1 *Feudum an poſſit legari vni fratri tantũ in præiudicium aliorũ fratrum.*
2 *Compromiſſum de feudo factum an valeat.*
3 *Laudum homologatum per partes nullo præcedente cõpromiſſo an valeat.*
4 *Diuiſio,vel ſeparatio quando fieri dicatur.*

In Chriſti nomine. Cum eſſent plures fra-
tres, qui ſucceſſerãt in
feudum nobile,& gentile,quod tenebãt ab Illuſtri Principe A-
chaiæ,vnus eorum ſine filijs decedens partem ſuam, vel quan-
dam rem partis ſuæ feudalis; quia non eſt vis inter totum, &
partem, puta, quandam domunculam legauit vni ex fratribus
1 ſuis,quem prædiligebat, qui vocabatur Ioan.Pe. † Quæritur,
an hoc potuerit in præiudicium aliorum fratrum? Reſpondeo,
nulla ordinatio defuncti in feudo valet in ꝑiudicium aliorum,
qui lege feudi ſuccedunt,niſi eis cõſentientibus, vt in c.1.in prĩ.
de ſucceſſione feudi. & in ca.feudatarius donare,qualiter olim
poterat feudum alienar.& in c.1.de gradibus ſuccedendi in feu.
nam cum ius iſtius teſtatoris decedentis ſine hærede expiret
morte,merito non põt alij legare, qđ ipſo iure deſinit habere,
argum.C.de leg.l.vxor patrui. Non ob.c.primum.de alienatio-
ne feudi paterni.& c.primum.§.ſed & res. per quos fiat inueſti-
tura,& per quos recipiatur.vbi permittitur in agnatos, qđ non
permittitur in extraneos: quia illud verum eſt quãtum ad hoc,
vt feudum non pereat alienatione inter viuos: ſed nõ quantum
ad hoc, vt non pereat morte conceſſoris decedentis ſine hrde,
vt in c.1.§.ſi de inueſtitura de re aliena facta.& ff.de pig.l.lex ve-
2 ctigali. † Secundo quæritur, ſi ſuper dicto legato fuit factum
compromiſſum inter agnatos,& ratificatum dictũ legatum per
arbitrum,& per agnatos verbis ſpecialibus, vel generalibus,an
dictũ laudum cũ dicta ratificatione ſit validũ in ꝑiudicium eo-
rũ,qui conſenſerunt: & vñ, quod ſic,vt in ca.vaſallus.ſi de feudo
fuerit contro.& in c.1.§.præterea.qui.mo.fe.ami. & ar. in l.3.C.
cõia vtriuſq; iudicij.& quod not.C.fami.erc.l. ſi familiæ.& hoc
verum ſi ipſi fratres, idemq; feudatarij fecerũt compromiſſum
inter ſe. ſed pone, ꝙ inter ſe non compromiſerunt, ſed omnes
ex vna parte,& eccleſia inſtituta hæres vniuerſalis ex altera cõ-
promiſerunt in Titium,& Titius laudauit, ꝙ dicta domuncula
eſſet illius,cuius erat prælegata, & ipſi fratres homologauerũt.
3 † Quæritur, vtrũ dicta homologatio valeat? Et dicendũ eſt, ꝙ
non: quia nullũ præceſſit inter eos compromiſſum cum pœna,
vel ſine pœna, quod neceſſe eſt fieri, ꝙ ſine pœna præcedat cõ-
promiſſum,vel ſit clauſula,rato manente compromiſſo,vt not.
ff.de arb.l.2.& C.de arb.l.pen.ff.de re iud.l. ait p̃tor. inter quos
ergo nullum fuit factũ compromiſſum,nulla cadat homologa-
tio,ergo nulla fuit dictæ domus aſſignatio: ſed ſtatim quæritur,
nunqd ſit cõmiſſa pœna: Et dđm eſt,ꝙ non: quia de re non cõ-
promiſſa arbiter iudicare nõ potuit,vt ff.de arb.l. qui tñ. §. ſi.ex
præmiſſis concluditur, ꝙ dicta domus remanet feudalis omniũ
prædictorum: quia non valuit legatũ,nec debetur euictio, vt l.
cum pater.§.euictis.ff.de leg.2.& d.l.vxor patrui. Item quia vbi
non eſt compromiſſum,ibi ceſſat homologatio, nec habet lo-
cum pœnæ petitio.ff.de pac.l.ſi vnus.§.ante omnia.& ff. de arb.
l.non diſtinguemus.§.de offi, quia omnis virtus arbitri ex com-
promiſſo ſumit,& ſine cõpromiſſo nec formã,nec originem ſu-
mũt,& facit. ff.de auc. tut.l.accipientis. & qđ ibi no. certe ibi vñ
notari contrarium. ſc. ꝙ ſi vnus petit ſe diuidi à pluribus,iudex
poterit nõ ſolum illũ diuidere ab alijs,ſed ẽt alios inter ſeipſos.
ſed in iudice,nõ arbitro: nam iudex ſcđm naturã iudicij aſſumi-
tur.ſed arbiter non põt plus,q̃ dictet forma compromiſſi. Præ-
terea cõſidera ſubtiliter,ꝙ ſeparare bona propria à feudalibus,
4 eſt quoddam declarare, non diuidere.† illud.n.diuiditur,quod
prius fuit cõe pro indiuiſo: ſed iſta bona nunq̃ fuerunt cõia pro
indiuiſo,quemadmodum ſi bona caſtrenſia eſſent cõis hrdis,&
bona paganica eſſent alterius hæredis: nã inter iſtos nulla iuris
cõio eſt: & ideo non habet locũ inter eos iudicium diuiſorium,
ſed declaratorium,vt no. ff. de rei ven.l.ſi in rem agat aliquis.ſic.
ff.de ſeparatione bono. l. 1. §. ſciendum. & ff.de min.l.deniq;.§.
ſed verum. C. de teſta. mili. l. 1. & ideo compromiſſum inter di-
ctum hæredem, & dictos agnatos nullo modo tangit agnatos
inter ſe,quia nec verum iudicium tanget eos. Ego Bald.

CONSILIVM CCCX.

1 *Mulier minor 25.an.accuſata de adulterio an valeat facere proceſſum ſine curatore.*
2 *Confeſſio minoris in criminalibus an ſibi noceat, & an poſſit petere reſtitutionem & infra quantum tempus.*
3 *Iudici aſſerenti de conſcientia an ſtetur.*
4 *Quando dubitatur de maiori, vel minori ætate, iudex tenetur admittere omnes defenſiones iuſtificabiles.*
5 *Maritus intentans publicam famam.ſ. adulterij vxoris ſuæ, an dicatur intentaſſe ſuam ſcientiam, quod dicatur conſenſiſſe lenocinio.*

1 In Chriſti nomine. † Aut mulier, de cuius
adulterio quæritur, eſt
minor 25.annis,aut eſt maior, aut dubitatur, aut in dubium re-
uocatur.primo caſu ſi conſtat de minori ætate,certũ eſt, ꝙ non
dato curatore proceſſus factus cõtra ipſam eſt ipſo iure nullus,
vt C.de auctoritate pſtanda.l.clarum. C. ſi aduerſus rẽ iudicatã.
l.cũ minores.nec nocet confeſſio: cũ iudicium non ſit legitime
inchoa-



2 inchoatum: vt C.qui dati tuto.poſ.l.in vniuerſis. † Quandoq;.
enim minor cõfitetur crimen ad fundamentũ iudicij: & de hoc
nemo dubitat, ꝙ non dato curatore cõfeſſio eſt nulla ipſo iure:
qa facta p perſonã non legitimã.ſed ſi haberet curatorẽ,qui in-
terfuiſſet confeſſioni factæ per facilitatẽ minoris,vel dolo ad-
uerſarij, vel iudicis blandicijs, circũuenientibus, minori dare-
tur indubitanter reſtitutio in integrũ,non quidẽ aduerſus deli-
ctum, ſed aduerſus iudicium, & cõfeſſionẽ,vt ff.de mino.l.ſi ex
cauſa. §.nunc videndũ. & ff.de cõfeſſis. l.certũ.§.ſed an ipſos.&
C. de cõfeſſis. l.vnica per Cy.& omnes.notandũq; eſt,ꝙ ad pe-
tendã iſtam reſtitutionẽ non labitur minori tẽpus, donec iudi-
cium pendet, & ætas ſuffragatur. quinimmo etiã ſi expreſsè re-
nuntiaret,nõ nocet renuntiatio,etiã repetita cõfeſſio,vel con-
tinuatiua cõfeſſio: qa ſemper rurſus,ac rurſus capitur: quinim-
mo repetitio maiorẽ facilitatẽ oſtendit. C.ad vell.l.ſi mulier.ff.
de nouationibus. l.doli.§. diuerſum. & ibi per Dy.ff.de min.l.ſi
iudex circũuento. & ibi per gl.& qđ dixi de renũtiatione, ꝓba-
tur expreſsè in cauſa capitali. ff.de appel.l.nõ tantũ.& gl.or.eſt
quã ſemper allego.ff.de pac.l.pactũ inter hæredẽ.& licẽt cõfeſ-
ſio pſumatur vera, & ſpontanea in maiore: tñ ſecus in minore
niſi ſit veſtita veſtimento pſumptionum,indiciorum: qa mino-
res non ſunt cõſtantis animi, neq; firmitudinis: ſed etiã ferulæ
cedunt,vt no.C.ad Syllenianũ.l.fi.aut cõfeſſio facta eſt à maio-
re & nõ apparet,ꝙ ſit facta per metũ,vel errorẽ,& motus iudi-
cis cũ cõfeſſione cõcurrit, de quo motu animi debet ſtari eius
verbo: qa iudex non pſumitur immemor ſalutis æternæ, vt C.
3 ad legẽ Iuliã repetundarũ.l.fi.† Et ideo ſi cætera ſunt ſolenniter
acta, ſtatur iudici aſſerenti de cõſcientia ſua, vt ſingulariter no.
gl.ff.de iudicijs. l. ſi p̃tor.§. Marcellus.dico ergo cõfeſſioni ma-
ioris cõtinuæ, & nõ reuocatæ ſtandũ ad condemnationẽ, ſi iu-
dicis arbitrium cõfeſſioni eſt cõſonum ex qualitate pſonarum,
vel ex cõcomitantijs etiã leuibus: qa leue additũ graui facit il-
lud magis graue, ſicut patet in ponderibus. & qa mẽtes hoĩum
non poſſunt depingi in pergameno, lex cõmiſit nonnulla iudi-
cantis arbitrio, & religioni, vt ff. de q̃ſtioni.l.1.§. ſi qs vltro, ibi,
prudẽter fida quidẽ,& egregia ratione.ſ. cõi, & tua ſ. chariſſim.
& reliqua de hoc no.in c.Rom.de appel.li.6.& C.quorũ appel-
lationes non recipiuntur.l.2. & ff. de appel.l.creditor.§.iuſſus.
4 † Tertio caſu qñ dubitatur de maiori, & minori ætate neceſſe
eſt ſuper hoc ꝓbationes recipi: qa ętas defend.à ꝓceſſu, quem-
admodũ inno.à pœna, vt no.C.de iuram.calum.l.2.§.qđ obſer-
uari. ergo minor an ſit, vel nõ tanq̃ præiudiciale liminis iudicij
prius diſcutit legẽ,vt C.de peti.hær. l. ſi putas.ſunt enim q̃dam
præiudicialia fori: & iſta in ianua iudiciorũ debent diſputari,vt
C.de adulterijs.l.qm̃ Alexandrũ. ff.de minor.l.ait p̃tor §.ꝓmit-
titur. & ff.de iure codicillorũ. l. quidã referunt. extra de app.c.
ex parte M. quædã verò ſunt deciſiua litis & iſta nõ impediunt
trutinationẽ: ſed meritis cauſæ apparentibus ſaluandus eſt in-
firmus per iuſtitiã,nõ p ambages. Quędã igitur reſpiciunt prin-
cipium quædã terminum, ex qbus hæc cõcluſio patet, ꝙ iudex
dẽt admittere omnes defenſiones iuſtificabiles. Aliàs facit litẽ
ſuam,nõ ſolũ ſi peremptorias,ſed ſi declinatorias nõ patitur in-
troduci, vt ff.de eden.l.argentarius.§.cum autẽ.C.de pac.pe.in
fi.& æqua lance in condẽnando,& abſoluendo, vt C.ne Sanctũ
Baptiſma. l.fi. ſic igitur cõcluſum,ꝙ defenſiones,de qbus quæ-
ritur,debent admitti ad examinandũ,& ꝓut calculus rationum
dederit, iudicandum, & maximè: quia defenſiones, quæ red-
dunt iudicium nullum, ſemper vñr opponi in initio, vt C. de
5 procuratoribus. l. licet. † Quia modò venio directe ad crimen
intentatum, & dico, ꝙ imprudenter fecit maritus intentando
publicam famã: quia per hoc intentauit ſuam ſcientiã, vt not.
in l.ſi tutor. C.de peric. tut. & per cõſequens fatetur ſe lenoci-
nium cõmiſiſſe non repudiando eam,ſed tenendo ipſam impu-
dicè viuentẽ, vt extra de iureiu.c. queadmodũ. & ff.de adul.l.2.
§. publico. vnde nõ poteſt mulieri obijcere culpam, cuius ipſe
eſt patronus, vt ff.ſol.mat.l.cum mulier.Item qa per formã ſta-
tuti ſæpius adulterata cum diuerſis,eſt publica,& famoſa, quã
legum laqueis vir innodare non poteſt: quoniam ſtatutum hoc
dicit expreſsè.Nec obſt.ꝙ ipſa fuerit confeſſa,ſe cum nullo alio
adulteraſſe: nam negatiua, quæ probatur per ſolam aſſertio-
nem, conſiſtit in fictione. vnde affirmatiua veritatis probata ei
derogat, quia melius cadit in experientia, & ſenſu, vt no. ff. de
arbi. l. diem proferre. §. ſi plures. Concludo igitur ſecundum
diſcretas allegationes domini Gilioli filij mei amantiſſimi, &
acuti ingenij. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXI.

1 *Priuilegia principum an poſſint ſine titulo poſſideri.*
2 *Præſumitur titulus pro ſuo ex longitudine poſſeſſionis.*

In Chriſti nomine. Præmittendum eſt ad
1 euidentiam † ꝙ priui-
legia Principum non poſſunt ſine titulo poſſideri, vt in c.ad de-
cimas. de reſt.ſpo.li.6.nam cum priuilegia ſint contra ius com-
mune, eſſent implicare cõtradictoria, ꝙ vbi nõ eſt priuilegium,
ibi ſit poſſeſſio.qa non poſſet eſſe poſſeſſio ſine titulo ꝓ ſuo: qa
titulus requirit bonã fidẽ ſine obice cõtradictionis, iuris, & de
2 iure, vt ff. ꝓ ſuo.l. ancillã. † Ex longitudine tñ poſſeſſionis pſu-
mitur titulus pro ſuo: qa longo temp. eſt poſſeſſum, pſumitur
habere Principis voluntatẽ, ar.C. de pe.hæ.l.ſi filius.nec debet
poſt longiſſima tpa exquiri ꝓbatio tituli, vt no.in c.1. de re.iu.
lib.6.& per Cy.C. de fide inſtr.l. emancipatione. & qa de cuius
ſñia non appellatur, ꝓ eius teſtimonio pſumitur, vt ff. de offic.
præfe.præto.l.1.§.his cunabulis.Soluendo, dico, ꝙ dña Duciſſa
pſumitur memor ſalutis æternæ ꝓ luce ſuæ maieſtatis, & ideo
de ea non eſt pſumendum, ꝙ velit aliqđ iniuſtum; tñ ſi eſt datus
terminus ad iuſtificandũ non pſumitur, qđ in facto cõſiſtit, niſi
duo cõcurrant in facto, vt no.in c.1. de ꝓbationibus.in cle.& ꝙ
in facto ꝓprio loquatr aſſertiuè, nõ dubitatur. Porro ſæpe prin-
cipes falluntur circa notitiã facti, vt in c.1.de conſt.lib.6.& ideo
ad omne dubiũ tollendũ credo, ꝙ ſit neceſſaria ſecunda iuſſio,
vel interpretatio, vt C.de le.l.fi. ſed ſi Princeps, vel Principiſſa
non vult aliter declarare, nõ oportet regalia vſurpare, vt in c.1.
quæ ſint regalia. col.10. & ff. de fluminib.l. quominus. & quod
vi, aut clam. l. ꝓhibere.§. plane. nec enim ſemper pſumitur pro
poſſidente: qa cõtra ius cõmune poſſidet. vnde incolorata poſ-
ſeſſio ius nõ facit, vt ff.de min.l. minor autẽ magiſtratus.caueat
tamen, ne cõtra cõſcientiã Princeps faciat: qa veniet tẽpus, qñ
nauis eſt in portu, dimittet onuſtã, & qua mẽſura metietur,
eadem remetietur, vt C.de iud.l. rem non nouã, nec cõfidet in
potentia ſua ille, qui Deum hẽt vltorẽ, & per quæ dicta ſunt, te-
tigi punctũ ſcientiæ, & conſcientiæ, vt C.ad l.Iuliã repetunda-
rum.l.iubemus. Si vero q̃ratur de mera iuſtitia poſitiua, de pri-
uilegio oportet cõſtare vt extra de reſcriptis. c.ex parte. S.& C.
de diuerſis officijs.l. ꝓbatorias. lib.12. quinimo oportet conſta-
re de ſacris apicibus, nec aliter p̃t probari. vt C.de diuerſis offi-
cijs.l.probatorias.lib.12. & no.per Ioan. And.in proœmio ſexti
lib. quia ſecundum verã opi. priuilegia nõ conſtant ſine ſcripti
recitatione: cum ſint leges priuatæ, quæ fortius requirunt ſcri-
pturã, quã publicæ; quia exorbitant à iure cõmuni niſi appare-
ret de principis voluntate pciſa. quia quicquid Principi placet,
legis hẽt vigorem, vt l.1.ff.de conſti. principum.& in l.idem Vl-
pianus. ff.de excuſa.tut.& ff.de offic. p̃to.l.Barbarius. in fi.ff.de
re iu.l. quidam conſulebat. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXII.

1 *Tolerabilius eſt, quod æquius.*
2 *Obrepere quis dicatur.*

In Chriſti nomine. Præſuppoſito, ꝙ ea,
quæ narrata ſunt in
1 facto, ſint vera, dico, & cõſulo, † ꝙ ea, quæ in iure concluſa ſunt
conſiderata æquitate tam ſcripta in legibus, quã nõ ſcripta po-
tuerint, & debuerint per dominũ noſtrũ Papã fieri: quia nõ vi-
2 deo ꝓbatum de aliqua obreptione, ſeu ſubreptione; † qa non
dicitur obrepere ille, qui habet veritatẽ, & æquitatem: p̃ſertim
quia pœna amiſſionis, & priuationis iuris ſui eſt valde odioſa,
& tolerabilius eſt, qđ æquius, vt ff. de ver. obli.l.ſi ſeruum.§. ſe-
quitur. & ff. quibus ex cauſis maiores. l.1.in ſpeciali, & generali
clauſula non expedit multa allegare: quia leges ſunt vulgares,
non enim fraudulenter impetrat, neq; conſil. & ideo ꝓfundas
allegationes, & cõcluſiones pmiſſorum doctorũ mihi placent,
& me ipſis ſubſcribo cum ſigillo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXIII.

1 *Reaſſumit illud, quod conſuluit in conſilio 207 quia videtur, quod alij doctores conſuluerint contrarium. & ibi vide ſummaria.*
2 *Bonæ fidei poſſeſſor lucratur fructus iam conſumptos, niſi in iudicio vniuerſali.*

1 In Chriſti nomine. † Non video, quod ea,
quæ dixerint, ſint tota-
liter ponderata: quia iſta vxor nihil habet cõmune cum dicto
Ioanne,

Ioanne, & vbi nulla eſt coniunctio neq; realis, neq; verbalis non habet locum ius accreſcendi: qa in diuerſis rebus ius coniunctionis nō contingit. hic autē ſeorſum teſtator diſpoſuit de vſufructu inſerto onere viduitatis: & per ſe diſpoſuit de fundo ſimplici nō concreto cum vſufructu: & ſuper hoc nō grauauit Ioannem in aliquo: ſed ceſſauit ei legare aliqd vſusfructus. grauamen autē impoſuit hæredi vniuerſali: & licet nō potuerit vltra formā ſtatuti grauare, potuit tñ beneficio ſtatuti hæres renuntiare: qa qlibet poteſt renuntiare fauori ſuo; & patiendo poſſidere obtentu iudicij teſtatoris vr̄ ipſe hæres conſentire, vt no in l. 5. C. de vſufructu. nimirum ſi iſta vxor fecit fructus ſuos ſub ipſo princ. nec veniunt reſtituendi ipſi Ioanni: qa nullā habet cauſam, neq; dictus Ioan. habebat in vſufructu cauſam à teſtatore: & ſic nō poteſt petere fructus, etiā ſi eos cōſtaret extare: quia ſui nō ſunt. Non obſt. lex creditor. §. ſi inter. qa ibi ex partiū ordinatione deſcendit reſtitutio: hic nō. qa ordinatio teſtatoris, & hæredis tendit ad contrarium. & facit ff. de dona. l. ſi tibi dederim. nihil ergo ad rumbū, vtrū penſiones eſſent conſumptæ: ſed tñ dicendū eſt, ꝙ ſic poſt tanta curricula annorū; & hoc ꝓpter aptitudinem conſumendi, & locū à cōmuniter acci-
2 dentibus. facit, qđ not. gl. in l. 1. C. ſi aduerſus vſucapionem † & poſtquā ſunt cōſumpti, bonæfidei poſſeſſor lucratur eos, ergo non debēt reſtitui, vt ff. de vſuca. l. fructus. Fallit in iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis, vt ff. de petitio. hæredi. l. ſed ſi lege. & l. item veniunt. §. fructus. & plenè no. C. de rei vend. l. certum. & hoc ꝓpter naturā petitionis hæreditatis: licèt aliqui dicunt idem in vtraq;. Item hæc mulier p̄ſumitur bonæfidei: quia mulier tractās de iuris ignorantia cum teſtatoris voluntate, & hæredis patientia, nec poteſt de iure hæredis allegare quiſquā, niſi ipſe hæres: præſertim agendo de iure tertij. iura ſunt vulgaria. Ego Baldus.

Vide de hoc in conſi. 129.

## CONSILIVM CCCXIIII.

1 *Laboratores conducti ad laboran. in aliqua poſſeſſione aliena an ipſi teneantur, an conductor.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, quidam Cicholinus ſecularis permutauit certā ſuam poſſeſſionē cum quodā abbate cuiuſdā mon. ꝓ quadā poſſeſſione dicti monaſterij nō ſeruata forma, & ſolennitate c. 2. de rebus eccl. nō alie. li. 6. qa nō fuit cum licentia ſpeciali ſedis Apoſtolicæ, nec de conſenſu capituli: ſed cum licentia epiſcopi, ſiue diœceſani: & de dicta permutatione fuit confectū inſtrumentū publicū: & in eo interuenit iuramētum dicti abbatis: qui abbas tranſacto tēpore aliquo informatus, ꝙ in dicta permutatione fuit deceptus vltra dimidiā iuſti precij, in curia dicti domini epi primo fecit ſe abſolui à dicto iuro, deinde petijt dictā permutationē reſcindi beneficio reſtitutionis in integrū, & ita factū fuit per diffinitiuā ſnīam, q̄ cum tranſiuit in rem iudicatā, dn̄s abbas fuit repoſitus ꝑ curiā epalem in tenutam, & corporalē poſſeſſionē dictę rei ꝑmutatę prius dicti monaſterij: in qua re, ſiue poſſeſſione dictus Cicholinus ſecularis dum poſſideret, fecerat poni vnum cānetum. Contingit, ꝙ dictus abbas ſecū conducit ad dictū cannetū quendā eius familiarem ꝓ certo ſalario ſibi famulantē, & in eius domo, & ſuis ſumptibus ſtantē: ac etiā duos alios laboratores ꝓ certo precio cōductos: & cum ipſis laborantibus exiſtens, ipſis mandauit, vt cannas, & in ipſis exiſtētes inciderent, & extra cannetū portarent, vt dictus abbas ipſas poſſet facere cum curribus, quò vellet, exportari: & ita factū eſt, ꝙ detracta parte laboratoris, quæ ibi remanſit, dictus dn̄s abbas omnes fecit exportari per dictos laboratores extra cannetū, & poſtea ꝑ currus, quo placuit dicto abbati. poſtea dictus Cicholinus ſecularis dedignatus contra dictū abbatē: & qa contra eum abbatē nihil poterat facere, accuſauit dictos laboratores de furto occaſione dictæ inciſionis, & exportationis dictarum cannarū extra dictū cannetū forma; & modo contentis in dicta accuſatione. Qui laboratores ſentientes ſe innocentes, & inculpabiles, ne per cōtumaciam condemnarentur, deliberauerunt cōparere: & breuiter omnes fuerunt detenti, & carcerati: & finaliter ſe excuſauerunt à con-
1 tentis in dicta accuſatione & c. † Quæritur, qd iuris. dicti operatij conducti ab abbate in poſſeſſionē quondam permutatam minus ſolenniter habita abſolutione à iuramēto, ꝑtendunt læſionem vltra dimidiam iuſti precij, per ſententiam obtinuit reponi in eius tenutā, qui dictas cānas inciderunt & c. nō veniunt aliquo modo criminaliter puniendi, neq; in ꝑſona, neq; in pecunijs: excuſantur enim multis de cauſis, primo pp ꝓbabile, & vſitatū miniſteriū ruſticorū: qa ruſtici talia facere cōſueuerunt conducti à cōducentibus eos, vt no. ff. de rei vendica. l. in rem. §. tignū. & ff. de iniu. l. itē apud Labeonē. §. ſi qs aſtrologus. Secundo; qa carent omni culpa: cum iſti operarij fuerunt conducti ab abbate, & domino loci, vt C. de ſeru. fugit. l. quicunq;. §. ſi. Tertio, qa factū, de quo q̄ritur, nō poteſt puniri ciuiliter ratione alicuius culpæ: qa nulla culpa interuenit nec re, nec conſilio. nec enim aliqd fuit factū cauſa lucrandi, vel cauſa damnificandi aliquē: ſed ſolūmodo cauſa implendi mandatū, ꝙ de ſui natura eſt licitū, & honeſtū, & de genere honeſtorū, & vtilium in eo non p̄ſumitur culpa: & vbi non eſt culpa, ibi nō eſt pœna, vt ff. ad legē Aquiliam. l. ſi putator. Item à quo remouetur ciuilis actio, remouet̄ accuſatio: immo fortius, qa ciuilis, actio legis aquiliæ datur ꝓ leui culpa, & leuiſsima: ſed non criminalis, vt not. Cyn. C. de epiſcopis & cleri. l. ſi qs non dicā rapere. & in l. vlti. ff. de priuat. delic. Item quia pœnæ corporales requirunt dolum, vt ff. ad l. Corne. de ſica. l. in l. Item nō delinquit principalis, id eſt, Abbas, ergo nec acceſſoriū, vt ff. de fur. l. ſi qs. §. ſi tu Titium, & ff. de iuriſ. om. iu. l. ſi qs id, quod. §. ſi. Item omnia ſtatuta punientia requirunt culpā, vt l. quāuis. ff. de in ius vo. Quare concluditur, prædictos abſoluendos. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCXV.

1 *Iudæis quæ ſint permiſſa, hoc conſilio Baldi, & ſequent. nonnullorum doctorum enumerantur.*
2 *Crimen iniuriarum an ſit crimen publicum.*
3 *Iudæorum canones tranſgredientium coerctio ad quem pertineat.*

1 In Chriſti nomine. † Iudæis tutela data eſt à iure, ne Chriſtiani inſultent in iudæos, vt C. de iudæis. l. nullus. tñ non eſt permiſſum eis contra fidem Chriſtianā machinari, nec dolis, & mendacijs iudæos volētes ad catholicā fidem ꝑuenire, blanditijs vel mendacijs ſubuertere, nec animū eorum corrūpere: ſicut non licèt corrumpere animū filiorū, vel ſeruorū alicuius. Omnes enim, qui volunt dn̄ò noſtro Ieſu Chriſto ſeruire, & per eos non ſtat, ſunt proximi Chriſto, ſeu Chriſtianis, ſicut tiro, ideſt nouiter militiam aſſumpturus, & cingendus, habetur pro cincto, & qui paratus eſt facere, habetur pro faciente. ſi quis ergo tale ſanctum ꝓpoſitum remoueat, puniendus eſt: quia qui impedit viam, impedit terminum, vt no. in l. 1. C. vbi de poſſeſione agi oportet. & in via cōmittitur iniuria, ſicut in termino, vt ff. de con dit. & dem. l. quibus diebus. in princi. Præterea iſti extraxerunt Iudæum de loco tuto, in quo poterat exercere libertatē animi ſui, & deduxerunt eum ad locum non tutum, in quo non poterat baptizari, non ſteterunt in finibus iudaici dogmat. ſed expreſſe fecerunt contra fidem Chriſtianam. & in eius opprobrium & dedecus. nam certe manifeſtum eſt, quod cōmunis ſit in-
2 iuria, vt ff. de iniurijs. l. item apud Labeonē. §. cum vitium. † & hoc caſu crimen iniuriarum eſt crimen publicum: quia quod in religionem diuinam cōmittitur, in omnium infertur iniuriam, vt C. de hæret. l. manicheos. & cum Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & homines vniuerſi, qui huic domino ſubtrahit pecudem ſuam, tanquam ſacrilegus debet puniri, vt legitur. & not. C. de furt. l. ſi nondum. Præterea iſtud factum eſt magnæ temeritatis, & audaciæ, in quo tria crimina verſantur. Primum eſt crimen falſæ prædicationis. Secundū eſt crimen diabolicæ ſuggeſtionis. Tertium crimen ſimoniæ, inquantum interuenit pecunia. item eſt crimen maioris ſacrilegij: quia abſtulerunt ſacrum de ſacro, ideſt animam de eccleſia Dei, & de theſauris Ieſu Chriſti: vnde meritò tales contra ſe prouocauerunt iram Dei. & ſi hoc tranſiret impunitū, eſſet res peſsimi exempli, vt C. ad legem Iuliam repetundarū, l. 1. dixerunt enim in lege Chriſti, neminē poſſe ſaluari: ſatis enim eſſet, ſi toleraretur eis ꝓdicare fidē ſuam: quod de patientia ꝓcederet, non de ꝑmiſsione. & ideo ſine dubio dicti Iudęi ſunt puniendi ſaltē pecuniaria pœna, vel alia citra ſanguinem, & mutilationē membrorum, puta carceris, vt 28. q. 1. c. ſæpe malorū conſortium. quia pœnas ob maleficia ſolui publica ratio ſuadet, vt ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. & ff. de publicanis. l. licitatio. §. quod illicitè. & vbi certi ſumus de crimine, licèt de pœna ſimus incerti, pœna arbitraria debet imponi, vt ff. de pœnis. l. ſanctio legū. & l. 1. §. 1. ff. de effractoribus; & expilatoribus. & no. C. de ſacroſanc. eccl. l. nemo martyres:
3 † de illo tñ pōt dubitari, an iſtud pertineat ad inquiſitionē hæreticæ prauitatis: & vr̄, ꝙ non: qa iſti nō ſunt hæretici: ſed Iudęi. Dici pōt ſine dubio, ꝙ pertinet ad ordinariū, id eſt ad diœceſanū, qui hēt generalē iuriſdictionē ſuper omnib. pertinentibus ad negocia fidei, & forte etiā ad inquiſitionē: qa quò ad extremum, in quo delinquitur, ideſt in ipſa fide catholica, tangit catholicā fidē, ſicut ſi Iudæus percuteret vnum clericū Chriſtianum, poſſet puniri à iudice eccleſiaſtico, vt extra de Iudæis. c. poſt miſerabilē. & quia ſuper hac materia plurima ſunt allegata in conſilijs D. Ioannis de Lignano, & aliorum, nolens accipere eis calamū de manu, ſto contentus dictis ipſorū in conſcientia, ideſt, cum deo concors. Ego Baldus de Peruſio.



## CONSILIVM CCCXVI.

1 *Iudæi quibus caſibus tolerentur. & nu. 4.*
2 *Eccleſia quid ſit.*
3 *Synagoga quid ſit.*
5 *Coerctio iudæorum cano. tranſgredientium ad quem ſpectet.*

In Chriſti nomine. & Beatæ Virginis, ac vtriuſq; Ioānis. Quia ſæpe reuocatur in dubium apud eccleſiarū pręlatos, & maximè
1 prauitatis hæreticæ inquiſitores, † in quibus caſibus Iudæi tolerentur, & quæ eis inter catholicos permittantur, idcirco ex ordine ſingula à iure ꝑmiſſa diſcutiam: Primò enim Iudæis permittitur conſeruare Synagogas antiquas, & eas reparare, non autē nouas cōſtruere, vt l. ſi. C. de Iudæ. & c. de ciuit. & c. deinde. & c. conſuluit. eod. tit. Hic tamē attendendū eſt, quid veniat nomine ſynagogæ. vbi ſciendum eſt, ꝙ ex decretis Lucij Papæ.
2 c. 2. & ex Brocardo lib. 3. c. 1. habetur, † ꝙ eccleſia eſt nomē græcum, & latinè idem, ꝙ conuocatio: quia ad ſe omnes vocat, & dicitur catholica, 21. diſt. c. quamuis, 1. q. 1. c. extra catholicam: quod ſonat idem, qđ vniuerſalis: licèt hoc nomē habeat multas ſignificationes, & no. ne prælat. vi. ſup. c. 1. de ver. ſig. c. cum cle-
3 ricis. † Synagoga autē eſt nomen græcum, & latinè ſonat idem, quod congregatio, & eſt Iudæorum, vt dicit Vgu. Conuocari enim eſt vtentium ratione ꝓprio ſumpto vocabulo cōuocantis: congregatio enim eſt pecorū, & animalium ratione carentium. Synagoga ergo congregatio gręce pecorum: ſed in eccleſia conuocatur populus fidelium ad verā fidem. Idem ergo iudicium de ſynagoga apud Iudæos, ꝙ dicitur de Eccleſia apud catholicos, hæc no. per Archidia. 9. diſt. c. eccle. coll. 1. quæſt. 1. c. extra catholicam. per Ioan. And. de electio. c. fundamenta. li. 6. in princ. ſicut ergo apud catholicos eccleſia eſt locus publicus, in quo conuocantur catholici ad diuina officia audienda, & ſacramenta recipienda: ſic ſynagoga dicitur apud Iudęos locus publicus conſtructus, in quo publice congregantur Iudæi ad ſuas cerimonias celebrandas: & ſicut quilibet locus cōſtru-
4 ctus apud catholicos ad orandū non dicitur eccleſia: † nam cuilibet priuato licitū eſt habere oratorium priuatū, in quo habere pōt ſedilia ad ſedendū, & lampades accēſas pp deuotionem, & tenere libros aliquos ꝓpter officium dicendum in eorū armarijs clauſos, qui claudi, & aperiri poſſint, & alia habitacula domus in domo ſua, & locū deputatum ad orandū, & ſingulariter ipſe, & domeſtici ſui, qui nō dr̄ eccleſia, de conſecra. diſt. 1. c. vnicuiq;. & c. clericos. ſic & cuilibet iudæo licet habere in domo ꝓpria locum priuatum ad orandum, in eo contemplandum pro ipſo, & domeſticis ſuis, qui non dicitur ſynagoga, vbi permittit lex conſeruare antiquas ſynagogas, & reparare, inhibet nouas ſynagogas conſtrui, intelligitur de ſynagogis publicis: alia priuata loca habere poſſunt non obſtante legis inhibitione. Secundò permittitur Iudæis pacifice: & quiete celebrare feſtiuitates ſuas conſuetas, & officia conſueta, & in ſynagogis eorū publicis. 45. diſtin. c. qui ſincera. fuit Gregorij ad Neapolitanum epm̄. & ibi not. gl. qualiter eccleſia hoc permittat, cum peccet ſic faciendo, cum cultus legis Mōſaicæ ab aduentu Chriſti nō differat ab idolatria, & ſic ſoluitur, quod eccleſia ſolum tolerat ritus ſuos, non autē approbat: nam ſi prohiberentur, cogerentur ad fidē, quod eſſe non dēt: Quod autē permittitur, non ꝓpterea approbatur. 31. quæſt. 1. c. hac oratione, habent ergo ſecundū Gregorium ibi liberā facultatem celebrandi feſtiuitates ſuas cōſuetas, ſicut habuerunt parētes ipſorum: deinde ſicut Iudæi. & ibi tex. quod nullus lapidibus, aut fuſtibus perturbet eos: & contrafaciens honoris ſui periculum patiatur, aut excōmunicationis ſententia plectetur, niſi ſe correxerit. probat idem lex nullus. C. de Iudæ. Tertiò permittitur iudæis comitiua comitalis catholicorum e: cauſa. alijs interdicitur. de vſuris. c. quanto. & c. poſt miſerabilem. Quartò iudæi obedientes legibus non ſunt moleſtandi à Chriſtianis. 33. queſt. 8. c. diſpar. Quintò iudæi non ſunt per violentiam ad fidē compellendi. 45. diſtinct. c. qui ſincera. & C. de Iudæis. Sextò, quod Iudæi ſine iudicio terrenę poteſtatis non vulnerentur, non occidantur, nec pecunijs ſuis ſpolientur. Septimò, quod de cœmeterijs eorum non exhumentur corpora defunctorū, vt ibidem: Octauò, in omnibus ritibus eorum tolerantur dummodo nō fiant in opprobrium fidei catholicę, habentur & quæ inhibentur eiſdem. 23. quæſt. 4. 5. & 6. per totum. eod. c. & quæſt. 8. diſpoſitio. 28. q. 1. & 2. per totum. 41. diſtinct. c. 2. & 4. 46. diſtinct. cap. Iſmael. 11. quæſtio. 3. cap. ad menſam. deinde per totum hæc procedunt de iure cōmuni ſupraſcripto. Si aliqua pręter hæc ſint per Romanos Pontifices conceſſa priuilegia, ſunt ſeruādā, de priuilegijs. ca. porrò. c. accepimus tradi. † Poſt-
5 quam vidimus, quæ intelligantur permiſſa, reſtat videre, ad quē ſpectat coerctio Iudæorū hos canones tranſgredientium. Hic attendendum eſt, ꝙ ritus Iudæorū non ſapit ꝓprie hæreſim, ſed non fidelitatē reſpectu diſpoſitionis legis, ver. gra. hæreticus ſtrictè ſumpto vocabulo differt ab Infideli, & ſciſmatico, licet quilibet Infidelis, Iudæus, & Paganus large poſſint dici hæretici. not. 24. q. 3. §. qui vero. & c. inter ſciſma. Si ergo Iudæus ſeruat ritus ſuorū, non ꝓprie dicitur hæreticus: imò permittitur ſecundum formā canonū. Si autem contra formam canonum, non eſt hæreticus ſtricte: ſed canonum violator. & ſic ad ordinarium principaliter ſpectat, qui eſt cuſtos canonum 25. quæſt. 1. c. nulli fas. & c. violatores. & ſic magis ſpectat ad officium ordinarij, q̄ inquiſitoris hæreticæ prauitatis cognitio, ergò eſt domini epiſcopi, qn̄ Iudęus facit cōtra canones. caſus de Iudæis. c. & ſi iudæos. & c. poſtulatis. & pōt puniri pœna pecuniaria, & per indirectum. d. c. & ſi iudæos. & c. in nonnullis. de rapto. c. in archiepiſcopatu, vbi etiam de corporali punit, dummodo citra ſanguinem.

Ego Ioannes de Lignano.
Ego Laurentius de Pinu.
Ego Egidius de Preſbyteris.
Ego Gaſpar de Calderinis.
Egò Ioannes de Fantucijs.
Ego Baldus de Peruſio.

## CONSILIVM CCCXVII.

1 *Teſtamentum, in quo reperitur diuerſitas, ſi tamen interuenerit ſolennitas, ſed non in totum, an valeat.*
2 *Beneficium. l. hac edictali. C. de edicto diui Adri. an locum habeat ab inteſtato.*
3 *Pœna ſibi aſcribentis an in teſtamento nuncupatiuo locum habeat.*
4 *Duo contraria poſſeſſoria, vel petitoria ſicut non poſſunt ſimul cumulari: ita nec poſſeſſo. contrarium petitorio, vel econtra.*
5 *Veritas teſtamenti excludit veritatem inteſtati.*

1 In Chriſti nomine. † Quando eſt vnum teſtamentū, id eſt, ſemel factū vnū, vel multa capitula cōtinens, & repetitur diuerſitas, ꝑualet veritas, q̄ teſtibus cōfirmatur, dūmodo interuenerit ſolennitas; qa in ſolēnitate iuris auctoritas fundatur. vnde ſi propter aliquē defectū eſſet omiſſa ſolennitas, iſte defectus omiſſionis à teſtatore ꝑmiſſæ redderet teſtamentū inutile: vt C. de teſt. l. ambiguitatē. & l. ſi vnus. ſuperflua enim tolli poſſunt, ſed neceſſaria p̄termiſſa ſuppleri nō poſſunt ab alio, q̄ ab ipſo teſtatore. ex hoc ſequit̄ cōcluſio, ꝙ inhęrendū ſit veritati: veritas autem eſt qd affirmatiuū, & ideo funditus p̄termiſſum non poteſt eſſe verū, nec pōt ſubſtantiare teſtm̄, vel aliquā diſpoſitionem mundi, vt ff. de li. & poſth. l. cōmodiſſime. & ff. de ver. ob. l. quicquid aſtringendæ. vndę ꝙ p̄termiſſum inuenitur, pro nullo reputatur, vt ff. de ver. obl. l. ita ſtipulatus. la grande in prin. & ff. de fideiuſ. l. fideiuſſores magiſtratuū. §. 1. & hoc ꝑmittendum eſt in q. præſenti, cuius cōcluſio hæc eſt, ſequi veritatē facti, ſi eſt veſtita ſolennitate, & priuilegio legali, vt in Auth. de teſtamentis
2 imperfectis. §. ſi. & C. fam. erc. l. vlti. † Secundū quidē præmittendū eſt, ꝙ beneficium legis hac edictali. C. de edi. di Adri. non habet locum ab inteſtato: licent quidam dicant, quod ſic, dummodo

modo appareat codicillus in ſcriptis ſolenniter factus; vt tunc
iuxta formam codicilli citato hęrede fiat miſſio vtili conditio-
ne, ex d. l. edicto. Iſta opi. eſt æqua: tamē prima tutior, vt C. de
3 codicillis. l. fi. in prin. † Amplius queſtio eſt, nunquid in teſtamen-
to nuncupatiuo habeat locū pœna ſibi aſcribentis, & annihila-
tio relicti: ſed prima quæſtio non facit ad ꝓpoſitum. Quantùm
ad ſecundum dicendū eſt, ꝙ vitiatur relictum ſibi aſcribenti, &
non alteri, vt ff. de falſis. l. filius. §. ſequens. & ideo cum appare-
at teſtamentū eſſe legitime conditum quo ad hæredis inſtitu-
tionem, ceſſat cauſa inteſtati, vt C. cōmunia de ſucceſſionibus.
l. antequā. & l. quandiu. ff. de acq. hæredi. & iudex, qui pronun-
tiat contrarium, male ꝓnunciauit debere remitti: quia ex edi-
cto diui Adriani eſt ipſo iure nulla: quia eſt error expreſſus in
forma, & materia, nec eſt neceſſaria appellatio propter vitium
pronunciationis, vt ff. de excuſ. tuto. l. qui teſtamento. in princ.
4 † Item eſt ſciendum, quod ſicut nō poſſunt duo contraria poſ-
ſeſſoria, vel duo contraria petitoria cumulari, ita nec poſſeſſo-
rium contrarium petitorio, vel econtra, vt ff. de acq. poſſ. l. na-
5 turaliter. §. nihil cōmune. † Finalis concluſio eſt, ꝙ veritas te-
ſtamenti excludit veritatem inteſtati, vt no. in l. 1. C. de ſec. tab.
Circa contrarietatem ſcripturæ illa præualet, quæ verior com-
probatur non obſtante errore, vt ff. de leg. 2. l. cum proponeba-
tur. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXVIII.

1 *Oblatio an liberet à pœna laudi, & quomodo fiat oblatio.*
2 *Proteſtanti ſufficit proteſtari, nec tenetur aduerſarium inſtruere.*
3 *Nouatio an ex aſſecuratione intelligatur. & nu. 4.*
5 *Intellectus. §. quod autem. in Auth. de fideiuſſ.*
6 *Debitor an præſumatur mentiri, qui dicit ſe non habere pecuniam ad manus.*
7 *Negatiua probatur eo ipſo, quod contrarium non probatur.*
8 *Ex compromiſſo voluntariè facto contractus nouus habetur pro obſeruato.*

In Chriſti nomine. Practica Ciuitatis ha-
bet, vt creditore in ius
vocante debitorē pro debito pecuniario conſequendo, vt de-
bitor, ſi dicat ſe nō habere pecuniam, & offerat ſeparatum da-
re tot de bonis ſuis inſolutum, ꝙ creditor compellatur accipe-
re abſq; alia diſcuſſione iudiciali, ſed inſtāte creditore debitor
compellitur propalare omnia bona ſua, vt eligere poſſit. Mo-
dò accidit, quod debitor denuntiauit creditori, & in denuntia
facta formalia verba fuerunt, quod ipſe debitor caret pecunia,
& ne eidem mora aliqua poſſit imputari, ꝙ paratus eſt, & para-
tum ſe offert cum effectu ad dandum, & tradendum creditori
tot de bonis ſuis, quæ aſcendant ad ſummā, ad quam tenetur
ipſi vigore cuiuſdam ſententiæ, vbi eligere voluerit, ſecundum
quod æſtimabuntur per duos, vel plures amicos cōmunes in-
ter ipſas partes eligendos: proteſtans dictus debitor, quod per
1 ipſum non ſtat, quominus prędicta fiant, & exequantur. † Mo-
dò quęritur rebus ſic ſtantibus, vtrum debitor inciderit in pœ-
nam cōpromiſſi, & videtur, ꝙ ſic: quia à verbis laudi non eſt re-
cedendū, vt ff. de arbitris. l. Celſus. ſed ſecundū verba laudi non
eſt ſatisfactū formaliter, vt l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pet. ergo incurſa eſt
pœna, vt l. promiſſor. ff. de cōſtituta pecunia. Item debitor non
propalauit bona ſua, ſicut tenetur propalare. Item non obtulit
de melioribus bonis, ſicut tenetur offerre, vt in Auth. de fide-
iuſ. §. quod autem. ſed contrarium eſt verum, dūmodo debitor
pecuniam non haberet ad manus, ita ꝙ de facili poſſet offerre,
vt C. de ſolutio. auth. niſi. & ꝙ non haberet pecuniam ad ma-
nus, præſumitur eo ipſo, quod nōn probatur contrarium: quia
non ꝓceſſit talis ordinatio, per quam debeat præſumi pecuni-
am habere maximè paratam ſolutioni, vt ff. ſi cer. pet. l. ſingula-
ria. & ff. de leg. 3. l. ſi chorus. §. 1. & ideo dicta oblatio fuit ſuffici-
ens, vt dicto §. quod autem. Præterea creditor, qui non contra-
dixit proteſtationi, acquieuiſſe videtur, vt l. ſi fideiuſſor. poſt
2 principium. ff. qui ſatiſd. cog. † Item proteſtanti ſufficit prote-
ſtari, nec tenetur inſtruere aduerſarium, quid agat, vt l. 1. §. 1. ff.
de liber. agnoſc. Certe non obſtat, quod à forma laudi non eſt
recedendum: nam iſtud non eſt recedere: ſed exequendo pro-
cedere, vt l. miles. §. decem. ff. de re iu. Item iſta eſt quædam pra-
ctica, quę ſuæ theoricæ ſemper videtur annexa: quia eam inter-
pretatur, & eam ad officium deducit, vt no. C. de do. l. ſi quis ar-
3 gentum. in prin. † Item dubitatur, ſi ex primo cōtractu deben-
tur alimenta dotis, etiam ꝓ ſecundo contractu poſtea facto de-
ſinant deberi pro futuro tempore. Reſpondeo ſic: ſi eſt fundi-
tus receſſum à prima obligatione, quia eſt nouatio voluntaria, in
qua nō videntur repetita acceſſoria primæ obligationis ꝓ tem-
pore futuro, vt ff. de nou. l. aliā. ſecus ſi nō eſt funditus receſſum
à prima obligatione, cui alimenta cohęrent, vt C. de nou. l. fi. C.
de iudic. l. 1. & ibi plenè no. Item quia non eſt veriſimile, ꝙ mulier
voluit renunciare ſuis alimentis, quę miſerationis cauſa reddun-
tur ex dote, & veniunt ex ſola naturali æquitate, etiā ſine ſtipu-
latione, vt not. C. de rei vx. act. l. vn. §. exactio. nimirū &c. cui il-
le, qui poſſidet dotē, tenetur ad alimenta ex tēporis curſu, & vſu
dotis: nō dico, ꝙ teneatur ad vſuras. ff. ſol. l. Titia. C. de iu. dot. l.
vbi adhuc. & l. in rebus. & not. extra de vſur. c. ſalubriter. Præte-
rea ſi eſſent alimēta relicta in vltima voluntate, nō poſſet tran-
ſigi ſine p̄tore, & prius cognito teſtamento, & ex certa ſcientia,
de quo oportet ſigillatim cōſtare non per verba generalia, qui-
4 bus cauetur, ꝙ ſciebat. ff. de tranſa. l. de his. & l. cum hi. † & ſi di-
catur, ꝙ tacita eſt facta nouatio pp contractū aduerſatiuū. Re-
ſpondeo, hoc nō placet mihi: quia licet vltima pacta p̄ualeant, &
quandoq; inducunt nouationē ipſo iure, quę requirit verborum
expreſſionē, vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. in prin. quandoq; in-
ducunt nouationē ope exceptionis pp incōpatibilitatē, vt no.
ff. de nouatio & ff. de ver. ob. l. qui vſumfructū. vel potius quan-
dam reſciſſionē à contractu immediate p̄cedenti. vt ff. locati. l.
cum in plures. §. lege dicta. & ff. de pręto. ſtipu. l. Valerianus. vbi
hoc ſolenniter not. tū in caſu noſtro facti cauſa aliter ſe habet:
quia non eſt hic cōpatibilitas, neq; aduerſatio, ſed quædā noua
ꝓuiſio, arg. ff. de acq. poſſ. l. ſi quis ante. & ſi formalia alimēta con-
tractus non venirent, tū arbitraria, vt d. §. exactio. & arg. C. de
act. empt. l. curabit. & addi pōt, quod no. p gl. & Iac. de Are. ff. ſol.
5 mat. l. ſi mora, & ff. ad Treb. l. mulier. §. ſi hæres. † Amplius pro
intellectu. §. ꝙ autē. in Auth. de fideiuſ. ſciendū eſt, ꝙ ille §. non
habet locū in caſibus, in quib. eſt ꝓhibita generalis ceſſio bo-
norū: quia ſi nō habet locū ceſſio generalis, ergo nec ſpecialis per
rationē illius. §. & ideo ſi ſtatutū ciuitatis ſuper hoc loqueretur,
ſunt attendenda verba ſtatuti: ſaluo ꝙ in caſu omiſſo à ſtatuto
ſeruabitur ius cōmune. Si verò non eſt ꝓhibita ceſſio, tunc ha-
6 bent locū ea, quæ ſcripſi in prin. & dic, vt ibi dixi. † Et quia nemo
præſumitur mentiri debitor, qui dicit ſe nō habere pecuniam,
habet p̄ſumptionē pro ſe, maxime quia eſt quod merè negatiuum.
de hoc no. in l. ex pſona & l. ſi vero. §. 1. & præſertim ſi quantitas
eſt magna, & homines cōmuniter carēt pecunia, puta propter
guerras, vt l. funus. §. puto. ff. de hæredi. inſtit. Si autem creditor
vellet ꝓbare contrariū, audiretur, vt l. magis. §. 1. ff. de reb. eor.
ff. de pac. l. tres fratres. ff. de re iud. l. à diuo pio. ff. ad leg. Falc. l.
pen. ff. de probat. l. cum de lege. facit, ꝙ not. in l. 2. C. quando, &
quibus quarta pars debetur. lib. 10. & in Auth. de hæredibus, &
falcidia. §. ſancimus. Dico, ꝙ debitor non p̄ſumitur habere pe-
cuniam numeratā: quia hæc eſt merè negatiua, nō coarctata, quæ
non eſt obiectū ſenſus viſus: quia non terminatur ad aliquid ſubie-
7 ctum viſibile. † & ideo ꝓbatur negatiua eo ipſo, quod contrarium
non ꝓbatur, vt no. ff. de probat. l. verius. & C. qui militare non
poſſunt. l. ſuper ſeruis. nam hęc negatiua non eſt ſubſtantia, nec
qualitas, nec aliquid de p̄dicamen. & ideo nō eſt ens naturale, &
per conſequens nec ꝓbabile, niſi per confeſſionē, vt no. C. de
probat. l. actor. & extra de confeſſ. c. 1. lib. 6. Ex his concluditur
expreſsè, ꝙ hoc nō eſt probare neceſſe. & ita intelligitur para-
graphus, quod autē. de fideiuſſoribus. vnde ſequitur, ꝙ incidit de-
8 bitor in cōmiſſum, nā ibi enim non dr̄, ꝙ ſit fienda aliqua ꝓba-
tio: ſed ſolū oblatio, ſicut nec in ceſſione bonorū. † Super alio
puncto, ex quo voluntarie cōpromiſerunt, contractus nouus
habetur ꝓ ſeruato, & non dēt de veteri quæſtio ſuſcitari, vt ff. ſi
quis cautionibus. l. 1. in princi. & ita cōcludo ſine pluribus ver-
bis: nec intendo vltra loqui. & hoc niſi aliter ſe haberet cōſue-
tudo fori, vel cōſuetudo generalis, vel interpretatio iuris com-
munis in foro Papienſi. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXIX.

1 *Præſcribere an poſſit ille, qui ſcit ſe debere, & non ſoluit, cum ab eo non petatur, & quid in foro iuris, & in foro conſcientiæ.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, an ſciens
ſe debere poſſit præ-
ſcribere ſpacio longiſſimi temporis, & vr̄, ꝙ ſic. quia in præſcri-
ptione longiſſimi tēporis animus, vel actus p̄ſcribentis non re-
quiritur. vnde etiā inuitus p̄ſcribit, & ignorans, & nec inuitus,
nec ignorans, vt perpetuò furioſus, & hæreditas iacens, ergo in
tali p̄ſcriptione nō requiritur bona fides. nam ſi debeo tibi de-
cem actione pſonali, iſtud, quod debeo, antequā ſoluā, meum eſt:
vel nullius, quādo debeo in genere, neq; poſſidetur ab aliquo.
& hoc eſt, quod tenet Bart. ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi viam. Et eſt
veriſſimū de iuris ſubtilitate, & diſpoſitione legali: ſed de con-
ſcientiali ęquitate ſemper dubitaui: quia bonam fidē debet agno-
ſcere, & præſcriptio ſcientis ſe teneri, non tollit obligationem
naturalem, ſed ſi ignorat ſe teneri, mortificat eam, & tunc non
teneretur in foro conſcientiæ pp legis authoritatē. bis accidit;
quia qui agnouit debitū, denuo p̄ſcribit inchoando p̄ſcriptio-
nem lōgiſſimi tēporis poſt ipſam agnitionē: quia ipſa agnitio non
plus poteſt; quam ꝑpetuare. dr̄ autē perpetuare, ſi extendit ad qua-
draginta annos, & iſte eſt terminus actionū, qui p̄teriri nō po-
teſt: quia eſt terminus vitæ, & mortis, vt l. cum notiſſimi. & l. ſi quis
emptionis. C. de præſ. 30. an. quæ verba not. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXX.

1 *Filiæ factum eſt legatum vnum, & legatum vſusfructus condecentis, donec nubet, & poſtea eſt ſubſtituta vna cum alijs extraneis. euenit caſus ſubſtitutionis, an habebit hæreditatem, ac vſumfructum condecentem à ſuis conſocijs ſubſtitut. vltra ſuam partem hæreditatis.*

In Chriſti nomine. Ser Petrus fecit ſuum
teſtamentum, in quo
reliquit Oſannæ eius filiæ iure inſtitutionis vnam petiam terræ
infra ſua confinia. Item dictam eius filiam ſibi hæredē inſtituit
in 30. lib. denario. Item reliquit eidē victum & alimenta, con-
decentia, donec nubet, iubens, volens, & mandans ipſam eſſe
tacitā, & contentā ꝓ ſua portione, & falcidia, ꝓut in teſtō con-
tinetur. In omnib. autē ſuis bonis Antoniū & Ioannē eius filios
impuberes ſuę patriæ poteſtati ſubditos ſibi hæredes vniuerſa-
les, & dictos filios eius maſculos inuicem ſubſtituit vulgariter,
pupillariter, & per fideicōmiſſum. & ſi omnes eius filij maſculi
deceſſerint in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq; ſine li-
beris, ſubſtituit vltimo morienti filias eius fœminas, & dn̄am
Floram ſororē dicti teſtōris, & Franciſchinū de Arlotis ſupra-
dictum, & hoſpitale leproſorū S. Lazari de Cretio, deceſſit Ser
Petr. teſtator poſt quatuor dies, & ſubſequēter omnes eius filij
maſculi in pupillari ætate, & ſolū remanſit dicta Oſanna. quęritur
ergo, ſi dicta Oſanna vigore dicti teſtī debet habere victū, & a-
limenta cōdecentia, donec nupta fuit ab hæredibus ſubſtit. de
bonis hæreditatis dicti ſui patris? & quō dēt habere? Item quęri-
tur, ſi de iure dicti hæredes ſubſtituti nō coguntur ad dandū di-
cta alimenta dictę Oſannæ vigore teſtamenti, ſi ipſi hęredes de
iure debent cogi conſignare, & dare eidē Oſannæ omnes fru-
ctus bonorum hæreditatis patris eius cauſa alimentandi eam?
Item ſi non tenētur ad hoc dicti hæredes ſubſtituti, quęritur, quō
dicta Oſanna filia teſtatoris dēt habere alimenta, & nutriri, do-
1 nec nubat. † Exemplū Dyn. inducit ad q. ſi teſtator inſtituit filiū
pupillū, & vxori reliquit vſumfructū, & filius deceſſerit in pu-
pillari ętate, ſubſtituit matrē, & extraneum, ꝙ ſi mater ſuccedit
ex ſubſtitutione, non dēt habere vſumfructū, vt hic, & ita Dyn.
dicit, quod intelligo, ſi ſucceſſiſſet filio ex tacita vulgari, ſecus ſi ex
pupillari: tunc enim cum ex pſona filij habuiſſet tanquam debitum,
illud ante partē deduceret, vt d. §. ex quo vulgo. & C. de bo. auc.
iu. poſſ. l. 1. iſta ſunt verba Bar. in l. licèt Imperator. de le. 1. iſta di-
ſtinctio cōtinet caſum, quando vulgariter tantū, vel pupillariter tm̄:
ſed in caſu nr̄o teſtator vtranq; ſubſtitutionē fecit expreſsè: &
quia hæreditas nō fuit expreſsè adita, vr̄ locus vulgari ſubſtitu-
tioni, quę ceſſare fecit exiſtentiā ſui hæredis. ff. de vul. ſubſtit. l. ſi fi-
lius. cum materia ſua. ergo ſequitur, ꝙ legata nō videntur tacitè
repetita à vulgaribus ſubſtitutis: ſed ſi nomine pupillorū fuiſ-
ſet hæreditas adita, deberentur omnia legata primarū tabula-
rum, & nihilominus deberetur tertia pars ex vulgari ſubſtitu-
tione ſecundū Bar. poteſt tū dici de æquitate, & iure naturali, ꝙ
filia debet vtrunq; habere: quia teſtator eam p̄dilexit, & hoc non
ex vi repetitionis, ſed ex p̄ordinali voluntate teſtatoris. Itē quia
relictū ꝓprietatis nō minuit relictū vſusfructus, vel alimento-
rum, vt ff. de vſufructu. l. ſi alij. §. rerū. vtrumq; ergo debetur fi-
liæ ex coniectura pietat. quę tollit aliā coniecturā legis, vt d. l. licèt
Imperator. & quia teſtator ita voluit, ita debetur ex coniectione
vtriuſq; gradus: quia in pupillari vterq; gradus cōcurrit, vt ff. de
vulg. ſubſt. l. patris, & filij. ſi igitur debetur filiæ tanquam p̄legatum
in ſubſtitutione pupillari, ar. ff. de leg. 3. l. Paulo Chalimaco. §.
Pomp. & quod ibi not. ſuper hoc puncto videtur mihi, quod a-
lias cōſuluerā, non recordor qualiter: ſed hæc mea vltima opi-
nio videt̄ mihi habere ęquitatē conſiderato naturali, & ardenti
amore patris in filiam, & fauore alimentorum. Ego Bald.

CONSILIVM CCCXXI.

1 *Proximiores ex linea, ſeu prole patris qui dicantur, quid ſit linea, & quotuplex, & ſimiliter de prole, & quid earum appellatione contineatur.*

1 In Chriſti nomine. † Statuto cauetur, ꝙ
hæres ſcriptus, ſi non
haberet legitimum hæredē ab eo deſcendentē, non poſſit te-
ſtari, & dimittere bona dicti teſtatoris, niſi ſuis propinquiori-
bus ex linea, ſeu prole patris ſui Franciſci. de Bal. Modò quæri-
tur de duobus. Primò, vtrum dicti propinqui intelligantur ſub
ſtituti, & quo ordine. Secundò, quid contineatur appellatione
lineæ, ſeu prolis dicti Franciſci: & dicendum eſt, ꝙ duæ ſint li-
neæ, videlicet recta, & inflexa, ſicut eſt tranſuerſalis. & recta li-
nea eſt duplex. ſ. aſcendens, & deſcendens. & tranſuerſalis eſt ſi-
militer, ſcilicet ſuperior, vt patruus, amita, auunculus, & ma-
tertera: & deſcendens, ſeu ꝓcedens, vt frater, fratris filius, ſo-
ror, ſororis filius, &c. Et ꝙ appellatione prolis ſoli deſcenden-
tes cōtineantur, patet. C. de natu. libe. auth. licèt. cum ſim. Item
cum facimus mentionē de linea, in dubio intelligimus de linea
recta, nō inflexa, vel obliqua, arg. ff. de vulg. ſubſti. l. qui liberis.
§. hæc verba. & hoc ſat conuenit verbis teſtamenti, dum dici-
tur, ex linea, ſeu prole Franciſci. Alij enim id eſt tranſuerſales
attinentes Franciſco nō continentur nomine prolis Franciſci,
nec continentur in illis verbis, ex linea Franciſci: quia iſte ge-
nitiuus Franciſci, ſignificat originē coniunctus cum dictione,
ex, ar. in l. 1. §. nunc videamus. ff. de coniungendis eum emanci-
pato liberis eius. iſtud enim conuenit verbis ſuperioribus, dum
dicit, ab eo deſcendente: vt patet inſtitut. de gradibus. & ff. eod.
l. iuriſconſultus. dico ergo, ꝙ ſi qui extant deſcendentes ex di-
cto Franciſco, illi cōprehenduntur in infinitum ſeruato ordine
graduū: maximè quia teſtamentū dicit, ꝓpinquioribus. ff. de leg.
2. l. cum ita. §. in fideicōmiſſo. & prudentiſſimè, ac ſubtiliſſimè
allegatū eſt per dn̄m Angelum de Peruſio fratrē meum, nec re-
fert, vtrū iſte ſit maſculus, vel fœmina, dūmodo ſit deſcendens
ex recta linea Franciſci, argu. C. de condi. inſer. in l. 1. ff. de pac.
l. tres fratres. ex his ſequitur, ꝙ ꝓximiores deſcendentes Fran-
ciſci habent ius in dicto relicto: quia tacite videntur ſubſtituti, vt
ſapienter allegatū eſt per dictum D. fratrem meum. Ego Bal.

CONSILIVM CCCXXII.

1 *Contractus factus in fraudem vſurarum an poſt 30. annos dici poſſit nullus, & coram quo iudice. nu. 3.*
2 *Dominium an transferatur ex contractu facto in fraudem vſurarum.*
4 *Sententia an poſſit dici nulla poſt 30. annos.*

1 In Chriſti nomine. † Vtrum poſt 30. an-
nos contractus ven-
ditionis factus in fraudem vſurarum poſſit dici ſimulatus, &
coram quo iudice. Reſpondeo, coram iudice ſæculari, non po-
teſt de hoc agi: quia cauſa eſt eccleſiaſtica, quanquam eum conſtat
contractū vſurarium, iudex ſęcularis habeat cognitionē, quali-
ter res ſit reſtituenda per rei vendicationē, & qualiter fructus
veniant reſtituendi, vel extenuent ſortē: tamē vbi eſt dubiū, an
contractus ſit vſurarius, necne, non poteſt iudex ſæcularis co-
gnoſcere, vt no. 11. q. 1. in ſumma. & in c. diſpendioſam. de iudic.
2 in clementinis. & p Bar. & me. ff. ſol. mat. l. Titia. † Secundò du-
bitatur, verum ex cōtractu facto in fraudē vſurarū transferatur
dn̄ium. Reſpondeo, aut eſt actum, ꝙ ſit verus contractus: tū in
fraudē vſurarum, & transfertur dn̄ium: tū reſcinditur, quia dolus
dedit cauſam traditioni. Aut eſt actū, ꝙ contractus ſit ſimula-
tus, ſcilicet contractus pignoris, & tunc nō transfertur dn̄ium,
& poteſt res directò vendicari, vt no. C. plus valere, ꝙ agitur,
l. emptione. & ſic apparet, ꝙ aliud eſt ſimulate cōtrahere, & a-
liud in fraudē cōtrahere; dico in fraudē hominis, licet p conſe-
quentiā fiat in fraudē legis: nā ſi directò fieret in fraudē cano-
nis, ipſo iure nō valeret, vt ff. de iure patro. l. ſi libertus ita. & C.
de legib. l. nō dubiū. aut dubitatur, & tunc in dubio potius p̄ſu-
mo fraudē, & dolū, quam ſimulationē: quia emptor voluit emere, &
venditor vendere tm̄: non ſimpliciter, ſed in fraudē vſurarū. &
hoc demonſtrat pactū de retrouēdendo cum ſuis cohærentijs.
facit, quod not. Iac. de Aret. C. mandati. l. per diuerſas. vbi facit
diffe-

differentiam inter fraudem, & ſimulationem: & tamen vtro-
biq; fructus cõpenſantur cum quantitate reſtituenda reſciſſo
contractu: q̃a iniuſtè pcepti ſunt. ſic intelligitur, quod not. no.
3 C. de pba. l.1.† Tertiò dubitatur, vtrũ iſte cõtractus poſſit dici
in fraudẽ factus, vel ſimulatus poſt 30. annos. & videtur dicen-
dum, ꝙ non corã iudice ſæcula. vt C. de pſcript. 30. annorũ. l. ſi-
cut. ſed corã iudice eccleſiaſtico; quia vſurarius vllo tẽpore non
4 præſcribit, vt in c. vlt. de pſcriptionibus.† ſententia etiam non
poteſt dici nulla poſt. 30. annos agendo de nullitate, ſed exci-
piendo ſic, vt in c. licet. de exc. nam officium iudicis intentat,
qui de nullitate agit, vt no. in l.1. §.1. ff. quæ ſententiæ ſine ap-
pellatio. reſcindãtur. cui officio pſcribitur ſpacio 30. annorum,
vt not. in l. pecuniæ. §.1. ff. de ver. ſig. C. de pſcri. 30. annorũ. l. ſi-
cut. l. quærela. C. de falſis. & no. iſta verba. & not. ꝙ licèt libellus
rei vendicationis poſſit porrigi coram iudice ſæculari ſimplici-
ter vendicando; tamẽ celebratus contractus, qui fieret cum ad-
iectione fraudis vſurarũ, non poſſet fieri corã iudice ſæculari:
quia non eſt iudex cõpetens, & quia notoriè excedit formã, &
naturam ſimplicis libelli vendicatorij, vnde oportet, ꝙ directè
principaliter agatur de hoc coram iudice eccleſiaſtico, vel for-
te poſſit remitti hæc qualitas ad epm, quo aperiente viam, &
tranſmittente, tunc iudex ſæcularis poſſit pnuntiare de princi-
pali coram eo intentato, vt C. de iudicijs. l. quoties. & extra de
ordine cognitionũ. c. tuam. ſed prima opinio tutior eſt; q̃a ſim-
plex libellus non includit qualitatẽ iuriſdictionis, ex qua eſt a-
gendum, ergo coram incompetenti iudice eſt initiatum iudi-
cium. dicit enim Inno. ꝙ quando qualitas fundat iuriſdictionẽ,
ſemper eſt exprimenda in libello, vt ipſe nota. extra de foro
competen. cap. verum. & cap. licet. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXIII.

1 *Literæ principis ad iudicem, quòd debeat partes concordare, quid impor-
tent: & quid fiendum ſit per iudicem, & an tranſactio ſit ex reſcripto
neceſſaria.*
2 *Impedimentum, vel negligentia quando noceat appellanti in primo anno,
ſiue in prin. medio, ſiue in fine.*

In Chriſti nomine. Cum quidam medicus
Chirurgus miſſus eſſet
ad naualẽ armatam Ciuitatis Mantuæ Magnifici noſtri Ducis
per collegium Medicorũ Placentiæ cum certo ſalario pro vno
menſe deputato eidem. accidit, ꝙ ad literas ſtrenui, & pbiſſi-
mi milit. Domini Galeacij vocati de Mantua dominus pro illo
medico ſcripſit, ꝙ ſi ſteterat plus, quod ſatis fieret eidẽ. poſtea
ad querelam collegij conſilium domini declarauit, ꝙ non de-
bebat ſolui de iure pro illo pluri tẽpore: tandẽ vltimo idem D.
noſter ſcripſit poteſtati Placentię, ꝙ bonis modis ſtuderet par-
tes concordare: vnde partes cõpulſæ ſunt cõpromittere de iu-
re, & de facto in eundẽ poteſtatem, qui dominus poteſtas vult
ſcire, quid habeat agere ſuppoſitis omnibus literis hinc, & in-
1 de emanatis pro veris. † Et videtur, ꝙ debeat inter eos tranſi-
gere; quia hoc continetur in forma mandati, vt ff. mand. l. dili-
genter. quæ tranſactio poteſt fieri per arbitratorẽ, etiam altera
parte contradicente, vt legit. & no. ff. de arb. l. ſi de meis. §. rece-
piſſe. & l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. & extra de præb. c. niſi
eſſet. & de iureiu. c. quintauallis. iſta enim tranſactio non eſt
conuentionalis ex pacto: ſed neceſſaria ex reſcripto: nam &
prætor quandoq; ex ſua authoritate tranſigit, vt l. quid ergo. §.
pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. In contrarium videtur, q̃a
componere eſt voluntariæ iuriſdictionis, non neceſſariæ, vt C.
de act. & oblig. l. ſicut. Quid erit ergo, ſi partes nolunt concor-
dare. Reſpondeo, lex, & iuſtitia concordet eos. Sciendum enim
eſt, ꝙ aut ius, & factum eſt certum: & tunc non cadit tranſa-
ctio, quæ in re dubia debet eſſe, hinc eſt, ꝙ tunc non eſt eligen-
da media via, ſed via plana, & expedita à iure, nec eſſet bonus
modus aliter facere partibus inuitis, vt ff. de neg. geſt. l. Neſenn.
Apollinaris. §. vlt. interdum eſt incertũ ius, vel factum: & tunc
iudex dẽt inter partes componere, ſiue tranſigere arbitrio ſuo;
quia hoc tendit ad officium arbitratoris de facto aſſumpti, vt ff.
pro ſocio. l. vnde ſi Neruæ. & conſonat reſcripto. Modò reuer-
tor ad ppoſitum, & quia literas conſilij domini puto iuridicas
propter cauſas, & rationes apparentes exact. ideo dico colle-
gium abſoluendum à petitione dicti venerabilis medici: quia
quanq̃ ex virtute mereretur: tamen ex meritis cauſæ non ha-
bet iuſtitiæ fundamentum, quod in facto conſiſtit: & maximè
quia qui habet temporis taxationem, cum omnis termini na-
tura ſit reſtrictiua, poſt tempus videtur phibitum, vt ff. de leg. 2.
l. ſtatuliberum. §. Stichum. C. locati. l. ſi cum Hermes. ff. loc. l. ſi
lege. in princ. ff. de pac. l. epiſtola. §. fi. tamen ab expenſis debet
abſolui propter naturalem æquitatem, quæ excludit temeri-
tatem. vnde ex doctorum ſcriptis Inn. Hoſt. & aliorum repe-
2 rio ſic in materia iſta dicendum.† aliquando apparet negligen-
tia totalis in primo anno, aliquando totale impedimentum:
& iſti ſunt caſus clari, & indubij: quia primo caſu non iuratur
mihi, ſecundo ſic. Aliquando eſt negligentia in parte primi an-
ni, & in parte impedimentum: & tunc aut impedimentum
præceſſit, & ſequitur negligentia: & tunc vltima mora nocet,
vt d. l. illud. quia debuit finire cauſam in illo tempore negli-
gentiæ, ſi tantũ tempus fuit, quod veriſimiliter potuit cauſam
ipſam finire: ſi non fuit tantum tempus, ſaltim debuit inchoa-
re. Si autem primò ipſe appellans fuit negligens, & impedi-
mentũ poſtea ſuperuenit, ſi tempus impedimenti ſubſequens
fuit tantum, ꝙ veriſimiliter potuit finire cauſam: & tunc non
repellitur à ſecundo anno, alias ſi aliud tempus negligentiæ fu-
it tantum, quod veriſimiliter potuiſſet cauſam finire, & tẽpus
impedimenti poſtea ſubſeq. ſimiliter fuit tantum, tunc ſequen-
da eſt opi. Inn. qui vult, ꝙ ſufficit appellãti: quia vt dicit, appel-
lans appellationẽ tali tẽpore inchoet, ꝙ ſit veriſimiliter ipſam
infra primũ fatale finire. & ſi nullum impedimentum veniet,
poſſet ipſam finire. & ſi nunc vno die impediretur appellans,
ſic ꝙ non poſſet cauſam finire, tunc habet ſecundum annum,
& ita no. Inn. in c. ex ratione. de appel. at in caſu noſtro fuit tale
impedimentum, quod ipſe Hermerculfunis debeat releuari,
vt ſupra dictum eſt, ergo &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXIIII.

1 *Papa an poſſit alicui ciuitati concedere dignitatem ſecularem: & quæ
poſſit donare, vel alienare, & quæ non. & nu. 3.*
2 *Feudum ligium quod dicatur.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrum Pa-
pa poſſit in aliqua ciui-
tate Eccleſiæ creare nouam dignitatẽ ſecularem, quæ vocetur,
& ſit marchio, comitatus, vel ducatus. & dicendum eſt, ꝙ ſic, &
eam dignitatẽ ſic creatam cum ipſa ciuitate, & omnimoda iu-
riſdictione vtili cõferre nouo marchioni, duci, vel comiti quò
ad vtile dominium, & cõmoditates faciendo ſolemnem inue-
ſtituram cum pſtatione generalis, & ſpecialis iuramenti fideli-
ta. dum tamen non ſit euidenter contra ſtatutum Eccleſiæ Ro-
manæ, & ad eius æmulationẽ, vel ſubditorũ excidium, & enor-
2 men læſionem: quia nolunt malè diſponi.† & tale feudum vo-
catur ligium, & non poteſt reuocari ſine culpa: & hæc proban-
tur tam iure canonico, quã ciuili: & tam iure ſcripto, quã con-
ſuetudinario, vt extra de re iud. c. paſtoralis. in cle. & extra de
iureiu. c. verita. & extra de iudi. c. nouit. & in 10. coll. de natura
feudi. c.1. & in tit. quis dicatur Dux, marchio, comes. c. vnico. o-
mnia enim feuda authoritate principis ſubſiſtunt, vt in c. Im-
perialem. §. 1. de prohi. alien. feu. per Federicum. & in c.1. quæ
ſint regalia. eadem coll. & ad iſtam theoricam reducit Inn. ex-
tra de iureiu. c. intellecto. vbi dicit, quod reges poſſunt facere
omnimodas donationes de rebus regni. ſ. quò ad vtile dñium,
ſecundarium, ſeu emphyteuticũ, vel feudale, ita ꝙ etiam ratio-
ne cõmodi quod ex talibus conceſſionibus ſequitur, ipſi domi-
no deberet pſtari, ſicut ſunt cenſus, & ſeruitia feudi. eſt igitur
feudum iſtud ab illo, id eſt, Papa, tamen eſt ſub illo: quia nullo
modo pt exprobari ab ipſo, vt not. in Auth. quomodo oportet
expreſſos. in prin. col. 1. Papa enim dẽt eſſe conſeruator Papalis
Regni, & coronæ: quia tenetur honorẽ coronæ illæſum ſerua-
re, & etiam ſi iuraret contrarium, non valet iuramentũ. Idem in
ſæculari: quia honor coronę non eſt alienabilis, nec alteri con-
ceſſibilis, nec alteri tranſmutabilis, licèt ſit cõmunicabilis: quia
& Imperator poteſt cõmunicare filio, & Auguſta coruſcat, &
ſideraſcit radijs mariti, vt ff. de leg. 2. l. quod prin. & l. ſi Auguſtæ
3 † Nec ob. pdic. ꝙ no. Bern. in d. c. intell. vbi no. expreſsè, quod
eccleſiarum Pontifices non poſſunt infeudare res, quæ ſunt de
plena pprietate Eccleſiæ, & eius peculiares, ita ꝙ nunq̃ infeu-
datæ, vt patet extra de feudis. c. ex parte. & in. c.1. epm, vel ab-
batem. coll. 10. quia ab omni regula negatiua, ſeu prohibitoria
intelligitur excepta principis pſona, & ſuprema authoritas, vt
ff. de flumin. l. quominus. ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. fi. C. de
quadri-



quadriennij præſcr. l. bene à Zenone. & expreſsè notatur. C. de
leg. l. humanum. tñ dico, ꝙ hoc debet fieri in conſilio Cardina-
lium, ſeu procerum, ne leuiter, & indiſcuſsè factum videatur, vt
ibi patet. Itẽ laudabile puto, & forte neceſſarium, ꝙ interueniat
cõſenſus hominũ illius ciuitatis, cuius ſtatus mutatur, vel ꝙ iu-
rẽt in manu feudatarij, vt legi. & no. ff. de fideic. lib. l. inuitus. &
ff. de act. emp. l. Titius. dicet aliquis, imo hoc eſt neceſſe: q̃a Pa-
pa rei ſuæ eſt moderator, & arbiter. Et ſi habeo feudum, poſ-
ſum ſubinde infeudare inuitis vaſallis, vt in cap. 1. de capitaneo,
qui curiam vendidit. quia ibi loquitur, quando vaſallus permu-
tatur in alium dominum, non quando ingenuus fieret vaſallus,
quod ſine eius conſenſu fieri non poteſt, vt l. fi. ff. de natalib. re-
ſtituẽdis. & ff. de contrah. empt. l. & liberi. ff. de verb. ob. l. inter
ſtipulantem. §. ſacrã. & eſt ratio differentiæ: quia in habentibus
ſymbolum facilis eſt tranſmutatio, vt ff. de leg. 3. l. pater filium.
§. quindecim libertis. dictum itaq; feudum non poſſet ſine cau-
ſa reuocari, quod principis authoritate, pariter & validitate fir-
matur, vt dicit tex. in d. c.1. de natura feudi. & no. Cy. C. de legib.
l. digna vox. Non. n. debet pendere ex momentaneis motibus a-
nimi principis id, quod certa & conſtanti natura firmatur, vt in
c. debet. de reg. iur. lib 6. & in Aut. conſtitutio, quæ de digni. §.
illud. ſanè in principe loquendo ſecundum Deum, & rationem
naturalem, & etiã canonicam ſanctionem, ꝙ nõ decet, licitum
non exiſtit. imo altius peccat princeps, quàm inferior, vt legi. &
nota. extra de iudicijs. c. cum veniſſet. per Hoſtien. & in nouella,
boni paſtoris eſt pecus tondere, & nõ deglutire: debet ergo ex-
pectare, quòd remittat lanam. Ego Bald.

Statuta ad conſilium ſequens.

In Chriſti nomine. Præſuppoſitis Statutis
Ciuitatis Cremonę in-
fraſcripti tenoris, videlicet. Rubrica de inueſtitis, & quòd inue-
ſtiens ponatur in poſſeſſione facta electione, vel finito termi-
no inueſtituræ. Item ſtatutum eſt, quòd ſi quis inueſtitus, vel in-
ueſtiendus de cætero de aliquo ceſſauerit in ſolutione ficti per
tantum tempus, quòd electio de iure poſſit fieri, & facta fuerit,
quæ electio, ſeu reuocatio ad ſe poſſit fieri, etiam pro parte ab-
ſente, vel ſit tempus inueſtiturę ſiedę, vel quæ hodie duret, fue-
rit finitum in futurũ, quòd talis inueſtiens, vel qui in futurum,
inueſtiet, & eorum, & cuiuſcunque eorum hæredes, & haben-
tes cauſam ab eis inducantur in poſſeſſionem prædictæ rei, pe-
nes quemcunque fuerit poſſeſſio vel detentatio talis rei ſine a-
liquo libello, vel petitione ſolemni: dum tamen prius conſtet,
quòd inueſtiens, & qui talem inueſtituram fecit, vel faciet, te-
nuerit & poſſederit tempore inueſtituræ: vel quòd inueſtitus
fuerit in poſſeſ. vel detentatione talis rei, de qua facta fuerit vel
fiet inueſtitura, poſt ipſam inueſtituram omni iure ſaluo poſ-
ſeſſori detentori in re, & ad rem contra illum, qui inductus fue-
rit in poſſeſſionem, & quòd in caſibus prædictis, & in quolibet
prædictorum ille, cui ſic fuerit euicta, habeat regreſſum contra
ſuos datores, fideiuſſores, mandatores, & interceſſores, & cu-
iuſque eorum hæredes, & pignorum poſſeſſores, ac ſi legitimè
eſſent euicta ſummariè, & ſine aliquo damno, libello, vel peti-
tione ſolemni, dum tamen ſemel congruo tempore facta fue-
rit denuntia ſuis datoribus, & bona talium ſint obligata, ac ſi le-
gitimè facta fuerit euictio. Rubrica de pœna conducent. rem à
duobus, vel inueſtituram accipient. Item ſtatutum eſt, quòd ſi
aliquis acceperit in locationem rem aliquã ab aliquo, & ipſam
rem poſtea conduxerit, vel in locatione acceperit ab alio inſci-
ente primo locatore, puniatur in lib. 25. impe. & nihilominus
primus locator intelligatur poſſidere, & ſibi res liberè reſtitu-
antur, iudicis officio, & abſque lite. & eodem modo fiat, ſi con-
ductor finito termino locationis nõ reſtituat rem liberè locan-
ti, dato quòd à ſecundo non conduxerit, vel ſi colonus, inquili-
nus perdiderit, vel interuerterit poſſeſſionem domus, ſeu rei lo-
catæ, dum tamen prius in caſibus prædictis, vel in aliquo prędi-
ctorum probetur locatorem poſſediſſe tempore locationis,
vel poſt locationẽ conductorem ſtetiſſe in detentatione rei lo-
catæ: & ſi poſſeſſio, vel detentatio in quocunq; caſu penès con-
ductorem non reperiatur, ſed penès tertium quocunque mo-
do, locator ponatur in poſſeſſionem per iudicem viſo inſtru-
mento locationis, vel per teſtes probata locatione, dummodo
conſtet, quòd locator poſſidebat tempore locationis, vel quòd
conductor fuerit in detentatione rei locatæ breuiter poſt, &
ſummatim ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſine aliqua petitio-
ne. Et quæ dicta ſunt de conducente, habeant locum in inueſti-
tura à duobus recipientibus inſolidum, niſi per duos præſentes
fieret dicta inueſtitura, vel alterum inueſtientem ſuo nomine,
& nomine alterius. Et etiam in eandem rem à duobus precario
nomine recipiẽtibus, vt in inueſtitura dictũ eſt ſuperius. Et idẽ
in effectu cauebatur in ſtatutis veteribus factis durante inueſti-
tura, de qua ſupra ſit mẽtio. Rubrica, quòd poſſeſſio bonorum
tranſeat in hæredem. Item ſtatutum eſt, quòd mortuo aliquo,
poſſeſſio bonorum hæreditariorum mortui tranſeat in hære-
dem eius ſine aliqua apprehenſione. Et ſi quis, qui non fuerit
hæres, ingrediatur poſſeſſionem bonorum hereditariorum, in-
greſſus ſit nullius momenti, & ſoluat pro banno ſolidos centũ
impe. Et quòd quilibet poſſit hæreditatem ſibi delatam tam ex
teſtamento, quàm ab inteſtato repudiare, & ab ea abſtinere.

CONSILIVM CCCXXV.

1 *Inquilinus vel colonus, ſi interuerterit, vel tradiderit vendendo, & tra-
dendo alteri poſſeſſio. & iam ſint 30. ann. elapſi, & vltra, an locator, vel
hæres eius perdat beneficium ſtatutorum, de quibus hic &c.*
2 *Statuta principum, & populorum ſunt iuris ciuilis.*
3 *Reſtitutio in integrum an poſſit peti verbo ſolo, & incidenter.*
4 *Poſſeſſio quot modis interuerti poſſit.*

1 In Chriſti nomine. † Dubitabatur primo,
nũquid ſi inquilinꝰ, vel
colonus interuerterit, vel tradiderit vendendo, & tradendo al-
teri poſſeſſionem iam ſunt 30. an. elapſi, & vltra. locator, vel he-
res eius perdat beneficium dictorum ſtatutorum: cum tamen
dictus interuerſor, vel traditor ſemper ſoluerit annuum cẽſum
domino, & videtur quòd ſic: quia ſiue ex dictis ſtatutis deſcẽdat
condictio ex lege, vt C. de acquir. poſſ. l. fi. ſiue officium iudicis,
vt ff. ſi mulier ventris nomine. l.1. §. neceſſariò. certum eſt, quòd
contra vtrumque iſtorum remediorum præſcribitur ſpatio 30.
ann. vt C. de edicto diui Adriani. l. edicto. §. fin. & quod nota. C.
de præſcriptione 30. annorum. l. ſicut. & ff. de ver. ſi. l. pecuniæ.
§.1. omnis enim querela, ſiue ciuilis, ſiue criminalis tanto tem-
pore tollitur, vt not. C. de falſis. l. querela. In contrarium argui-
tur: nam videtur, quòd res non eſt præſcripta: quia locator nun-
quam amiſit poſſeſſionem, nec ſciuit de interuerſione, vel pro-
ditione, nec ſuſpicatus ſe poſſe repelli: cùm hoc non ſit inten-
tatum, nec probatum, ergo per continuationem ficti, ſiue cen-
ſus retinuit poſſeſſionem, vt ff. de præſcriptione triginta ann. l.
malè agitur. ff. quibus modis vſusfruct. amittatur. l. Pomp. item
iſta videntur de præſcriptionibus, quæ non incipiunt currere
hæreditati iacenti, nec hæredi ignoranti, vt C. de temporib. in
integrũ reſtit. l. ea, quæ. quia qui non negligit, non læditur tem-
poris curſu, vt not. in Auth. de app. in prin. item iſtud officiũ iu-
dicis eſt prætorium, arg. ff. ne vis fiat ei. l. ſi quis miſſum. & bene-
ficium prætoris nunquam præſcribitur contra ignorantem, vt
not. inſtitu. de perpetuis, & temporalibus actionibus, in princ.
& l.2. §. dies. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. Di-
cet aliquis, imo iſtud tempus currit ignoranti, ſicut currit ab-
ſenti, qui præſumitur ignorare, vt C. de pręſcriptione 30. anno-
rum. l. ſicut. & l. ſi. C. de præſc. longi temp. & ſi tu dicas, iſtud re-
medium eſt prætorium. Reſpondeo, imo eſt de iure ciuili: quia
2 municipale.† Nam ſtatuta populorum iuris ciuilis ſunt. ff. de
iuſt. & iur. l. omnes populi. & eodem modo ſtatuta principum,
vt l.1. ff. de conſtitu. principum. & not. inſtitu. de actio. §. ſed iſtę.
An enim remedium ſit de iure ciuili, vel prætoris, poteſt conſi-
derari dupliciter, vno modo, prout eſt in termino, à quo, & in
eo, qui ſtatuit: & tunc prædicta remedia ſunt de iure ciuili pro-
dita. Alio modo, prout eſt in termino in quo, id eſt, in eo, qui
intentat remedium: & tunc omne officium iudicis eſt remediũ
prætorium viui: ſed quantum ad tempus præſcribendi inſpici-
tur, prout eſt in termino à quo, vt inſtit. de perpetuis & tempo-
ralibus act. in princ. item dicet aliquis, dato quòd ſit præſcri-
ptum, competit reſtitutio in integrum propter iuſtam ignoran
tiam, vt not. Dy. ff. de verb. obligat. l. ad diem. tunc arguo ſic, per
præſcriptionem non tollitur officium iudicis ipſo iure, ſed opę
exceptionis, vt ff. de act. & obl. l. obligationum ferè. §. placet. ſic-
ut nec per pactum maximè tacitum: ergo nec per negligẽtiam
ſimplicem: quia non plus poteſt negligentia, quàm conſenſus
expreſſus, ergo nõ poteſt plus pręſcriptio, quàm pactum, vt no.
3 Cyn. in l.1. de anna. excep.† Hoc ergo præſuppoſito, in modum
Q replica-

replicationis poterit peti reſtit. in integ. infra quadriennium à
die ſcientiæ numerandum, vt ff.de iureiu.l.nam poſtea. §.ſi mi-
nor.& poterit peti verbotenus, & incidenter: quia non indiget
alia probatione, cum ignorantia præſumatur, vt dicit lex illa no
tabilis, ff.de auth.tu.l.deſcendentem.& glo.ff.de interroga.act.
in rubrica.tamen non inuenio hic in act.petitum, & quia forte
officium iudicis pręſcr.30.annorum, tollitur ipſo iure, arg C.de
iudicijs.l.properandum.§.fin.Conſidera circa id: quod ſubſtan-
4 tialiter tactum eſt ſuperius de interuerſione poſſeſſionis. † Nã
quatuor ſunt caſus ſecundum Ioannem. Nam aut colonus re-
linquit agrum, & ex hoc ſolo dominus nõ perdit poſſeſſionem,
cum alijs non acquirat eam. Aut perdit patiendo ſe expelli ha-
bito tractatu cum expulſore, & idem, vt C. de acq.poſſ.l.exem-
plum.etiam quando perdit, eſt, quando non ſolum ſimpliciter
recedit, ſed ea intentione, vt alius ingrediatur, & alius ingreſſus
eſt: quia contra dominum machinatur. Aut deijcitur inuitus, &
ſine fictione, & tunc dominus perdit poſſeſſionem, ac ſi ipſe-
met repelleretur: quia colonus & dominus cenſentur eadem
perſona: & quia colonus eſt organum domini, & ſuper pedes e-
ius fundat ſe dominus, ff.de acqu. poſſ.l.peregre. §.quibus. Aut
tradit alteri, & tunc dixit Io.quòd dominus perdit poſſeſſionẽ.
ſed moderni tenent cõtrarium: quia colonus non poſſidet, vn-
de alteri tradere non poteſt poſſeſſionẽ, vt plenè legitur, & no-
tatur C.de acq.poſſ.l.cum nemo.& per Pet.& Cy.in l.fi. Aduer-
te hic: quia poſito, quòd eſſet vera opin. Ioan. tamen debet in-
telligi, quãdo colonus corporaliter, & re ipſa tradit, ſecus enim
ſi precariò, vel fictè: quia nihil valet precarium, cum non poſſi-
deat, vt ff.de acq.poſſ. l.quod meo. vnde iſtud eſt potius ꝓdere,
quàm tradere. Tunc arguo ſic: dominus non deſinit poſſidere,
ergo non præſcribitur contra eum, niſi poſt longam negligen-
tiam, vt not.in l.1.C.de fur.& per Dy.in c.ſine poſſeſſione.vnde
ſequitur, quòd 30.anni non ſunt decurſi à die negligentię: & ſic
non eſt præſcriptum, quemadmodum nõ eſt præſcripta res, ita
nec actio, vel officium iudicis: quia ex quo durat principale, du-
rat acceſſorium, vt no.Cyn.in l.1.C.de annali excep.in quæſtio-
ne de communi diuidun.Et ſecundum prædicta debet intelligi
glo.quę eſt in d.l.cum nemo.& iſta ſunt ſatis ſubtilia.Et per hũc
modum diſputandum videtur, quòd cõtra do.Vgolinum agen-
tem nullatenus ſit pręſcriptum: cum ſemper fuerit in poſſeſſio-
ne pluſquam ciuili inducta per legem municipalem, quæ dicit,
cõtinuari poſſeſſionem defuncti in hæredem ipſo iure. illud eſt
certum, quòd contra poſſidentem nõ præſcribitur, & dicta lex
malè agitur. Item dicta lex vltima. C.de acq.poſſ.non habet lo-
cum ſecundum quoſdam in conductore ad lõgum tempus, qui
habet vtile dominium, & vtilem naturalem poſſeſſionem.vnde
ad inſtar vſufructuarij proprietario nũquam præiudicat, quan-
do ſemper ꝓprietarius ciuiliter poſſideat: quia cuiuſlibet poſ-
ſeſſio per ſe decernitur, vt no. ff.vſufru. quemadm. caueat.l.1.in
fi.& l.1.§.deijcitur. ff. de vi, & vi ar. Super his punct.non inſiſto:
quia ſiue teſtes ſint veri, ſiue falſi, tamen eſt vnus teſt.omnino
verax, cuius teſtimonium verificatum eſt per ſtatutum. Et ideo
ſufficit ad victoriam cauſæ, ſaltem quòd ab illo poſſederunt 30.
ann. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXXVI.

1 *Facta per Regem Romanorum an valeant, ac ſi iam eſſet coronatus.*
2 *Tria canonicant actus ſ.poteſtas, voluntas, & modus.*
3 *Deus poteſt omnia, ſed non peccare.*
4 *Feudatarius ligius Imperij, qui non tenetur iurare fidelitatem, niſi Imperator mandet, quod iuret fidelitatem alteri, & poterit natura feudi immutari, & ſic facere, quòd teneatur pluribus inſolidum fidelitatem iurare.*
5 *Beneficia, quæ tranſierunt in ſuum perfectum eſſe, an poſſint reuocari, ac reſcindi ſine cauſa.*
6 *Princeps quæ poſſit.*
7 *Quæ ſit propria natura verborum.*
8 *Territorium & diœceſis in quo conueniunt & differunt, & quid habeant amplecti.*
9 *Verba generalia quid comprehendant.*
10 *Filius ex contractu Imperatoris obligatur.*

*Adde conſilium ſequens.*

In Chriſti nomine. Rex Romanorũ in ve-
rum principatũ, & Du-
catum creauit, fecit, & erexit de plenitudine poteſtatis, & ex
certa ſcientia multas, & multas ciuitates Lombardiæ cum om-
nibus ſuis diœceſibus, diſtrictis, & comitatibus, ac marchiona-
tibus: creata itaque dicta Illuſtriſſima dignitate de eadem, & his
omnibus pleniſsimè prouidit, intitulauit, & conceſsit in feudũ
nobiliſſimi, & Illuſtriſſimi Ducatus Sereniſſ. Principem domi-
num dominum Ioannem Galeacium nonnullas ex his ciuitati-
bus, & diœceſibus tenentem, & poſſidentem, & à ſacro Roma-
no Imperio recognoſcentem, & quantum pertinet ad ſupremã
iuriſdictionẽ Sacri Imperij Romani mandans, vt omnes, & ſin-
guli barones, & marchiones, comites, & alij vniuerſi tenentes
aliqua feuda, marchionatus, comitatus, conceſſiones, iuriſdi-
ctiones, iura, & regalia quæuiſcunque in ducatibus, & diœceſi-
bus ſupradictis, eas deinceps recipiant, & cognoſcant ab ipſo
Illuſtri domino Ioanne Galeacio, & ſucceſſoribus ſuis: adiecta
finali clauſula, non obſtantibus quibuſcunque legibus, infeu-
dationibus, conceſſionibus, iuribus, cõſtitutionibus, &c.Mo-
dò præſupponitur, quòd quidam nobilis ex vicariatu, vel con-
ceſſione Imperatoris tenet quandam ciuitatem, quæ nõ eſt in-
ſerta in priuilegio dicti domini cum parte cuiuſdã diœceſis exi-
ſtente in territorio cuiuſdam alterius ciuitatis ei conceſſę, quę-
ritur, vtrum illa verba, de diœceſibus referãtur ad diœceſes ci-
uitatum non conceſſarum, vt ſic diœceſis in illa parte remaneat
ſub priori domino, ſicut conſueuit poſſideri ab eo, an verò trãſ-
lata ſit in iuriſdictionem, & poteſtatem dicti principis glorioſi
de nouo creati, ita quòd tenentes debeant ab ipſo recognoſce-
re, vel relaxare ſecundum ſuum beneplacitum, & nouo more:
primò ponam opinionem meam, ſecundò defendam ab obſta-
1 culis & obiectionibus cõtrarijs.† Et dico, quòd Rex Romano-
rum, licet non ſit Imperator formatus, tamen eandem poteſta-
tem habet, ac ſi eſſet formatus per impoſitionẽ coronæ ſecun-
dum opinionem communem legiſtarum: quia corona nihil ad-
dit Imperatori, niſi corruſcationem.Et hoc præmiſſo pro vero,
ita eſt obediendum Regi Romanorum, ſicut Imperatori iam
coronato, vt not.in l.bene à Zenone, per Iac.de Are.& Cy.co-
rona enim eſt ſignum cuiuſdam demonſtrationis, & gloriæ: ſed
non eſt ſubſtantia eſſentiæ, quæ in electione initiatur, & in con
firmatione ſubſtantiatur, licèt in coronatione ſuſcipiat incre-
mentum maieſtatis & honoris: & ſi Rex Romanorum ante co-
ronationem poneret hęc verba, Imperiali maieſtate, eſſet ſtilus
falſus.dico igitur, quòd quicquid Rex Romanorum decreuit,
quod non ſit contra ſtatum maieſtatis Imperij, eſt validũ, & fir-
ma poteſtate ſubnixum.vnde ſi Rex Romanorum domino no-
ſtro duci dedit, ordinauit, & conceſſit, ꝙ ei obediretur tãquam
ſibi, appoſitis clauſulis.Nõ obſtãt.Nemo debet dubitare, quòd
marchiones, & quacunq; poteſtate præditi, & multo magis po-
puli tanquam oues gregis tenentur ei obedire formaliter, & to
taliter in capitulis expreſsè mandatis, & etiã in alijs, ſi cum alia,
quæ non ſunt ſpecificata, veniant in cõſequentiam, vel ſint ra-
tionabilia.& licèt pro eodem feudo non debeat duobus, & bis
iurari fidelitas: tamen ſi Imperatori hoc placet, obediendũ eſt,
& maximè propter perfidiam, vel negligentiam ſubditorum.&
ita concludo, quòd Magnifico Principi noſtro debet formali-
ter, & totaliter obediri in his, in quibus eſſet obediendum Im-
peratori, ſi eius perſona principaliter, & perſonaliter intereſſet
in Italia.ad quod probandum ſequitur, vt infrà, & ad huius quę-
2 ſtionis difficilem intelligentiam † conſideranda ſunt principali-
ter duo.ſ.poteſtas regia, & voluntas, certè etiã & modus: qa hęc
tria canonicant oẽs actus, ſ.poteſtas, volũtas, & modus: nam ſi-
ne potẽtia nihil ad actũ deducitur, & ſine volũtate nihil cõſen-
ſu perficitur, & ſine modo nihil in finẽ ſuũ dirigitur. Quò ad pri
mum, ꝙ id poſſumus, quod de iure poſſumus, vt ff.de ver. ſig. l.
nepos Proculo.Item certum eſt, ꝙ potẽtia eſt principiũ cuiuſ-
cunque effectus, adeo quòd vbi deficit potentia, in qua inſpici-
mus initium, quicquid geritur, incongruum reputatur, vt ff.de
leg.3.l.1.§.ſi filius.ff.de regula Catoniana. l. 1.ff. de verb. oblig.l.
inter ſtipulantẽ.§.ſacra. ff.de ſeruis exportãdis. l.ſi minor. Quò
ad ſecundum, ſ.de voluntate eſt certum: quia conſenſus, & vo-
luntas ſunt radices actuum humanorum, & eam ſubſtantiam
vocamus: quia ſine ea nulla eſt ſubſiſtentia, vt ff.de act. & oblig.
l.obligationum ſubſtantia.ff.de pac.l.1.§.conuentiones. omnis
enim actus beneplaciti eſt ſine anima, ſi non eſt formatus con-
ſenſu: & caret ſpiritu eſſentiali, vt ff. ſi cer. pet. l.ſi ego. & l.non
omnis. Quòd ad tertium, ſcilicet de modo ſatis patet: quia vbi
non tenetur modus ordinatus, ibi non poteſt quis adipiſci fi-
nem: quia deſtructo modo deſtruitur ordo, & ordinatum nihil,
vt in



vt in Auth.de hæredi.& falc. §.inordinatum. & extra de reſtitu.
ſpol.c.Piſanis.& extra de reſcrip.c.cum dilecta. ff.de conſti.pe-
cu.l.1.§.1.vnde dicit verſus.Eſt modus in rebus, ſunt certi deni-
que fines, &c.vt no.ff.de verborum oblig.l.ſi ita quis.§.lege. di-
cit Ariſtoteles, duo ſunt, per quę bene contingit hominibus in-
tentionem poni rectè, & aſſumi modos ducentes ad finem, &
iſta verba deberent eſſe ſcripta in pectore regum. Et Boetius
dicit, quòd duo ſunt, in quibus rerum intentionalium conſiſtit
effectus, poteſtas.ſ.ac voluntas.Dicitur autem propriè poteſtas
legitimè poſſe: non enim poſſumus, quod cũ iniuria poſſumus.
3 natura hoc poſſe potentia non eſt: ſed deficientia quædam.† Et
ideo Deus omnia poteſt, tamen peccare non poteſt: hinc eſt, ꝙ
conditio turpis non dicitur poteſtatiua, vt ff. de cõditionib. in-
ſtitutionum.l.filius.& lex dicit, quòd ea, quę ad turpem cauſam
referuntur, non debent ad effectum perduci, vt ff.de annuis le-
ga.l.5.§.Pomp.& ff.de cond.inſt.l.quidam ſuo. Porrò ſuper iſto
primo euidentali cõſiſtit vna ſubſtantialis particula eius, quod
quæritur: vnde talis quæſtio ſubijcitur ad intelligentiam præ-
4 miſſorum.† Pone, quòd ego ſim feudatarius ligius Imperij, ita
quòd ex natura feudi ligij nõ teneor iurare fidelitatem, niſi Im-
peratori.Pone, mandat mihi Imperator, quòd iurem fidelitatẽ
alteri, retenta ſibi nihilominus fidelitate ſuprema, nunquid po
terit naturam feudi immutare, & me grauiori ſeruituti ſubijce-
re? nunquid poterit pro vno feudo facere iurare fidelitatẽ plu-
ribus inſolidum? Certum eſt, quòd grauior eſt ſeruitus, quæ de-
betur pluribus, quàm quæ debetur vni, nunquid poterit Impe-
rator ſubuertere omnes conſuetudines feudorum, & omnem
æquitatem naturæ rationalis: nunquid in vniuerſo poteſt ſubij-
cere omnes leges mundi. Nunquid poterit procedere in infini-
tum & immediatum vaſallum Imperij, vt eum faciat immedia-
tè vaſallum Regis Francorum? & ſic in infinitum poterit ſubal-
ternare vaſallum vaſallo: periculoſum & hoc tenere.reſcindere
enim, vel minuere conceſſa, vel ea alterare ſumma iniquitas eſt.
Et quod alteri vis fieri, patere, ſi tibi fiat, vt C.de reſcind.vend.l.
ratas.quam legem ponderandam puto, quia docet moralitatẽ,
quæ eſt ſumma ſummarum in regimine mundi, vt inſtit.de iure
nat.§.ex non ſcripto.& iſte Rex Romanorum quantum ad ver-
ba ſua pertinet, reuocauit omnes gratias aliorum Imperatorũ,
& omnia beneficia conceſſa ab ipſis, quatenus obſtarent præ-
5 ſentibus.† Nunquid ergo beneficia, quæ tranſierunt in ſuum
perfectum effectũ, poteſt reſcindere ſine cauſa: ſi dicimus, quòd
ſic, malum conſilium capimus pro domino noſtro, & eius filijs:
quia nos videmus, quod mortuo vno principe ſuccedit alius al-
terius voluntatis.Item & forte ipſe idem mutaret voluntatem,
& propoſitum.& ideo credo potius ſtãdum ſimplicitati, & bo-
næ fidei, quòd legitimè inueſtiti non poſſint diſueſtiri ſine cau-
ſa, vt in c.1.de natura feudi. Et ſi dominus malo ordine procedit,
recurri debet ad pares curiæ. & ſi hoc non ſufficit, bellum geri
poteſt, vt in c.1.de vaſallo milite, qui contumax eſt.hoc dico per
modum motiui, vt dem materiam non ſolum cõſiderandi quid
iuris, ſed quid vtilitatis exiſtat. nam qui diligit dominum ſuum,
debet habere oculos profundos, vt non ſolùm videat ſuperfi-
ciem pelagi, ſed profundum, vbi non eſt tutum nauigare. Au-
denter loquor: quia dicit Seneca, hoc ſolo priuantur magna fa-
ſtigia: quia præ timore, vel nimia reuerentia non eſt, qui verum
dicat.ſed coram domino noſtro propter ſuam clementiã, vnuſ-
quiſq; audacter loqui poteſt, quod bonum eſt, maximè ſibi, &
ſtatui ſuo, & sereniſſimorum filiorum ſuorum. dixit quidã Rex,
non trado filijs meis amplius Regnum: ſed firmius, & diuturni-
us; quia bene fundatum. Cogitandum eſt ergo ſuper prædictis,
quid deceat, & quid expediat non omittendo, quin tententur,
quæcunq; poſſunt tentari: quia nemo debet ius ſuum indiſcuſ-
ſum relinquere, vt ff.de pet.hær. l.illud. & cum venit ad pacem,
vniuerſa trutinari oportet: quia quæ relinquuntur in morbis,
6 poſt criſim, ſubuerſionem facere conſueuerunt.† Dicunt Do-
ctores, quòd Imperator non poteſt ſibi legem imponere, vnde
priuilegium ſuum princeps, qui illud conceſſit, poteſt cõtrario
imperio reuocare, & ſi non de lege ordinata, tamen de potẽtia
abſoluta, vt in Auth.de defenſoribus ciuitatũ.§.interim.vt inde
procedat priuatio, vnde proceſſit habitus, & collatio, maximè
cum priuilegia ex ſolius principis voluntate dependeant, & li-
berum arbitrium alij, vel ſibijpſi non poſſit auferre, vt ff. de fi-
deic.liber.l.Lucius.in Auth.de defenſoribus ciuitatum.§.inte-
rim.C.de ſac.ſan.eccl.l.1.ff.de leg.3.l.ſi quis in prin. teſtamenti.
& quod not.ff.de reg.iur.l.quoties vtriuſq;.ſubditus ergo ſem-
per hunc timorem debet habere præ oculis, quemadmodum
ſcriptum eſt, ſeruite ei cum timore, & exultate ei cum tremore.
ſuper hoc tamen non inſiſto, ſed remitto ad ea, quæ no.Cyn.C.
de legibus.l.digna vox. & qđ notatur in Auth. quomodo opor-
tet epiſcopos.in princ.ſed ego non credo, ꝙ ita fragilia ſint, quę
princeps facit authoritate Dei, niſi facta exorbitarent: quia im-
munitatis prohibitæ à iure facta conceſſio nullum modum af-
fert, vt C.de agri.& cenſi.l.immunitates.lib.11. & ff. de vacatio-
ne munerum.l.ſub munere.& l.his honoribus. in prin. & C.de
pet.bo.ſubla.l.vnic.lib.10.C.de operibus publicis. l. ſi quando.
C.de decur.l.vacuatis.Præterea princeps poteſt ſe ſubijcere ra-
tioni, vt ff.de iuriſd.omn.iud.l.eſt receptum.ergo ſi contrarium
facit, nihil agit, quia princeps aſtringitur materiæ ſubiacenti, q̃
ita poteſt, vel non poteſt, ſicut eſt apta poſſe, vel non poſſe, vt ff.
de leg.3.l.quæſitum. §.illud. & no. extra de iureiu. c. intellecto.
Finaliter concludo opin.meam, quòd his, quæ fecit ipſe, vel ſui
anteceſſores legitimè, non poteſt ſine cauſa derogare; quia to-
tum eſt vnum imperium: vnde non debet contradicere ſibijpſi.
hoc tamen non dico pro cõſtanti, niſi ita videatur alijs pruden-
tioribus: nam iſta eſt controuerſia, de qua nunquam fuit facta
pax apud intellectiuos. veruntamẽ caſus noſter principalis ſtat
in conceſſo actu perſeuerante, & ideo magnificum Imperiũ do-
7 mini noſtri ſtat in ſua ſtabilitate firmiſſimum.† Deſcendo ad ſe-
cundũ paſſum, & præſuppono, quòd illa eſt propria natura ver-
borum, quam ratio & ſignificatio recti ſermonis includit: nam
ſignificatio trahitur per rei naturam ſubſtantialem, ſine qua in-
tellectus remouetur ab intelligibili, vt ff.de au. & ar.leg.l.Plau-
tius.ff.de ſuppellectili leg.l.Labeo. §.idem Tubero. l. ſi quis fi-
lium proprium.in fi.C.de lib.præt.vel exhær. & tũc verba pro-
priè accipiuntur, quãdo notabiliter interpretantur, vt ff.de ver.
ſig.l.nepos Proculo.& l.quiſquis mihi. C. de his, qui veniã æta.
impe.l.fi.ff.de cond.& dem.l.fideic.ff.de iu.fiſci.l.ſtatius.§.Cor-
8 nelio.ff.de verb.obl.l.ex ea parte.§.inſulam.† Item certũ eſt, ꝙ
diœceſis, & territoriũ ſunt nomina vniuerſalia, vt ff.de ver.ſign.
l.pupillus.§.territorium.Item diœceſis, vt extra de reſcriptis.c.
Rodulphus.ex his arguo, ſi verba ſunt propriè intelligẽda, cer-
9 tum eſt, † ꝙ verba vniuerſalia cõprehendunt, quicquid eſt inter
fines vniuerſitatis, ita ꝙ nulla pſona. & nullus locus excipitur,
vt ff.de oſt.præſe.vrbis.l.1.§.cum vrbẽ.in verbo quicquid.vbi vr
caſus pro dño noſtro, nec refert in cuius territorio: ſed in cuius
diœceſi: quia iſte non ſolũ eſt modus eſſendi, ſed modus ſignifi-
cãdi attributus ab intellectu, quinimo ab ipſius rei natura, vt ff.
de acq.poſſ. l.3. §.1. & ff.de leg.3. l.patronus. §. 1. & ff.de leg.2.l.
Gaius.§.fi.& l.ſi fundus.ff.de contrah.empt.l.1.ff.de leg.3.l.præ-
dijs.§.balneas.& §.qui domũ.nam cum conſtet de corpore, ni-
hil eſt diminuendũ de iure: quia totũ eſt vnum integrale, & vni-
cum intellectuale, & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri,
vt ff.de vſuc.l.eum, qui ædes.Item certum eſt, ꝙ in toto iſto pri-
uilegio ſunt verba generalia verbis aliquibus ſpecialibus non
coarctata, & ideo intelligenda ſunt, prout iacent l.1. §. & gene-
raliter.ff.de lega.præſtan.& ff.de aleatoribus. l.1. §.quòd autem.
ff.de teſt.mil.l.in fraudem.§.fi.& §.vlt.ff.de leg.3.l.hoc legatum.
ff.de ſupp.leg.l.fi. & ſi dicatur, quòd imo non debent ſic inter-
pretari verba principis, vt trahantur ad alienam iniuriam, vel
grauamen, vt ff. ne quid in loco pub. l. 1. §. ſunt qui putant. ſed
iſtud ſapit grauamẽ, vt ff. de admin.tut.l.impuberi. & ff. de teſt.
mili.l.cum filius.§.fin. Vbi dicitur, quòd qui non poteſt ius alte-
rius tollere, non poteſt minuere, vt eod.tit.l.dotalem. & ibi et-
iam no.expreſsè, ꝙ priuilegium nõ tollit priuilegium radicatũ:
eſt enim primum priuilegiũ, & ideo nõ aboletur per poſterius.
Reſpondetur, ꝙ hoc faciunt verba priuilegij. Item ſi dicatur, ꝙ
ſecundũ priuilegiũ non tollit primũ, ad hoc ſimiliter reſpõde-
tur per verba priuilegij: nam dictæ rationes optimæ ſunt in caſu
dubio: id eſt, quando verba ſunt obſcura, vel mens incerta: ſed
vbi ſumus certi de verbis & mente, ibi non eſt tractandũ de in-
terpretatione reſtrictiua. vnum tñ eſt conſiderandũ, ꝙ ſpecia-
liora generalioribus præiudicant, vt plene notatur extra de re-
ſcrip.c.1.& C.de ſilentiarijs.l.decurionibus.li.12. Et ideo opor-
teret videre tenorẽ priuilegij alterius partis: ſed niſi appareat,
ſtandum eſt priuilegio principis noſtri, vt extra de priuile. cap.
10 porrò.ſemper ſuppoſita poteſtate Regis Romanorum.† Si aũt

non eſt per modũ priuilegij,ſed cõtractus,dico,ꝙ ex contractu
Imperatoris obligatur fiſcus,C.de quadrien. præſcrip. l. bene à
Zenone. quam obligationẽ Imperator non poteſt reſcindere;
quia eſt de iure naturali.& hoc caſu in principe nõ præſumitur,
quando venit contra fidẽ debitam ratione cõtractus,vt ff.man-
da.l.dolus.& ideo efficax non eſt,quod ſub tali prætextu fit, vt l.
1.in fi.ff.de exceptione doli. & ff.de decretis ab ordine faciẽdis.
l.ambitioſa.& ibi perBar.examinatur,an cauſa procemialis prę-
ſumatur vera,nec ne,& maximè hoc dico,quando continet di-
ctum alterius,vt in c.1.Ex quibus caſib. feudum amittatur. coll.
10.Si Papa cõmittit iuriſdictionem alicui, nihilominus retinet
ſibi eandẽ,& maiorẽ,de præb.c.dudum.lib.6.niſi pro bono pa-
cis permittat expreſsè contrariũ,de pace Cõſtantiæ.c.Rex Ro-
manorum.§.ſuper his. Allegationes domini Baldi de Peruſio.
Ad idem,quod in conſilio præcedenti,& in conſi.274.

CONSILIVM CCCXXVII.

1 *Feudum quis contractus ſit.*
2 *Cõtractus cũ principe factus an valeat: & an illũ princeps reuocare poſſit.*
3 *Celeſtinus quod de mane concedebat,de ſero reuocabat.*
4 *Imperator non poteſt mutare ſtatum , nec minuere honorem veterum va-ſallorum.Similiter in his,qui perpetuo conduxerunt.*
5 *Dominus an poſſit vaſallum inuitum in alium transferre, vel ipſum alteri delegare.*
6 *Quod non eſt tranſmiſsibile,non eſt delegabile,nec ceſsibile.*
7 *Iuramentum fidelitatis duplex eſt.*
8 *Iudex competens in cauſa feudi quis ſit.*
9 *Naturaliter ineſt hominibus non fieri libertatem ſuam deter.*
10 *Obedire Imperatori qui teneantur.*
11 *Vendita vel conceſſa ciuitate, videtur conceſſa iuriſdictio.*
12 *Feudo conceſſo duobus vni poſt alterum vter ipſorum præferatur.*
13 *Princeps an idem poſſit,quod Imperator.*

In Chriſti nomine. Pridie .n. conſului ſub
ſigillo,viſis conſilijs do-
mini Chriſtophori,domini Pauli de Artionibus , & multorum
aliorum ſapientum , dominus Papa nõ poterat reuocare feudũ
conceſſum illi nobili de Lucino:& ſicut nõ poteſt reuocare, ita
non poteſt grauare,nec aliquod aduentitiũ onus apponere: qa
pfecta donatio nec tolli,neq; mutilari poteſt,nec aliquid ei ad-
ijci,vt C.de don.q̃ ſub modo.l.perfecta.de fi.inſtr. l.contractus.
1 †itẽ feudũ eſt cõtractus innominatus ſecũdũ quoſdã,vel nomi-
natus ſecundũ alios,vel ſaltẽ anomalus in ſuo eſſe perfectus , &
perfecto actui nihil addi,vel detrahi poteſt, niſi de cõmuni con
ſenſu partiũ,vt C.de ac.& obl.l.ſicut.itẽ beneficijs iuuari,decipi
nõ oportet,vt ff.como.l.in cõmodato.§.ſicut. & C.de his,ꝗ ve-
2 niã æta.impe.l.1.†item iam nullus eſſet cõtractus cũ principe,ſi
penderet reuocatio & ſubſtãtia,ex ſolius eius volũtate, vt C.de
contrah.emp.l.in emẽtis.& ſic male cõtraheretur cũ principe,
& eſſet quodãmodo ei interdictũ contrahere, quod ridiculũ eſt
dicere,vt l.bene à Zenone,cũ ſua materia.ſic in c.decet. de reg.
iur.lib.6.Sane principũ diſpoſitiones debent eſſe ab omni ma-
litia,& diminutione remotæ,vt in Auth.conſtitutio,q̃ de digni-
tatibus.§.illud. Quid plura? lex dicit,ꝙ antiqua priuilegia debẽt
renouari,non perimi.ff.de aqua quoti.& æſti.l.1.§.permittitur.
itẽ Princeps eſt creatura rationabilis habẽs poteſtatẽ ſupremã:
ſed inquantum eſt rationabilis,debet obedire rationi,vt not.in
3 Aut.de monachis.in princ.†item Celeſtinus,quia de mane con
cedebat gratiam, & de ſero auferret, reputatus fuit animal irra-
tionale,& non homo,vt no.in c.1. de renun. lib.6. in nouel. be-
ne tñ concedo,ꝙ Imperator vel Papa poſſunt creare,& ſuppri-
mere dignitates,vt not.extra de conſtitutionibus, in c.cum ac-
ceſſiſſent. tñ illud eſt verum dignitate vacãte , & dũ dignitas eſt
in abſtracto : ſed ſi cum ſubſtantia , non poteſt ſupprimere ſine
cauſa:quia ius quæſitum alteri,nõ poteſt ſupprimere, ſed de iu-
re ſibi aperto bene poteſt diſponere pro libito voluntatis; vt in
c.1.qui ſucceſſores teneantur.coll.10.itẽ princeps de perpetuo
poteſt facere corruptibile:non tñ in præiudicium alterius, licet
mundi dñs ſit: quia illud intelligitur quo ad bonum,& naturale
regimen, ne iniuriarum naſcatur occaſio, vnde iura naſcuntur,
vt C.vnde vi.l.meminerint.& maxime qa in dubio princeps nõ
intelligitur iura priuatorũ tollere : & maxime verbis generali-
bus vel effuſis, vt C.de emancip.libero.l.nec auus.ff.ne quid in
loco publico.l.2.§.ſi quis à principe.C.de preci.impe.offe. l.re-
ſcripta.ff.de vulga.ſubſti.l.ex facto. & eſt expreſſum in c. ſi pro-
pter ius.de reſcript.lib.6. Præterea diœceſis eſt de appendicijs
ciuitatis, & ideo non conceſſa ciuitati non videntur conceſſa
diœceſi:quia quod iuris eſt in principali , idem in acceſſorio, vt
plene not.in authen.ingreſſi.& ff.de reg.iur. l. cum principalis.
C. communia vtriuſque iudi. l. poſſeſſionum. nam forte fieret
dura ſeparatio,ſi vnum ſepararetur ab altero, quod videtur ini-
quum,ſ.quòd à capite membra diſcedant.item nemo debet ce-
dere iura duobus,vt ff.de leg.1.l.non quocunque. §.qui Gaium.
& ideo Imperator non poteſt vnum altare cooperire, & aliud
decooperire,& qui prior eſt tempore,potior eſt in iure, vt C.q
4 potiores in pignore habeantur.l.aſſiduis.§.excep. † Videtur igi
tur concludendum, ꝙ Imperator non poteſt mutare ſtatũ , nec
minuere honorem veterem vaſallorum,& hoc expreſſum eſt in
Authentico, de referendarijs ſacri Palatij. §. præterea. idem in
his,qui perpetuo conduxerunt, & ſimilibus. quia perpetuarij
ſunt,vnde eorum poſſeſſio debet eſſe inconcuſſa, etiam ſi pro-
prio motu Imperator contrarium ſtatuat:quia fingitur circun-
uentus,ita quòd non poteſt probari contrarium , vt C.de loca-
tione prædiorum,ciuiliũ,vel fiſcalium,ſiue templorũ.l.prædia.
vbi expreſſum,& C.de diuerſis prædijs vrbanis.l.pen.vbi etiam
eſt expreſſum.Non enim vult Imperator vetus ſuũ priuilegium
per inconſtantiam principis aboleri, vnde non valuit emptio
Caſtrorũ Comitis Vgolini, licet eſſet per bullam Imperatoris
confirmata,vt legi.& not.C.de fundis & ſaltibus rei dominicæ,
lib.11.& facit C.de cupreſſis ex luco Daphnes.l.omnes.ibi,ac ne
ſolatio,&c.eodem lib. Nam iuſtitia debet eſſe conſtans, & per-
petua voluntas.& in Principe requiritur potiſſime tanquam in
fonte iuſtitiæ.Iuſtitiam quippe colimus:& boni & æqui notitiã
profitemur,æquum ab iniquo ſeparantes. & inde priuilegium
Principis debet eſſe perpetuum,vt in Auth.conſtitutio,quę de
dignitatibus.§.illud. & no. C.in quib.cau.in integ.reſtit.non eſt
neceſſ.l.1.Item varietas & vacillatio,eſt legibus inimica, & doli
mali materia,vt no.in Auth.de religioſis.§. ſi.vnde maxime con
uenit Regibus & Imperatoribus, illud verbum , ſemel locutus
eſt Deus.& iterum, quod ſcripſi,ſcripſi.vnde Princeps debet ha
bere vnum calamũ,& vnam linguam,& non plures linguas: qa
ſcriptum eſt,quæ proceſſerunt de labijs meis,non faciã irrita.&
ideo debet eſſe immobilis, ſicut lapis angularis: & ſicut polus
5 in cœlo.†Vltimo ſciendũ eſt,quòd quæſtio antiqua fuit,an do-
minus vaſallum inuitũ poſſit in alium trãsferre,vel ipſum alteri
delegare,& videtur ꝙ non : quia nemo delegatur inuitus, vt C.
de nouatio.& de legi.l.1.fallit in dotę fauore mulieris, ſi marito
nihil noceat,ſecus ſi ita veriſimiliter interſit, vt ff. ſolu. mat.l.2.
§.nec cogitur.& hoc ibi tenet dom.Dy.Item gl.ita determinat,
ff.de fideicom.lib.l.inuitus. hoc tenuit Azo diſputando. Idẽ te-
net Pet.& Cy.in d.l.1.C.de nouationib.non obſtat.ff.de leg.2.l.
fi.§.filiæ.reſpõdeo,quòd ibi ſpeciale in dote, imo eſt ibi duplex
fauor,ſ.dotis & vltimæ voluntatis. Sed in contrariũ videtur: qa
dominus poteſt ſeruitutem ſibi debitam in alium transferendi:
niſi talis ſeruitus perſonæ cohæreat,& cum pſona extinguatur,
ita,quòd nec duo concurrant,vt inſtitu.de vſufru.§.finitur. quia
in ſeparabilibus à perſona vera delegatio interuenire non põt,
vt ff.de nouationi.l.ſi vſusfructus. Nam mutata perſona muta-
tur eſſe rei,& duratio,ſiue perſeuerantia eſſe,vt l.vſusfructus.ff.
de ſtipu.ſeruorum.licet cõmoditas facti poſſit alienari , vt ff. de
peric.& comm.rei vend.l.neceſſario.§.ſi. Tunc arguo ſic, poſſe
delegare,quia cohæret directo dominio, & ipſe vaſallaticus eſt
quædam ſeruitus,vt not.ff.de vſufru.l.ſi cuius.in prin. ac domi-
nium,vt realis quædam transferibile videtur, vt C. de hære. vel
actio.ven.l.ſi. Nec requiritur cõſenſus vaſalli abſolutè: quia co-
gitur conſentire remedijs petitorijs,& etiam domeſtica corre-
ctione,vt ff.de fur.l.ſerui,& filij.in prin.C.de patria poteſtate.l.
congruentius.C.de hære.inſti.l.cum proponas. & hanc opi. te-
nent quidam,ſi vaſallo nihil nocet,dicunt autem nocere, ſi de-
legatio ſit inferiori:ſecus ſi ſuperiori: vt refert Cy. vbi ſupra. A-
lij diſtinguunt aliter,nam aut dominus vult in aliũ trãsferre , &
à ſe abdicare in aliũ transferẽdo,& non poteſt,& ita intelligitur
gl.in d.l.inuitus.aut non in totũ,& tunc refert, aut ſeruitiũ ſibi
debitũ conſiſtit ſolũ in reuerẽtia & honore : & hoc nõ poſſit,vt
ff.de condi.inde.l.ſi non ſortẽ. §.libertus.quia qđ non eſt tranſ-
miſſibilẽ,nõ eſt delegabile, neq; ceſſibile, vt l.ex pluribus.ff.de
admi.tut.& ff.de ritu nup.l.nõ ſolũ.§.ſi puellæ.aut ſeruitiũ con-
ſiſtit in præſtando aliquid, quod poteſt alij præſtari de volũtate
creditoris,vt ff.de pigno.actio.l.ſolutũ.§.ſolutam.& C.de exce-
ptionib.l.1.& tũc ſubdiſtinguũt, aut ſeruitiũ eſt certum : & põt
inter-



uenire delegatio.aut incertũ:& non poteſt,quia eſt infor-
me,& obſcurum argm̃.ff.de ope.lib.l.operę in rerũ.fallit,ſi dñs
tali ſeruitio nõ poſſet vti: quia nõ erat ſibi poſſibile de facto, vel
eſſet inutile:quia tunc alteri cedere,& delegare poteſt,ne obli-
gatio talis ſeruitij ſit ludibrio,arg.ff.de oper.liber. l.medicus.&
l.ſi libertus artem.& l.patronus.ita diſtinguit dom.Rayn. Itaq;
ꝙ per alium poſſum facere, per alium poſſum fieri idem,vt fiat
alteri me iubente,argumentum optimum. ff.manda. l.idemq̃;.
§.ſi cui.ita intelligitur quod no.10.colla.de capitaneo, qui curiã
vendidit.ca.in generali. & de l.Corad. c.1.vbi de hoc ſecundum
Rayn.Sed iſta ſua diſtinctio habet locũ,quando debitor cõſen-
tit delegationi,non quãdo eſt inuitus: quia delegatio fit per ſti-
pulationem,& ſic requirit conſenſum promittentis,ſed & illud
aduertẽdum, quòd hic dominus poteſt vti ſeruitio, imo vtitur:
quia recipit cenſum,vt C.de præſcrip.30. annorum. l.malè agi-
tur.& ff.quibus mo.vſusfr.amit.l.Pomponius.C.de agri.& cen-
6 ſib.l.litibus.†Illud etiam conſtat,quòd Imperator non poteſt à
ſe abdicare imperiũ,etiam minimę particulę,quia per minimas
particulas perueniretur ad interemptionem totius,totum di-
uidendo per fruſta,vt ff.de leg.3.l.nomen.§.1.tamen ſi verè con-
ſideremus in caſu noſtro , Imperator nihil de ſtatu minuit , ſed
auget,vt ipſemet atteſtatur in prologo ſui priuilegij , cui crede-
re debemus,vt ff.de hær.inſtit.l.Pacumeuius Androtenus.nam
& ſimile factum fuit in pace Conſtantiæ,vt in c.1.de pace Con-
ſtantiæ.quia ibi Imperator fecit iurari fidelitatem filio ſuo ſe vi-
uo:& tamen donec viuebat pater,filius non erat verus Impera-
tor:ſed regebat vice Imperatoris. & certũ eſt quòd alij Duces,
& Barones obediebant,prout pater præceperat. Sed ab exem-
plis non poteſt ſumi neceſſarium argm̃,vt C.de ſen. & interloc.
l.nemo. Dicet aliquis,ergo Marchiones , qui ſunt de terris dñi
noſtri,non iurabunt ei fidelitatẽ : quod eſt falſum:nam imo te-
7 nentur iurare,vt in c.1.de capitaneo, qui curiã vendidit.† So.du
plex eſt iuramentũ fidelitatis:vnum, qđ quis præſtat tanq̃ vaſal-
lus & feudatarius,vel ſubfeudatarius : & de iſto loquitur q̃ſtio,
vtrũ debeat præſtari , nec ne. Aliud tanq̃ eius ſubditus ratione
originis,vel domicilij.& iſtud ꝓculdubio tenẽtur Marchiones,
& comites p̄ſtare dño noſtro. Porro iſta duo iura differunt for-
maliter:& non ſunt eiuſdẽ ſpeciei:imo valde differunt: quia qui
iurat vt ciuis, licet incurrat periuriũ, non deſinit eſſe ciuis: nec
perdit iura ciuiũ.Sed qui iurat vt vaſallus,perdit feudũ: & reuer
titur ad ſuperiorẽ ſaltẽ per ſententiã : quia non dico, qđ ipſo iu-
re perdat feudũ:ſed demũ cõuicta culpa, & pronuntiata: qa hęc
natura feudorũ, de iſtis duob.iuris habetur 10. coll.qualiter va-
ſallus debeat iurare fidelitatẽ dño.c.vnico. non obſtat dictũ pri
mum capitulũ de capitaneo,qui curiã vendidit : quia ibi loqui-
tur,quando dñs vendidit proprietatẽ vniuerſitatis. Sed Impe-
rator nõ poteſt proprietatẽ à ſe eradicare,vel vendere ; quia nõ
habet eam iure ſuo,ſed iure legis regiæ, & non trãſmittitur, er-
go nec alienatur. & quidẽ Imperator eſt procurator maximus,
tamen non eſt proprietatis imperij dñs , ſed potius officialis ex
eius electa induſtria,vt ff.de curatore furioſi.l.cuius bonis.item
ciuis,quia iurat fidelitatem,& non ſeruat, ſi machinatur contra
principem, etiam vitam perdere poteſt : ſed vaſallus non poteſt
plus perdere, quam feudum ſuũ:nec plus puniri, vt notat Inno.
8 extra de iudicijs.c.cæterum.Item † apud alios iudices examina-
tur culpa vaſalli,apud alios culpa ciuis meri,iudex enim ciuium
eſt iudex ordinarius loci,iudex autem vaſalli eſt per ſe, quia feu-
dum proprios habet iudices,vt in c.1.de cõtrouerſia feudi apud
pares terminanda.& in c.ſi inter.ſi de inueſtitura inter dominũ
& vaſallum lis oriatur.& in c.ſi quis miles.de contentione inter
dominum & vaſallum. Videtur igitur de primo ad vltimum, ꝙ
ſit ſic concludendum,ꝙ ſi quis dominus fecit inueſtituram , vel
cambium de beneficio ſui militis vel Baronis, ſine conſenſu il-
lius,cuius eſt beneficiũ,pro infecto habetur, vt in c.2.quo tem-
pore miles.coll.10.& in c.1.verſi.nam ſi quis.qui ſucceſſores te-
neantur.el 2.& in c.1. de natura feudi. ſuperius allegato. & iam
dictũ eſt ſicut dominus non poteſt auferre, ita non poteſt mu-
tare formam antiquitus cõſtitutam,vt ff.de admi.tut. l.quidam
decedens.in prin.nam cum aliquid additur, vel detrahitur, no-
uum ius efficitur,vt ff.de iuſt. & iure.l.ius ciuile. ff.de verb.obl.
l.1.§.cum adijcit.& per interuentum nouæ perſonæ fieret quæ-
dam nouatio , vel adiectio nouatiua , vt inſtitut. quibus modis
tollitur obligatio. §.præterea. & non ſine magna indignatione
vaſalli: & maximè quando eſt nobilis antiquus , qui nouam ſer-
9 uitutem aſpernatur. † ſicut & naturaliter ineſt hominibus non
fieri libertatem ſuam deteriorem, vt ff. quarum rerũ actio non
datur.l.1.§.quæ onerandæ.& ff.de leg.1.l.plane.la 2.§.1. & arg.ff.
fami.er. l.quædam mulier.& ff.de iure patro. l. Carmelia Pia.&
ff.de natalibus reſtituendis.l.ſi.& in Auth. qui.mo.natu.effi. ſui.
§.generaliter.coll.7.Sane ſereniſſime Princeps conſidero,ꝙ de
duobus alterum eſt neceſſarium fateri , aut quòd aperta ſit via
nobis cõtra alios: aut ꝙ non. primo caſu obligamini ad idem in
vero ſtatu,& perſona : quia quod quiſq; iuris in alterum ſtatuit,
ipſe eodem iure vtatur, vt c.1.§.ſacramentum. de conſuetudine
recti feudi.nam ſiue ſit æquum, ipſa æquitas communis eſt:ſiue
iniquum , retorquetur in caput vtentis iure iniquo. nec in feu-
dis diſtinguit textus,vtrum impetratione, nec ne, facit extra de
conſtitu.c.cum omnes.Secundo autem caſu ſi via non eſt aper-
ta,non poteſtis illo verbo vti.Aperite portas Principes veſtras,
& introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? dñs virtutũ ipſe
eſt rex gloriæ:quã vobis tribuat,& nobis altiſſimus hic,& in fu-
10 turo.† Quidam ſunt ſubditi Imperij duplici de cauſa.ſ.tãquam
ciues de terris Imperij omni feudo circumſcripto,& nihilomi-
nus ratione feudi , & iſti tenẽtur obedire Imperatori ſaluo feu-
do,& iurare tanquam ciues meri,& cogentur per ipſum Impe-
ratorem,vel locum eius tenẽtem ſine præiudicio tertij, qui per
prius ius iſtud haberet,actiuè non dico,ſed paſſiuè.Itẽ ſine prę-
iudicio feudi: quia feudum non poteſt adimi,niſi ex natura feu-
di adimatur.quidã verò ſunt ſub Imperatore ratione ſolius feu-
di,& iſti ad nihil aliud tenerentur alicui : ſaluo quòd ipſi Impe-
ratori tenerẽtur facere fidelitatem : & verſa vice Imperator te-
netur eis ſeruare fidem,& non violare,vt in c.1. de forma fideli-
tatis.& in c.2.de noua forma fideli.loquor autem de ſubditis,&
mediatis Imperatoris. nam ſi immediatã iuriſdictionem habe-
ret alius, quàm Imperator,non iudicarentur ſubditi Imperato-
ris principaliter:ſed illius,cui immediate ſubiecti,ſaluo ſi ex ali-
qua cauſa ad Imperatorem eſſet iuriſdictio deuoluta,arg. extra
de iud.c.cæterum. Ego feci differentiã inter ius actiuũ & paſſi-
uũ,& do ſimilitudinẽ,ſi duo creditores habẽt hypothecã : vnus
priorẽ,alter poſteriorẽ:prior antefertur poſteriori:ſed debitor
nõ ſe tuetͬ ea ratione, ꝙ agẽs poſterior ſit in hypotheca. & ratio
drĩæ eſt: qa ius actiuũ eſt in creditore , paſſiuũ in debitore , vt ff.
ꝗ pot.hab.l.Claudius Felix.ff.de excep. rei iudic. l.duobus. & l.
in operis.ff.locati.niſi prior creditor inhibeat ei,ne poſſeſſionẽ
tradat poſteriori,arg.ff.de lege commiſſoria.l.mulier. C.de ſer,
fugi.l.cũ ſeruũ. per gl. & Cy. C.de nouationib.l.3.& qđ not.per
Dinũ.ff.de pact.l.ſi cũ emptore.Deo grãs.Pro dño noſtro facit;
qa iuriſdictio territorij ſeparabilis eſt à iuriſdictione ciuitatis,
nã ad eũ ptinet.ſ.Imperatorẽ diuidere,& vnire, vt ff. de aſſeſſo-
rib.l.ſi eadẽ.& no.in l.1.C.de metropoli Berito.lib.11.& ad eum
ptinet aſſignare territoria,& ptinentias, vt no.Inn.extra de reſt.
ſpo.c.cũ ad ſedẽ.ſicut ad teſtatorẽ demum ptinet aſſignatio rei
ſuæ.ff.de le.3.l.ſi quid earum. §.1. & l.hoc legatũ. itẽ in Principe
ſemper præſumitur veritas,potẽtia ſanciẽdi,c.1.de prob. in cle.
Cy.in l.reſcripta.C.de preci.impe.offer.itẽ põt mutare ſedes,c.
cum veniſſet.de iudicijs.per Hoſt.anima ſua in manica ſua,dicit
Hoſt.idẽ dicit Seneca de cle.ad Neronem in princ. idẽ dicit Hi-
ſtoria Schola. in Euangelio Matthæi in prin. item omnes reges
mundi hoc iure vtuntur,ꝙ in regno ſuo ponunt,& deponũt du
ces, & comites, & quos volũt in regno ſuo, & vbi exprimũt cau-
ſam,nõ poteſt ꝓbari cõtrariũ, & maxime cũ eſt pragmatica ſan-
ctio de conſilio procerũ: qa tot & talia adſunt teſtimonia , & fas
nõ eſt contraire, vt l.2.C.de ſum. Trini.tamẽ ſi Imperator men-
titur, Satan purgabit eũ,& eius cõplices.ſcriptũ eſt ſuperbia eo-
rum,ꝗ te oderunt, aſcendit ſemp.& iterũ, depoſuit potentes de
ſede,& exaltauit humiles,&c. Et poteſt de duob. officijs facere
vnũ,& alterũ ſupprimere & abolere in totũ , vt C.de frumento
Alexandrino.l.fi.lib.11.& no.in Aut.vt iudices ſine quoquo ſuf-
fragio.§.illud,tñ cantus, licet nõ formata ſit pars, & baculus ci-
uitatis,& ad iuuandũ neceſſarius,& ſub ciuitate faciat collectã,
vt no.in Aut.qui.mo.na.filij effi.ſui.§.ſi quis igitur. Ex qualibet
tñ diuerſa corpora ſunt, licet quadã cõtiguitate coniuncta, ſiue
ponatͬ ciuitas ꝓ populo, ſiue ꝓ ſitu, nam pluri b.modis poni po-
teſt,vt in c.ſi ciuitas.de ſen.excõ.li.6.& plene no.p Bar.ff.de ver.
ſig.l.1.Ex quib.concluditͬ, ꝙ comitatus tacitè ciuitatẽ ſequitͬ, &
vna & eadẽ iuriſdictio eſt, inquantũ adhæret territorio: qa non

decet mēbra à capite ſeparari, de hoc ꝑ Cy. in d.l.1.§. cū vrbē.in
11 lec.vbi ſic ait,† vēdita,vel cōceſſa ciuitate, vel Caſtro, etiā iuriſ-
dictio vr̃ vendita,& quæcunq; infra lapidē territorij cōtinētur,
dūmodo iuriſdictio cōpetat ratione rei.i.territorij, ſed ſi adhæ-
ret pſonæ,non continet̃,vt notat Dy.in l.ergo.in prin.ff.de acq.
rer.dom. Itē poteſtas Imperatoris eſt anomala; qa nulla regula
clauditur,ergo quod libet,licet,vt l.2.C.de crim.ſacri.item ſtan
dum eſt verbis principis, & rei diſpoſitori,& arbitrio, nec licet
reſtringere libertatē arbitrij. Adde etiā, ꝙ ſi reſtringatur in ali-
quo,non tñ reſtringitur in toto,ſed in eo tm̃,ꝙ immediatè con
iunctum eſt termino reſtringēti,vt ff.de alim.& ciba. leg. l.Me-
la.§.Titia decedens.& doctores in l. in concedendo. ff. de aqua
12 plu.arcen.† dñt, ꝙ aut ſe cōpatiuntur ambæ conceſſiones:& v-
traq; valet.Aut nō ſe cōpatiuntur,& tunc prior ꝓualet:qa ius in
re quæſitū minui nō poteſt hñti, niſi de eius conſenſu. facit, qđ
no.in ſimili.C.locati.l.emptorē.& ff.de iu.fiſ.l.Valerius.&C.ad
Vell. l.iubemus.C.de auth. pſtan.l.fi.quia nemini debet ius ſuū
detrahi,vt l.2.ff.de his, q ſunt ſui vel alieni iuris.& ff.de adoptio.
l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.& l.in adoptionib. ff.de reg.iu.
l.id,qđ noſtrū. cui regulæ debemus inhærere tanq̃ firmamēto.
13 Cōcludēdo dico,† ꝙ idē poteſt dñs Dux in ſibi cōmiſſis,& con-
ceſſis, qđ poteſt ipſe Imperator,& ita debet ſibi obediri, qa Rex
Romanorū poteſt hoc mandare, ꝙ ei obediat̃, ſicut ſibi tam ex
lege, qa eſt Rex dictus à regimine:q̃ quia eſt Imperator cātus,li-
cet non ſit formatus in nomine. porro rex eſt nomen dignitatis
& æquitatis: vnde dñs noſter Ieſus Chriſtus appellatur Rex,&
nunquā inuenitur: ꝙ ipſe ſit vocatus Imperator: ſed Impera. eſt
nomen ſupremæ potētiæ,& neceſſitatis inferendę,tñ Rex Ro-
manorū habet Imperiū cauſale, licet non omnino formale, vt
oſtēdit eius ſigillū,& imago ſigilli: qa igitur habet dignitatē, &
omnimodā adminiſtrationē,ei debet omnino obediri,ſicut Im
peratori formato ꝑ coronā, modo ſubijciā allegationes pro, &
cōtra.Ego Bal. Ad præcedentia adde etiā infra conſilium 333.

## CONSILIVM CCCXXVIII.

1 *Rex Romanorum an poſſit Vicarium per eum datum in vna ciuitate cum pertinentijs & territorio, ſubalternare duci poſtea creato, &c. ita quòd dux intelligatur ſuperior nomine imperij, & per conſequens, quòd appelletur ab ipſo vicario ad ducem. & num.6.*
2 *Vicariatus an ſit extinctus, & reuocatus, eo quòd Imperator nō poteſt ſibi legem imponere.*
3 *Iuriſdictionem an vterq; habeat.*
4 *An faciant ſibi partes per concurſum.*
5 *Differentia inter vicarium perpetuum, & feudum nobile, & perpetuum quod ſit.*
7 *Imperator eſt dominus mundi, Deus in terris, ſeruus Dei, &c.*
8 *In principe in arbitrarijs non requiritur cauſa: ſecus in rebus deciſis, & determinatis naturali lege, vel moribus gentium. & an & quando ſtetur verbis ſuis.*
9 *Imperator duces & Marchiones, ſicut Papa Cardinales deponere poteſt.*
10 *Imperator, qui conceſſit feudum, an poſſit addere viſitatorem, ſi feudatarius, vel vicarius malè tractat ſubditos, & ciuitates.*
11 *Dux an comparetur filio emancipato.*
12 *Officialis an puniatur, ſi delinquat: & an teneatur pro eius familia.*

In Chriſti nomine. Quærit̃, ſi Rex Roma-
norum iā dudū creauit
quendā nobilem Vicariū perpetuū in quadā ciuitate Imperij,
& eius ptinētijs,territorio,& poſſe; demū dudum poſtea crea-
uit quendā ducē in nōnullis terris & prouincijs, & earū diœce-
ſibus: nunquid ſi dictum territoriū eſt de dictis diœceſibus,per-
tineat ad dictum dominū Ducē de nouo creatum,nec ne? Et ad
euidentiam præmittendū eſt, ꝙ quinq; dubia incidunt in hoc
negotio ex natura negotij & priuilegiorum.Primum dubiū eſt,
an dictus Rex Romanorum poterit dictum Vicarium ſubalter-
nare dicto Duci,ſeu ſubijcere, ita ꝙ dictus dominus Dux intel-
ligatur ſuperior nomine Imperij, & per conſequens poſſit à di-
cto Vicario ad ipſum appellari vice Principis cognoſcendo, an
non poſſit. Secundo,an dictus Vicarius ſit extinctus, & reuoca-
tus,eo ꝙ Imperator nō poteſt ſibi legem imponere. Tertio, an
vterq; habeat iuriſdictionem inſolidum in dicto territorio nō
faciendo ſibi partes per concurſum: ſed ita quod poſterior vi-
deatur adiectus priori in eadem indiuiſibili. Quarto,an faciant
ſibi partes dimidias per concurſum. Quintò,an ſit differētia in-
ter perpetuum vicariatum, & feudum nobile, & perpetuum.
1 † Redeo ad primum punctum: & videtur,quòd non,quia rei a-
lienę nemo poteſt ſeruitutem imponere,vnde dominus inuito
ſuperficiario non poteſt ſuperficiei imponere ſeruitutem ali-
quam,vt ff.de ſuperficiebus.l.1.§.quod ait.& ff.de ſeruituti.vrb.
præ.l.inuitum.ſed Vicarius perpetuus non videtur æquiparan-
dus ſuperficiario,vel emphyteutæ: & maximè quia omnis per-
petuarius habet vtile dominium, quod præfertur directo. vt ff.
ſi ager vectigalis vel emphyteu.petatur.l.1.§.qui in perpetuum.
ergo habēs directum dominium nō poteſt ei legem imponere,
niſi quam inſeruit in ipſa prima conceſſione.C.de donatio.quę
ſub modo.l.perfecta. nam à forma & virtute ipſius cōceſſionis
primæ non poteſt ſolus cōceſſor reſilire,vt in c.1.de natura feu-
di.Item ius in eum non poteſt nouari per alium ſtipulantē, niſi
in cōſcientiā, l.1.§.cum ſeruus. de ſtipulatione ſeruorum. & ibi
per Bar. quod enim vtriuſq; conſenſu fundatur, vnius potentia
nō reſoluitur ꝓpter mutuā obligationem hinc inde contractā,
vt C.de acti.& obl.l.ſicut. ff.cōmodati.l.in commodato.§.ſicut.
C.ne fiſcus rem, quā vendidit, euincat.l.fi.li.10.& in Auth.con-
ſtitutio,quæ de dignitatib.§. illud. In contrariū videtur, nam ſi
Papa prius creat Epm̄,poſtea Archiepm̄, in cuius prouincia eſt
dictus epatus, non eſt dubiū, ꝙ dictus Epiſcopus ſubiacet Ar-
chiepiſcopo ſuo,ita ꝙ inferior gradus non præiudicat ſuperio-
ri,nec ſuperior inferiori. Et quilibet gradus ſtat in ſuo ordine,
vt no.in c.Romana.de fo.cōpe.li.6. Ita ergo erit in ꝓpoſito, qa
Dux,de quo loquimur, eſt illuſtris.Sed dñs Vicarius, eſt clariſſi-
mus,ita ꝙ eſt in inferiori gradu dignitatis, & iuriſdictiōis, ergo
inferior meritū ſupioris agnoſcat,vt l.1.C.de off.pfec.vrb.& ſic
ſubalternādo nulla ſequit̃ incōpatibilitas,vt in Aut.de defen.ci-
uita.§.interim. nec eſt iſta ſeruitus,ſed gradus, modus, & ordo:
qa in poteſtate Imperatoris eſt vnū creare,qui ſit maior alijs,&
ad quē ſaltē pp abſentiā Imperatoris appellet̃, & habeat̃ recur-
ſus,vt C.de appel.l.præcipimus. & hoc expreſsè videtur tenere
Bar.in l.fi.ff.vti poſſideris.& nō eſt dubiū in iure, ſi verba priui-
legij iſtum ſenſum patiūtur. Vbi eſt conſiderandū, ꝙ verba pri-
uilegij latiſſima ſunt, vt ff.de off.prę fec.pto.l.1.§.cū vrbē noſtrā.
Item genus infert,& includit oēs ſuas ſpecies,de lega.3.l.ſi quid
earū.§.fi.Item in generali ſermone non cōtinetur ſpecies decla
rata,ſeu ſeparata,ff.de pecu.lega.l.ſeruo manumiſſ. ff. de lega.3.
l.vxorē.§.Feliciſſimo.vbi dicitur, ꝙ vnū numero eſt magis ſpe-
cies, q̃ plura numera. Ad hoc facit, qa dignitatū ordo debet ſer-
uari,vt dignitatū ordo ſeruetur.in rubro & nigro. C.de offi.re-
ctoris prouinciæ.l.potioris.& legitur,& not.in Auth.vt ab illu-
ſtribus.& qui ſuper eos ſunt in gl.ordi.& non ſolum in appella-
tionibus,ſed etiā in alijs mandatis rationabilibus, & iuſtis. non
dico, ꝙ ſuperior poſſit impedire iuriſdictionē inferioris,vt not.
Archid.11.q.1.c.de perſona.nec par paris: quia par in parē nō ha
bet imperiū,& tamē ſi appellatur ad parē in eadē iuriſdictione,
cognoſcit ſuperior,ſi per errorem iuris fuit appellatum,vt l.1.§.
2 pen.ff.de appel.† Quo ad ſecundū punctū, videtur ꝙ dictus Vi-
cariatus nō ſit extinctus,per dictū cap.de natu.feudi. Nā aliorū
honores alijs damnorū occaſionē fieri nō oportet.C.de ſtatuis,
& imaginibus,l.& virtutū. Nam perpetuus Vicarius nō poteſt
dici pſona eccleſię vel territorij.i. pſe ſonans, & ꝑ ſe,& in ſeipſo
reſidens iure ꝓprio,arg.ff.de tutel.l. q̃ ſit.de præb. c.extirpādæ.
de fid.inſt.c, G.perpetuus. Porro quædā ſunt, q̃ impoſſibile eſt
trāſmutari,vt no.in c.ad apoſtolicę.in fi.de re iudi.lib.6.In con-
trariū videtur, ꝙ Vicarius eſt merus officialis, & poteſt reuoca-
ri,ſi eſt datus ab homine: nam aliqñ datur à lege:& neutro caſu
hēt gladij materialis poteſtatē.C.de officio eius, q vicē alterius
iudicis gerit.l.ſuggerēte.vbi de hoc.Ecce enim, Eps̄ fecit ſibi Vi
cariū hoc pacto, ꝙ nō poſſet reuocare; tñ certe reuocari pote-
rit,ſicut ꝓcurator nō in rē ſuā datus,vt ff.de iudicijs. l.iudicium
ſoluit̃.etiā re nō integrā Vicarius reuocat̃: vt ibi expreſsè appa-
ret,facit capitulū vltimū extra de ꝓcuratoribus.lib.6. Itē nomē
vicariatus eſt nomē officij,nō nomen realitatis dominij, & ideo
ipſa realitas vtilis dñij potuit dño noſtro concedi,& attribui ſal-
uo officio alteri attributo: & talis debet recognoſci, qualis eſt,
3 non poteſt hoc negari. Quo ad tertiū punctū † videtur, ꝙ vterq;
habeat iuriſdictionē inſolidū:& ſi quidē ſimul cœperūt cogno-
ſcere,ambo ſimul procedent, ſi vero non, melior erit conditio
occupātis,vt ff.de officio cōſulis. l. 1. ſicut ſi Papa creato vno E-
piſcopo,crearet ibi aliū non reuocando primū,vt no.in l.vnica.
C.de metropoli Berito.lib.11.vel ſi diceret̃, ꝙ requireret̃ vterq;
indiſtinctè habemus arg. à ſimili in Auth. vt differentes iudi-
4 ces.in prin. † Quo ad quartum punctum videtur, quòd ſibi fa-
ciant partes per concurſum,vt C.de leg.l.ſi Fortidianum,ſed in
cōtrariū



cōtrariū facit eo.tit. l. cū quæſtio. vbi ſolus poſterior inſpicitur:
ſed illud in iure nō radicato. Sed in iure radicato aliud videt̃, vt
in c.duob. de reſcr.lib.6. Et quādo in eadē volūtate, ſecus quā-
do ex interuallo. Nā,vt ita dixerim, ex interuallo non fiunt duo
rei conferendi.ff.de duob.reis.l.cū duo, de cōd.& dem.non ad
5 ea. † Quo ad quintū paſſum ſimilitudo officiorū debet attendi.
ff.de neg. geſt. l. ex facto. Et vr̃, ꝙ Vicarius aſſimilet̃ magis ſim-
plici procuratori, quā feudatario: quia nemo inuitus habet Vi-
cariū: & eſt cōtra naturā vicariatus, ꝙ operā ſuā ingerat in inui-
tū, vt de procuratori. l. quæ omnia.cum vnū ſit auditoriū: & in
meo auditorio non debet quis ſedere me inuito.Sciendū eſt, ꝙ
Bart.dicit, ꝙ ſi aliquis habet temporalē iuriſdictionē, nō requi-
ritur conſenſus eius,ſecus ſi habet perpetuā,vt ipſe not.in l.1.§.
& ſi poſt operis. ff.de no.op.nun. & ſi hoc poteſt conſenſus pri-
uatorū, multo fortius cōſenſus principis, quia nullius intereſt,
6 vt dicit gl.in d.l.iudiciū ſoluitur. † Sol. totius quæſtionis ſtat in
primo puncto,in quo videt̃ dicendū, ꝙ dictus Dux nomine Im-
peratoris in dicta diœceſi ſuperior cenſeatur ſine pręiudicio di-
cti Vicarij,nō ꝙ ſint pares,ſed ꝙ alternetur dicto domino Duci
Vicarius antedictus. Quid enim ſi Imperator crearet dominū
noſtrum Ducē Regem Arelatenſem, ꝙ poſſet, quia eſt regnum
iam dudum formatū,licet diu vacauerit, nonne comites, & Ba-
rones regni tenerentur eum recognoſcere: & ſibi tanquā regi
iurare? Neminē credo dubitaturum, ꝙ ſic. Item vtrum vocetur
Rex, vel vocetur Dux, nihil ad rumbum: quia non facio vim in
nomine, ſed in qualitate regiminis, & magnitudine poteſtatis,
arg.ff.de cond. & dem.l.pater Seuerinā. §. conditionū. quando
ſcilicet de hoc contentū eſt de iſto cōtinente,alias ſecus, de pe-
culio leg. l.cum.§.fi. tamen ego credo conſulendū Imperatorē:
& expectandū eius reſpōſum,vt ff.de reg.iur.l.Neratius.vt cum
bono omnia procedant. Ecce media pars comitatus eſt de diœ-
ceſi Florentina,& media de diœceſi Feſulana, an ille, qui habet
conceſſionē Imperatoris in diœceſi Feſulana, habebit mediam
partem territorij Florentiæ,arg. ꝙ ſic.ff.de vſufr.leg.l. ſi alij.& l.
Sempronio leg.de leg.3.l. Iulianus. nam pars ſpeciei detrahitur
de ipſa ſpecie. C.de iud.l.ſi cum tibi.& C.de lega.l.cum quæſtio.
& ſic faciunt ſibi partes per diuiſionem locorū iam factam ipſo
ſitu,nō per concurſum pro indiuiſo.verbi gratia, vnus vltra flu-
men,alius citra flumen. Si dñs noſter haberet gratiā gñalem, al-
ter ſpecialē, poſſet ſuaderi, ꝙ genus reſtringeret̃ per ſpeciē, ſed
ipſe habet per ſingula dinumeratā. ff. de verb. obl.l. ſcire debe-
mus. vnde ſpecies dinumeratæ recipiunt arctationē excluſiuā,
ſicut recipit genus,vt l.1.ff.de ſtipul.ſer.de genere eximitur ſpe-
cies,ſed de ſpecie non eximitur eadē ſpecies, ſed diuiditur.ff.de
7 leg.3.l.quæſitū.§.1 C.de leg.l. ſi Fortidianū † quia Imperator eſt
dominus totius mundi. ff.ad l.rhodiam de iactu. l. deprecatio.
Item eſt Deus in terris,vt in Auth. de conſulib. vnde Seneca de
clementia ad Neronē.in prin. deſcribens Cæſarē ſic ait in per-
ſona Cæſaris loquentis de ſe.Ego ne ex omnibus mortalib. pla-
cui, electuſq; ſum, qui in terris deorū vice fungerer, ego vitæ,
neciſq; arbiter gentibus, qualē quiſq; ſortē, ſtatumq; habeat in
manu mea poſitū eſt,quid cuiq; mortaliū fortuna datum velit,
meo ore pronunciat, ex noſtro reſponſo lætitiæ cauſas populi,
vrbeſq; cōcipiunt: nulla pars vſquā niſi volente, propitioq; me
floret: nec tot milia gladiorū, quæ pax noſtra comprimit, niſi ad
nutū meū ſtringunt̃: quas nationes funditus excidi, quas tranſ-
portari, quibus libertatē dari, quibus eripi, quos reges manci-
pia fieri, quorūq; capiti regium circundari decus oporteat: quæ
ruant vrbes, quæ orian̄t, mei iuriſdictio eſt. hæc ille. Et in hiſto-
rijs ſcholaſticis legit̃ idem, ꝙ ponit, & deponit reges, & magi-
ſtratus, ſuper Euangelio Matthæi in prologo. Item Imperator
eſt ſeruus dei, vt C. de officio præfect. prætorio Africæ. l. quas
gratias.in verbo,per nos ſeruos ſuos.ergo Imperator debet ſer-
uire deo,& obedire apoſtolo dicenti. Dñi, ꝙ iuſtum eſt, ſeruis
veſtris præſtate,& ſcientes, ꝙ & vos dñm habetis in cælo, apud
quem non eſt acceptio perſonarū. & iterum lex dicit, iubemus
omnē violentiam,& omnem auaritiam ceſſare, & iuſticiā, atq;
veritatē reſeruari, ſic enim Deus placat̃, vt formaliter dicit tex.
in d.l.quas gratias. ver. ergo. Et in Pſalmo, de vultu Dei iudiciū
meū prodeat,& oculi mei videant æquitatem. Et iterum in alio
Pſalmo, iuſtè iudicate filij hominū: quæ verba ſigillo Imperato-
ris ſunt impreſſa: & ſi Imperator vnū ſcribit in textu, videlicet ꝙ
eſt iniuſtū,& iniquum, & aliud in ſigillo, eſt contrarius ſibijpſi:
& aliquando vocatur coluber tortuoſus, quādo eſt ſciſmaticus.
de electione c.venerabilē. Aliquando aſpis periculoſus, quādo
non vult audire, nec facere, quod æquum eſt pro mundi pace,
vt in c. ad apoſtolicæ. de re iud.lib.6. quicquid tamen agitur ſu-
pra legem, abſoluta poteſtas eſt, nec eſt ſubditorum corripere:
quia,vt ait Ariſt. nullū inferius participat id, ꝙ ſuperius eſt: ſed
obedire oportet. Nam hic maxime bonum obediētiæ ſentitur,
8 vbi diſcolis dominis flexis genibus obeditur.† Porro in princi-
pe, ſi loquimur in arbitrarijs, non requiritur cauſa: ſi vero lo-
quimur in rebus deciſis & determinatis naturali lege, vel mori-
bus gentiū, aut exprimit cauſam ſpecifice: & ſtatur verbis ſuis
proprio motu prolatis, adeo ꝙ ſcđm conſuetudinem generalē,
vt ait Cyn. non poteſt probari cōtrariū, vt ipſe no. C. de precib.
impe. offer.l. reſcripta. in fi. nam ſemper reſcriptum ſuum ſup-
ponimus ex iuſta cauſa interpoſitum ſcđm Cyn. Si aūt loquitur
per verba generalia, & incerta, præſumptio eſt: Sed contrarium
probari poteſt, niſi loquamur de proprio facto, vel de proprio
animo: quia nulli creditur cōtradicēti, vt in c.1.de proba. in cle.
& ibi no. vnde ſi Imperator dicit, aliquem fuiſſe ingratū, & id-
eo reuocat beneficium ſibi collatum, non requiritur probatio
ingratitudinis: præſertim cum habeat in illum vitæ, neciſq; ar-
bitrium, arg. ff.de libe.& poſthu.l.in ſuis. & deuenire in odium
principis ſatis magna cauſa eſt ingratitudinis, vt ff.de manu.l.te-
ſtamento Centurio.& quia omnes homines,& omnes prouin-
ciæ ſunt peculiares Principis, poſſumus dicere id, ꝙ dicimus de
peculio: quod peculiū naſcitur, creſcit, & decreſcit, prout vult
dominus, vt ff.de peculio.l.peculium naſcitur. ſanè ſub Impera-
tore omnes prouinciæ ſunt conſtitutæ, quæ vident aſcendentē,
& occidentem ſolem,& quæ ex latere, id eſt meridiè,& ſeptē-
trione ſunt.in Auth.vt omnes obediant iudicibus prouinciarū.
in princ.etiam prouincia Gallicana. C.de off.præfect.prætori.l.
In nomine dñi.in verbo, Galliæ, ſeu Francorum. ſed illud quon-
dam, quando florente Romana republica, memoratæ prouin-
ciæ integræ tenebantur, vt in eadem.l.§.quid autem Dux. Nunc
autem diſpoſitiones mundi mutatę ſunt, vt ait Ariſtoteles, id eſt
cœli, & mundi, non vtiq; mundus generabitur, & corrumpet̃,
ſed diſpoſitiones ipſius: & nihil perpetuū ſub ſole. corruptionis
enim cauſa per ſe eſt tempus 4 phyſicorū. licet Imperium ſem-
per ſit, in Auth. quomodo oportet Epiſcopos.§.fin. tamen non
in eodē ſtatu permanet, quia in continuo motu, & perplexa tri-
bulatione inſiſtit: & hoc apparet in mutatione quatuor princi-
palium regnorum: inter quæ duo præclariora conſtituta ſunt,
Aſſyriorum primum, Romanorum poſtremum, vt ait Auguſti-
nus lib.10. c.8. de ciuitate dei. quod debet durare vſq; in finem
huius ſeculi: & per Imperatorem regi in temporalibus, per A-
9 poſtolicum regi in ſpiritualibus. † & ſicut Papa ſine vllo dubio
poteſt deponere, Cardinales, ita Imperator nobiles, & Baro-
nes: & ſi poteſt deponere, multo fortius poteſt eos alteri ſub-
mittere: quia cui licet, quod plus eſt, licet quod minus eſt.ff.de
ſeruis export.l.cui pacto. Vnde Seneca in lib. de moribus. in fi-
ne, tulit priſcorum ætas, Caium Cæſarem, cui quicquid libuit,
licuit, facit lex.1.ff. de conſtit. princ.& de imperatore loquitur
Virgilius. Tu regere Imperio populos Romane memento: Hę
tibi artes erunt pacis componere morem, Parcere ſubiectis, &
debellare ſuperbos. vt refert Aug.lib.5.de ciuitate dei.c.8. idem
Auguſti.primo de ciuitate dei cap.1.& cap.6.dicit, quod Cæſar
hoc cupiebat ſibi dici, tanquam ſpiritu inflatus: quia iſta verba
non conueniunt niſi ſoli Deo, ſed Virgilius fuit locutus de po-
tentia mundana, non de vita beata. de primo ergo ad vltimum
concludendo patet, quod Cæſari quod libet licet, id eſt ſubditi
tenentur obedire, tamen ſi malefacit: iram Dei expectat. vt no.
Hoſti. extra de iudicijs. c.cum veniſſet. ipſe enim eſt, qui humi-
liat, & exaltat, vt in hymno Beatæ Mariæ virginis, & terribilis
eſt, & quis reſiſtet, ſibi: vt in Pſalmo. & multa ad idem poſſunt
10 allegari.† Sed nunquid Imperator, qui conceſſit feudum, poſſit
ſuperaddere viſitatorem, ſi feudatarius, vel Vicarius perpetuus
male tractat ſubditos, & ciuitates ſibi commiſſas dilapidat, vel
abſorbet, grauia & inſupportabilia onera imponendo, & no-
ua vectigalia ſuperaddendo. audi verba Pauli de Leaza. in cap.
ad apoſtolicæ. §. præter hoc regnum. ſuper verbo, æſtimatio-
nem. vbi ſic ait, & ſic no. quod licet vaſallus habeat vtile domi-
nium, non tamen debet diſceptare, ſicut nec vſufructuarius, a-
lias reuocari poteſt. ff. de vſufruct. l. ſi cui. §. ſicut. & in lib.feu-

dorum de inueſtitura.c.1.§.quid ergo.vſq; ad finẽ.colla.10.propter hanc cauſam Papa poteſt reuocare priuilegium ar.63.diſt. §.verum.vbi Papa reuocauit priuilegiũ conceſſum Imperatori, cui erat conceſſum, vt deberet intereſſe electioni Papæ. Præterea Papa poteſt electoribus Imperij mandare, quod infra certũ tempus eligant: & ſi nõ obediunt, poteſt ad ſe reuocare electionem Imperatoris pro ea vice, vt not.in d.c.ad apoſtolicæ. in gl. pe.& fi. Reuertendo ad propoſitum dico, ꝙ poteſt conſtituere viſitatorem, quinimo dare coadiutorem, ſine cuius cõſenſu depopulationes, & guerræ non poſſunt fieri, nec ſuperindicta ciuitatibus imponi. vt in c.grandi.de ſupplen.neglig.lib.6. Intereſt enim Imperatoris, quod mundus non diſſipetur, vt ex ipſo cognomine patet: quia vocatur Auguſtus, & facit C. de ſacroſ. eccleſ. auth. qui res iam dictas. Sed nunquid poterit præcipere populis conceſſis duci, quod vadant ad guerram. Ad hoc intel-
11 ligendum facio comparationem, † vtrum Dux comparetur filio emancipato, & ita quod intelligatur habere ducatum quaſi ad præmium emancipationis: & dico, quod non eſt emancipatus: quia eſt in poteſtate Principis: æquiparatur ergo filio in poteſtate retento, cui pater donauit tanquam bene merito, nam tanquam extraneus acquirit proprietatem, & vſumfructum, vt C.de inoff.teſta.auth.vnde ſi parens.vnde eſt quaſi aduentitium peculium, in quo hoc caſu pater vſumfructum non habet: quia filio conceſſit: perſona tamen ſemper eſt in poteſtate, vnde verum eſt ꝙ Imperator eſt Dux, Comes, & Marchio: quia omnis dignitas eſt in eo, ſicut in Papa: tamen naturaliter eſt obligatus filio. ff.de cond.indeb.l.frater à fratre. imo etiam ciuiliter: quia aduentitium eſt, & pluſquam ciuiliter, quia ex plenitudine po-
12 teſtatis obligatus eſt: quia obligari voluit. † Officialis quandoq; facit aliquod ſuum officiũ viriliter exercendo, tunc eſt laudandus, non puniendus, niſi modum multum excedat: quandoq; procedit ad dicta verbera ſponte, non exigente iuſtit. vel ad aliud illicitum: & tunc nõ eſt dubium, quod officialis debet puniri, vt l.vt vim. ff.de iuſt.& iure. & ibi plene de hoc per gloſſ.& doct.ſiue ſit principalis officialis, ſiue ſit de eius familia, nam ipſa familia delinquens punienda eſt etiam ab ipſo poteſtate, ipſe autem poteſtas pro familia non punitur, ſi familia delinquit in eo, quod non eſt ſibi commiſſum, puta, ſi committit vulnera, & adulterium, vt l.1.§. familiæ.ff. de publ.prædicta probantur.ff. de pœnis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXIX.

1 *Damna qualia, & quanta debeant reſtitui conductoribus poſſeſſionũ propter vim maiorẽ, & propter incurſus hoſtiũ & qualiter probentur etiã ex coniecturis, & ex perceptione fundorũ vicinorum fructuum & nu.4.*
2 *Dictio, propter, quid ſignificet.*
3 *Sterilitas quando dicatur, & quomodo probetur.*
5 *Generi per ſpeciem quando derogetur.*
6 *Promiſſio legis an tollat promiſſionem hominis.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, quidam Nicol. de Verona cõduxit à domino Petro de Vicentia certas eiuſdẽ domini Petri poſſeſſ.& iura ad tempus quinq; annorũ, quas, & quæ idem dominus Petrus habebat in Veronenſi diſtrictu pro precio flor.100. ſoluendorũ quolibet anno die prima Ianuarij, cum pacto, ꝙ ſi dictus Nicolaus propter guerram vti non poſſet, & exigere dictos fructus, redditus, & iura ſibi locata, ꝙ tunc dictus Nicolaus pro rata temporis, quo foret dicta guerra, conueniri nõ poſſit: ſed potius eidem debeat fieri ſubtractio pro rata dicti tẽporis, & etiã cum pacto, ꝙ ſi molendina, quæ erant in dicta locatione, deſtruerẽtur in totũ, vel pro parte propter guerrã, vel occaſione alicuius guerræ, ꝙ tunc reficiantur per dictũ dominũ Petrũ, & ſubtrahatur etiã penſio dictorũ molendinorũ pro rata temporis ſecundũ ordinem factoriæ. Modò contingit, ꝙ de menſe Martij 1397. ſtante dicta locatione orta fuit guerra inter Veronem, & Mantuã, & ipſa guerra durante ſcilicet de menſe Ianuarij de 1398. procurator dicti domini Petri fecit pignorare dictũ Nicolaum pro fictu tam poſſeſſionũ quam molendinorũ, & iurium, quas & quæ conduxerat, vt prædictũ eſt. Opponit Nicolaus, & dicit ſe non teneri ad totam penſionẽ, ſed partem cõfeſſus eſt, & illam depoſuit, & conſignauit. Reliquã vero dixit non deberi, quia cõfundebatur in reſtauro fiendo ipſi Nicolao propter hoc, ꝙ paſſus fuerat damnũ propter guerram, & nõ potuerat exigere fruges, & redditus poſſeſſionum, & iurium, quas, & quæ conduxerat: & ſic habebat locũ pactum in locatione comprehẽſum: & ſuper hoc producta ſunt capitula, agitatus eſt pro-
1 ceſſus, examinati ſunt teſtes. † Modo quærit, quid iuris contra Nicolaũ? & pro domino Petro allegatur, ꝙ per ſpecialẽ prouiſionem appoſitã in cõtractu videt recessiſſe à prouiſione legali. Sic ergo vbi Nicolaus non probauerit ſe propter guerram non potuiſſe vti, & exigere, ſicut ſcriptũ eſt formaliter in contractu, licet alleget ſe damnificatũ: tamen non debet reſtaurari, & pro hoc allegatur theorica Cy. & doct.in l.2. C.de iure emph. & ſic capitula non releuant producentẽ. Ex aduerſo reſpõdetur, ꝙ in toto contractu dictæ locationis nihil eſt diſpoſitũ vltra, vel cõtra diſpoſitionẽ iuris cõmunis, & ſic prædicta argumentatio nõ habet locũ. item dato, ꝙ aliquid reperiretur contra, vel præter diſpoſitionẽ iuris cõmunis, tamen nõ reperiretur tale, quod faciat ceſſare prouiſionẽ legis: & ſi quid ſpecialiter prouiſum reperiret, tamẽ ex quo prouiſio cõtrahentiũ nõ fuit appoſita animo nouandi prouiſionẽ legis, nõ poteſt dici ſublata legalis prouiſio.ff.de re iud.l.4.§.ſi ex conuentione. & C.de excep.rei iud. l.pen. à contrario ſenſu. præterea in dicto cõtractu non eſt dare aliquam prouiſionẽ ſpecialiter introductã, quę non poſſit concurrere cum prouiſione legali. Merito ergo dicendũ eſt prouiſionem legalem non deficere nec ſublatã eſſe, d.§.ſi ex conuentione. Et ita dicit do.Cyn.in d.l.2.in 6.q. Quid plura? Mouetur aliud dubium cõtra Nicolaum prædictum, quid operentur illa verba in cõtractu appoſita, ꝙ Nicolao debet fieri reſtaurũ pro rata temporis, &c. Reſpondeo, detractio, quę fieri debet cõductori de mercede, debet eſſe certa, & illam oportet eſſe moderatam ſecundũ iuſticiam, non ad numerũ, ſed quantitatiue, ſeruanda enim eſt proportio.l.fi.ff.de eo, quod certo loco. & ff. ad l.Rhodi.de iactu.l.2.§.iactura ſumma alias eſt lex, puta, quia ſi in dimidia redditũ contingit detrimentũ, dimidia mercedis debet detrahi. Non autẽ ſi illa dimidia detrimenti valet tantum, quantũ valet tota penſio, ꝙ de penſione nihil ſoluat, ꝙ eſſet iniquum, & eſſet negligẽtia captioſa, quam interpretatio prudentum fregit.ff.de tranſact.l.cum aquiliana. & facit ad prædicta.ff. de contrah.emp.l.fiſtulas.§.frumenta. & de publica.l.cotem.§. qui maximos. In caſu ergo propoſito: quia teſtes dicunt, ꝙ Nicolaus paſſus eſt damnum, &c. conſiderandæ ſunt fruges, quas perdidit: ſiue quantitates. & ſecundũ illa fienda eſt detractio, id eſt quantitatiue ad numerum frugum percipiendarum: & non perceptarũ: non autem ad numerum annorum, vel valoris, vel quia non eſſet æqua proportio, & iſtam puto fore meram veritatem. Præterea dico, intentionem Nicolai eſſe fundatã, & reſtaurum ſibi fiendum eſſe: quia non ſolum de iure ſpeciali, id eſt ſecundũ pacta contractus, ſcilicet ſi non potuerit vti, & exigere fructus, & redditus poſſeſſionũ ſibi locatarum, & iſta minor eſt probata, vt ĩ.dicam, contractus autẽ ex conuentione legẽ accipiunt.l.1.§.ſi conueniat ff.depoſiti.& de ſuis, & leg.l.fi.imo etiã de iure cõmuni ſibi debet fieri reſtaurũ: quia ſine dubio probatũ eſt, ipſum Nicolaum fuiſſe damnificatum. damnum aũt contingens conductori cedit periculo locatoris, etiam ſi abſq; eius facto emergat: dũ tamẽ ſine dolo, & culpa, ſeu negligentia conductoris, caſus eſt.ff.loca.l.fundus. Præterea vis maior, quæ lædit conductorẽ, ſi lęſio nõ eſt parua, cedit damno locatoris: maxime ſi conductor cõduxit ad pecuniã numeratam. ff.locati. l.ſi merces.§.vis maior.& eo.tit.l.ex condu.§.ſi vis tempeſtatis. qui tex.directo loquit in incurſu hoſtiũ. In propoſito autẽ caſu Nicolaus eſt læſus propter incurſum hoſtiũ, id eſt propter guerrã, ſiue occaſione guerrę, ergo, &c. Guerra autẽ dedit cãm damno.
2 † & ideo attendenda eſt hęc dictio, ꝓpter, ſignificatiua cãm, vel occaſionẽ immediatã, vel remotam ex quadã generalitate ſui. ff.de incen.rui.naufr.l.1.§.ex incendio.& extra de præben. c.niſi.inſtit.de excuſ.tut.§. propter litẽ. Diſputare aũt, an Nicolaus ſit læſus ſuperuacuum foret: ſed de quanto ſit læſus, recurrendum eſt ad dicta teſtium, vnum nõ omitto, quòd pro diſcuſſione molendinorũ in refectione ipſius damni ſecundũ pacta cõtractus recurrendũ ad ordines factorię, qui, & quales ſint, liquido patet propter eorũ notorietatẽ, adeo ꝙ tanquam factũ permanens pñt dici ꝓbatio ꝓbata. Itẽ vnũ nõ omitto, ꝙ quãtitates copulatæ per Nicolaũ non ſunt probatæ ex toto: ſed pro maiori parte, ideo ꝓ parte ꝓbata fienda eſt detractio, & in hoc neſcio videre dubiũ. nã ſi Nicolaus paſſus eſt damnũ, vt probãt, ſequitur, ꝙ non potuit vti, & exigere, vel percipere, eſt cõntia neceſſaria: quia ſi potuiſſet exigere, vti, & percipere, tunc non fuiſſet paſſus



paſſus damnũ tale, ꝙ deberet forte remitti, vel reſtaurari. Præ-
3 terea † ſterilitas dicit, qñ fruges nõ ſunt collectæ, vel eſt cõmunis opinio, ꝙ illo anno fuerit ſterilitas: quia oẽs cõmuniter dubitãt ire ad percipiendũ fruges ſcd̃m no. per Inn.in c.ꝓpter extra.de loca.& Io.& Bul.in l.ſi vno.in prin.ff.loc. ergo in caſu noſtro probata eſt ſterilitas: & ſic per cõſequens ſine dubio reſtaurum fiendũ eſt Nicolao iuxta quantitatẽ damni probati. & ſuper prædictis videndũ eſt, & cõſulendũ, quid iuris, & vt veritas magis eluceſcat, mittunt capitula producta per Nicolaũ, & teſtes, qui depoſuerũt ſuper capitulis cũ toto proceſſu. Oportet igitur primitus cõſiderari quæ, & qualia ſint pacta appoſita in contractu locationis, & ſcd̃m illa pacta an capitula releuent, & ſic vtrũ releuent de iure ſpeciali. Itẽ vtrũ releuent de iure cõmuni vltra pacta appoſita in cõtractu. itẽ an teſtes probẽt capitula, & tandem quid concludendũ ſit, ſiue pronunciandũ ſuper ipſo ꝓceſſu. verba Cyn.ff.locati lege, ex conducto.§.ſi vis tempeſtatis. in
4 verbo, incurſus hoſtiũ, hæc ſunt. † Hic quærit de quæſtione facti, quidã conduxerunt à cõmuni Piſtorij certas poſſeſſiones ad certũ tẽpus, puta 5.annorũ. exactor pro cõmuni petit penſionẽ, cõductores dñt ſe nõ dẽre teneri, quia nõ potuerunt colere, vel coli facere prædictas poſſeſſiones propter incurſus hoſtiũ, qui morantur in Caſtro S.Lucæ. Quærit, quid iuris? Ego diſtinguo, aut ſuperuenit guerra, & incurſus prædictorũ hoſtium poſt cõtractũ locationis: & tunc remittit penſio, vt hic dicit. aũt ante erat guerra: & tunc imputandũ eſt eis, qui ſciuerunt cõditionẽ, & ſtatũ rei, vnde nõ excuſantur à penſione, ar.ff.de dam.infect. l.qui bona.§.de illo.& eius, ꝙ no.ĩ.eod.l.habitatores.§. vlt.Cy. Cõſidero igit, ꝙ duo ſunt capitula dicti cõtractus: primũ ibi, ꝙ pacto, &c. ꝙ videt generale quo ad quoſlibet fictus, & redditus. ſcd̃m ibi, ẽt cũ pacto, &c. ꝙ videt ſpeciale quo ad deſtructionem
5 ẽt molendinorũ. † & dubiũ põt eſſe, vtrũ clauſula gñalis porrigatur ad molendina, & vr̃, ꝙ nõ: quia qñ ſpecies ponit poſt genus, tunc attendimus ſpeciẽ, & non genus, vt ff.de verb.ſign.l.ſi
6 cum fundũ.& ff.de leg.3.l.vxorẽ.§.cõcubinã. † Itẽ ſpecialis prouiſio hominis reſtrictiua legis prouidentiã extenſiuã reſtringere conſueuit, vt l.ſi cum dotẽ.in prin.ff.ſol.mat.C.de pact. conuen.l.fi.C.de proc.l.maritus. In contrariũ facit: quia qñ ſpecies, & genus apponuntur fauore vnius, & eiuſdẽ perſonæ, amplior prouidẽtia gñis nõ excludit per prouidẽtiã ſpeciei, vt ff.de fundo inſtr.l.quæ ſitũ.§.fi. & hæc eſt veritas, quia qñq; inter genus, & ſpeciẽ non adijcit copula: ſed apponitur dictio, hoc amplius. vel dictio, & ẽt. & tũc nõ minuit ꝑ ſpeciẽ gñis ſignificatio, vt ff. de leg.3.l.ea tñ adiectio. ff.de auro, & arg.leg.l.pediculis. §. Labeo. Præterea in iſto cõtractu fit mẽtio molendinorũ reſpectu refectiõis, q̃ nõ inerat reſpectu ꝑcedẽtis capituli: nõ qa reſtringeret remiſſionẽ mercedis, q venit ex natura cõtractus, & ex ratione vniformi, q̃ dẽt cõſiderari in cõtractibus, vt d.l.ſi cũ dotẽ. in prin.ff.ſol.mat.ſcd̃m aliã lect.veriorẽ, & ff.de cõd. ob cau.l.ſi extraneus. & ideo neutrũ capitulũ derogat alteri, ſed addit ſimpliciter caſum deſtructionis & refectionis, ꝙ enim eſt appoſitũ in fauorẽ, nõ debet cõuerti in lęſionẽ: quia nulla iuris ratio hoc patit, vt ff.de leg.l.nulla.& C.eo.l.ꝙ fauore. Nõ obſt. dictũ Cyn. quia loquit, vbi ſuper caſu guerrę nõ eſt pactũ appoſitũ, vt C.de euictionib.l.ſi fundũ ſciens. Et ideo cõcludo, ꝙ diminutio mercedis debet fieri arbitrio boni viri, & ſumi poteſt coniectura ex incõmodo, ꝙ cõmuniter accidit alijs, & ex cõſuetudine perceptionis, & ex vicinitate locorũ, vt no.in l.2.C.de reſci.ven. E. B.

CONSILIVM CCCXXX.

1 *Stante ſtatuto, quod conductor alienando, vel tradendo non priuet dominũ poſſeſ. ſi actum ſit ad poſſe. & non ad proprietatem an poſſit appellari.*
2 *Titulus locationis ad quid ordinetur, & an probet poſſeſ. & dominium.*
3 *Stante ſtat. de quo ſupra, an ſi res alienata ſtetit apud emptorẽ per longum tempus, an poſſeſſio ſit amiſſa, ita quod in illo poſſeſſorio poſſit recuperari, licet locator continue receperit penſionem à conductore alienante.*
4 *Stante ſtatuto, quod hæres ipſo iure nanciſcatur poſſeſſio. an ſi pronuncietur, poſſit appellari.*
5 *Appellari an poſſit in mixto poſſeſſorio, & quando dicatur mixtum. & numero 9.*
6 *Poſſeſſio quando continuetur in hæredẽ, & quando retineatur per colonũ.*
7 *Colonus an tradendo præiudicet hodie domino.*
8 *A poſſeſſo. iuris an appelletur, & quid à mero, & mixto. nu.9.*

In Chriſti nomine. Statuto cauetur, ꝙ cõductor alienãdo, vel tradendo non priuet dominũ poſſeſſione, modo actum ad poſſeſſionẽ, & nõ ad proprietatẽ. Quæritur, vtrũ poſſit appellari? Secundo quærit, ſi ita res ſtetit apud eum, cui conductor vendidit per longũ tempus, & pluſquã longũ, puta per 25.annos, licet locator continue receperit penſionẽ à cõductore, vtrũ poſſeſſio
1 ſit amiſſa, ita ꝙ nullo poſſeſſorio poſſit recuperari. † Quo ad primũ videt, ꝙ poſſit appellari: quia cauſa nõ eſt poſſeſſoria mere, vel mixte cum titulo, iuxta doctrinã, quæ ponitur in l. vnica. C. ſi de momẽ.poſ.& in Spec.de appel.§.quib.verſ.6. In contrariũ videt, ꝙ tit.loc. nõ probat dominiũ, ſed poſſeſſionẽ, cõtrahentes inter alios neutrũ probat vt extra de fide inſtru.c. inter dile-
2 ctos.§.fi.C.locati.l.de cõductore. nam tit. locationis † nõ ordinatur ad aliud, niſi ad qualẽ qualem poſſeſſionẽ, vel verius detentionem, & fructus, quandiu penſio ſoluatur, vt C.de præſcr. 30.annorum l.male agitur. & C.vnde vi.l.non ab re. vnde ſi non appellatur in poſſeſſorio, nec in detentatorio, vbi agitur de mi-
3 nori præiudicio. † Quo ad ſecundum punctum, videtur dicendum, & primo, quod lõgo tempore perdatur poſſeſſio propter negligentiam, vt ff.de vſucapio.l.furtum.§.fundi. & l. quare. & inſti.de vſucapio.§.quod autem. In contrariũ videtur: quia percipiendo penſionem retinet poſſeſſionem. Non enim vnquam perdidit eam, cum retinuerit, & ad effectum poſſidendi. ff. de vſufru.l.quia qui precio. nec enim debet nocere domino clandeſtinus, & furtiuus cõtractus: nam clam dicitur poſſidere, qui dominum non certificauit, vt ff pro ſuo.l.ſi ancillam. quia præſumitur ſuſpicatus ſe poſſe repelli, cum ſic ſuſpicari debuerit, vt
4 ff.de acquir.poſ.l.clam poſſidere.in princ. † Tertio quæritur, ſi ſtatuto cauetur, quod hæres ipſo iure nanciſcatur poſſeſſionem, ſi ſuper hoc pronuncietur, vtrum poſſit appellari? & videtur, quod non: quia mera poſſeſſio euincitur, imo verius ſola detentatio, quia duo inſolidum poſſidere non poſſunt, quando ex hoc reſultaret aliquis conflictus inter compoſſeſſores. vt extra de proba. c. licet cauſam. & quia inter mortem veteris poſſeſſoris, & poſſeſſionem hæredis nullum eſt medium, vt ff. de leg. 1. l. quæſitum.§. præſenti. ergo hæres eſt prior in poſſeſſione, & omnis poſſeſſio, quæ eſſet præiudicialis ei, præſumitur clandeſtina, vt dicto cap. licet cauſam. In contrarium videtur, quia hæc cauſa non eſt mere poſſeſſoria, cum non competat, niſi vero hæredi: quia cum hoc ſtatutum ſit contra ius commune, vt l.1.§.Scæuola.ff.ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fue. debet intelligi propriè, & ſtrictè de eo, qui probat ſe hæredem.
5 † Et ſic eſt mixtum poſſeſſorium cum iure dominij: quia hæres, & dominus idem ſunt, vt l.his verbis. ff. de hær. inſtit. Porro omnes doctores tenent, quod in mixto poſſeſſorio poſſit appellari: nimirum quia etiam in actione ad exhibendum appellatur, quæ præparatoria eſt, vt ff.de appel.l.creditor.§.iuſſus.& de iure canonico hoc clarius eſt, vt plene leg.& not. extra de reſtitut. ſpoliato. cap. cum ad ſedem. Pro ſolutione huius quæſtionis præmittenda ſunt aliqua, & primo, quod ſuus & neceſſarius hæres non dicitur habere titulum pro hærede, neque pro ſuo, vt C.de vſucapio. l. pro hærede. l. nihil. & tamen mirabile eſt, quòd dicitur ſuus hæres. Sed tamẽ illud dicitur quo ad præſcribendum, non quo ad continuationem dominij, vt no.ff. de acquir.poſſeſ.l.cum hæredes. & l.cum miles.in princ.ff. quibus ex cauſis maio. Et ideo videtur aliud in ſuo hærede, in quo propriè non eſt titulus, quam in extraneo hærede, vt in ſuo ſit merum poſſeſſorium abſq; titulo, & non poſſit appellari, in extraneo vero hærede ſecus: quia in cauſa effectiua iudicij huius duo ſunt ſubſtantialia, ſcilicet ius hæredis, & iſta quaſi poſſeſſio ficta: & ſic appellari poſſit. non obſtat l. edicto. C. de edicto. diui Adria. quia ibi ſpeciale in vltima voluntate ſcripta, vel in notorium redacta. Sed aduerte, quia hic ſumus in caſu priori, id eſt in filio ſuo hærede. & ſic videtur, quod appellari non poſſit; ſed certe aliud videtur cõſiderandum: quia tempore mortis patris res erant ſub colono, ſeu conductore, per quem hæres defuncti acquirit poſſeſſionẽ ſine alia apprehenſione: & nõ poſſeſſionem fictam, ſed verã: quia hoc caſu poſſeſſio retinetur animo, & corpore alieno, vt ff.de acq.poſ.l.ſi id quod.§.1.& l.ſi de eo.§. ſi forte. ſed certe illæ leges nihil faciunt: quia loquuntur mortuo colono, vbi poſſeſſio dominij ſubſtantiuatur in ſeipſa, & in propria origine, ſed nos loquimur econtra, quãdo eſt mortuus dominus, vbi hæreditas eius nõ tenet locum perſonæ in poſſidendo, vt d.l.1.§. Scæuola. quia natura poſſeſſionis eſt à facto incipere, id eſt à pedum poſitione, vt ff. de acquir. poſſ.l.1. in princ.

† Con-

6 † Conſidera, aut colonus retinet poſſeſſionẽ nomine hæredis, quod eſt ſoluendo ei cenſum: & tunc continuatur poſſeſſio hęredi: aut non habet iuſtum animũ: quia nõ ſoluit mercedem: & tunc non continuatur, & ita dicit tex. coniuncta gl. ff. de acquir. poſſ. l. qui vniuerſas. §. quod pro colonum. Item ponit ibi Bart. & dicit eſſe multum notabile, ergo ſolutio penſionis multum operatur, quod verum eſt, quando colonus erat in aptitudine detinendi: nõ cum alij iam tradiderat, vt l. Pomponius. ff. quib. mo. vſufr. amit. ſecundũ Dyn. & Bart. qui ita no. ff. de acq. poſſ. l. quamuis. §. ſi cõductor. & dicit Bart. ꝙ illa. l. Pomponius. eſt val-
7 de notabilis ad hoc: † ſed inquantum dicit, ꝙ colonus tradendo præiudicat dño in poſſeſſione, loquitur de iure veteri: ſecus de iure nouo, vt C. de acq. poſſ. ſcilicet ſecundũ cõmunẽ opin. modernorũ. & opi. eſt multum æqua: ne fraus coloni, noceat dño, pro qua opinione facit. l. municipalis. vbi ſupra in rubr. de pœna conducentis, &c. ibi, officio iudicis, abſq; lite. Nam quia dicit, abſq; lite, videt̃ procedendũ de facto, & ſic ſine appellatione, vt ſic ſiue ſit cauſa cõtinuandæ poſſeſſionis, ſiue reintegrandæ debeat ſic velociter procedi, ꝙ non poſſit appellari: quia lis moueri nõ poteſt, quominus fiat executio, ſicut contingit alias in ca. 1. de re iud. in clem. nam vigore legis municipalis vna ſententia ſupponit̃ pro tribus in effectu: & poſſeſſoriũ ſtatuti ſuccedit loco poſſeſſorij iuris cõmunis. Amplius dicendũ eſt, ꝙ ſi requireretur aliquis titulus, requireretur vt quoddã præambulum, ſicut dicimus in bonorũ poſſeſſione cauſa litis cognoſcendæ, vt ff. de inoff. teſta. l. quemadmodũ. Illa enim iudicium non fundat, ſed ordinat. ff. de acquir. poſſ. l. exitus controuerſia. Ne-
8 ſcio, ſi alias conſului ſuper iſto puncto: † quia à poſſeſſorio iuris poteſt appellari, ſeu iſtud videt̃ poſſeſſoriũ iuris municipalis: ſed reſpondeo, aliud eſt poſſeſſoriũ, aliud bonorum poſſeſſorium. Et ſic non obſtat, ꝙ no. in l. 1. C. de ſecũdis tab. & quia ex cõiunctione iuris cõmunis & ſtatuti, reſultat merũ poſſeſſoriũ facti: & ſtatutũ dicit, ꝙ ſine lite, & ſic ſimul iunctis: quia ſtatutũ venit cauſa fortificandæ poſſeſſionis, id, quod eſt introductũ in fauorem poſſeſſionis, nõ debet retorqueri in læſionẽ, & dilationem litis: quia lex municipalis dicit ſtatim, in quo verbo me multum fundo: ſed omnib. conſideratis facientibus, pro, & contra, licet quæſtio ſit multũ dubia, vr̃ dicendũ, ꝙ appellationi nõ ſit deferẽdũ: qa ſtatutũ vult, ꝙ ſine lite fiat reſtitutio: & officio iudicis, & æquitas pro agente eſt ſatis notoria, vnde iudex ex officio bene facit, ſi appellationi non defert, vt no. Innoc. in ca. fi. extra de ferijs. quia illicitæ poſſeſſiones fouendæ non ſunt, ne detur materia delinquendi, vt l. illicitas. in princ. ff. de off. præſidis.

Ad idem. CONSILIVM CCCXXXI.

In Chriſti nomine. Super prędicto puncto de appellatione cõſultus reſpondi, ꝙ ſi eſt quæſtio: quia negatur hæres, & huic articu-
9 lo etiã eſt annexus articulus poſſeſſorij: † quia à ſentẽtia poteſt appellari, quia nõ eſt merũ poſſeſſoriũ, ſed mixtum, nec quęſtio hæreditatis debet dici incidens, quia imo eſt originalis, & principalis: ſicut agens ex cõtractu & obligatione, nõ dicitur intentare contractũ, & obligationẽ incidenter: quia aliter nõ oritur actio. Incidens enim quæſtio eſt illa, quæ alteri adiacet, & venit adminiculatiuè: non illa, quæ habet ſubſtantiare libellũ. & poſito, ꝙ eſſet incidens, eſt incidens ex parte actoris, ita ꝙ appellari poteſt. vt no. ff. de mino. l. intra vtile. & huic primo membro inhæſi in dicto conſilio meo quando eſt quæſtio hæreditatis, & poſſeſſionis, ꝙ ſi declaratur hæres, & poſſeſſor, poteſt appellari: quia ille titulus, ſi de momentanea poſſeſſione. intelligitur, ſcilicet mera, arg. ff. de lega. 3. l. hoc legatum. nam ſi poſſeſſio ſola non eſt apta ad agere, iſtud non dicitur poſſeſſorium: licèt in eo poſſeſſio multùm patrocinetur: vt l. 2. ff. ſi ſeruitus vendicetur. & not. eo. tit. l. ſicuti. §. ſi quæratur. & ff. de excep. l. ſed ſi ante. & l. 1. ff. famil. erciſ. Sed alius caſus eſt, quando appellans non refert quæſtionem hæreditatis, imo confitetur, ꝙ agens eſt hæres, & etiam in libello appellatorio. hoc dicit, tunc appellare nõ poteſt, quia ex hoc capite cum ſit confeſſus, & perſeueret in cõfeſſione, etiam in ſuo libello, appellare non poteſt. Porrò licèt de rerum poſſeſſione ſit quæſtio, talis controuerſia reſidet in ſolo poſſeſſorio, à quo non appellatur. Vnde conſidero, quod quandoq; quæſtio eſt permiſſa, & dubia per negationem vtriuſque capitis, ſcilicet petitorij, & poſſeſſorij: & tunc poteſt appellari. quandoq; vnus articulus eſt ſeparatus ab alio per confeſſionem rei: & tunc ſi conſtat de cauſa proprietatis per confeſſionem ex hoc capite poteſt appellari: quia ſi confitetur, ergo notorium. Item ſi confitetur, ergo conſentit. Reſtat igitur ſolus articulus poſſeſſorij, & non eſt controuerſia de alio, niſi de poſſeſſorio: ſed ab iſto poſſeſſorio mero nõ appellatur. & ideo in caſu noſtro, quia cõſtat per confeſſionem, & libellum rei, tam ex cauſa principali, quàm appellationis, dominum Vgolinum eſſe filium, & hæredem, quod eſt fundamentum alterius fundamenti: ſequitur, ꝙ reſtat merum poſſeſſorium: & ideo appellari non poteſt. Nec obſtat, ꝙ reus exceperit de præſcriptione, quia nullo iure cauetur, ꝙ à poſſeſſorio, cui obijcitur exceptio præſcriptionis, poſſit appellari. nam ius ex perſona actoris metimur, nec poteſt reus excipiendo naturã iudicij mutare: vt l. 1. in prin. ff. ſi pars hæredi. peta. Concluſio ergo talis eſt, ꝙ conſideratis terminis, in quibus ſumus, non eſt appellationi deferendũ: & nemo credat, ꝙ conſilia iſta ſint contraria: quia vnumquodq; cum iuris rationibus congruit, vt C. de edendo. l. fi. & iſta fundantur per ea, quę no. Cyn. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l. ſi iudex. in lect. vbi etiam declarat dictũ Spec. Ego Bal.

CONSILIVM CCCXXXII.

1 *Frater alicuius ordinis, qui fuit & alterius ordinis, cui ordini acquirat, ſi factus eſt hæres, vel ſucceſſor aliquorum bonorum: & refert, an ſit hæres ſimpliciter, an pro pauperibus.*
2 *Religioſus factus executor cui acquirat.*
3 *Teſtator permittit vxori vẽdere pro ſua neceſſitate, quomodo intelligatur.*
4 *Ratione mortis propinquæ, & imaginariæ, præſumitur fraus.*

1 In Chriſti nomine. † Præmittendum eſt ad euidentiam, ꝙ ordo S. Auguſtini, & fratres dicti ordinis ſunt capaces. acquirere enim poſſunt, quia & viuere volunt, vnde & ſi dicantur mendicãtes, non ſunt adeo mendicantes, vt fratres minores: quia acquirere poſſunt, videlicet ordo ſibi, & profeſſus ordini, vt no. Iacob. de Are. & Cyn. C. de epiſ. & cleri. l. deo nobis. Diſtinguendum eſt tamẽ, an frater dicti ordinis inſtituatur hęres, an verò relinquatur merus executor. nam ſi inſtituatur hæres, tũc refert, aut pro pauperibus quibus debet diſtribuere. & tunc nihil efficaciter quærit̃ ordini, vt C. de epiſ. & cle. l. ſi quis ad declinandam. nam licet honoris cauſa vocet̃ hęres, vt no. in l. filiũ. in prin. ff. de leg. præſtan. tamẽ in effectu pauperes erũt hæredes, vel loco hæredũ attento potius effectu, quã nomine hęredis, vt ff. de vſur. l. in fideicõmiſſi. §. cum Pollidius. & ff. ad l. falc. l. cũ dotẽ. ibi, & ſane in pleriſq; ita obſeruat̃, &c. & ff. de leg. 3. l. ſi quis Titio. ibi, niſi duntaxat, &c. ff. de ali. leg. l. pecuniæ ſortẽ. & ff. de ali. lega. l. filio. §. matri ſuæ. & ꝙ no. ff. de cond. & dem. l. ſi quis eum. Aut inſtituitur hæres ſimpliciter, & non pro pauperibus: & tunc acquirit illi ordini, de quo facta eſt mentio in teſtamento: quia cũ ſtatus ſuus repugnet, non poteſt habere proprium. 12. q. 1. c. nõ dicatis. C. de ſacroſ. eccl. auth. ingreſſi. vnde cum nõ poſſit habere propriũ, neceſſe eſt, ꝙ acquirat ordini, ſiue cõuentui, de quo facta eſt mentio: vt ff. de cond. & dem. l. ſi filio. & no. in c. dudũ. §. verum. de ſepult. in cle. nec diſtinguit̃ hoc caſu, vtrum ſit conſanguineus teſtatoris, nec ne, licet in eo, qui poſſet habere proprium, diſtingueret̃: quia in conſanguineo potius attendit̃ ratio ſanguinis, quàm aliud accidens, arg. ff. de excuſ. tut. l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. ſi ergo eſt concluſum, quod in caſu noſtro fuerit facta inſtitutio pro pauperibus, nullum commodum acquiritur primæ religioni, nec ſecundæ: ſed pauperibus nominandis, & poſtea nominatis. Si autẽ alicui religioni acquireretur, inſpiceretur religio nominata, & ſi nulla religio eſſet nominata, inſpiceretur illa, quæ eſt tẽpore mortis teſtatoris, vt in Auth. de eccleſiaſticis titulis. §. ſi quis in nomine. ff. de cõd. & dem. l. hæc cõditio. §. cum ita. facit, ꝙ not. Cy. C. de ſacroſ. eccl. l. 1. quia quantũ ad acquiſitionem inſpicitur tempus, in quo cedit dies relicti, vt ff. de leg. 2. l. ſi alienus. & l. debitor. §. ſeruo. & licet poſt mortem mutauerit religionem: tamen religio in qua erat tempore mortis, præfertur: cum ei ius ſit quæſitum, 18. q. 1. cap. ſtatutum. Alij tamen aliter dicunt: & fuit quæſtio diſputata per dom. Fede. de Senis. & poſita inter conſilia ſua: nam quidam dicunt, quod non poteſt adire, niſi iubente ſuperiore. Iubere autem non poteſt, niſi quia ſuperior tempore iuſſus, quia ille habet eum in poteſtate. & hoc in inſtitutione hæredis in legato. prima opinio eſt verior ſine dubio. Sed hoc vlterius nõ exami-



2 no: quia non expedit. † Sequitur aliud membrum, quando religioſus eſt relictus executor. Et dicendũ eſt, quod officiũ executoris reſidet in perſona executoris, & nõ acquiritur ordini: quia perſonale eſt, & conſiſtit in voluntate, & facto ipſius executoris. Tamẽ debet habere licentiam ſuperioris, videlicet eius ſuperioris, qui eſt ſuperior tempore licentiæ, vt in cap. religioſus. de teſta. lib. 6. & ff. de condit. & demonſt. l. qui hæredi. in princ. Ex quibus infert̃, quod cum dictus frater Iacobus habuerit licentiam, & bailiam ab Abbate dicti monaſterij, in quo reſidebat, ſine dolo aliquo potuit diſpenſare dicta bona in pauperes
3 hoſpitalis. & non eſt dubium in bonis non venditis, † ſed dubiũ eſt in illo articulo teſtamenti, quo cauetur, quod dicta Blanca vxor teſtatoris poſſit vendere pro ſua neceſſitate, & ipſa infirmitate grauata vendidit, & confeſſa fuit ſe precium habuiſſe. Quæritur enim, nunquid dicta venditio habeat nocere dicto hoſpitali: & dicendum eſt, quod non. Nam ad hoc, quòd dicta venditio valeat, debet eſſe euidens neceſſitas. Secũdò, quod in eum modũ ſit vendenti permiſſa poteſtas. Tertiò, quod in cauſam neceſſariam non ſit ſuperflua quantitas. Quartò, quod reſpectu loci, & temporis emineat opportunitas. Quintò, quod ceſſet omnis fraus, vt dicit lex illa notabilis. ff. de exerci. l. Lucius. ſed hic non conſtat de aliquo quatuor præmiſſorum. Item nec de quinto apparet, ſcilicet quod bona fide, imo potius pręſumitur, ꝙ in fraudem, argumentũ C. manda. l. per diuerſas. & l. ab Anaſtaſio. quia confeſſio eſt ſuſpecta: maximè cum tendat in præiudiciũ animæ, & piæ cauſæ. imo ſicut dicimus in pupillo, & eccleſia, deberet cõſtare per euidentes probationes, vt no. Gui.
4 de Cu. in d. l. ſi. † Itẽ quia rõne mortis propinquæ, & imaginariæ præſumit̃ fraus, vt ff. ſol. mat. l. filiæ nec emancipatæ, & egregiè in c. 1. de renunc. lib. 6. Itẽ neceſſitas intelligit̃ reſpectu futuri, nõ reſpectu præteriti: vt l. cum hi. in prin. ff. de tranſact. cum gl. ſua. Ex his apertè patet, ꝙ hoſpitale habet iuſticiam. Ego Bal.

CONSILIVM CCCXXXIII.

1 *De potentia imperatoris, qui fecit Ducem Mediolani ſuum vicarium, & alias iuriſdictiones dedit, de quib. omnib. ſupra in conſ. 326. 327. & 328.*
2 *Principes quando poſſunt ſtatuere contra ius tertij.*

In Chriſti nomine. Ad intelligentiã ſequẽdorum præmittendum
1 quoddam indubitatũ, † videlicet ꝙ princeps Romanus poteſt ſua caſtra, & iuriſdictiones, & dignitates in feudum aſſignare, & conferre: & tanta eſt in eo plenitudo poteſtatis, quod legibus ſolutus eſt: vt ff. de legib. l. princeps. & licèt de plenitudine poteſtatis teneatur habere firmas conceſſiones ſuas: & nõ debeat venire contra fidem prædeceſſorum ſuorũ: quia debet eſſe cultor, & auctor iuſticiæ, vt in c. ſi clientulus. §. eccleſia. & in c. 1. de natura feudi. vbi dicit, quod nõ poteſt diſueſtire ſine cauſa: quia fides eſt de iure naturali: tamen ſi aliquod motiuum, etiam leue mouet principem, de plenitudine poteſtatis facere poteſt, quod ei libet, iuxta illud antiquum verbum, ſi libet, licet, vt d. l. princeps. C. eo. l. digna vox. quia quando poſſunt aliqua occurrere, quæ pro bono, vel malo ſunt æſtimanda, nullus eſt melior arbiter, & declarator eo. vt ff. de annu. lega. l. Mæuia. §. fi. & no. Cy. C. de precib. imper. offer. l. ſcripta. ipſe enim eſt iudex iudicum: vt no. C. de decurio. l. nemo index. lib. 10. & non habet aliquem ſupra caput, niſi deum, à quo tamen punitionẽ expectet, ſi facit iniuſticiam: & interdum propter enorme regimen Papa priuauit eum, vt in c. ad Apoſtolicæ. de re iud. lib. 6. quia magis eſt Vicarius Dei Papa, quam Imperator, quia Papa ęquiparatur ſoli, qui maior eſt, quam luna, quantitate, dignitate, officio, & ſublimitate, tamen infra Papam omnes eius ſubditi tenentur obedire. Porro ad eum pertinet gradatio, & degradatio, vt diſertè ponit Sene. lib. 6. de clementia ad Neronem, in prin. vnde omnes dignitates ſunt ſcabellum pedum ſuorum, & poteſt eas infringere, & remouere, & transferre: cum ſit Deus in terris, vt in Auth. de conſulibus. Ex his talis ſequitur concluſio manifeſta, quod priuilegium domini noſtri ſeruandum eſt, prout iacet de verbo ab verbũ: niſi ipſe Imperator aliter declaret fuiſſe ſuæ intentionis, quod non eſt veriſimile eum facturum: quia expedit Romano Imperio fidẽ ſeruare illuſtri domino noſtro: nam tunc Romanum Imperium ſurrexit à mortuis, ſi bene conſideretur, quando dictam magnificam, illuſtrem, & glorioſam gratiam fecit domino noſtro Duci Mediolani, comiti Papię, & virtutum, &c. Nam ſi Imperator crearet dominum Regem Arelatenſem, nonne omnes comites, & Barones obedirẽt ſibi? Nemo vnquã dubitauit, niſi inſanus: deſipit enim, qui ſic ſapit, & valde errat: quia regnum eſt quoddã totum ſuas partes integraliter continens tam in perſonis, quam in rebus, ſicut omne nomen collectiuum populorum, & territorij. nam his nominibus cõtinent̃ magnates, & vniuerſæ nationes, quæ circunſcribunt̃ ſub finibus deſignatis, vt inſti. de iure naturali. §. 1. Præterea ſi recte conſideremus, nihil diminuitur Marchionibus, comitibus &c. ſed datur quædam noua forma, & quidam ſtylus, ſicut Imperator per ſe poteſt, ita per alium: quemadmodũ poſſet ſuper eos ponere viſitationem, vt C. qui pro ſua iuriſdictione. l. 1. in fi. vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur: propter cõſcientiam tamẽ eſt cauendũ, ſub hac proteſtatione loquor, in quanto opinio mea concordet cum iuſticia, & aliter nõ, ſummũ Imperium Imperatori datum fuit, & iugiter cõſeruatum: quia neceſſe eſſet reipublicæ per vnum conſuli, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde. cum eſſet commodius enim per vnum expediri, vt l. 3. §. quod in tutore. ff. de adminiſt. tuto. ſicut in iſta domo non debet eſſe, niſi vnus paterfamilias, qui appellatur princeps familiæ. ff. de verb. ſignif. l. pronunciatio. §. 1. Item ſalutem reipublicæ tueri, nulli magis creditur conuenire, nec alium ſufficere ei rei, quam Cæſarem, vt ff. de off. præfect. vigi. l. nam ſalutem, & iſta tam immenſa poteſtas originem ſumpſit à bellis. nam Romanus populus ſubiugauit ſibi prouincias ſucceſſiue omnes ſimul per potentiam armorum. ff. de orig. iur. l. 2. §. capta deinde Sardinia. C. de Iuſtiniano codice confirmando. proceſſiq; annuentibus fatis, & ideo permittente, vt mundus regeretur ſub regula: & indomiti populi domarentur, & diſcerent iuga pati. 23. q. 1. c. quid culpatur. Populus enim indomitus eſt docendus, & fręnandus, non ſequendus. & de hoc tractat Beatus Auguſti. 19. de ciuita. dei. 21. Notandum eſt ergo, quod originalis intentio creationis Imperij fuit bonum, & vtilitas reipublicæ, nõn priuatæ, puta Caroli Impera. ergo ſi Imperator in res publicas ſæuiret, excutere ab eo iugum tantæ ſeruitutis non eſſet cõtrariũ rationi naturali. Nec obſtat, quod eccleſia approbauit Imperium, quia intelligitur, in eo quod iuſtè, nõ in eo, quod iniuſtè, argumentum in c. cum æterni. de re iud. lib. 6. & cap. primo, per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur. collat. 10. ita dicit Cyn. in d. §. capta deinde Sardinia. ſed quicquid ipſe dicat, nos iuriſtæ debemus dicere, quod Imperator eſt dominus mundi, etiam ſi malè adminiſtret: quia non poteſt inferior corrigere ſuperiorem: licet Papa poſſet ex maxima cauſa eum deponere: vt in cap. apoſtolicæ. de re iud. lib. 6. tamen donec eſt in actu officij, optimus, maximuſq; princeps habetur: vt ff. de lega. 2. l. vnũ ex familia. §. item Imperator Marcus. ipſe deniq; alienare poteſt, ſalua maieſtate Imperij. l. obſeruandum. ff. de off. pręſi. cum & alteri committere hoc poſſit, vt ff. de off. procuratoris Cæſaris. l. 1. §. 1. Item infeudare poteſt, vt in Authen. de pace Conſtan. §. hoc, quod nos. & §. conſules. & §. vaſalli noſtri. cum §. ſequentibus. & de feudo marchiæ. c. 1. & per quos feudi cognitio deriuatur, cap. 1. & quis dicatur Dux, Marchio, comes. cap. 1. & quia honor eſt in honorante, princeps dando feudum nobilitat regnum, expeditq; reipublicæ potius habere iuſtos ſubditos, quam peruerſos: & ſic expedit habere potius ſubditum Ducem, quam tyrannum. C. de ſacroſ. eccl. l. decernimus. videmus etiam, quod alij duces magni ſub ſe habent nonnullos comites, & Barones, vt comes Sabaudię, Gebenen. & cui ordini nihil repugnat, qui potius in iure, quam in voce conſiſtit: vt ff. de pec. leg. l. quædam, conſuetudo etiam dat iuriſdictionem, & limitat eam: vt C. de emancip. lib. leg. 1. cum ſimil. porro ipſe dat dignitatibus eſſe, & ſtatum, ipſe dat dignitatibus ordines, & prærogatiuas, vt in Authen. vt ab illuſtribus, & qui ſuper eos ſunt. & C. vbi ſenatores, vel clariſſimi. l. fi. ipſe enim poteſt facere duces, maiorẽ, medium, & minorem, rationis eſt, quod minor ſubijciatur maiori, vt in c. primo, in prin. qui feu. dare poſ. Nam etiam inter Angelos reperiuntur ordines, & gradus: minor ſeruit maiori. nam hoc pertinet ad bonum regimen, & regulã vniuerſi. vbi ergo ſunt multi parui comites, vel Marchiones, maximè rurales, poteſt Imperator vnum facere, qui alijs præſit: & ad quẽ alij recurrant tanquã ad quendã præpoſitũ cõmuniter: ſicut magr̃ facit magiſtrũ. l. 1. §. magr̃. ff. de exerci. Hoc. n. inter eos bella corrigit, & pacẽ componit, ſubditoſq; protegit: vt ff. vſufruct. l. æquiſſimum. ff. de ſerui. vrba. prædio. l. in re communi.

& in

& in l. 1. C. vt armorum vſus inſcio Principe, &c. & in Auth. de
armis. colla. 6. & C. de iudæis. l. nullus. Sane nemo dubitat, quin
Imperator poſſit committere alicui vices ſuas: quia quod po-
teſt per ſe, poteſt per alium: cum ipſe perſonaliter vbiq; eſſe nõ
poſſit. Alios igitur aſſumit in partẽ ſolicitudinis, ſed non in ple-
nitudinem poteſtatis, nihil ſibi abſorbendo de iuriſdictione ſu-
prema, quæ cum ſit quid perfectum, neq; creſcere, neq; minui
poteſt, vt in c. dudum. de præb. lib. 6. Item in Principe, quia diſ-
ponit tanquã de re proprie, creditur, verbis eius: & motiuũ ipſi-
us habetur pro ratione certiſſima, vt ff. de ali. leg. l. diu. Seuerus.
& ff. de manu. teſta. l. teſtamento Centurio. Dicet aliquis, Mar-
chiones, & Comites nõ poſſunt diſueſtiri ſine culpa, vt in c. 1. de
natura feudi. nam cũ hoc ſit de natura feudi, ergo cõtra naturã
nõ poteſt diſcerni, vt l. ſi peculiũ. §. 1. de pec. lega. & l. per ſeruũ.
in fi. ff. de vſu, & habi. Reſpondeo, iſtud nõ eſt diſueſtire: ſed po-
nere ſub quadã regula iuſticiæ, & æquitatis. Certè & hoc poſ-
ſe ineſt à natiuitate cuiuſcũq; feudi: quia Imperator ſemper ex-
cipitur. nec etiam ſibi legẽ imponere videt', vt in c. 1. §. fi. de pro-
hib. feu. alienat. per Federicũ. Item non obſt. ff. de fideic. liber-
ta. l. inuitus. & ꝙ no. Cyn. in l. 1. C. de nouationi. Dyn. in l. 2. ff. ſol.
mat. quia hic nõ quęrimus de libertate tollenda, vel minuenda:
ſed de iuriſdictione quæ reſidet ſola auctoritate cõmunitatis,
arg. ff. de annu. leg. l. quintus. §. Pomponius. quia iuriſdictio nõ
eſt cõtra veram libertatẽ, ſed cõtra vitia. nam ius, & iuſticia cõ-
peſcit vitia, & coronat virtutes. l. 1. ff. de iuſti. & iur. vnde contra
ſubditũ etiam inuitũ, & damnũ patientẽ cõmittitur iuriſdictio:
quia de natura ſui redditur in inuitũ, vt ff. de ver. obl. l. inter ſti-
pulantẽ. §. 1. & ff. de off. procon. & leg. l. 2. & in Auth. de quæſto-
re. §. ſuper hoc. colla. 6. & in mandatis Principis non requiritur
cauſa, extra de appel. c. cũ parati. & no. Inno. in c. 1. de iud. lib. 6.
Itẽ princeps iura vtilia poteſt concedere ſine cauſa, ar. ff. de lib.
2 lega. l. ſi is, qui duos. nam ipſe, & ratio idem ſunt. † Quid plura:
Dicit Inno. ꝙ licitum eſt regibus, & principibus ſecularibus ali-
quid ſtatuere ex cauſa in præiudicium iuris alterius, vt ipſe ele-
ganter no. extra de iureiur. c. debitores. & ſicut nos dicimus, ꝙ
certa ſcientia habetur pro donatione in cõtractu ſtipulationis:
quia ipſa liberalitas eſt pro cauſa ſufficienti, vt ff. de ope. liber. l.
Campanus. & ff. de exceptio. doli. l. 2. §. circa. & ff. de verb. obl. l.
ſi diuortio. ff. de dona. l. Ariſto. ita multo fortius in Principe, ꝙ
ipſa liberalitas habetur pro cauſa, nimirũ quia in Principe cer-
ta ſcientia pro iuſta cauſa habetur, vt leg. & no. in l. idem Vlpia.
ff. de excu. tut. & eſt gl. ord. valde no. in c. ad hæc. extra de reſcr.
& facit quod no. Cyn. & ego in l. reſcripta. C. de preci. imp. offe.
& l. fi. C. ſi cõtra ius, vel vtil. pub. Item ſi Imperator cõcedat ali-
cui homines ſuos, nõ tamen videt' alienare: quia adhuc retinet
maioritatem, arg. ff. de hær. inſti. l. talem ſeruo. §. fi. & ar. eius, ꝙ
leg. & no. ff. de adi. leg. l. ſi fuero. in fi. magnæ gl. Patienter ergo,
& non indignanter ferant ſubditi tam magnates, quam plebeij.
nam ſi magnates, fortius plebeij, ſi Rex, vel Imperator ipſorum
ceruices vult ſubeſſe maioribus, & altioribus ſe, quia potentio-
ribus pares eſſe non poſſumus: vt l. 3. in princ. ff. de alien. iudi-
cij. item modernus Rex Romanorum per ſe propter locorum
diſtantiam non poteſt Italiam regere. item poteſt dimittere ali-
quem in locum ſuum, qui ius dicat, vt ff. de officio eius, cui mã-
da. eſt iuriſ. l. 1. huius rei. & ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt deinde diuus.
ver. quoties. item Imperator etiam indelegabilia delegat, vt C.
qui pro ſua iuriſd. l. 1. in fi. Ex quibus ſequitur euidenter, quod
dominus noſter Vicarius Regis Romanorũ, & ex dignitate ſua,
quæ eſt quædam monarchia creata iuxta contentum ſuum, po-
teſt requirere, & mandare, quod ſibi iuramenta nouiter inſti-
tuta pręſtentur ſine derogatione ſubſtantiæ dignitatum Comi-
tum, & Baronum, & abſq; ſubuerſione bonarum conſuetudi-
num, quæ omnino ſeruandæ ſunt, ſi certam formam habent, vt
ff. de annu. leg. l. Seio. §. medico. & ff. de vſufr. leg. l. Sempronio.
§. fi. ibi, & ad eum modum, &c. & ff. communia prædio. l. vendi-
tor. §. ſi conſtat, & in c. 1. de conſtit. lib. 6. Nam ſi intelligitur vel-
le detrahere iuri alterius, vt clarè legi. & no. extra de reſcrip. c.
ad aures. & iuramentum intelligitur in licitis, & honeſtis, & cõ-
ſuetis, vt ff. de auro, & arg. lega. l. pediculis. §. argento potorio.
Et notatur. ff. de reg. iur. l. non videtur. §. qui iuſſu. iurabunt er-
go ſecundum verba priuilegij, & ſaluis alijs eorum iuribus qua-
tenus de iure debeant reſeruari, arg. ff. de damno infecto. l. præ-
tor. §. ſi controuerſia. Ego Bald.

CONSILIVM CCCXXXIIII.

1 *Contractus quando dicatur perfectus per nuncium, quem conſueuit ſem-
per vti pro nuncio, & eius contractus confirmare.*

1 In Chriſti nomine. † Creditor indigẽs fru-
mento pro ſe, & neceſ-
ſitatibus ſuis, & ſuæ familiæ, debitori ſuo nomine B. conſtituto
in partibus remotis ſcribit, vt eidẽ debitori placeat dare de fru-
mento ſuo pro precio competenti vſq; ad concurrentẽ quanti-
tatẽ debiti: debitor reſcribit, ꝙ eſt paratus ad rationẽ quatuor
ducatorũ pro ſalma, creditor ſcribit cuidam ſuo familiari in hac
forma: primò, ꝙ non excedat ſummã precij trium ducatorũ, &
vnius ſeptimi pro ſalma: ſcdò ſcribit in hac forma: ſuper facto
grani, quia dictus B. nõ vult dare granum minori precio dicto-
rũ quatuor ducatorũ pro qualibet ſalma, ſit tibi menti loqui cũ
ipſo debitore ſuper facto dicti grani & operari circa negocia di-
cti grani, ad precium, quicquid poterit pro commodo, & vtili
meo: tandem dictus nuncius firmauit mercatum pro tribus flo-
renis cum dimidio pro qualibet ſalma, cui dictus creditor ſcri-
bit, quod non contentatur. Quæritur, an dictum forum ſit per-
fectum, nec ne, ita quod dictus creditor teneatur ſtare contra-
ctui: & quid iuris. & videtur, quod non: quia iſtæ videntur literæ
familiares potius, quam literæ mandati: vt C. quod cum eo. l. fi.
Item quia emptio, & venditio eſt negociũ voluntarium, & ideo
non obligat dominum abſentem niſi mandato, vel ratihabitio-
ne, vt ff. de neg. geſt. l. ſi pupillus. §. ſed ſi ego. Item quia fines mã-
dati diligenter ſunt obſeruandi: vnde multũ pondero illa ver-
ba, non excedendo in effectu precium trium ducatorum vnius
ſeptimi pro ſalma. vnde habito reſpectu ad primas literas tranſ-
miſſas dicto nuncio, dictus dominus non eſſet obligatus: vt ff.
mandati. l. diligenter. & ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. libertos.
Item quia omnia iſta verba, quæ præceſſerunt ante firmatũ cõ-
tractum, videntur fuiſſe quædam prælocuta, & nõ obligatoria.
C. de reſcin. vend. l. ſi voluntate. & no. in l. eleganter. circa prin-
cipium. ff. de cond. indeb. Præmitto tamen, ꝙ veniendo ad ſub-
ſtantiam negocij eſt videndũ, vtrum dictus nuncius habuit mã-
datum ad firmandum dictum contractum, necne? & videtur, ꝙ
non habuerit mandatum ad contrahendum: ſed ſolum ad tra-
ctandum, & reſcribendum tanquam quidam mediator. ar. ff. de
arbi. l. ſi meis. §. recepiſſe. & ff. de inſtitoria. l. cuicunq;. §. non o-
mne. & ff. de acquir. hæred. l. cum, qui duobus. §. filius. In con-
trarium videtur, quod habuerit mandatum ad negocium per-
ficiendum propter verba: quia habuit mandatum circa nego-
cium dicti grani, arg. ff. de neg. geſt. l. ex facto. Dictio enim, cir-
ca. poſita incluſiuè includit ſuas extremitates. Secundò: quia
habuit mandatum operandi ad precium, quicquid poterit, er-
go potuit de precio negociari, & operari, ar. ff. mandati. l. credi-
tor. §. Lucius. & verbum, poterit, ſignificat non ſolum poten-
tiam ſed actum. ff. de ſtatuliber. l. 3. §. ſi quis. Item cui datum eſt
poſſe, datum eſt de iure, & de facto efficaciter poſſe, de verb. ſig.
l. nepos. Tertiò propter illa verba, pro commodo, & vtili meo.
nam vtilitas domini non ſtat in prælocutione: ſed in firmatio-
ne, & ſolidatione contractus. ex hoc enim ſurgit commodũ, &
vtilitas in effectu: quia verba cum effectu ſunt accipienda, vt l.
1. §. hæc verba. ff. quod quiſq; iuris. nam vtilitas eſt in ſubſtantia,
& in effectu. ff. de neg. geſt. l. quæ vtiliter. ff. de impen. in rebus
dota. fac. l. 1. cum l. ſeq. ff. de verb. ſign. l. impenſa. Præterea illa
verba, non excedendo, &c. fuerunt per ſequens mandatum re-
uocata. l. cum plures. §. locator. ff. locati. Item ampliatũ, & pro-
rogatum intelligitur ipſum mandatum primũ. l. qui ad certum
tempus. maximè propter neceſſitatem victus. ff. de neg. geſt. ſi-
ue hæreditaria. ff. de exercito. l. fi. Item res erat tempore peritu-
ra: quia debitor erat alij diſtracturus: & ſic licuit nuncio inter-
pretari mandatũ, & præuenire, id eſt prius facere, & poſtea re-
ſcribere. Præterea præſupponitur, ꝙ iſte cõtractus erat vtilis, &
initiũ inſpicere debemus, vt ff. de neg. geſt. l. ſed an vltro. §. 1. Sed
& illud non eſt omittendũ, ꝙ in puncto præſupponit', ꝙ dñs ſo-
litus erat ſe fidei dicti nuncij cõmittere, & ratificare, quæ ab eo
bona fide geſta eſſent quãtũ ad interpretationẽ intellectus mã-
dati, caſus eſt no. ff. ꝙ cum eo. l. Titianus. §. itẽ ad hoc. ff. de aur.
& argen. leg. l. cum quidam libertum. Conſidero igitur, quod
ſi fides, & induſtria electa nuncij eligenti dãnoſa eſſe debet, de-
bemus dicere, quod dictum negocium tanquam vtiliter cœ-
ptum, & ab ipſo domino ortum, debeat ratum haberi per do-
minum,



minum, vt ff. de neg. geſt. l. Pomponius ſcribit, ſi negocium. &
hanc partem puto veram, & æquam omnibus prædictis inſpe-
ctis. & quia originale mandatũ, quod erat limitatum, fuit poſt-
ea ampliatum: & ſic cum mandato fuit geſtum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXV.

1 *Cedere vſumfructum aliud eſt, quàm cedere ius vſusfructus.*
2 *Ius patronatus non poteſt vendi, niſi cum tota vniuerſitate, & nu. 4.*
3 *Totum quot modis dicatur.*
5 *Quod non licet in ſpecie, non licet in genere.*
6 *Honoris nomina quid contineant.*
7 *Vocabula ſunt intelligenda, ſecundum quod vulgus intelligit.*

In Chriſti nomine. Quædã mulier relicta
vſufructuaria cuiuſdam
fundi ceſſit titulo dotis vſumfructũ, & iura ipſius æſtimata ma-
rito ſuo: hoc pacto, ꝙ maritus conſtante matrimonio debeat
pro oneribus matrimonij habere & percipere fructus, & poſt
mortem mariti debeat habere iura vſusfructus, ipſique mulieri
1 debeant reſtitui. † Quæritur, vtrum per hoc mulier ceciderit
à iure formali vſusfructus, ita ꝙ ſit reuerſus ad proprietatem
necne? Et videtur, ꝙ ceciderit, vt inſti. de vſufruct. §. finitur. In
contrariũ, quia illud verũ, quãdo dicit', cedo ius vſusfructus: ſe-
cus ſi dicat, cedo vſumfructũ, quia tunc intelligitur largo modo
ꝓ cõmoditate nõ ꝓ iure inſeparabili, vt ff. locati. l. ſi quis domũ.
§. 1. ff. de peric. & cõmodo rei vend. l. neceſſario. §. fi. Solutio: nõ
cecidit à iure ſuo: quia de ſola cõmoditate videt' actũ, & hoc tri-
bus rationibus. Primo: quia verba dicunt pro oneribus matri-
monij. nam oneribus deſeruit commoditas, non ipſum ius in-
tellectuale. Secundo propter illud verbum, percipere fructus,
quod manifeſte exprimit intentionem contrahentium relatam
ad ſolam commoditatem. ff. de vſufruct. lega. l. fundi trebatiani.
Tertio: quia verba debent intelligi ſecundum patientem ma-
teriam. ff. de vſufruct. l. Proculus. & eſt expreſſum in contractu.
C. ſi pignus pignori datum ſit. nec eſt mirum, quod nomẽ vſuſ-
fructus accipiatur pro commoditate. l. 1. ff. de vſufruct. leg. Cer-
te & illud eſt notandum, quod non dicitur prorſus alienatum,
quod in corpore matrimonij eſt ſpe retentum, & reuerſurum,
ac etiam reſeruatum. C. de iure dotium. l. in rebus. expreſſa pro-
uidentia diſponentis, vt no. ff. de adi. leg. l. ſi ſeruo. in fin. magnæ
glo. item ſi eſſet erratum in iure, & maxime in ſubtilitate iuris,
ſuccurreretur mulieri, præſertim in damno vitando. Item per
hoc. ff. de contrahen. emptio. l. qui tabernas. Item non præſu-
mitur quis ſuum iactare, nec etiam eligere viam ad impugnan-
da ſua iudicia, ff. de teſtam. milit. l. 3. vnde inſpecta mente con-
trahentium, & ſano intellectu verborũ iſta mulier non cecidit
à iure ſuo, nec eſt reuerſus vſusfructus ad proprietatẽ vllo mo-
2 do. † Secundo quæritur: ſuppoſito, quod vnus vendidit omnes
honores, & omnes honorãtias, & ius patronatus, quos, & quas,
& quod habebat in tali loco, an valeat venditio, & tranſactio iu-
ris patronatus dicta de cauſa, vel non. Et videtur primò, quod
non: quia venditio vel tranſlatio iuris patronatus non fit, niſi
cum vniuerſitate rerum, quibus adhæreat, vt not. in capit. ex li-
teris. de iure patronat. & gloſ. in l. ſi operarum. ff. de ope. liber.
& in l. in modicis. ff. de contrahend. emptio. Item quia fit ex-
preſſio iuris patronatus, quod vitiare videtur, &c. In contra-
rium videtur ex eo, quod ſatis videtur vniuerſitas, cum dicitur,
omnes honores, honorantias, &c. Item dicitur, quod non vide-
tur expreſſio vitiare: & ſi vitiaretur, an illa generalis clauſula,
videlicet omnes honores, & honorantias &c. Suppoſita vitia-
ta ſpeciali clauſula de iure patronat. cum contineat in ſe ius pa-
tronatus. ita quod emptor poſſit in caſu prædicto conſequi ius
patronatus, an ne? Ad euidentiam ſciendum eſt, quod ius pa-
tronatus eccleſiæ non eſt de bonis, nec ipſe proprie loquendo,
in bonis patroni laici multo minus, quàm ius patronatus liber-
ti, & ideo principaliter, & per ſe non poteſt alienari, vt nota. ff.
de acquir. rerum domin. l. quædam. & in d. l. in modicis. & l. ſi
operarum. ff. de præſcrip. verbis. l. naturalis. in fi. ff. de lega. 1. l.
planè. la ſecunda. vnde principaliter, & ſpecialiter non eſt in cõ-
mercio, nec poteſt ſeparari à perſona per modum alienationis
voluntariæ, arg. ff. fami. ercil. l. quædam mulier. & ff. de iure pa-
tron. l. Carmelia Pia. ſed acceſſorie poteſt alienari cum vniuer-
ſitate, id eſt, tanquam pars cum toto, & tanquam contẽtum ſub
continente: quia cum vniuerſitate omnia tranſeant, quæ con-
tinentur in ipſa, vel ſub ipſa, vt dictis legibus. & ff. de petit. hęre.
3 l. item veniunt. tranſire ergo poteſt tanquam pars in toto, † vbi
ſciendum eſt, quod totũ aliud eſt integrale, vt fundus, & omne,
quod ſua integritate continetur, vt ff. de vſucapionib. l. eum,
qui ædes. & ff. de acquiren. poſſeſſ. l. poſſideri. §. 1. aliud eſt to-
tum numerale, vt decem, & viginti: vt ff. de iuriſdictio. om. iudi.
l. pen. §. ſi idem cum eodem. C. depoſiti. l. fin. aliud eſt totum ge-
nerale, quod prædicatur, id eſt, verificatur ſecundum naturam
ſuæ diffinitionis de qualibet ſpecie ſub eo contenta, vel ratione
ſigni, quod dicit' vniuerſale, ſiue terminus vniuerſalis. ſed apud
legiſtas magis dicit' generale, vel generalis, vel cõmune appella-
tionis, vt iſte terminus, animal ſecũdũ dialecticos, & iſte termi-
nus, homo ſecundum legiſtas, vt ff. de lega. 3. l. ſi quid earum. §.
inter emptum. & nota. in l. 2. ſi certum petatur. quandoque di-
citur totum, id eſt totaliter, ſeu omnimodò: vt ff. de orig. iu. l. 2.
4 §. poſt originem. † Quia modo videndum, quod ius patrona-
tus non tranſit in ſpem principaliter, & per ſe: ſed tranſit cum
toto integrali, vt cum gleba. verbi gratia, ſi in aliqua parte ter-
ritorij eſt fundata eccleſia, vtrum trãſeat cum toto integrali, &
dicendum eſt, ꝙ cum toto vniuerſali tranſit, & cum toto inte-
grali non tranſit. vnde ſi quis diceret, dono tibi totum patrona-
tum meum: iſtud eſt quoddam generale, quod prædicatur de
quolibet patronatu ipſius, & quod non tranſit per numerum,
non poteſt tranſire per genus: quia non eſt aliud dicere omnem
patronatum, quàm hunc, & illũ, &c. nec eſt aliud genus, quàm
5 ſpecies dinumerat. † & quod non licet in ſpecie, nec in genere,
facit C. de præſcrip. 30. anno. l. omnes. & ff. de leg. 3. l. ſi chorus.
attento igitur themate ſupradicto: quia ius patronatus in caſu
noſtro non venit acceſſorie, nec tanquam contentum ſub ali-
qua re realiter ipſum continente, terminus generalis non po-
teſt ipſum includere, ita ſubtiliter not. Innocen. extra de iure
patronatus. c. ex literis. Præterea illa verba, omnes honores, &
omnes honorantias, nihil ſignificant de iure patronatus: immo
6 eſt in appellatione, & deſignatione expreſſa diuerſitas. † nam
nomine honoris continetur honor, ſed non honor cum onere:
quia mixtum non continetur ſub ſimplicibus, vt ff. de lega. 3. l.
hoc legatum. ius autem patronatus eſt principaliter onus po-
tius quàm honor, 16. quæſtio. 1. cap. viſis. vel ſaltem eſt quid per-
mixtum, & ſimplicia mixtis valde ſunt diuerſa, vt ff. de iuriſ-
dictio. omnium iudicum. l. Imperium. §. mixtum. facit extra de
probatio. capitulo, licet cauſam. Præterea ſecundum vſum vul-
gi patronatus non dicitur honorãtia, ſcilicet ſi ſuo nomine ſtat,
7 argu. ff. de pactis. l. iuriſgẽtium. §. 1. † & vocabula ſunt interpre-
tanda, ſecundum quod vulgus intelligit: vt ff. de fundo inſtru-
cto. l. cum de lanionis. §. Aſinam. & ff. de leg. 3. l. librorũ. §. ꝙ ta-
men Caſſius: concluditur igitur ex prædictis ius patronatus
tranſlatum non eſſe, nec ex his ſermonibus transferri potuiſſe.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXVI.

1 *Maritus an poſſit relinquere vſumfructum vxori contra diſpoſitionem ſta-
tuti.*
2 *Quando ſtatutum vel lex vltra procedit diſponendo, actus aliter factus an
valeat.*
3 *Maritus poteſt remittere vxori onus, quod non poſſit nubere.*

In Chriſti nomine. Iuxta caſum illius bonę
mulieris, cui in teſtamẽ-
to quondam mariti ſui fuit vſusfructus legatus, ſeu vidua remã-
ſerit, ſeu ad ſecunda vota tranſierit, & hoc non obſtante lege
aliqua generali, ſeu ſpeciali in contrarium diſponente, quo ca-
ſu quæſitum fuit, an eo quia mulier tranſiuit ad ſecunda vota,
ceciderit à dicto vſufructu, & hoc ex virtute dicti ſtatuti. Ru-
brica, quod maritus non poteſt vxorem ipſius hæredem, inſti-
tuere, nec legare, nec relinquere in aliqua vltima volũtate vxo-
ri ſuæ, niſi vſumfructum. Item ſtatuimus, quod de cætero ali-
quis maritus non poſſit vxorem ipſius inſtituere, & legare, nec
relinquere in aliqua vltima voluntate vxori ſuæ, niſi vſumfru-
ctum: proprietatem autem alicuius rei relinquere non poſſit,
ſed dicto vſufructu vti non poſſit, niſi honeſte, & in viduitate
manendo, & thorum viri ſui honeſte cuſtodiendo: alimenta au-
tem poſſit ipſe maritus relinquere dictæ vxori ſuæ, lectum viri
ſui honeſte cuſtodiendo, vendere vero nec alienare vxori, vel
alteri poſtea conſtãte matrimonio non poſſit: & ſi ſecus factum
1 fuerit non valeat, nec teneat ipſo facto. † Ad euidentiam præ-
mitto, quod vbi ſtatutum prohibet relinqui, teſtator non po-
R teſt fa-

teſt facere ne ſtatutum habeat locum in ſuo teſtamento. primo propter regulam generalem: quia iuri prohibitorio non poteſt renunciari: vt l. 1. & 2. C. ne fideiuſſores dotium dentur. ſecundo propter aliam regulam: quia nemo poteſt facere, ne leges habeant locum in ſuo teſtamento, vt ff. de legat. 1. l. nemo poteſt.
2 † tertio propter legem expreſſam. ff. de lega. 1. l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff. de lega. 2. l. codicillis. §. vltimo. ff. ad l. falc. l. quod de hominis. §. 1. ſi autem lex expreſſe non prohibet, ſed permittit, nec vltra procedit, non eſt dubium, ꝙ valet: vt l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. & l. 2. C. communia de leg. cum ſimi. ſi autem lex vltra procedit diſponendo, qualiter relictum perdatur, ſicut dicitur hic, ꝙ vſusfructus relictus perdatur per tranſitum ad ſe-
3 cunda vota: quia dicit, ꝙ non poſſit vti, niſi in viduitate: † tunc maritus in ſuo teſtamento poteſt remittere hoc onus, permittendo, ꝙ poſſit nubere, & legatum retinere: quia fauore teſtatoris emanauerat hoc ſtatutum, tex. eſt expreſſus in Authen. de nuptiis. §. diſponat. nec enim turpe eſt nubere, ſed honeſtum, vt ff. ad Treb. l. mulier. §. cum proponeretur. & reipublicæ hoc expedit propter replendam liberis hominibus ciuitatem, vt l. 1. ff. ſolu. matrimo. & ff. de condi. & demonſt. l. hoc modo. & olim conditio cœlibatus reijciebatur. ff. eo. ti. l. mulieri & Titio. & C. de indic. vidui. l. 2. & auct. cui relictum. & ibi no. nam quod amittat vſumfructum nubendo, eſt quædam pœna, quam poteſt remittere teſtator, vel hæres eius, vt C. vt in poſ. leg. l. ſcire. Ego Baldus.

Caſus longus ſequentis conſilij.

In Chriſti nomine. Comes Bellimõtis appellatus nomine ꝓprio Longaſpada habebat ex antiquo patrimonio tria caſtra, quæ idem comes vendidit communitati ciuitatis Arlatum pro precio 10. lib. Turonenſi. ſub annis domini 1326. & eadem caſtra dicta communitas poſtea dedit comiti in feudum pro ſe, & hæredibus ſuis, pacto inter cætera tali habito inter eos, ꝙ dictus comes teneat, & tenere debeat ipſe, hæredes, & ſucceſſores ſui dicta tria caſtra in nobile, rectum, & gentile feudum à dicto communi, & omnia, & vniuerſa caſtra, villas, & loca, quæ dictus comes acquiret, & eius filij, vel aliquis ipſorũ, faciendo ipſe dominus comes, & eius filij, & hæredes, & ſucceſſores de ipſis caſtris pacem, & guerram ad voluntatẽ dicti comitis contra quaſcunque perſonas &c. vt ibidem continetur. Contigit, ꝙ currente 1334. dictus Comes acquiſiuit vnum aliud caſtrum præter illa tria, q̃ tenebat in feudũ prius, vt ſupra, quo acquiſito dictus Comes acceſſit ad antianos dictæ ciuitatis Arlarum, & notificauit, ſicut tale caſtrum de nouo acquiſiuit: vnde ſe paratum offerebat illud in feudũ tenere à dicto cõmuni virtute dicti pacti, quo ꝓmiſit tenere in feudũ omnia, & vniuerſa caſtra, quæ acquiret &c. vt ſ. in dicta clauſula continet̃, qua notificatione, & obligatione facta dicti antiani eandẽ obligationẽ acceptauerunt, eundemq; comitẽ de dicto caſtro inueſtiuerũt, & ipſe Comes ꝓuide fidelitatẽ iurauit, & fecit in forma ſolita ipſi cõmuni, quibus peractis dictus Comes poſtea in anno do. 1341. alienauit dictũ caſtrum ꝑ eum vltimo acquiſitũ abſq; cõſenſu communis ciuitatis p̃dictæ, ſiue eius præſidiũ vni alteri Comiti, qui bene ſciebat conditionẽ dicti caſtri, qui appellatur ꝓprio nomine Thedericus. Quã alienationẽ dictum cõmune dicit fore nullã, aſſerens dictã rem fore feudalem, & eam non potuiſſe alienari abſq; cõſenſu ipſius cõmunis, ſiue ciuitatis, & ꝑ conſequens infert dictũ cõmune, ꝙ emptor non potuit dictã rem acquirere, immo tenetur eam eidẽ cõmuni reddere, & hoc gratis, & ſine precio: cum rem feudalẽ ſcienter emerit &c. iuxta no. in libro feudorũ in titu. de ꝓhibita feu. alie. per Fede. c. ſancimus. §. callidis. cum ſi. econtra vero dicunt dicti comites tam vendẽs, q̃ emens, negantes dictum caſtrũ fore feudale: dicit enim dictus Comes Longaſpada venditor, ꝙ licet in ſua antiqua inueſtitura ipſe promiſerit tenere in feudum à dicto cõmuni omnia caſtra, quæ acquiret præter etiam prima feudalia, vt ſupra, & licet ipſe recognouerit dictum caſtrũ vltimo per eum acquiſitũ in feudum, & pro eo inueſtituram receperit, vt ſupra: tamen per hoc non fuit dictum caſtrum effectum feudale: cum tempore dictæ vltimæ inueſtituræ dictum caſtrum, de quo agitur, non foret in bonis dicti communis Arlarum: nec fuit in dictum commune per talem recognitionem, & inueſtituram vnquam dominium dicti caſtri tranſlatum: nec & poſſeſſio eiuſdem, vnde cum prædicta recognitio, & inueſtituræ receptio nõ fuit modus efficiẽdi dictum feudale, infert dictus Comes Longaſpada dictã alienationẽ reuocari non poſſe, & idẽ dicit ꝓ cõſeruatione iuris ſui dictus Comes Thedericus eſſe: dictus emptor, vt ſupra inferẽs ex præmiſſis, ꝙ ideo potuit acquirere, vt ſ. Sapientes vero dicti communis reſpondent ad allegata per Comites antedictos, & dicunt ꝙ per dictam recognitionem & inueſtituram, maxime hoc adiuuãte clauſula dicti pacti dominium dicti caſtri, de quo quæritur, quadam breui manu fingitur in dictum commune tranſlatum fuiſſe. Et eadem breui manu dicto comiti vaſallo retro traditum in feudum. Modo ſuper præmiſſis quæritur, quid iuris? Secundo principaliter poſtea contingit, quod currente 1356. dictus Comes Longaſpada deceſſit multis liberis, & nepotibus inde relictis, quorum aliqui ex dictis nepotibus acquiſiuerunt aliud caſtrum in anno domini 1370. quod quidem caſtrum dicti emptores taliter tenuerunt, nullam pro eo dicto communi recognitionem faciẽtes, vel inueſtituram recipientes. Et demum dicti nepotes dictum caſtrum per eos acquiſitum, vt ſupra, etiam alienauerunt ſine licentia communitatis, ſiue ciuitatis prædictæ. Quam alienationem commune dictæ ciuitatis properat etiam impugnare, dicens, ꝙ virtute dicti pacti dictum caſtrum per dictos nepotes nouiſſime acquiſitum, & ipſo facto, id eſt eo ipſo, ꝙ acquiſitum eſt, eſt ipſo iure feudale, & ita iure feudi obnoxium dictæ ciuitati, ſicut alia tria caſtra primo in antiqua inueſtitura in feudum cõceſſa, per conſequẽs ſit inalienabile, ac ſi foret profectum, ac proprium dictæ ciuitatis. Econtra dicunt dicti nepotes alienantes, ſiue ille, qui ab eis emit, dicentes, ꝙ virtus dicti pacti non eſt tantæ efficaciæ, ꝙ caſtra citra tempora dictæ antiquæ inueſtituræ acquiſita, ſint ipſo facto, & ipſo iure feudalia: niſi prius interueniat factum ipſorum contrahentium, nec ſufficeret ſola requiſitio, ſiue inueſtituræ receptio, ſicut interuenit in caſu præcedenti: imo eſt opus citra dicta antiqua tempora &c. facta per eos notificatione talis nouæ acquiſitionis, vt ſ. vel requiſi. ipſis ꝑ dictam communitatem, ꝙ illud teneãt in feudum iuxta formam dicti pacti, & cætera: nec vendant, vel donent, nec aliter tradãt dicto communi dictum tale caſtrum. Ita ꝙ dominium talis caſtri prius in dictum commune transferatur, quo tranſlato dictum commune illud tale caſtrum retro tradat, aut reddatur tali vaſallo illud acquirenti poſtea in feudum. Quæ cum facta non fuerint prædicta, vel ſimilia dominium transferentia, reſtat, vt dicunt dicti acquirentes, ꝙ dictum caſtrum nullatenus eſt feudale, imo potuit & licite alienari. Dicunt etiam plus dicti vaſalli acquirentes, vt ſupra, quod in caſu, quo ipſi teneantur virtute dicti pacti tenere in feudum à dicto communi omnia caſtra, quæ acquirent, &c. quod hoc non tenentur gratis facere: imo cõueniens, & debitum eſt; quod dictum commune ſoluat ipſi vaſallo precium, quo ipſe emit tale caſtrum: vel ſaltem det valorem talis caſtri de nouo acquiſiti, cum non videatur conueniens, quod ipſe vaſallus de tribus caſtris &c. emat vnum aliud præter illa forte cariſſimo precio, ſicut fuit in caſu præſenti, & poſtea gratis tradat, & de illo, quod liberum acquiſiuit, ſe vaſallũ alterius conſtituat: aliter ſequeretur, quod dicta ciuitas locupletaretur cum aliena iactura, quod eſſe non debet: ſapiẽtes vero dictæ ciuitatis ad allegata per dictum vaſallũ reſpondent dicẽtes, quod tanta eſt virtus dicti antiqui pacti, quod quicquid dictus vaſallus acquireret, tenere debet in feudum, & hoc gratis, & ſine alio precio, vel rei æſtimatione, vel valore: immo ſufficit primum beneficium in primum comitem tranſlatum, cuius virtute ille Comes Longaſpada ſe obligauit, & etiam poſteros ſuos ad tenendum in feudum etiam acquirenda, & quod acquirenda veniant in obligatione illius antiqui pacti, eſt ita factibile, ſicut videmus in obligante generaliter bona ſua præſentia, & futura, ſiue habita, & habenda. nam ita reperiuntur obligata acquirenda, poſtquam acquiſita ſunt, ſicut illa bona, quæ erant tempore obigationis iam quæſita. ex premiſſis etiam quæritur, quid iuris, & ſuper omnia diligenter videatur ſuper viribus dicti pacti, & habeatur in præmiſſis conſilium domini Baldi de Peruſio, qui nedum in materia feudorum, imo in omnibus iuris apicibus fœcundius præ cæteris dignoſcitur Illuſtriſſimus.





CONSILIVM CCCXXXVII.

1 *Pactũ, quod quicquid acquirat aliquis, vel eius hæredes, ſeu caſtra, vel ſimile ſit feudum tertiæ perſona, an valeat, necne.*
2 *Fictio non operatur plus, quàm veritas.*
3 *Donare, vendere, vel paciſci ſuper futuris, quando quis poſſit.*
4 *Inſpicimus tempus, in quo aliquid confertur magis, quàm tempus, in quo aliquid fit.*
5 *Pactum de quo ſupra repetitum eſt in perſona paciſcentis, quid operatur, niſi ipſe comes paciſcens acquirat ciuitati, ſeu communi, & ſi vendat, incidat in commiſſum.*
6 *Pactum pars pretij eſt.*
7 *Conceſſo aliquo videtur cõcedi, quod ſequitur ad illud eo ordine, quo illud ſequi poſſet.*
8 *Pœna indiuiſibilis eſt.*
9 *Precium nouo emptori reddi an debeat.*
10 *Pretium non repetit qui contra legem ſcienter mercatur.*
11 *Quid de caſtris emptis ab hæredibus paciſcentis, de quo ſupra, an ſint effecta feudalia, ita vt non poſſint alienari. d. irrequiſit.*
12 *Poſſeſſio an tranſeat ex ſolo contractu.*
13 *Feudi denominatio, & appellatio triplex eſt.*
14 *Feudum omne largo modo poteſt dici paternum, quod originem ſumpſit in perſona tranſmittentium.*
15 *Inſtrumenta antiqua an probent abſq; eo, quod de inſtrumento mandati notarij appareat.*
16 *Antiquitas dat auctoritatem, & fidem.*
17 *Cœptum per vnum procuratorem an per alium proſequi poſſit.*
18 *Alienatio patris an noceat filio, & quid in feudis.*
19 *Tranſmiſſio in feudo, & dignitatibus regalibus an locum habeat, & quid veniat nomine filij.*

1 In Chriſti nomine. In primis vidẽdum eſt, † an illud pactum, ꝙ omnia, & vniuerſa caſtra, villas, & loca, quæ dictus comes acquiret, ipſe comes tenere debeat in feudum rectum, & gentile à dicta communitate, valeat, necne. Et videtur quod non valeat ratione generalitatis, & incertitudinis, argu. ff. de tranſact. l. cum aquil. incertum enim eſt, quod nullis finibus continetur, vt ff. de cenſ. l. forma. & ff. de rei vend. l. ſi in rem agat aliquis. Item ex iſto pacto tam incerto nulla poteſt acquiri poſſeſſio: quia eſt incertitudo ratione loci, & quotæ, vt ff. de acquiren. poſſeſ. l. 3. §. incertam. & l. locus. Itẽ ex tali pacto poſſet ſequi inconueniẽs, & abſurdum, id eſt, enormis læſio vltra dimidiam iuſti pretij, ſi forte dictus comes acquiſiuiſſet caſtrum in duplum melioratum: ſed huiuſmodi iniquitas eſt vitanda, vt ff. de contrahenda emptione. l. domum. C. de reſcindenda venditione. l. ſecunda. & argumen. ff. de legatis tertio. l. Offilius. Præterea dicit lex, ꝙ ex contractu ſocietatis transfertur dominium ſine traditione, in rebus tamen præſentibus non futuris: vt legi. & nota. in l. 1. §. in ſocietate. & l. ſi quis ſocietate. in fine titul. ff. pro ſocio. quia ad futura nondum poſſeſſa non poteſt adaptari traditio vera, vel ficta: quia quod non eſt, tradi non poteſt: eſſe enim debet aliquod corpus, quod à tradente tradi poſſit, vt ff. de hære-
2 di. vel actio. vendit. l. quod ſi nulla. † Item nec debet plus operari fictio, quàm veritas: vt l. liber homo. de ſtipulatio. ſeruo. & de noxali. l. electio. §. ſi is. & ff. de adoptio. l. adoptio. ſed vere nemo poteſt tradere, quod non habet, ergo nec ficte: vt l. cum eo. in principio. ff. de acquiren. rerum domin. in dubio ergo, id eſt, incerto nihil valet: vt ff. de in diem addict. l. cum duo ſerui, cum
3 mult. concordan. ibi allegatis. In contrarium videtur, † quia ſuper futuris rebus bene poteſt quis paciſci, & ea donare, & vẽdere: dummodo ſint in commercio, id eſt in vſibus hominis applicatæ, vel aptæ applicari, ſeu deuenire: vt legi. & not. C. de pact. l. fina. C. quæ res pignor. obligari poſſunt. l. vltim. ff. de cõditio. & demonſtrat. l. non ad ea. ff. de actio. emptio. l. ſi iactum retis. extra de re iudicat. capitul. Abbate ſane. ff. de verborum obliga. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de contrahen. emptio. l. nec emptio. in princ. Præterea iſta incertitudo, ſiue generalitas reducitur ad certitudinem, & ſpeciem ex poſtfacto, vnde valet, quod agitur, ac ſi à principio eſſet certum, argum. ff. de hæred.
4 inſtitu. l. aſſe toto. & ff. de rebus dubiis. l. vtrum. §. quidam. † certe debemus inſpicere tempus, in quod aliquid confertur magis, quàm tempus, in quo aliquid fit. & ff. de contrahen. empt. l. quod ſæpe. §. ſi quis amico. & C. de donatio. ante nupt. l. quod ſponſæ. Solutio: in hoc puncto dicendum eſt, pactum valere: vt ff. de contrahen. emptio. l. qui fundum vendidit. 1. reſpon. & incertitudinem non vitiare: quia reducta eſt ad certitudinem, vt ff. pro ſocio. l. coiri. cum legibus ſequen. & ff. mandati. l. fin. in princip. & ff. de procurat. l. item ad litem. cum infinitis ſimilibus. ſane ſimilem contractum habemus: quia olim vocabatur contractus colonarius. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. iubemus. §. fin. & in Authentic. de alienand. §. vult enim. præſuppoſita igitur ſic pro conſtanti valentia pacti. Sed vltra procedamus,
5 † videlicet quid iſtud pactum valeat operari, & primo in perſona paciſcentis: ſecundo in perſona hæredum eius, in perſona ſi quidem paciſcentis: & in perſona hæredum fuit collatum pactum: & ſic habuit duo capita perſonarum, & duo capita rerum acquirendarum. Capio ergo primum de rebus acquiſitis per Comitem, qui primo recepit feudum, vtrum ſtatim facta ſint feudalia, vel ſaltem per inueſtituram poſtea ſubſecutam: & videtur primo, quod ſtatim: quia ex contractu emptionis, & venditionis, vel ex facto ad ipſum contractum appoſito, tranſit in ciuitatem dominium ſine poſſeſſione: quia ſpeciale eſt in ciuitate, & in eccleſia, vt C. de ſacroſanct. eccleſ. lege fin. duo enim ſunt contractus, ex quibus ſurgit iſtud priuilegium circa eccleſiam, & ciuitatem, ſcilicet contractus emptionis, & venditio-
6 nis: & intelligo cum pact. & appendentiis ſuis: † quia pactum pars pretij eſt, vt ff. de contrahenda emptione. l. fundi partem. & ff. de action. empti. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. quinimo. Item contractus donationis: & intelligo large, quia priuilegia debent extendi, vt l. beneficium. de conſtitu. princ. vt contineat etiam donationem ſub modo, quæ propriè & ſimpliciter non eſt donatio, nec mera liberalitas: cum habeat in ſe onus ex parte poſt, vt leg. & not. ff. de donatio. l. 1. & l. hoc iure. & l. Ariſto. ex his ſequitur, quod ſtatim, quod dictus comes primus acquiſiuit nouum caſtrum, ſit adeo ciuitati affectum, vt ciuitas poſſit ei infeudare: quia iſte eſt ordo tacitus iſtorum contractuũ, vt ff. ſi cer. pet. l. certi condictio. §. ſi nummos. & l. ſingularia. & ff. de donat. inter virum & vxor. l. 3. §. ſci-
7 endum. † quia aliquo conceſſo videtur id concedi, quod ſequit̃ ad illud & eo ordine, quo illud ſequi poſſit, vt ff. de ſeruitu. l. ſi cui. & ff. de ſeruitu. vrbanorum prædiorum. l. ſeruitutes. §. ſi domo. Præterea & ſi non eſſet acquiſitum dominium ciuitati ſtatim, eſſet tamen acquiſitum per recognitionem in feudum: nam ipſa recognitio duo in ſe includit: primum eſt dari ciui. ſecundum recipi ab ea in feudum, vt ff. ſi cert. pet. l. ſi tibi. & argu. ff. ſolu. matrim. l. ſeruus dotalis. Item inueſtitura eſt traditæ poſſeſſionis validum argumentum, vt extra de conſuetudine. c. ex parte. ſic iſte comes vtile dominium habet à ciuitate, & econtra ciuitas habet proprietatem ab ipſo comite perpetuo alienatam in ipſam. Item poſſeſſionem naturalem habet comes à ciuitate, ſed ciuilẽ poſſeſſionẽ habet ciuitas per quaſi traditionem comitis: pro qua ciuili poſſeſſione fiunt ciuitati ſeruitia tanquam dominæ principalis: & nihilominus pro naturali, cuius commoditas eſt penes feudatarium. Sed in contrarium videtur: quia hic non interuenit inueſtitura corporalis, quæ debet fieri in re, vel in conſpectu rei, vt in c. 1. de conſuetudine recti feudi, & argum. ff. de iure dot. l. ſi ſponſalibus. §. ſi. & ſine corporali inueſtitura feudum non eſt quid perfectum, niſi ſubiaceat pœnis feudorum: quia non habet in ſe debitam quidditatem, neque naturam, vt in c. 1. quid ſit inueſtitura. collatio. 10. Sol. omnibus conſideratis dico, ꝙ iſte comes incidit in
8 cõmiſſum, & forte omnium caſtrorum: † quia pœna indiuiſibilis eſt, & ratione partis cõiunctę cõmittitur inſolidũ in perſona ipſius contrahentis, arg. ff. fam. erciſc. l. hæredes. §. ſi vnus. ff. de penu lega. l. 1. in fi. ff. de verb. obl. l. eadem. §. Cato. æquius tamen puto, ꝙ non incidant in cõmiſſum, niſi caſtra, quæ alienata ſunt ciuitate irrequiſita, ne pœna legalis tranſgrediatur delictum, vt ff. de his, quibus, vt indig. l. reſcriptũ. Et ſi dicatur, certe immo nihil incidit in cõmiſſum; quia nõ fuit comiti tradita poſſeſſio corporalis: Reſpõdeo, hoc non fuit neceſſe: q̃a poſſidebat, vnde ſufficit traditio ficta, cũ titulus fuerit verus oriens ex contractu principali, vt plene leg. & no. ꝑ Cy. C. loca. l. qui rẽ. & per Bar. ff. de acq poſſ. l. ſi aliquã rem. ad quod facit. ff. de rei ven. l. quædam
9 mulier, & ꝙ plene legi. & not. C. de acq. poſ. l. cum nemo. † Sed quæritur incidenter, nunquid nouo emptori debeat reddi pretium: & dicendum eſt, ꝙ ciuitas non tenetur reddere pretium; quia rem propriam vendicat, vt C. de furtis. l. 2. quia non potuit facto tertij iniqua conditio domino irrogari, vt ff. de rei vend. l. ſi mancipium. ſed nunquid dictus comes venditor teneatur reddere pretium eis: poteſt dubitari. videtur enim, quod ſic, vt ff. de euict. l. ſi prædium. & ff. de actio. empt. l. emptorem. §. ibi-

dem. In contrarium videtur: quia qui rem feudalem ſcienter emit, pretium perdit, in c. imperialem. §. callidis. de prohi. alie.
10 feu. per Fed. † nam qui contra leges mercatur ſcienter, non repetit pretium propterea, primum, vt puniatur, quia legem cōtempſit, vt C. de ſacroſan. eccleſ. l. iubemus nulli. ſecundo, quia iniquis comparatoribus pretium petere non licet, vt C. de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. 11. tertio, quia emptor ſoluit pretium, quod ſciebat non ſe debere, vt ff. de reg. iu. l. cuius per errorem. Solutio: qui ſcienter contra l. mercatus eſt, pretiū, quod ſoluit, petere nō poteſt, niſi per pactum ſtipulatione vallatum eſſet hoc expreſſe conuentum, vt C. de eui. l. ſi fundum ſciens.
11 Venio ad ſecundum punctum principale, † quo quæritur, quid de caſtris emptis ab hæredibus, vtrum ſint effecta feudalia ex pacto defuncti, ita quod ſi per hæredes ſunt alienata ignorante domina ciuitate prædicta, ad dictam ciuitatem ſint reuerſa? Et videtur, ꝙ ſic: quia ex pacto defuncti obligatur hæres, & maxime ſi non fecit inuentarium: quia hæres & defunctus, cenſentur vna, & eadem perſona. vt l. hæredes. ff. de reg. iur. Item in ciuitatem tranſit dominium ſine poſſeſſione, vt d. l. fi. C. de ſacr. ſanct. eccle. plus dicunt quidam, ꝙ etiam poſſeſſio trāſit, quando erat penes contrahentem: nam ſi tranſit dominium, quod plus eſt, & fortius radicatum habenti, vt ff. de acqu. poſ. l. ſi quis vi. §. differentia. Multo fortius debet tranſire poſſeſſio, vt ff. de
12 acqui. poſſeſ. l. 1. §. ſi vir vxori. † In contrarium eſt veritas: quia poſſeſſio non tranſit ex ſolo contractu, licet in eccleſia ſit ſpeciale, quod tranſeat poſſeſſio, ex not. & inueſtitura abuſiua, vt extra de conſuet. c. 2. & ibi per Inno. & ita determinat glo. quod poſſeſſio non trāſit ſine traditione, vel aliquo actu, qui habeatur pro traditione, vt no. in d. l. fi. de ſacr. ſanct. eccle. & ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. idem reſpondit. & ff. de publicanis. l. commiſſa. nec mirum: quia etiam in hæredem non tranſit poſſeſſio, niſi apprehenſa: quia in facto conſiſtit, & in actu corporeo, vel quaſi, vt ff. de acq. poſſ. l. cum hæres. ff. quib. ex cau. mai. l. denique. ff. ſi quis teſtamēto liber eſſe iuſſus fuerit. l. 1. §. ſcæuola. vnde de poſſeſſione non eſt queſt. & ille qui nō poſſidet, nec quaſi alium inueſtire non poteſt, vt ff. de acq. rerum domi. l. traditio, ſequitur, ex quod dicta ciuitas in dictis caſtris acquiſitis per hæredes multum habet feudale dominium: quia nunquam poſſedit. Dicet aliquis, eſto, quod iſta caſtra non ſint feudalia, tamen ſunt ciuitatis ex pacto, vt d. l. fin. ergo ciuitas vēdicare poteſt per eandem legem. Reſpondeo, conſidera ſubtiliter, ꝙ illa lex æquiparat contractum & legatum: ſed teſtator legando rem hæredis dominium non transferri, vt no. ff. de ſerui. l. Papinianus. Item res defuncti tantum ſunt hypothecatæ, non res hæredis, vt C. communia de leg. l. 1. & 2. Item in generali hypotheca non veniunt bona hæredis ſeparata à bonis defuncti, vt ff. de pign. l. Paulus. & no. C. qui potio. in pign. hab. l. aſſiduis. circa fi. magnę glo. tamen quædam glo. quæ in l. 2. C. communia de leg. dicit ꝙ teſtator legando rē hæredis transfert dominiū, quaſi hæres adeundo hæreditatē videatur in hoc conſentire, & ratificare, arg. optimum. ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. l. ſicut. §. venditionis. ſed adhuc conſidera, ꝙ hæres tenetur ex quaſi cōtractu, & ſpecialitas dictæ legis vltimæ no habet locum in quaſi cōtractibus: quia ſpeciale eſt in quatuor caſibus, vnde de primo ad vltimum concludendo ſequitur, ꝙ caſtra acquiſita per hæredes non poſſunt ab emptoribus per ciuitatem auocari, vel euinci, ex eo videlicet, quod ceciderit in commiſſum: quia nullum eſt commiſſum. Bal. de Peruſio. Vlterius iuxta præmiſſa quæritur, an caſtrum de nouo acquiſitum per aliquem ex dictis nepotibus, ſiue efficiatur feudum ipſo iure, vel ipſo facto, ſiue per hominis factum, puta per reductionem, vel aliud huiuſmodi, ſit feudum nouum, ita, ꝙ in eo non habeat locum ius reuocationis inter agnatos. Puta, quia ſi alienet vni agnato remotioris gradus, alij agnati proximioris gradus non poſſint reuocare, vel reuocādo retrahere, an vero habeatur vt antiquum propter vim clauſulæ dicti pacti. Item quia inter dictas partes lis vertitur, vt ſupra, & vna pars producit certa antiqua inſtrumenta venditionum, in quibus ſit mentio, ſicut à procuratore, vel procur. nomine B. vt de eius proc. conſtat publico inſtrumēto ſcripto manu talis notarij, M. emit tale caſtrum &c. & non ſcitur, quis fuerit notarius, qui debuit recipere inſtrumenta procuræ: cū multi ſint illius nominis: nec dicit, cuius fuerit, nec producitur eius mandati inſtrumentum, nec de eo aliter apparet. Quæritur, an dicta antiqua inſtrumenta venditionis faciant fidem abſque eo ꝙ de inſtrumento mādati illius procuratoris appareat: maxime cum ſit negatū in iudicio illum talem aſſertū ꝓcuratorem vnq̄ fuiſſe in rerum natura: & ſi fuit, negatur illum habuiſſe legitimū mandatum ad dictam emptionem faciendam. Item an inſtantia cauſæ per procuratorē inchoata poſſit mutari in alium procuratorem aduerſa parte contradicente: non tamen cōtradicente primo ꝓcuratore abſq; ceſſione aliqua, vel abſq; eo, ꝙ omnia de nouo narrant̃ ꝑ ſecundū, in quē ſit trāſitus, iuxta no. in l. mutari. & in l. cauſæ. in fin. ff. de ꝓcu. cum ſi. Et quid deberet in tali mutatione fieri, & prædictis obſtet, vel proſit, ꝙ in dicta cauſa proceditur ſine figura iudicij. Quo ad primum † reſpondeo, ꝙ
13 triplex eſt denominatio, & appellatio feudi: nam quoddam eſt feudum nouum, quoddā paternum, quoddam anteceſſoribus acquiſitum. Nouum enim dicitur, ꝙ ab ipſo primo acquirente ꝓcedit, & nondum fecit tranſitum ad alium gradum. paternum autem dicitur, ꝙ à patre deſcēdit vſq; ad quartum gradum liberorum. anteceſſoribus autem acquiſitū dicitur, ꝙ iam quartum gradum exceſſit: nam ſupra quartū gradum nec aſcendentes, nec infra deſcendentes habent propria vocabula: ſed illi, ſcilicet aſcendētes vocantur ꝓgenitores innominato vocabulo: & geniti appellantur proles, ſiue deſcendentes. Initium ergo facit feudum nouum, ſed vlterius deriuatū in alium gradum non dicit̃ nouū, vt in c. 1. de ſucceſ. feudi. & ibi no. gl. quid ergo,
14 in textu in verbo initium. † largo tamen modo omne feudum poteſt dici paternum, quod originem ſumpſit in perſona tranſmittentium, vt in c. 1. de gradi. ſucceden. in feud. verſi. quod ita. in illa autem perſona intelligetur incipere feudum, in qua primo habuit perfectum eſſe per inueſtiturā: nam ante inueſtiturā non eſt feudū, vt in c. 1. in prin. quid ſit inueſtitura. & in c. ſciendum. de conſuetudine recti feudi. Et ex his ſequitur, ꝙ ſi dictus primus recipiens alienauit ciuitate inconſulta, ꝙ tranſuerſales ipſius feudatarij nullum habent ius reuocandi, vt in c. 1. §. in alio vero. de ſucceſ. feudi. & in c. 1. §. cum vero. Corradus. qui feudū dare poſſunt. & in c. 1. §. nos autem. & §. callidis. de prohibita alien. feudi per Federicum. facit c. primum. §. ſed & res. per quos fiat inueſtitura. & in c. Titius. ſi de feudo defuncti fuerit cōtrouerſia. & de alienatione feudi paterni. c. 1. Præterea iſta quæſtio non procedit in caſtris nouis acquiſitis per nepotes: quia (vt dixi) iure feudi non cenſentur, licet obligatio perſonalis tranſeat in hęredes, vt no. in d. c. 1. in gl. quę dicitur, de ſucceſſione feudi. & in gl. magna. Aliud eſt enim realis acquiſitio, aliud perſona-
15 lis obligatio: vt ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. ſi Titius. † Quo ad ſecundum punctum de inſtrumentis antiquis puto negationi locum non fore: ſed inſtrumento ſtandum eſt. quiſquis enim ille notarius fuerit, nihil ad rumbum: quia eadem eſt auctoritas,
16 argum. ff. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. ſi eius. † Item antiquitas dat auctoritatem, & fidem, cum inſtrumenta ſint in vſum, & ad probationem redacta, vt extra de ver. ſign. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. & argu. ff. de vſuris. l. cum de in rem verſo. Et quod no. Cyn. C. de fide inſtr. l. ſolennibus. alioquin inſtrumenta antiqua non debent reuocari & multæ ſcripturæ ſunt ſine titulo, vt patet in libro pſalmorum: quia punctualiter neſcitur auctor: & tamen faciunt fidem. tamen textus dicit, ꝙ inſtrumenta antiqua in fide ſunt debilitata, vt in auth. vt eccleſia Romana. §. 1. & facit extra de teſtibus. c. Albericus. & C. de falſis. l. ſi quis decurio. de impoſſibili ergo non eſt facienda fides, ſufficit conſtare, ꝙ in præteritum ſic fuerit vſitatum: vt ff. de vſuris. l. cum de
17 in rem verſo. † Quò ad tertium punctum dico, ꝙ aut in mandato continetur, quod vnus incœperit, & alter proſequi poſſit: & tunc non eſt neceſſaria ceſſio inſtantiæ, argum. in l. 1. ff. de officio conſulis. aut non ſunt hæc verba: & tunc eſt neceſſaria ceſſio inſtantiæ, vt not. ff. de procur. l. mutari. & l. quæ omnia. vel quod denuo narrentur præterita, & accedant fienda, quod ſit breuibus verbis, id eſt ſola facti recitatione, & ibi per Barto. de iure cano. non puto, quod iſta ſuperfluitas, & ſcrupuloſa ſubtilitas ſit neceſſaria, arg. extra de electione. c. querelam. prę ſertim in adminiſtratoribus, qui habēt publicum officium, vt ſunt ſyndici ciuitatum, vt ff. de euictio. l. ſi ideo. §. 1. & practica iudiciorum ita ſe habet, quod id abſque ceſſione inſtantiæ, quod vnus incœpit, alter poſſit proſequi recta via, facit c. ſi duo. verſic. niſi dictum. de procu. lib. 6. Concluſio igitur ſuper ſingulis dubiis difficilibus clara eſt, ſicut clare dixi, & iſta puncta ſunt de apicibus



18 apicibus iuris. † Reſtat vnum, an alienatio patris noceat filio? & dico, quod aut pater fuit ſtipulatus feudum filio, vt hæredi, & nocet. Aut filio vt filio: & non nocet. aut eſt dubium: & tunc in feudo videtur ſtipulari filio vt hæredi, in c. 1. an agnatus, vel filius. & in c. 1. de duobus fratribus à capitaneo inueſtitis. ſed ſi aliquis extraneus, puta tabellio tanquam publica perſona ſtipulatus eſſet pro patre, & filio, mandato patris, idem: ſed ſi tanquam geſtor filij, & patris, filius non intelligeretur appoſitus in conſequentia ſucceſſionis, ſed ſolum in ordine, id eſt, mortuo patre. & ſic alienatio patris ei non noceret: immo aperiret feudum ipſi filio: quia excluſio prioris eſt incluſio poſterioris facit quod not. ff. de pact. l. ſi tibi. §. ſi pactus. & C. de ope. lib. l. liber-
19 ti. per Petrum, & Cyn. † hæc natura in feudo tranſmiſſibili: ſed in non tranſmiſſibili, vt in feudo dignitatis regalis, puta marchiæ, & ducatus, nomen filij intelligitur pro filio ſimpliciter: non pro hærede, vt ff. de verb. obliga. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. non obſtat capitulum primum. §. in feudo. de feudi alie. ibi dum dicit, vſurpatum eſt. quia illa vſurpatio ceſſat, vbi eſt pactum expreſſe appoſitum, quod ad eius commune poteſt referri, vt C. de procu. l. maritus. & l. fin. C. de pact. conuentis. intelligo enim pactum ſecundum ius commune, & ſecundum vſurpationem. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXVIII.

1 *Contumax quot modis dicatur.*
2 *Electioni intereſſe qui non vult, ſe facit alienum ab ea. & quid ſi ſit præſens, ſed nolit eligere.*
3 *Electiones duæ ſi ſiant in diſcordia, & diuerſis temporibus, vtra ipſarum præualeat.*
4 *Electionis ſubſtantialia quæ ſint, & quæ adiacentia: & quando valeat, & quando non.*
5 *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*

1 In Chriſti nomine. Ad euidentiam eſt pręmittēdum, † ꝙ licet vocatus non veniens quandoque ſit verus contumax, quandoque fictus, quandoque nec verus nec fictus. Et quando fuit per caſum impeditus: tamen ſi citatus accedit, & poſtea recedit, ſemper eſt verus contumax, niſi præceſſa neceſſitas, cui naturaliter reſiſti non poteſt, cum naturaliter compulerit ad receſſum, vt ff. de re iud. l. quæſitum. ff. de publicanis. l. Cæſar. extra de dolo,
2 & contu. c. 1. lib. 6. C. quomodo & quando iud. l. ab eo. † Secundo præmitto, quod ab electione ſe facit alienum, qui electioni intereſſe non vult, vt ff. de fideicom. liber. l. ſi legatario. §. à duobus. dicit Iacob. de Aret. notandum, quod ſe ab electione faciunt alienos, qui per contumaciam abſunt: & ad ſuos coelectores ius eligendi transfertur, vt hic, & extra de elect. c. cum nobis olim. Idem ſi præſentes ſint, & eligere nolint, vt infra eo. l. non tantum. §. pen. Iacob. de Aret. idem Oldrad. ſic dicens, hinc colligitur, quod ſi plures ſint, qui eligendi poteſtatem habeant, & aliqui per contumaciam abſint, quod poteſtas eligendi in alios transfertur. ſic ſupra eodem. l. 1. & 4. §. hic ait Oldrad.
3 † Tertio præmittendum, quod quando duæ electiones fiunt in diſcordia, non ſimul, ſed diuerſis temporibus, aut valet prima: & non valet ſecunda: aut non valet prima: & tunc eſt notorium non valere, valet ſecunda: dummodo alias ſit legitima, & formalis: ſed ſi dubium eſt an valeat prima, nec ne, ſecunda electio interim facta eſt caſſanda, vt extra de elect. c. conſideramus. & capit. auditis. nimirum quia eligentes debent eſſe certi tam de iure eligendi, quam de facto. non enim poſſunt facto eligere, ſed cum animi plena deliberatione, & certa ſcientia, vt l. quæro. ff. de eo, qui pro tuto. & dicit regula iuris in totum, omnia quæ animi deſtinatione gerūtur, non niſi vera, & certa ſcientia perfici poſſunt, ad idem. ff. de teſtamentis. l. de ſtatu. C. de captiuis, & poſtliminio reuerſis. l. nec nos. ff. de condi. & demon. l. multum intereſt. His ergo præmiſſis pono duas concluſiones: prima hæc eſt, quod electio magiſtri Antonij fuerit canonica, ꝙ
4 ſic probatur. † fuit legitima, & formalis, ergo canonica. dico, quod fuit legitima quantum ad ſubſtantiam conſenſus maioris partis, & ſanioris: ſecundo quantum ad ſubſtantiam formæ. & iſta duo ſunt, quæ canonizant electionem. ſ. ſubſtantia conſenſus, & ſubſtantia formæ. Cætera autem accidentia, ſeu adiacētia ſunt, vt extra de elect. c. quia propter. & c. in Geneſi. Et conſidero, quod ſi faciamus comparationem numeri ad numerū, vocales ſiue electores magiſtri Antonij fuerunt maior pars, id eſt, plus quam dimidia pars, vt C. de decu. l. obſeruare. & l. nominationum formæ. libro 10. Si autem conſidero tempus, aut minor pars ceciderit à iure eligendi: quia ab eo iure ſe fecerant alienos per contumaciā, necnon elegerunt poſt prandiū. & ſic hora incongrua. nam hoc vitio annotatur, licet forte non ſit de ſubſtantia. Item licet recedentes debeant reuocari, vt extra de elec. c. eccleſia. Tamen ſi iterum vocati non veniunt, iſta 2. vocatio habetur ꝓ peremptorio termino, vt extra de elec. c. cum inter vniuerſas. Quare de primo ad vltimum concludendo prima concluſio eſt, ꝙ electio magiſtri Antonij fuit canonica. & magiſtri Felicis eſt abuſiua. huc accedit auctoritas patris generalis miniſtri: nam validum eſſe debet, quod eius auctoritate firmatur: quia ſupremum locum in ordine tenet, vt l. 1. §. ſolent. ff. quando appellandum ſit. & ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prætor. & C. de prædiis curia. l. 1. li. 10. Nec obſtat appellatio cōtraria: quia fruſtratoria, vt in c. ſtatuimus. de elec. lib. 6. nam friuolis appellationibus, id eſt, in quibus eſt euidens iniuſtitia, non eſt deferendum, ſicut dicit regula iuris canonici, & ciuilis. Confirmatur hoc maxime per priuilegium Papæ. Pręſupponit̃ enim, ꝙ ſecundum ordinem ordinis prædicti domini generalis ꝓceſſit: hoc dico ꝓ tanto, ꝙ verba priuilegij dicunt ſecundū morem ordinis, vt extra de verb. ſign. c. abbate. Item non obſt. ſi dicat̃, miniſter generalis non potuit ſubſtituere vocales loco ſciſmaticorum, licet non reuocetur in dubium, ꝙ poſſit ſubſtituere loco aliorum fidelium. Pro qua allegatione facit: quia non videt̃ reperiri iure expreſſum, ſ. ꝙ ꝓ ſciſmaticis, ſiue infidelibus ſubſtitui poſſit, & erubeſcimus ſine lege loqui, vt in auth. de trien. & ſemiſ. §. cōſideremus. Reſpondeo, ꝙ iſta allegatio nō eſt bona, nec vera: nam cauetur, ꝙ loco abſen. vel impediti tutoris poteſt alius ſubſtitui, vt ff. de tutelis. l. quæſitū. Dubitatur, vtrum idem ſit, ſi tutor ſit bannitus: quia ſciſmatici pertinaces, & obſtinati comparant̃ bannitis, & exulibus, vt C. de hæredi. auth. gazaros. & certe lex determinat, ꝙ idem in bānitis, & exulibus, ꝙ loco eorum non ſolum poſſit, ſed debeat alius ſubrogari. & proprie loquendo iſta non eſt ſubrogatio, ſed inſtitutio: quia deportatus vel ſciſmaticus ꝓ mortuo habetur, vt l. 1. in fin. ff. de contra tabu. & ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ideo indubitāter dictus pater generalis, eo modo, quo inſtituit vocales inſtituere potuit. & ad hoc optime facit. ff. ad Tertu. l. 2. §. non ſolū. & §. ſed quod diximus. & §. ſi mater. & ff. de tu. da. ab his. l. ſi tutor reipublicæ. §. pe. & ff. de teſta. tute. l. ſi qui ſub cōditione. §. plane. nam mors ciuilis & canonica, naturali æquiparatur. ff. de verb. obl. l. ex ea parte. §. in inſulam. nam ſciſma ſimile eſt morti: quia ſciſma eſt quędā ſpecies hæreſis: quia dubitans in fide infidelis eſt, iuxta illud, qui mecū non colligit, ſpargit, vt C. de iudæis. l. cœlicolarum. & ibi no. nec etiam eſt dubitādum, ꝙ condemnantes generalem miniſtrum non debent remanere impuniti, ne publica vileſcat auctoritas, vt ff. de re iu. l. cōtumacia. ff. de his, qui not. infa. l. debuit. ff. ſi quis iuſdicenti non obtemperauerit. l. 1. quia qui contemnit magiſtratū, & ipſam rempublicam contemnit. & contempta maieſtas prętoris debet iudicari, vt ff. de iur. om. iu. l. ſi familia. Ex his ſequitur concluſiue ꝙ ꝓmiſſum eſt: ꝙ dictus miniſter generalis potuerit ſubſtituere vocales electores ꝓ vocibus ſciſmaticis, & ꝓ illis, qui deſunt. nam ex quo hoc poſſunt cuſtodes in ſuis cuſtodiis, & ꝓuinciales in ſuis prouinciis per ordinis ſtatuta, multo fortius generalis in capitulis generalibus & ꝓuincialibus, poteſt ſupplere, ſubrogare, & inſtituere vocales, ne quod inferiori conceditur, ſuperiori denegetur. vt C. de offic. præfe. vrb. l. 1. cum enim eſſet præſens generalis miniſter, ad ipſum potius potuit pertinere ſuppletio, vt ff. de dam. infe. l. 4. §. ſi iam vicinum. non tamen dico, ꝙ ex hoc debeat alicui ius ſuum detrahi, vt l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui iuris. pro eccleſia, & iuriſdictione domini generalis mi-
5 niſtri facit: † quia conſuetudo dat iuriſdictionem, & ipſe habet hoc de conſuetudine generali ordinis: iuxta id, quod plene leg. & no. in l. 1. C. de emanci. liber. per gl. & Cy. & ff. de iuriſ. om. iu. l. more maiorum. & quia conſuetudo eorum eſt probata per Papam. Vnde facta eſt ſicut priuilegium, quod adhuc maioris auctoritatis eſt, quam conſuetudo ſimplex, vt extra de verborum ſignificatione. capitulo, ſuper quibuſdam. Præterea dicit textus, omnia merito noſtra facimus, quibus à nobis impartitur auctoritas, vt C. de vete. iur. enuc. l. 1. §. omnia enim. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXIX.

1 *Verba determinata ad certum tempus, vel locum, vel quantitatem, vel ad præſens tempus non comprehendunt aliud tempus, locum vel quantitatem.*
2 *Legatum factum de emptis paratis an extendatur ad ea, quæ poſtea empta parata ſunt.*
3 *Verba ſunt interpretanda, vt diſpoſitio maxime ad pias cauſas valeat.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt: quædam indulgentia conceſſa ꝑ dominum ſummum Pōtificem cuidam capellæ, quæ licet olim fuiſſet conſtructa, tamen à paucis annis citra mutato vocabulo nuncupata eſt in honorem viſitationis beatæ Mariæ, & Magnificæ, illuſtrique dominæ D. Duciſſæ applicata: nec non poſt dictas applicationem ac nouam nuncupationem feſtum viſitationis Beatæ Mariæ Virginis publicè eſt ſolennizatum. Tādem dicta indulgētia ad dictam capellam, vel in dicta capella eſt impetrata & obtenta, in cuius priuilegij tenore verba hæc in forma continentur. Cupientes igitur, vt capella ſub vocabulo viſitationis Beatæ Mariæ Virginis in eccleſia Sancti Ioannis domus fratrum heremitarum Sancti Auguſtini extra muros Nouarienſes conſtructa: cum obijciatur, quòd non ſit conſtructa. Reſpondeo, quòd licet à principio non fuerit ſic nominata, ta-
1 men ad præſens ſic nūcupatur. † Quæritur, an dicta indulgentia ad dictam capellam applicetur, & teneat. & videtur, ꝙ dicta indulgentia non aptetur ad dictam capellam, quia verba dicūt, vt capella ſub vocabulo viſitationis Beatæ Mariæ Virginis in eccleſia Sancti Ioannis conſtructa, ſed in dicta eccleſia non reperitur, dicta capella conſtructa, & quod non reperitur, pro nullo habetur, vt ff. de lega. 1. l. ſi quis legauerit. Cum enim non reperiatur ipſa capella, nec ei ſimilis, non tenet priuilegium, argum. ff. de condi. & demonſtr. l. in teſtamento. nam propter incertitudinem vitiatur diſpoſitio, ne reducatur ad certitudinem debito modo: vt inſtitu. de lega. §. incertis. & ff. de teſtam. tutela. l. duo ſunt Titij. Item verba determinata ad certum tempus non comprehendunt aliud tempus, vt ff. de ſeruit. vrbano. præd. l. ſi ſeruitus. ſic determinata ad certum locum non comprehendūt alium locum, vt ff. de damno infecto. l. damni. §. ſi is, qui. ff. de contrahen. emptio. l. Rutilia. & in l. ſimiliter determinata ad certam qualitatem non comprehendunt aliam qualitatem. ff. de lega. 3. l. hoc legatum. ff. de noxalibus. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de teſtam. milit. l. Titius. habemus etiam, quod verba determinata ad præſens tempus, non comprehendunt futurum, vt ff. de auro & argen. lega. l. ſi ita. ff. de verborum obligat. l. cum ſtipulamur. & l. ſi à colono. Modo in caſu noſtro verba videntur terminata reſpectu loci, & reſpectu temporis, propter illud participium, conſtructa, ergo ſi non reperitur ab initio fuiſſe conſtructa ſub illo vocabulo, falſus, & per conſequens nullus eſt tenor priuilegij, vt ff. de contrahen. emptio. l. lege venditionis. & facit ad prædicta, quod plene legitur, & not. extra de deſponſatio. impuberum. c. ad diſſoluendum. In contrarium eſt veritas, & præmitto ad intelligentiam, quod ſicut quędam ſunt res, quæ fuerunt & ſunt indubitanter, iſtis poteſt cōcedi priuilegium: quædam, quæ fuerunt, & tempore dati priuilegij non ſunt in rerum natura, & iſtis non poteſt adaptari priuilegium, vt lege, apud. ff. de auro & argen. leg. de hæred. inſti. l. quo loco. §. ſi iam mortuo. ff. de aqua. quo. & æſti. l. hoc iure. §. ſi aqua. quanquam in priuilegio noſtro putarem, quod ſufficeret memoria, & eius reliquiæ. Quæ verba intelliguntur appoſita ad demonſtrationem, ſeu ad intelligentiam, non ad reſtrictionem, vt ff. de acquiren. rerum domin. l. inſula. in fine ibi, dum dicit, ſed quo facilius res intelligeretur, eum agrum, qui inſula fuerat, inſulam appellaſti. Quædam ſunt nunc, quæ non fuerunt prius: & his rebus proculdubio priuilegium concedi poteſt, vt plene leg. & not. per Cyn. C. de ſacroſanct. eccleſ. in penult. & vlt. quæſt. Quædam autem ſunt, quæ nec fuerunt, nec ſunt in natura. ſed diſponens credidit ea eſſe, & iſtis ſi non eſt ſpes de futuro, non poteſt concedi priuilegium, vt ff. de hæred. inſti. l. ſi mihi Meuij. quia vbi non eſt ſubſtantia, ibi non poteſt eſſe qualitas: nam qualita. eſſe eſt in eſſe: vt l. 2. ff. de vſufru. ſed ſi eſt ſpes de futuro, bene poteſt concedi futurum priuilegium: vt d. l. ſi ſeruitus. §. futuro. Modo videamus, in quo caſu ſtat quæſtio noſtra, & tota quæſtio reſidet in illo verbo cōſtructa: quia iſta capella à principio non fuit cōſtructa ſub eo nomine, ſed ego dico, ꝙ ſufficit, ꝙ reperiatur conſtructa ſub eo nomine tempore dati priuilegij: quia tempus datæ reſpicitur, vt extra de reſcri. c. cum te. & hoſpitale dicitur conſtructum, puta ſub nomine Sancti Antonij. licet à principio fuerit domus prophana, ſi tamen domus rędacta eſt ad hoſpitale, vt in authen. de eccleſiaſticis titulis. §. ſi quis in nomine. nam impoſitio noui nominis conſtructionem facit ſub eo nomine, vnde referendo ad principium nominis, verificatur verbum conſtructa. Et pro
2 hoc do quaſi caſum legis: † nā teſtator ſi legat vxori ſuæ empta parata, etiam quæ poſt ea empta parata ſunt, legato cedunt, vt ff. de lega. 2. l. ſi quid earum. in princip. Alia lex dicit, quod ſi teſtator legat Agateam, & illa ancilla fuit alienata, & poſtea alia empta, cui impoſitum nomen eſt Agatea, iſta nouella Agatea venit in diſpoſitione teſtamenti, licet ante ſic non vocaretur, vt ff. de condi. & demon. l. filiæ. §. à Titia, ita dico in propoſito, quod capella, quæ glorioſo nomine fulget. & illud nomē tempore datæ erat in rerum natura. & in ipſa capella habetur indul-
3 gentiæ priuilegium: quia verba priuilegij ipſam ſignificant. † & quia aliud ſignificare non poſſunt, merito ſic verba debent interpretari, vt diſpoſitio tam pia, & tam fructifera valeat, & non vitietur. arg. ff. de condi. & demon. l. in teſtamento. & ff. de fund. inſtruc. l. fundus, qui locatus. & Papa idem eſſet declaraturus, & conceſſurus, ſi ſciret. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. ex quibus euidenter concluditur, ſecundum ea, quæ proponuntur, dictæ capellæ competere, ſeu accidentibus debitè ad dictam capellam dicta indulgentia. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXL.

1 *Sententia lata ex abrupto nullis factis proba. nec ſtatutis dilationibus nulla eſt, & nullam meretur executionem.*
2 *Præſumitur pro arbitramento, ſicut pro ſententia iudicis.*
3 *Negatiua, quæ conſiſtit in ſcriptura, quomodo probetur.*
4 *Præſumitur pro arbitro.*
5 *Tempus litis habetur pro termino aſſignato vtriq; parti.*
6 *Sententia ex abrupto nullis factis probationibus, nullis ſtatutis terminis, eſt nulla.*
7 *Negatiuæ poſitiones ad quid fiant, & quomodo ad eas reſpondendum ſit.*

In Chriſti nomine. Statuto Papię cauetur, quòd ſi aliquis voluerit dicere, vel allegare præcepta, arbitria, vel arbitramenta arbitri, vel arbitratoris eſſe iniqua, vel iniuſta, debeat infra dies 30. vtiles à die præceptorum, arbitriorum, vel arbitramentorum, & ſcientiæ eorum dicere, & oſtēdere tam agendo, quàm excipiendo de grauamine, & iniquitate, & de omnibus ſuis iuribus: & hoc caſu procedi poſſit extra ordinem, etiam nulla iuris, vel ſtatutorum ſolennitate ſeruata, quo termino elapſo executio fieri debeat per iudicem de ipſis præcep. arbitriis, vel arbitramentis, niſi doctum fuerit infra dictos dies 30. vtiles de grauamine & iniquitate ipſorum. Modo arbiter, & arbitrator condemnauit reum in certa quātitate non modica ſine aliqua probatione, quod quidem arbitramentum fuit petitum reduci ad arbitrium boni viri, & non dato aliquo alio termino per iudicem ad probandum, quod nihilo vlterius dicto, vel facto per aliquam partium menſis vtilis eſt elapſus, petitur executio arbitri, & arbitramenti: quia iſte recurſus dicitur deſertus. Ecōuerſo excipitur, quod cum nihil incumbet probādum petenti reductionem, eo ipſo intelligitur eſſe probatum, quod contrarium non probatur: nam omnis condemnatoria ſentētia, prę-
1 ſumitur contra ius lata, nullis factis probationibus. † Modo quæritur, quid iuris? Et videtur, quòd dicta ſententia ſit exe-
2 quenda tribus rationibus. † Primò: quia pro arbitramento diffinitiua præſumitur, ſicut pro ſententia iudicis, vt not. Dyn. in conſilio, quod incipit, Tholomæus Manentis. Secundo: quia per ſtatutum eſt aſſignatus terminus 30. dierum vtilium ad probandum, in quo termino debuit ſaltem petēs reductionem producere capitula, & facere oſtendi acta per notarium
3 cauſæ iudici, iſtius quaſi appellationis. † ſic enim probatur negatiua, quæ conſiſtit in ſcriptura, ſcilicet per rimationem actorum, vt C. ſi certum petatur. l. fin. & in l. 1. C. de exactionibus tributorum. lib. 10. ff. de fideiuſſoribus. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro Aurelio. & C. de probationibus. l. ad probationem: ſi ergo petens reductionem hoc non fecit, ſibi imputet: quia terminus menſis, poſt quem non ſperatur alius, eſt præciſe peremptorius, quinimmo fatalis, vt C. de tēporibus appellationum. auth. ei, qui. Tertia ratio eſt, quia ita ſtatutū diſponit, dum dicit, quod elapſo dicto mēſe fiat executio, niſi docta fuerit ſnīa fore iniuſta & iniqua: ſed hic nihil fuit dictum de
4 iniuſtitia, vel iniqtate, ꝓut doceri debet: † qa (vt dixi) ꝓ arbitro p̄ſumitur: vt no. Cy. C. de epiſ. aud. l. ſi q̄ ex conſenſu. Porro iſte terminus ſtatuti currit, ēt ſi iudex non aſſignet terminum: quia dicit Bar. ꝙ tempus litis hr̄ pro termino ad ꝓbādum, & produ-
5 cendum, vt no. Bar. ff. de arbi. l. ſi de meis. §. fina. † Et ego dico quod habetur pro termino aſſignato vtriq; parti ad probandū, quatenus incūbit, niſi quis dicat, ideo hoc eſſe falſum: quia reus poteſt probare poſt terminum, & ideo iſte terminus nō eſt peremptorius reo, ſed actori, vt C. de tempo. in integrum reſtitutio. l. petendæ. In contrarium videtur, quia in condemnatoria ſententia requiritur cauſa, ſicut in contractu promiſſionis, vt no. C. de iųd. l. properandum. §. illo. & ff. de his, qui no. infami. l. 2. §. ignominiæ. ſed hic nulla fuit inſerta cauſa in condemnatione. Præterea ſententia lata nullis factis probationibus, nec ſtatutis, per iudicem vel arbitrum ad probandum dilationibus, eſt ipſo iure nulla, not. extra de conſtitutionibus. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. 2. q. 1. c. nos in quenquam. & C. de ſententijs, & interlocu. l. inter prolatam. dicet aliquis, quod arbitrator nullam dilationem aſſignare tenetur de neceſſitate, vt no. Inn. de iureiur. ca. Quintauallis. præſertim, quia ex forma compromiſſi habet liberam poteſtatem, arg. ff. de legatis 3. l. fideicommiſſa. §. quāquam. ſed certè quando procedit condemnando, & non tranſigendo, non eſt proprie arbitrator: ſed tanquam iuſdicens. & licet habeat auctoritatē plenam tamen debet ex bona fide pro-
6 nuntiare, vt ff. mandati. l. creditor. §. Lucius. in fine. † Conſtat autem quod ex abrupto pronuntiare non eſt de bona fide pronuntiare, vt. ff. de tranſactio. l. cum hi. §. ſi prætor. Item non poſſunt præſumi communia ſolenniter acta, cum nihil ſit actum, vt C. de ſententijs ex breui. recitandis. l. 2. Item eſt conſiderandum, quod tempus triginta dierum eſt vtile: ſed tempus vtile non currit in probatione negatiua: quia per rerum naturā perpenditur probare, & videtur probare eoipſo, quod non probatur contrarium, vt nota. ff. de probatio. l. verius. Certe nullitas iſtius arbitrij apparet ſine alia probatione, ergo eius executio fieri non debet, vt plene no. Bar. de re iudica. l. 4. §. ſi ex conuentione. † dico etiam, quod negatiuæ poſitiones fiunt ad caute-
7 lam, non de neceſſitate, & propriè non ſunt poſitiones: quia nihil ponunt & ideo non debet reſponderi tanquam poſitionib. ſed tanquam interrogationibus, vt no. in c. 1. de confeſſis. lib. 6. niſi negatio haberet implicitam affirmationem, vt extra de fid. inſtru. c. cum Ioannes heremita. Ex quibus concluditur, quod ſiue iſta cauſa ſit appellabilis, ſiue ei ſimilis, neganti ſe debere nulla probatio incumbit: quia nec ordinatio hominis, nec ordinatio legis hoc diſponit. ff. de appella. l. hi, qui ad ciuilia. & le. ciues, & incolæ. & ibi plene per alios doc. & me. & quia ſi nihil eſt contra te probatum, nec ego te condemno. C. de eden. l. qui accuſare. & no. Inn. in c. ſolet. in fi. de ſent. excom. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLI.

1 *Maritus, vel eius hæredes, an poſſint repetere ab vxore expenſas factas, & melioramenta in fundo dotali. & nu. 4.*
2 *Donatio inter virum & vxorem, non confirmatur morte, niſi traditione, vel quaſi interueniente.*
3 *Donatio quid ſit.*

1 In Chriſti nomine. † Maritus prędium dotale cuidam cōceſſit in emphyteuſim Titio, hoc pacto expreſſe appoſito, ꝙ ſol. mat. reſtitueretur mulieri cum omnibus melioramen. quæ fierent per emphyteutam, pro quibus mulier non teneretur vllo modo, ſed ipſe vir. Quærit̃, vtrū ſol. mat. & emphyteuſi reſtituta mulieri, teneatur vir ad dicta melioramēta, an mulier, vel hæres mariti, an neuter, an vterque? Et videtur, quod ſtandum ſit cōtractui, & ab eius forma non diſceden. vt ff. de pac. le. 1. § 1. C. de iure emphy. l. 2. ff. depoſiti. le. 1. §. ſi. cōuenerit. nec dicat aliquis, ꝙ per iſtud pactum nihil quæritur mulieri: quia alteri paciſci nemo poteſt, niſi altero præſente, vt ff. de ver. obl. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & l. ſi procuratori pręſen. quia ſtatutum loci vult, quod acquiratur alteri per alterum, & ſtatutum poteſt hoc diſponere, ſicut diſponit in multis caſibus ius cōe, & maxime in re dotali: vt ff. ſo. mat. l. Caius. quaſi ſit appoſitus in re ipſius mulieris durante ſua, vt C. de iure do. l. in rebus. & ff. depoſiti. l. Publica. in princ. & l. 1. C. de dona. quæ ſub modo. & ff. de pac. l. in traditionibus. Item quia dictum pactum videtur appoſitum ad liberandum, ex quo q̄ritur exceptio doli, vt not. ff. de libera leg. l. non ſolum. §. ſi liberationis. & ff. de pac. l. reſcriptum. §. fi. & ecōtra videtur, quod iſtud pactum non valuerit: quia effectus iſtius pacti eſt donatio collata inter virum & vxorem: nā ex quo vxor ex iſto pacto lucrum percipit ex liberalitate mariti, ſequitur de
2 neceſſitate, ꝙ eſt donatio, vt ff. de dona. l. hoc iure. † at donatio inter vir. & vxo. non eſt conceſſa, nec confirmatur morte donatoris, niſi traditione, vel quaſi ſit ſubnixa, vt ff. de dona. inter virum, & vxo. l. Papinianus. & no. in l. j. C. de dona. ante nuptias. & C. de dote cauta non numerata. l. quod de ſuo. & confirmatur, ꝙ iſta eſt interceſſio mariti facta pro debito vxori aīo nō repetendi, vt ff. de pac. l. fideiuſſoris. ff. de vſufructu earum rerum, q̄ vſu conſumuntur. l. trib. nā niſi fuiſſet iſtud pactum, mulier tenebat̃ expenſas reficere, à quo debito liberata gratuito donatū
3 ei dr̄: † quia donatio eſt cuiuſcūq; rei gratuita pactio: alio remedio nō remanente, vt ff. de nouationibus. l. ſi quis delegauerit: hoc dico ꝑꝑ pignus, cuius renuntiatio non eſt donatio, vt C. ad Vel. l. iubemus. & ff. q̄ in frau. credit. l. ſi pignus. qa debitor ad-
4 huc remanet obligatus actione, vel remedio perſonali. † Dicet aliquis, inter emphyteutā & maritum nulla vertit̃ donatio, vt ff. de donatio. l. vt mihi donares. Solu. hoc concedo, tn̄ reſultat donatio inter vir. & vxo. vnde vir, q̄ ſoluit in vtilitatem vxoris, repetit ab ea, qa facta eſt locupletior, vt ff. de dona. inter virum, & vxorē. l. vxor marito. & hoc credo verū, nec inuenio, ꝙ inſtr̄m dicat contrariū. ſ. ꝙ maritus non poſſit repetere ab vxore, quatenus de burſa ſua ſoluit pro ipſa. Itē ēt ꝓ non obligato dr̄ q̄s intercedere, ſi cā debiti incipit ab eo, q̄ ſe non obligauit, ſicut ſi ſe obligaſſet, licet quando ſe non obligauit, cātum. i. obligatio nō ſit in ipſo, vt ff. de dolo. l. eleganter. §. ſeruus pactionis. Quapropter à muliere pōt repeti, ꝙ verſum eſt in vtilitatē ipſius: ēt ſi per iniquū arbitramentū ſup hac cā latū inter alios non duret verſum, vt ff. q̄d met. cā. l. q̄d diximus. & ar. ff. ad treb. l. debitor. §. fin. niſi iſtud damnū dolo mariti iſtas expenſas repeten. eſſet illatū mulieri: qa marit⁹ dediſſet cām huic arbitramēto iniquo, arg. ff. de arbitris. l. inter Caſtellanū. & l. 2. C. ſi mr̄ indemnitatē ꝓmiſerit. Non obſtat ſi dicat̃, ꝙ impenſa fuit facta aīo nō repetendi; qa hic ꝑ pactum expreſſum dabat̃ repetitio cōtra vnū, vt ſunt expenſæ conuētionales, in quibus ſe vir pro vxoris commodo obligauit, alias non contracturo emphyteuta. Et ſic rn̄detur ad legem in hoc iudicio. ff. cōi diuidun. cum materia ſua. & facit ad prædicta. ff. de nego. geſt. l. ſiue. hr̄ditaria. & le. ſed an vltro. §. 1. Concluditur igitur pro hr̄de mariti contra mulierem, ꝙ ipſa teneat̃: qa locupletata ex iſta donatione, ex qua non fuit inter vir. & vxo. ſecuta aliqua traditio vera, vel ficta. ſed contra hoc vr̄, qa ſoluendo pro ea fingitur ei ſoluiſſe, & ipſa creditori tradidiſſe, ergo morte confirmat̃. Solutio, hic nō ſoluit, ſed ꝓmiſit, & ſtetit in ſolis finibus ꝓmiſſionis. Item ſi non vir, ſed ei⁹ hr̄s ſoluiſſet, iſta traditio hr̄dis nō cōfirmaret traditionē defuncti, quæ irrita facta eſt, morte donatoris. Idem econuerſo, ſi vir ſoluiſſet muliere iā mortua ꝑꝑ eandē rōnem. ff. de reb. dubijs. l. ſi inter vir. & vxo. Omiſſis omnib. ſupra dictis conſiderandū eſt, ꝙ emphyteuſis eſt q̄dā locatio, vt inſtitu. locati. §. adeo. ſed ſi vir locat fundū dotalē, tenet̃ pacta ſeruare: & ſi ꝑ quandā cōtiā tendant in fauorē vxoris, vt no. in l. diuortio. in prin. ff. ſol. mat. Itē ſi vir mandat alicui, ꝙ faciat expenſam in re dotali, tenetur actione mandati, quaſi gerat negociū ꝓpriū: qa dos eſt in eius patrimonio. & iſtud mandatū pōt dici grā ſua, & aliena, vt l. 1. ff. mādati. Tn̄ ſi impenſa eſſet ad perpetuā vtilitatē rei ſoluto mat. vir repeteret ab vxore, ac ſi per ſemet feciſſet expenſam: qa q̄ ꝑ aliū facit, per ſeipſum facere vr̄: & tenet̃ mulier ſaltē, quatenus eſſet locupletior effecta: quia vir gerit negocium vxori, & vxor ſibi, vt C. de nego. geſt. l. quod in vxorem. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLII.

1 *Iuri offerendi an præſcribatur. & nu. 7.*
2 *Conditionibus an præſcribatur.*
3 *Conditioni poteſtatiuæ an præſcribatur.*
4 *Reſciſſoriæ an præſcribatur.*
5 *Filijs emancipatis an currat præſcriptio ad peten. bo. poſ.*
6 *Patronus contra libertum an præſcribat.*
8 *Futuræ pignoratitiæ actioni præſcribi an poſſit.*
9 *Creditor, qui amiſit poſſeſſionē, & poſtea recuperauit, an teneatur reſtituere.*

1 In Chriſti nomine. †Super eo, quod q̃ritur, vtrum creditor poſ
ſidens hypothecam longiſſimo tempore poſſit præſcribere iu-
ri offerendi, quod competit debitori volenti agere actione pig
noratitia. Quæſtio antiqua eſt, & videtur, quod poſſit præſcri-
bere; q̄a omne ius eſt præſcriptibile q̃tum ad exceptionem: ſed
iſtud eſt ius, & ius vocatur, & eſt ius offerendi, ergo eſt præſcri-
ptibile longiſſimo tp̄e. hoc dicit text. C. de præſcrip. 30. anno. l.
cũ notiſſimi. §. ſed cum illud. Et iſta eſt præſcriptio negatiua, ꝙ
non poſſit offerri, & nõ præſcribitur actioni pignoratitiæ: quia
non eſt nata, ſed bene præſcribitur natiuitati eius, ne poſſit na-
ſci, & ſic creditor retinebit pignus pro debito non ſoluto, & ꝙ
nec ſolui poteſt inuito debitore: nec tñ fiet dominus rei: quia
nunquam quis efficitur dominus per præſcriptionem, niſi poſ-
ſederit titulo pro ſuo, vel quaſi. ſed creditor non poſſidet pro
ſuo, nec quaſi pro ſuo, vt ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſciendum. §. cre-
ditor. vnde non præſcribit dominium: tamen bene præſcribit
iuri offerendi, vt dictum eſt, hoc firmat gl. in d. §. ſed cum illud.
& ff. de vſuca. l. pignori. & ff. de pign. actione. l. ſi rem. §. omnis.
Præterea expreſſum eſt, quod iuri offerendi põt præſcribi. ff. de
captiuis, & poſtliminio reuerſis. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. hoc
etiam firmat gl. ff. de vſucap. l. pignori. Sed in contrarium ſunt
quaſi omnes moderni dicentes, quod aut ius offerendi concer-
nit actionem natam, & poteſt ei præſcribi, vt verbi gratia. Se-
cundus creditor habet ius offerendi priori creditori ad ſuam
hypothecariam iam natam præferendam, vel confirmandam,
vt d. §. ſed cum illud. aut concernit actionem, quæ non eſt nata,
ſed pendet ex tacita conditione offerendi: & tunc non poteſt
præſcribi. vt quando debitor vult offerre creditori, vt ſibi actio
hypothecaria naſcatur: nam interim non eſt aliquod ius forma-
tum, & omnes præſcriptiones requirunt aliquod ius formatũ,
& eſt ratio: quia præſcriptiones ſunt exceptiones, & non eſt ex-
ceptio prius, quàm actio. Item non prius eſt priuatio, quàm ha-
2 bitus, vt ff. de verb. obli. l. decem. † & ideo conditionibus non
præſcribetur, ſed actionibus. & eſt ratio huius; quia cõditiones
habent ſe per modum cuiuſdam facultatis facti, & contra iſtas
facultates non præſcribitur, argumentũ. ff. de via publica. l. viã
publicam, hanc opinionem tenet Bar. in d. l. pignori. tali addita
ratione vltra alios doctores: quia filius poteſt inſtitui ſub cõdi-
tione poteſtatiua dandi, ſi leuis conditio eſt, vt ff. de hære. inſti.
l. ſi ius. §. puto, & no. per Cy. C. de inſti. & ſubſti. l. ſi pater. & lex
dicit, ꝙ filius poteſt implere vſque ad vltimum vitæ ſuæ ſpiritũ,
ff. de conditionibus inſtitutionum. l. fi. Et tunc arguit Bar. ſi poſ
ſet præſcribi, ergo poſt 40. annos, filius reperiretur præteri-
tus, & tanquam præteritus rumperet teſtamentum, ꝙ falſum
3 eſt. † Concludit ergo, ꝙ conditioni poteſtatiuæ non poſſit ob-
ijci præſcriptio temporis, cui conſonat regula vulgaris: nam im
pedito agere non currit præſcriptio, vt C. de annali exceptione.
l. 1. §. fi. Sed certe poſſet r̃nderi: quia verũ eſt, ſi impedimenti re-
motio ſit in ſua poteſtate: tunc enim bene currit præſcriptio.
4 †vnde præſcribitur reſciſſoriæ, & nondũ natæ, quia erat in po-
teſtate eius facere eam naſci petendo reſtitutionem in integrũ,
& eam per victoriam obtinendo, vt no. C. ex quibus cauſis ma-
iores. l. fi. Ad hoc facit extra de eccle. c. eis quibus. & ff. quibus ex
cauſis maiores. l. ſed & ſi per prætorem. §. 2. † Item filio emanci-
5 pato currit præſcriptio anni ad petendum bonorum poſſeſſio-
nem, vnde liberi: & tamen non per prius eam poteſt petere iu-
re priſco, niſi primo petat bonorum poſſeſſionem cã litis agno
ſcendæ, vt C. de inoffi. teſta. l. 2. † Item patronus præſcribit con
6 tra libertũ, licet libertus non poſſit agere niſi petita venia. Præ-
terea expreſſum eſt, quod poteſtatiuæ conditioni præſcribitur
per moram non implendi, vt ff. de condi. & demon. l. hæc con-
ditio. ſ. in legatis, & fideicommiſſis, nõ in hæredũ inſtitutionib.
niſi forte heredis inſtitutio reſoluatur in legatum, vt qñ quis eſt
inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali, vt ff. de hæredi-
bus inſti. l. ſi quis inſtituatur. & Cod. eo. tit. l. quoties. Concludit
igitur, & qui negligens fuit, læditur in tp̄is mora, & in conditio
nibus implendis. vnde rõ Bar. non bene probat illud, ad quod
7 eam inducit: licet ſubtiliter loquatur †ſed ego dico per alias ra-
tiones nouas, ꝙ creditor, qui poſſidet pignus, non præſcribit
contra ius offerendi: quia non poteſt præſcribere contra ius æ
ſtimandi debitum per fructuum perceptionem, vt ff. de ſolu-
tionibus. l. Titia. Et extenuato debito fructus poſteriores effi-
ciuntur futuri, vt ff. ſi cer. pet. l. ſi quis nec cauſam. §. res pignori.
& ff. de furtis. l. ſi quis vxori. §. eum creditorem. & iuri offerendi
non poteſt præſcribi. Item alia ratione: quia creditor, qui per-
cipit fructus, agnoſcit ſe creditorem, & inſuper ſe debitorẽ re-
ſpectu pignoratitiæ, ergo quotidie interrumpitur eius præſcri-
ptio, vt C. de præſcrip. 30. anno. l. cum notiſſimi. §. 1. Item perci-
piẽdo fructus debitor tacitè offert ei, & ipſe acceptat, & recog-
noſcit ab eo. Item non poteſt ſibi cauſam poſſeſſionis mutare.
Item non poſſidet, ergo non præſcribit. Item ad quid præſcri-
beret iuri offerendi, ſi non poſſet percipere fructus ex re aliena
abſque vitio furtiuitatis, & omnis præſcriptio præſupponit ali-
quem finem, ad quem ordinatur: & talem finem, qui ſortiatur
effectum de iure: ſed hic non eſſet aliquis talis finis. Præterea da
retur per hanc pręſcriptionem materia delinquendi, & detinẽ-
di rem alienam durantem alienam inuito dño contra ius natu-
rale. Sed pro opinione gl. facit ratio ſatis fortis: nã debitor po-
teſt intentare officium iudicis, vt creditor pręciſe cogatur reci-
pere debitum, & facere debitori apocã, ſeu inſtrm̃ de recepto,
vt C. de fi. inſtr. l. plures apocas publicas. l. 1. lib. 10. ff. de lega. 3. l.
11. §. ſi rẽ. Nam hoc ei nihil nocet, & debitori prodeſt, ff. ſol. mat.
l. 2. §. nec cogitur. C. de liberali cã. l. ſicut datũ. ergo contra iſtud
offm̃ iudicis præſcribitur, vt C. de præſcri. 30. anno. l. ſicut. Præ-
terea conſumpto debito poteſt incipi res præſcribi, & præſcri-
bitur non ſolum res, ſed contra pignoratitiam, quæ iã tunc na-
ta eſt: vt d. l. ſicut. & quod notatur in l. 1. C. de annali exceptione.
8 †Ego teneo, ꝙ futuræ pignoratitiæ actioni interim non poſſit
præſcribi. nõ ob. ar. de offi. iudicis: quia nulla lex hoc dicit, ſed
ſolum dicit de iure offerendi, & deponendi, vt C. de vſuris. l. ac-
ceptã. & C. de ſolutionibus. le. obſignationẽ. & nota. ꝙ gl. quæ-
ſierũt d̃ iure offerẽdi, tñ ſimiliter debuerũt q̃rere de iure depo-
9 nendi, & cõſignandi. † Secũdo q̃rit̃, ſi creditor amiſit poſſeſſio-
onẽ p violẽtiã tertij inuaſoris & poſtea inuaſor faciẽs gr̃am cre-
ditori reſtituit, an creditor teneatur reſtituere: & dicẽdũ eſt, ꝙ
ſic: ipſe enĩ eſt liberat⁹ ſi recuperat, vt ff. d̃ rei vẽd. l. niſi malit. cũ.
l. ſi vero. §. Iulia. vbi eſt expreſſum, ꝙ ẽt de reſtiuendo in caſũ, cũ
facultatẽ reſtituendi reſumpſerit, cauere tenet̃. Ego Baldus.

## CONSILIVM CCCXLIII.

1 *Q̃uo capitula pacis, vel ligæ, ſeu confœderationis interpretentur.*
2 *Bonæfidei in contractibus veniunt caſus improuiſi iuris, ſecus in contracti-
bus ſtricti iuris.*
3 *Veritas quid ſit.*
4 *Contractus per pactum poſſunt recipere formam accidentalem.*
5 *Intereſſe quid ſit.*

1 In Chriſti nomine. †Examinanda ſunt capitula iſtius ligæ per ſin
gula, & aptanda eſt congruens interpretatio, q̃ ſemper ineſt de
neceſſitate, de veriſimilitudine, vel ipſi⁹ rei natura, vt ff. de pac.
dotalibus. l. inter ſocerum. §. cũ inter patrẽ. ff. de verb. obl. l. ita
ſtipulatus. & le. forte. ff. pro ſocio. l. ſi ſocius ꝓ filia. & id videtur
eſſe de mẽte contrahentiũ, ꝙ vtriq; parti prodeſt, & neutri par-
ti oneroſum eſt. ff. ſi quis cautionib. l. j. ff. de ſolutionib. l. cũ ſti-
chus. nã facilitas implẽdi incentiuũ tribuit paciſcendi: p̃ſertim
cum ſocietas iure contrahitur, vt inſpiciamus, non ꝙ illi, aut illi
expedit, ſed quod ipſi ſocietati vtile eſt. ff. ꝓ ſocio. l. cũ duobus.
& ad ea, q̃ faciliora ſunt, penes viã implementi ſapientũ animi
ordinant̃, vt ff. de nego. geſt. l. diuortio. nã ꝙ natura homo ſit a-
nimal rõnale, p̃ſumit̃ eſſe pluribus rõnibus, vt aĩus ipſius. ff. de
conditionibus inſtitutionũ. l. filius. & licet aliqñ litera habere ſe
poſſit ad plures interpretantes formas, tñ illa eſt inſpicienda, q̃
plurimũ habet humanitatis, & quam diſcretio naturalis, quę eſt
plus omnis virtutis, nobis inſinuat, & ſic muta ratio loquitur in
cordibus noſtris: & regulat, & regit conditiones, vt ff. de condi.
& demon. l. in cond. primum locum. & l. pater Seuerinam. §. cõ-
ditionum. optima igit̃ pactorũ interpres eſt vtilitas, & cauſa fi-
nalis: quia oẽ, ꝙ mouet̃ naturaliter tendit ad bonum, quod om-
nes appetunt, vt patet in multis principijs philoſophorum: nec
eſt recipere in rerũ natura maius lumen, q̃ lumẽ intellectus. His
ergo procemialiter p̃miſſis, vbi tex. verborũ eſt clarus, nõ opor
tet nos laborare: ſed vbi eſt confuſus, vel gñalis, quia gñalitas
parit obſcuritatem, fugienda eſt obſcuritas, tanquam quædam
nebula de oculis nr̃i intellectus: quia in ſereno, & nõ in obſcu-
ro habitat lux. Dimittamus iſta gñalia, & veniamus ad factũ, &
in j. c. ꝙ continetur inter quos facta eſt liga, & ad quem finem;
q̄a ad finẽ defenſionis principaliter, ſed incidenter ẽt ad viã of-
fenſionis: & quia non poteſt ſeparare vnum à reliquo, totum in-
telligitur eſſe permiſſum, etiam de iure diuino. ff. de iuſti. & iu.
l. vt vim. ff. ad l. Aqui. l. ſcientiam. §. q̄ cum aliter. & l. ſi ex plagis.
§. tabernarius. C. vnde vi. l. j. & in cle. vlti. de homicidio. & cum
opus ſit licitum, poteſt quis aſſociare ſibi ſocios, vt notatur in l.
culpa eſt. ff. de re. iur. Sed notandum eſt, ꝙ verba dicunt de om
nibus illis gentibus, quas dicti colligati tenere pñt ad eorũ ſti-
pendium: hoc. n. verbũ poſſunt, ſignificat moderationẽ, & ar-
bitrium boni viri. ff. de verb. ſig. l. nepos Proculo. & coaptanda
eſt impenſa neceſſitati occurrenti, vt ff. de exercitoria. le. Luc.
nec. n. oportet fingere neceſſitatẽ: ſed pro qualitate imminen-
tium cauſarum expenſas intrare: in parua enim neceſſitate mi-
nus, in magna plus expendere oportet. arg. in l. j. ff. de alimentis
pupillorum. Sequitur aliud capitulum, quod incipit. Item ſi cõ
tingat, quo cauetur, ꝙ aut colligati ſimul offenduntur, aut non
ſimul. Primo caſu dẽt mitti ad indigentem. Secundo caſu ad of-
fenſum iuxta exigentia neceſſitatis, iſtud eſt bonum, & æquum
capitulum: q̄a natura imitatur naturam, tranſmittit ſubſidiũ ad
mẽbrum ægrum, & vbi magis feſtinat, ibi periculum. Itẽ magis
ad ſaluãdam nauem, q̃ periri, ita multo magis ad ſaluandos ho-
mines, quã ad ſaluan. merces, vel animalia, vt ff. ad l. Rhodiã de
iactu. l. nauis onuſtæ. Modo ſequitur aliud capitulũ, in quo An-
dreas aggregatur alijs colligatis, & vltra ſpecificatur in plurib.
circa q̃ oĩa vertuntur principaliter quatuor dubia: primum de
ſtipendijs: ſecundum de damnis: tertiũ de promiſſionibus: quar
tum de baliſtarijs, de q̄bus p ordinem videamus. Et incipio ibi,
poſtq̃ p interuallum &c. in quo capitulo continetur, ꝙ nobilis
vir Andreas de Mõtefano fuit receptus cũ pactis primis gñalib.
& cũ q̄buſdã pactis nouis, ac ſpecialibus, & certis, videlicet &c.
& ꝓ introductione dictorum pactorũ, tanq̃ ꝓ materia finali, &
ſubſtantiali ipſorum: quia non eſt reperire formã ſubſtantialẽ,
niſi in materia præiacenti, quæ interdum eſt naturalis, interdũ
materiæ finalis, interdum pactionalis, interdum intellectualis.
Præmittendum eſt; ꝙ in gñalibus capitulis ſequimur naturam
gñalitatis: in ſpecialibus & certis, ſequimur naturã ſpecialitatis,
vt ff. de annuis lega. l. Seio. §. medico. nec debemus reçedere à
verbis ſpecificatis pp difficultatem promiſſoris, dũmodo id ſit
ꝓmiſſum ab aliquo alio impleri, vt ff. de ver. obl. l. continuus. §.
illud. ff. ſi cer. pet. l. quod te. ff. locati. l. in naue Saufeli. ff. de pub-
licianis. le. Cæſar. Et iſta ergo eſt theorica diſiunctiua, articulos
qõnũ p̃dictarũ, quam oportet diſtiguere, & ſingula ſingulis ad-
aptare. ꝓmiſſionum aũt q̃dã fiunt determinato mõ, quarũ fines
oportet præciſè ſeruari, vel ſaltem ſatisfieri de intereſſe: q̄a nõ
eſt bonus vir ille, qui non obſeruat promiſſa, quinimmo fidem
fallere grauibus eſt graue, grauiorib. grauius, grauiſſimis, & ex-
emplaribus viris grauiſſimum: quia in ſe malũ, & extra ſe datum
malum exemplũ, vt ff. de conſtituta pecu. l. 1. in prin. quinimmo
magis expedit vulgo bonum exemplũ, quod à famoſis viris na-
ſcitur, q̃ boni rei ſubſtantia ab ignotis: & ſi quærat̃, quid eſt bo-
ni rei ſubſtantia, dico, quod alteri non feceris, ꝙ tibi fieri nolis
&c. hæc eſt enim lex, & ꝓphetæ; vt in prin. decretorum, & ſi ad
iſtud ſpeculũ mens hominis conferatur, claue ingenij non er-
rante per conſolidationem ſcripturarum, reddit̃ aĩa valde tuta:
quia ſi fidem innocentis geris, maximam hẽs ſecuritatẽ, quippe
magna ſecuritas datur ab excuſatione: quia beati quorũ remiſ-
ſa ſunt peccata magna ab inno. ſed maxima ab alacri conſcien-
tia, vt C. de iniurijs. l. ſi non conuicij. C. de his, quib. vt indignis.
l. cum fratrem. dicit aliquis, ergo in contractibus bonæfidei, &
ſtricti iuris non dẽt eſſe dr̃ia: quia mala fides ab omnib. actib. eſt
depulſa, ſed bona in omnibus eſt bñ viſa, vt C. de act. & obli. leg.
bonam fidem. Solutio, immo eſt dr̃ia: quia iura ſtatuerunt, ꝙ in
contractibus bonæfidei venirẽt caſus improuiſi ad fines caſuũ
2 ꝓuiſorũ, † ſed contractus ſtricti iuris caſus improuiſos non cõ-
cernũt, vt ff. de neg. ge. l. quia tãtũdẽ. ff. de eo, ꝙ certo loco. l. 3. §.
Iuli. in oĩbus tñ contractib. inſpicit̃ bona fides. i. bona mẽs. licet
aliqñ excuſet à pœna, non dico à ſorte fatalis impotentiæ, vt no.
Inn. in c. 1. extra de offi. dele. nimirũ fortuita impediunt contra-
henda, ſed non reſoluunt iã contracta facto, & obligatione, vt
ff. ad l. Rhodiam de iactu. l. ſunt vehenda. §. idem iuris. nam ꝙ ꝑ-
fectum eſt, & tranſiuerit ad iuris vincula, ad imperfectũ caſum
non facit, & licet hæc defenſio non poſſit plus, vt ff. de procu-
ratoribus. leg. Tit. quia oculi non poſſunt extrahi de cæco, vt
ff. de dolo. l. nam his. tamen iſtud non eſt propriè excipere, ſed
compulſum vitare, vt Cod. qui bonis cedere poſſunt. leg. fin. &
tunc iſta allegatio vertitur in naturam ceſſionis bonorum, ita
quod qui hoc allegat, debeat conſignare bona creditorib. ſuis,
ac ſi expreſſe diceret, cedo bonis, alioquin talis allegatio, ſe nõ
poſſe, non eſt veridica, nec iuridica, cum retentina bonorum
implicet cõtradictoria, ſ. ſe habere, & nõ poſſe: & mendax ipſe
ſibi nulli poteſt dicere verum: quia ſẽper ſibi fallax imprudẽtia,
3 dignitatem, & altitudinem veritatis nõ poteſt immutare, vt no-
tat. ff. de neg. ge. l. ſed an vltro. §. fin. † Nam veritas nihil aliud eſt
niſi ipſa rerũ conſtantia, & firmitudo, vt notatur. ff. de aqua plu.
arcen. & iſta eſt baſis, & fundamentũ iuſtitiæ, qua virtute nulla
præclarior: vnde ſcribitur in eccleſiaſtico, ante oĩa verbũ verax
p̃cedat te, ſ. ex corde, ex lingua, & ex fructu operis, & qui animo
ſuo deſtinauerit fidẽ non ſeruare, ſtatim mendax eſt. Amplius,
licet oẽs iſti contractus bonæfidei dici poſſint pp naturã ſocie-
tatis, quę bonã fidẽ exigit in ſupremo, ẽt ſui interpellatione: vel
dic, vt infra dicam, ꝙ in alijs contractibus vix reperitur, niſi vbi
contrahitur mora: in regularibus tñ per pactũ expreſſum de bo
na fide ſeruanda, & de malitia propulſanda oẽs cõtractus mũdi
pñt redigi ad inſtar, & ſimilitudinẽ eorum, qui per naturã ſunt
cõtractus bonæfidei, ar. ff. de pac. l. nõ impoſſibile. & ecõuerſo,
contractus, qui per naturã ſunt bonæfidei, ꝑ pactum expreſſum
pñt redigi ad ſimilitudinem ſtricti iuris, ſi hoc agitur, vt nihil ad
di, vel detrahi poſſit niſi ꝙ ſcriptura loquit̃, arg. ff. de vſufr. lega.
l. ſi alij. C. de fi. inſtr. l. contractus. Porrò ſtrictũ ius cõſiſtit in ver
bis & ſcriptura, p̃ciſe obſeruandis, latũ aũt conſtat ex ſuppletio
4 ne, vt notatur. ff. de condi. inde. & ff. de tritica. l. in hac. apparet
expreſſè, † ꝙ per pactũ expreſſum pñt cõtractus recipere formã
accidentalẽ. i. quæ non inhæret originaliter ꝓprio ſubiecto: ſed
formæ naturales cohærẽt, niſi ꝑ pactũ ſint remotæ. ff. de cõtrah.
emp. l. pacta conuenta. naturalia, cũ naturaliter cohærent: acci-
dentalia aũt niſi exprimãtur, credimus, nõ ineſſe. Reuertẽdum
eſt ad propoſitũ: quia melius eſt vnũ recipere, q̃ centũ. Quæro,
an actus argumentandi eſt apud infinitos concluſio r̃ndendi, &
medicina ſanandi apud paucos. Et venio ad dictũ verſiculum, ꝙ
dicti colligati durante dicto tempore; & tempore pacis &c. Et
de iſto capitulo, qui ſit, & q̄d dicat, nõ eſt expeditum dicere, ſed
quod verbum ſonat, illud fiet. ff. iudicatum ſolui. l. iudicatũ. nec
indulgemus gl. vbi habemus text. ff. de leg. 3. l. ille aut ille. §. cum
in verbis. Sequitur aliud capitulum, quod incipit, ſi vero con-
tingeret dictos colligatos, & dictum Andream habere guerram
cum aliquo confinante, ſeu vicino dicti Andreæ, & ſeu eius ter-
ritorio, vel qui manifeſtam guerram faceret dicto Andreæ, nõ
intelligendo de gentibus ſocialibus, tunc dicta guerra durante,
teneantur dicti colligati ſoluere dicto Andreæ, nomine proui-
ſionis menſtruos florenos auri 100. & iſtud capitulum videtur
dubium: quia guerra non fuit mota cõtra dictos confœderatos
omnes: ſed contra dictum Andream confinantẽ, & contra cõ-
mune Maceratæ, & ideo vulgaris copula, quæ ſurgit ex plurali
numero copulato, & ex dictione ſeu, non videtur habere locũ
in ſenſu diuiſo: videlicet quando alij nõ haberent guerram, ſed
ſolus Andreas: quia natura copulatiuæ eſt requirere vtranque
partem veram, vt ff. de conditionibus inſtitutionum. l. ſi hæredi
plures. Sed contrarium dico: quia guerra communis eſt omniũ
partialium, & qui ſe iuuant in actu guerræ, vt extra de poſtula-
tione prælatorum. c. j. Vnde copula guerræ optimè cadit inter
Andream, & eius partiales, vt ff. de arbitris. l. cũ pœna. vnde cõ-
cludo, quod dicti flor. 100. debeantur ſingulo menſe durante
guerra prædicta. & idem de baliſtarijs poſt requiſitionem: quia
cum hæc ſubuentio ſit quoddam obſequium, non debetur niſi
5 petenti: ſicut diximus in vaſallis. Item dico, ꝙ poſt requiſitionẽ,
& non ante, venit intereſſe, quod eſt reſtauratio damni. † ſic e-
nim diffinitur intereſſe, ꝙ ſit reſtauratio dãni emergẽtis, & ſup-
pletio lucri ceſſantis &c. C. de ſententijs, quæ ꝓ eo ꝙ intereſt. l.
vnica. ad hoc tenetur cõmune Maceratæ ex natura & forma ſo-
cietatis, vt ff. pro ſoc. leg. de illo. & q̄a ita promiſſum eſt, ſeruet̃
ergo bona fides. ideſt, ſine cauillationibus, vt ff. de verbor. ſig. l.
ea eſt natura cauillationis. & leg. pe. ff. ad ex-hibendũ. Ego Bal.

## CONSILIVM CCCXLIIII.

1 *Sẽtentia lata ſuper appellatione deſerta an dicatur diffinitiua, an interlo-
cutoria. Itẽ generaliter quæ ſint ſententiæ diffinitiuæ, q̃ interlocutoriæ.*

In Chriſti nomine. Super eo, quod q̃ritur,
vtrũ ſentẽtia, qua pro-
nuntiatur,

nuntiatur, appellationem eſſe deſertam, vel reductionem ad arbitriũ boni viri, vel cauſa nullitatis curſu temporis fatalis inducti à l.municipali, vel aliqua expreſſa, vel tacita renuntiatione eſſe ſopitam, ſit interlocutoria, vel diffinitiua. Videretur dicendum, ꝙ eſſet diffinitiua. & hoc priò arguendo ex gñali ſignificato: quia finem imponit liti: nec enim refert quibus verbis feratur, per quæcunq; verba lis totaliter terminetur, illa eſt proprie diffinitiua: & non impropria, quinimo proprijſſima: quia cõuenit diffinitio, & diffinitum, vt not. in l. omnis diffinitio. ff. de re iud. Item per locum ad effectũ: q̃a omne dr̃ tale, quale ex effectu perpenditur. ff. de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed ſi rerum. ff. de ver. obl. l. 2. §. quædam partis. & l. in executione. §. pro parte. & l. ſtipulat. non diuiduntur. immo natura cedit effectui, & effectus à prædominio vnit naturã, vt ff. de poſtulando. l. 1. §. beſtias. & inſtituti. de rerum diui. §. pauonũ. ſed nemini dubiũ, ꝙ ſnĩa appellationis deſertæ totam litẽ dirimit: & dirimere, & finire idem ſunt. &, vt dixi, vocabula non curamus, dummodo ſint æquipollentia verba: vt notatur. C. de ſent. & interlocutionibus. l. præſes. ff. de arb. l. quid tamen. §. Pomp. non enim ſunt præcelſi ſermones, quibus iudaicè, & ebraicè ſit inhærendum, argumentum. C. de teſtamentis. l. q̃m indignũ. Præterea in ſnĩa eſt diffinitiua, quæ habet ea, quæ ſunt diffinitiuæ, verbi gratia ꝙ tranſit in rem iudicatam. Item ꝙ ex ea oriatur exceptio rei iudicatæ, vt notatur. C. de arbit. l. 1. ff. eo. l. 2. Item ꝙ mandetur executioni, vt notatur. C. de appellationibus. l. eos. in principio. Itẽ ꝙ non feratur contra minorem indefenſum, cõtra quem regulariter oĩs interlocutoria poteſt fieri, dũmodo ſit legitimè citatus. ff. de min. l. minor. etiam ſi quaſi cõtumax: ſed certum eſt, ꝙ minor indefenſus non patitur ſnĩam appellationis deſertæ, & gl. concludit expreſſè, ꝙ eſt diffinitiua. C. quõ. & q̃n iudex. leg. ſi pręſes quaſi deſertam. idem tamen ibi Iaco. Butrig. Item in pluribus aſſimilatur diffinitiuæ, q̃ interlocutoriæ, & ita inſpicitur, in quo maior ſimilitudo reperitur, vt ff. de ſtatu hom. l. quærit. In contrarium eſt ipſa veritas, ꝙ eſt interlocutoria naturali ratione, & effectu, licèt vicinitatẽ habeat, & familiaritatem cum diffinitiua, & hæc ſic probantur eius contrario. ſ. appellationẽ non eſſe deſertam: interlocutoria ergo reuerſa. ſuper iſta rõne fundat ſe Ioan. Andreæ. in c. fi. de appellationibus in clementinis. Præterea non fertur ſuper principali cauſa: ſed ſuper proceſſibus. Item fertur ſuper emergenti. Item fertur quãdoq; ſolo curſu temporis fatalis, & potius ipſe pronuntiat, quam iudex. ff. de excuſationibus tutorum. l. ſcire oportet. §. conſequens. Itẽ ſententia ſuper inſtantia eſt interlocutoria. C. de iudicijs. l. properandum. in fine. Item ex ſnĩa non oritur actio in factum. ff. de infamibus. l. furti. §. 1. ergo non habet ea, quæ ſunt diffinitiuæ: ſicut ſi iudex pronuntiaret intra decem dies appellatum nõ eſſe. Item viua ratio eſt: quia fertur ſeorſum à principali. ff. de min. l. intra vtile. Item profertur non diſcuſſis cauſis cauſæ: nec enim oportet diſcutere de obligatione, ſed de iudicio: quia deſertori veritas obligationis nihil prodeſt, ex quo proceſſus ei non patrocinatur, vt C. de fideicommiſſarijs libertatibus. l. fi. nam qui vult conuolare ad ſententiam ꝑtermiſſo proceſſu vult volare ſine pennis, & allegationibus, & tanquam ad terram colliſus frãgit ſibi crura. Ex his expreſſe concluditur, quod dicta ſententia eſt interlocutoria: tamen quia magni præiudicij eſt, poteſt appellari tanquam à grauamine iudicis, nec poteſt iſta relatio iuſtificari etiam ex teſtibus poſtea receptis: quia nõ dicitur iudex grauaſſe, ſi de grauamine non potuit cognouiſſe: vt in capitulo appellant. de appellationibus in clemẽ. & notatur per Bart. ff. de minor. l. ait prætor. §. permittitur. nec ſunt neceſſariæ nouæ allegationes iuris, & de iure, quæ non indigent alia probatione, niſi quod videatur tex. legis, ſemper, & vbique. Nec obſtat prędictis, quod litem dirimat, nam ſententia lata ſuper exceptione peremptoria perpetuo præiudicat, vt Cod. ad l. fauiam de plagiarijs. leg. præſes. hanc theoricam tradidit nobis Iaco. Butri. in quæſtione de Ranaxenſe.

CASVS.

Verba priuilegij dicunt, dicto Thomæ, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & fœminis donamus, concedimus, & conferimus motu proprio, gratioſè, de imperatoria plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia loca, caſtra, & reliqua inferius denotata, cum omnibus, & ſingulis honoribus mero, & mixto Imperio, gladij. qua poteſtate, ac iuriſdictionibus, ordinibus, vaſallis &c. & iuribus quibuſcunq; quocunq; noĩe cenſeantur, cum omnibus honoribus, pertinentijs, & vtilitatibus quocunq; ad ipſa loca, & caſtra ad Sacrum Romanum Imperium ſpectantib. quouis modo. Quorum locorũ, & caſtrorum noĩa ſunt hæc, videlicet, Ritortũ, & Saluanum, nec non merum, & mixtum imperium, & gladij ꝑtãtem, & oĩmodam iuriſdictionem, & ius imponendi collectas, & exactiones quaſcunque, ac oĩa iura, & godimenta q̃cunq; nobis, & ipſi Romano imperio competens, & cõpetentia in dictis locis, & caſtris ex certa ſcientia: de imperialis plenitudine poteſtatis, & de ſpeciali gr̃a, irreuocabiliter damus, & transferimus tã in præſentem Marchionẽ, q̃ eiuſdẽ hæredes, & ſucceſſores prædictos, & in prædictis, & quolibet prædictorum ipſum, & eius hæredes, & ſucceſſores, vt ſ̃. eſſe, & habere volumus loco nr̃i: dãtes, & concedentes de ſpeciali gratia poteſtatis noſtræ plenitudine, dicto Marchioni, & hæredibus, & ſucceſſoribus, vt ſ̃. licentiã, Daliã: & auctoritatẽ intrandi, & apprehendẽdi q̃ocunq;, & qualitercunq; tenutã, & corporalem poſſeſſionem quaſi omniũ, & ſingulorũ, vt ſ̃. donatorũ, & tranſlatorum ſine requiſitione, & auctoritate alicuius ſuperioris pręſidis, rectoris, iudicis, vel cuiuslibet magiſtratus ad omnẽ dicti Marchionis, hæredũ, & ſucceſſorũ liberã voluntatẽ nõ obſtantibus in prædictis, & quolibet prædictorũ aliquibus iurib. conſuetudinibus, gratijs, priuilegijs, ĩueſtituris, cõceſſionibus, & confirmationibꝰ, lr̃is, ſeu reſcriptis gñalibꝰ, vel ſpecialibꝰ in contrariũ factis, vel fiẽdis, conceſſis, vel concedendis alicui ciuitati, vel cõi, vel ſingulari perſonæ, ẽt ſi oporteret de eis, vel aliquo ipſorũ de iure ſpecialẽ mentionẽ fieri. Quibus omnib. inquantũ obuiarent ꝑſenti noſtræ cõceſſioni, & translationi in toto, vel in parte de dictæ plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia tenore ꝑſentiũ, de rogamus &c. omnẽ ẽt defectũ in ſolẽnitate, vel aliter ſi quis in translatione, donatione, & conceſſione huiuſmodi interueniſſet forſitan quouis mõ ſupplentes tenore ꝑſentiũ motu ꝓprio de imperialis plenitudine poteſtatis ſaluo ſuperioris dominio, ꝙ nobis, & ſacro Imperio in ꝑfatũ Marchionẽ hæredes, & ſucceſſores ſuos cõpetit: poſt modũ mortuo dicto q. Thoma, & Yſonardo q. filio eiuſdem Thonæ filio dicti q. Yſonardi Marchioni Maleſpinæ Imperator conceſſit 1384. q̃dam priuilegium, in quo fuit inſertum priuilegiũ antedictũ, & deinde in eo fuerunt appoſita hæc verba inter alia, necnõ donationes, trãslationes, & oĩa priuilegia, & bñficia ꝑ prædeceſſores dominos noſtros Romanorũ Imperatores, & ſpecialiter per ꝑfatum dñm Carolum, dñm, ac genitorem nr̃m chariſſimũ ꝑdeceſſorem eiuſdem Marchionis conceſſas, & conceſſa, factas, & facta cõfirmauimꝰ ratificauimus, approbauimus, ĩnouauimus, & de nouo conceſſimus de innata nr̃æ benignitatis clementia, necnõ Romanæ Regiæ poteſtatis plenitudine & ex certa ſciẽtia liberaliter confirmamus &c. non obſtantibus in ꝑdictis, & quolibet prædictorum aliquibus iuribus &c. vt ſupra. Quibus omnibus inquantum obuiarent &c. vt ſupra omnem ẽt defectũ in ſolẽnitate, vel aliter, ſi q̃s in trãslatione, donatione, cõceſſione, & confirmatione huiuſmodi interueniſſet, forſitan quouis mõ ſupplentes tenore præſentium, motu proprio, & de Regiæ Romanæ plenitudine poteſtatis, ſaluo &c. vt ſupra.

CONSILIVM CCCXLV.

1 *Pactum, quod quis poſſit ingredi propria auctoritate, poteſt dari in contractu in vltima voluntate, in donatione, & in ſententia: & quid in reſcripto Imperatoris, cum clauſula de plenitudine poteſtatis, & ex certa ſcientia.*

2 *Reſcripta imperatoria non valent contra res ſopitas, ſi non faciant mentionem de proceſſibus, & ſententijs.*

3 *Executor in re propria clara quis eſſe poteſt.*

4 *Titulus imperialis ſufficit ad dominium: nec eſt neceſſaria traditio.*

5 *Petitorium, & poſſeſſorium ex priuilegio Principis oritur.*

6 *Priuilegium primum præualet ſecundo, fallit, ſi primum reuocatur ex cauſa ſecundo inſerta.*

7 *Reſcriptum principis vt liceat venire cõtra pactum iuratum de non petendo non valet, & quid pro hæredibus, & nepotibus, & nu. 8.*

1 In Chriſti nomine. Ad euidentiã præmittendum eſt, † quod Imperator rei ſuæ, q̃ in priuilegium alicui concedit, ꝑt ꝓ libito voluntatis legẽ imponere, & priuilegiato ſuo gratiam facere ampliorẽ, vt poſſit ꝓpria auctoritate, & iure ꝑpetuario poſſidere, expulſo quolibet illicito detentore: nã Imperator eſt lex viua in terris. Et nos videmus, ꝙ hæc licentia põt dari in contractu, dũ tñ nõ tangat ius tertiæ perſonæ, vt C. de pignoribus. l. 3. & in vltima voluntate. vt ff. de leg. 2. l. Titia. §. 1. Et in donatione, extra de conſuetudine. c. 2. & in ſnĩa, vt notatur. ff. de re iudi. l. miles. §. fi. ſed non poſſet Imperator dare licẽtiam, quod quis poſſet ꝓpria auctoritate expellere iuſtum, & legitimum poſſeſſorẽ: quia talis licentia contineret flagitium, & delictũ. C. vnde vi. l. meminerint. immo tale reſcriptũ ꝑſumeret ſupreptitiũ, vt extra de reſcri. c. 2. & ſatis patet in l. 1. C. de pe. bo. ſub. lib. 10. Nec ob. clau. de plenitudine ꝑtãtis: quia illa clauſula intelligitur de plenitudine ꝑtãtis bonæ, & laudabilis, non vituperabilis, vel tyrannicæ: nã non dr̃ Imperator poſſe, niſi q̃d de iure põt. Item nihil operãtur illa verba, ex certa ſcientia: quia immo magis ſunt apta ad expreſſionem maioris delicti: & ideo iſta temeraria, & abuſiua cautela, qua hodie principes vtuntur in ſuis reſcriptis, deberet
2 in totum radicari ab aula, nec ita in vſu frequentari. † Itẽ eſt ſecundario præmittendũ, ꝙ contra res tranſactas vel ſopitas, imperatoria reſcripta non tenent: præſertim ſi non faciant mentionem de proceſſibus, & ſententijs, vt. C. ſenten. reſcindi non poſſe. l. fina. & ſi auctoritate reſcripti vnus Baro occuparet rem alterius, tenetur ei reſtituere cum fructibus, vt C. vnde vi. l. auctoritate. vt no. C. de fundis, & ſaltibus rei dominicæ. l. ſi qua loca. lib. 11. vbi eſt gl. ordin. ad literam. Si imperator concedit alicui caſtrum, iuridice põt dare licentiam apprehendendi ſua auctoritate. Sed ſi non põt cõcedere principale, nec acceſſorium. Item quia plus poteſt naturalis, & ciuilis ratio, q̃ Imperator. Itẽ quia & Imperator eſt animal rationale, mortale. Ad euidentiã præmittendũ eſt, ꝙ Imperator caſtrum Imperij põt concedere quò ad ius, ideſt quò ad vtilem proprietatem: quia q̃nq; eſt feudum, q̃nq; non eſt feudum: q̃a non eſt cõceſſum ad aliquod ſeruitiũ, vel incertum: ſed eſt vtilis proprietas ſimpliciter: licet q̃n iuratur fidelitas abſq; obtentu ſeruitiorum, poſſit appellari feudum francũ, vt extra de fi. inſtr. c. inter dilectos. ſemper tñ ſuperior proprietas remanet Imperatoris: q̃a nullus inferior põt eã participare, q̃ nõ ſit capax, nec ſit poſſibile eã euelli de corpore Imperij, niſi trãsferatur in maius corpus S. Roma. eccle. de quo ſatis eſt diſputatum in proœmio digeſtorũ. Item põt concedere quò ad factum, ideſt quo ad poſſeſſionem; nam auctoritas principis non minus põt, q̃ auctoritas præſidis pro tribunali ſedentis, cuius auctoritas tradẽdæ poſſeſſionis ſufficiat. ff. de acq. poſ. l. qui vniuerſas. §. itẽ cum prætor. nec eſt dubitandũ, quin princeps poſſit concedere licentiam amouendi alium illicitum detentatorem, ſicut vulgo patet, eamq; poteſtatẽ põt ẽt concedere ipſi donatario, vt no. de re iudi. l. miles. §. qui iudicati. C. vnde
3 vi. l. meminerint. & l. ſi q̃s in tantã. † nihil enim ꝓhibet quẽ eſſe executorem in re propria: dũ tñ ius ſit liquidum, non in iure dubio: quia non poſſet ſe declarare ius hr̃e, ad quod neceſſaria eſt ſnĩa, vt C. ne quis in ſua cã. l. 1. ſequitur de neceſſitate, ꝙ nec in poſſeſſione apprehendenda põt ſibi ius dicere, ſed ſi eſt notorium, ꝙ habeat ius, vt quia notorium eſt, ꝙ caſtrum eſt Imperatoris, quodq; conceſſum eſt ei, q̃ poſſeſſionem adeptus eſt, tũc nulla ratio iuris repugnat, quin quocunq; ingenio etiam furtiuè poſſit poſſeſſionem acq̃rere, & acquiſitam retinere: quia ꝙ eſt licitum in apprehendendo, eſt licitum in retinẽdo, C. quod
4 cum eo. l. ſi ſeruus. † Et eſt ſciendum, ꝙ titulus Imperialis ſufficit ad dominium, nec eſt neceſſaria traditio quo ad hoc: ſed ſolũ modo quo ad vſum facti, arg. ff. de publica. l. commiſſa. ff. ꝓ ſocio. le. cum duobus. §. idem rñdit. nã priuilegiũ lex principis eſt: & lex dñium transferre põt ſine inſtrũli adminiculo, vel pedum poſitione. ſit ergo concluſum, ꝙ ſi caſtrum erat apertum Imperatori. i. in eius libertate, de iure, & de facto, vel de iure tm̃, vel de facto tm̃, ſtandum eſt reſcripto, vel priuilegio: adeo ꝙ ſi ille, q̃ iniuſtè tenebat, & q̃ fuit clam expulſus, vel armata manu non curo: quia princeps põt cedere arma palam, vt l. 1. C. vt armorũ vſus inſcio principe. lib. 11. velit agere ad recuperandam poſſeſſionem, non põt; q̃a eſt expulſus auctoritate magni prætoris. i. principis: & idẽ ſi auctoritate debito modo formata, & iuriſdõne fundata, & ꝓceſſu legitimo nr̃o concurrente eſſet quis expulſus, vt no. 2. q. 1. c. in primis. Secundo præmitto ad euidentiã,
5 † ꝙ ex priuilegio principis orit̃ petitorium, & poſſeſſorium, ſi validum eſt, & cõpetit poſſeſſorium poſſeſſionis adipiſcendæ ei, qui nondum poſſedit, vel officium iudicis, ꝙ non eſt propriè interdictũ ꝑtoris, vel iuris canonici, vt no. Inn. in c. j. de off. iudi.
6 † Tertio ꝑmitto, ꝙ aut vtraq; pars ꝑtendit priuilegium, & tunc prius priuilegium præualet, ſiue ſit eiuſdem Imperatoris ſiue non: quia vnum eſt Imperium, & ſi primus Imperator conceſſiſſet ſemel tantum, ſecundus decies repetijſſet, primæ literæ ſunt potiores: quia eſt eis ius fundatũ, vt extra de reſcri. c. j. quia tempore poſterioris datæ non reperitur conceſſori ius apertũ. Fallit in principe, ſi ex cauſa reuocat primum priuilegium, & ipſa cauſa exprimit̃ in literis: de hoc credit̃ ipſi principi, vt in cle. j. de probationibus. ſed ſine vlla cã vel occaſione, non poſſet Imperator diſueſtire, nec denudare legitimè inueſtitũ: niſi inueſtitura fuiſſet facta ad bñplacitum, ſicut bñficia manualia auferũtur per ſuperiorem ad nutum, ideſt ſolam voluntatem, ſed perpetuo nequaquam, niſi victa culpa, licet Cæſar non habeat neceſſitatem probandi: tñ litigantes inter ſe ſic, vt ille vincat, qui oſtendit iura potiora: ex his infert̃ ſolutio aliorũ dubiorũ, videlicet, an dictus Thomas potuerit expellere &c. dic, vt ſupra, q̃a reſcriptum Imperatoris nõ tenuit, ergo nihil conceſſit, ſi ꝓbet̃
7 id ꝙ in tertio puncto eſt ꝑſuppoſitum: † quia ex pacto de nõ petendo oritur naturalis obligatio ad non petẽdum in perpetuũ, contra q̃ naturalem obligationem nõ tenet reſcriptũ: maximè cum de ea non faciat mentionẽ, vt extra de decimis. c. ex multiplici. item expreſſum eſt, quod ille qui iurauit non venire cõtra, non põt à principe impetrare, & impetrando efficitur infamis. C. de tranſactionibus. l. ſi quis maior. ſi aũt conceſſiſſet proprio motu, videretur poſſe agi ex iure ſuperueniente: quia eſt nouũ ius, & noua cauſa, de qua retro nõ fuit cogitatum, argumento. ff. de euictio. l. ſi rem, q̃ à principio, nec cogitari potuit, cum ex ſolius principis ꝑtãte penderet, vt ff. de leg. 1. l. apud Iulianũ. §. fi.
8 & in c. Abbate. de re iudi. lib. 6. Conſidera, iſte dñs Thomas nõ potuit impetrare, pro ſe: quia periurus. † Sed nunquid pro hæredibus, & nepotibus ſuis. & videtur, quod non: quia vbi nõ eſt principiũ, ibi non eſt ſucceſſio, neq; deriuatio, neq; tranſmiſſio. item quia ex radice infecta, & cã reprobata. In contrariũ vr̃: quia nomen ſucceſſoris non ſꝑ ponitur pro hærede: ſed interdũ pro eo, cui accidit ꝓ tpe, abſq; eo, ꝙ habeat originem tranſmiſſionis à prædeceſſore, vt extra de præbendis. in capitulo dilecti. vnde poſſum vti nudo miniſterio alterius, q̃ potuit eſſe organũ meũ, & tñ non ſuum. ſicut videmus, ꝙ ꝑ indignũ miniſtrũ quæritur dignum. dicit regula, qui vtitur adminiculo alterius, vtitur cũ ſua cauſa, ſuiſq; vitijs ipſius adminiculi, ſiue actus, q̃a ex actu vitioſo non quæritur ius efficax, ſed tñ non contingit cum vitio perſonali inhabilitatis: quia vitium in miniſtro non curatur in præiudiciũ tertij, vnde ſequitur, ꝙ ſucceſſores, quibus ordo tẽporum dat ſuccedere, & non vera tranſmiſſio alicuius corporis hæreditarij, non ſuccedunt iure hæreditario: per conſequens valet priuilegium, quia ius incipit ab eis. hoc forte poſſet defẽdi, ſi renuntiarent hæreditati paternæ, alias non, nam ſi ſunt hęredes, ſunt obligati de euictione, & quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio, pro hoc facit; quia ſuus, & neceſſarius hæres habet de neceſſitate vtrunq; amplecti, ſcilicet hæreditatem paternam, & beneficium paternum, vel vtrunq; repudiare, licet voluntarius hæres poſſet ſeparare, vt in c. j. an agnatus, vel filius. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLVI.

1 *Inſtrumentũ patris an, & quãdo noceat filijs tã in agẽdo, quã in excipiẽdo.*

In Chriſti nomine. Imperator cõceſſit Titio, & hæredibus eius.
1 Modo ponamus, ꝙ Titius iurauerat nõ impetrare. † Quæritur, vtrum dictum iur̃m impediat reſcriptum, & ſi quidem copula pariter coniungit Titium & hæredes. i. filios, vr̃, ꝙ pro dimidia parte, quæ concernit Titium, reſcriptum non valeat propter obſtaculum iuramenti, ſed pro dimidia, quæ concernit filios valeat, iur̃m patris non ligat filios, duabus rationibus. primò ratione ſuæ perſonalita. propter quam iur̃m ponitur intranſitiue ideſt, vt non poſſit diſgredi ab anima iurantis in alium. eſt enim ſacramentum, & character, cuius forma, & figura ſubſtantiæ eſt in anima iurantis, vt extra de iureiurãn. c. veritas. & C. de rebus cre. l. generaliter. in prin. nam ſi aliquando hæres ſuccedat in re iurata, & vinculo communicabili obligationis ex contractu, tamen non ſuccedit in vinculo ſpirituali, & incommunicabili iuramenti. & ideo in feudis hæredes innouant iuramenta, quia aliud, licet non aliter eſt iuramentum defuncti, aliud hæredis: licet iuramentum defuncti ſit quoddam exemplum, & iuramentum hæredis ſit ſumptum ex eo: formaliter apparet igitur quod periurium defuncti non nocet filijs. Sed tunc opponitur:

filij

filij vtuntur adminiculo patris impetrantis, ergo debent vti cũ
ſuo vitio:& ſic dolus impetran. nocet eis: quia eſt dolus com-
miſſus in ſubſtantiato iure ex quo actio debet proficiſci:vt ff.de
exceptione doli.l.apud Celſum.§.auctoris.& §.ſi eam ltima.l. ſi
procurator agit.Sed reſpondeo,ꝙ non inſpicitur,quis impera-
tori loquatur:ſed in quem effectus beneficij dirigatur,ſeu con-
ſecratur,ar.ff.de leg.2.l.cum pater.§.donationis. cum igitur filij
veniant ex libertate Principis, quanquam ex induſtria patris,
conſiderato,quod induſtria eſt cauſa remota, & non proxima
bñficij,& in ipſa cauſa proxima non inuenitur vitium, vel defe-
ctus:ſequitur pro dimidia,quæ concernit filios, quod dictum
reſcriptum debeat valere, ar.ff.de leg.2.l.ſi Titio,& ei.quod au
tem dicta copula teneatur partitiuè, videlicet vt rata pars pro
indiuiſo,& filijs: & tãdem ſit cõceſſum,videtur caſus.ff.de vſu-
fructu accreſcendo.l. ſi quis Titio, & hæredibus, & arguo ſic,
verbum, hæredibus, ideo ibi teneretur pro filijs,quia cõcernit
tale ius,quod non poteſt eſſe hæreditarium: quia vſusfructus
formalis,de quo ibi loquitur,non poteſt iure hæreditario trãſ-
mitti. ff. de verb. obl.l. ſtipulatio iſta.§. ſi quis. ita ergo nomen
hæredis ponitur pro hærede ſanguinis: quia non poteſt aliter
poni ſalua ratione iuris, & apti,ac congrui ſermonis.ff. de ope.
libertorum.l.liberti. Vnde de primo ad vltimum concludendo
videtur, quod ſaltem pro parte dimidia liberorũ valeat reſcri-
ptum. Dicet aliquis, nonne filij de euictione tenentur,ergo
non poſſunt venire contra cõtractum patris, quatenus ſint hę-
redes: quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem
repellit exceptio.Reſpondeo,ſic,ſi eſſemus in iudicio, & exci-
peretur,ſed hic filij non agunt,immo poſſident,quare non ob-
ſtat obiectio.Idem dicit aliquis, fuit obreptum Imperatori,er-
go non valet priuilegium ipſo iure. Reſpondeo,per filios non
fuit obreptum, quia nec impetrauerunt, pars verò patris bene
eſt caduca, & vitioſa, nec accreſcit filijs: quia iniuſta poſſeſſio
non accreſcit iuſtæ poſſeſſioni,vt.l. Pomponius. ff. de acquir.
poſ. Sed ſi ſalua iuſtitia poſſet accreſcere, tunc haberet locum
ius accreſcendi inter ſocios liberalitatis imperialis,vt Cod.ſi Im
perialis.leg.vnica. Conſidera, obreptio non reddit reſcriptum
nullum, ſed oportet, quod probet obreptum, & ꝙ excipiatur.
vnde ſi obripiens nõ agit,ſed poſſidet, tuẽdus ẽ in poſſeſſione,
donec reuocetur per ſententiam. & ſicut principale tenet me-
ro iure, ita & licentia data à Principe: ſed princeps dẽt eam re-
uocare.Item ex contr actu paterno quatenus eſt actus ad agere,
poſſunt filij conueniri,& quatenus eſt actus ad excipere, pñt fi-
lij petẽtes exceptione repelli. C.d trãſac.l.ſi pro fundo.Et ſcias,
ꝙ omnia, quæ dixi,allegando dico: quia animus inclinat contra
impetrantẽ, licet q̃ dicta ſunt, ſubtilia,& vtilia ꝓ,& cõtra ſint.

CONSILIVM CCCXLVII.

1 *Reſcriptum Principis, quibus ex cauſis non teneat.*

In Chriſti nomine. Quæro, quidam nobi-
les poſſident caſtrũ Im-
perij, & ipſum diuidunt inter ſe, iuramento appoſito de non
veniendo contra: tandem vnus eorum impetrat ab Imperato-
re totum caſtrum nõ facta mentione de dicta diuiſione,& poſ-
ſeſſione adiecta clauſula,ꝙ poſſit ſibi iuſdicere,& poſſeſſionem
ꝓpria auctoritate apprehendere. clã, & furtiuè accepit poſſeſ-
ſionem cõſorti,& ipſum de poſſeſſione eiecit.modò dictus ex-
pulſus petit dictam poſſeſſionem ſibi reſtitui cũ damnis, & fru-
ctibus,& intereſſe:ſed expulſor,vel eius hæredes dicunt, quod
non tenẽtur:quia auctoritate Principis ingreſſi ſunt:& ex nouo
titulo,& noua cauſa, & iſte eſt vnus paſſus. alius eſt de quodam
alio caſtro ſimiliter ſibi conceſſo:vtrum poſſit ex reſcripto peti,
& vendicari per impetrantem nõ obſtante dicto titulo tranſa-
ctionis,& poſſeſſione bonæfidei:& quia præſupponitur, quod
dicta tranſactio fuerit facta inter dictos nobiles bonæfidei, &
ſecundum conſuetudinem antiquam. Et præmittendũ eſt pro
pondere qõnis,ꝙ præſupponitur quod dicta caſtra ſint Imperij.
quæritur ergo, quid iuris:& ad id, quod in veritate præbeat di-
1 uina gratia,conſulatur. † Et videtur primò dđm, ꝙ dictum re-
ſcriptum non teneat; quia non fecit mentionem de compoſi-
tione,vt in c. ex multiplici. de decimis. Item quia ventum eſt
contra iuramentum,vt Cod.de tranſactionibus.l. ſi quis maior.
Itẽ quia nõ eſt facta mentio de colorata poſſeſſione aduerſarij,
vt in c.quod noſtris.de cõceſſione præbendæ. Itẽ quia ex dicto
contractu orta eſt naturalis obligatio, & iuſtæ defenſionis ex-
ceptio, ꝑ q̃ reſcriptum tolli non poteſt, vt C. de tranſactionib.
l.cauſas,& lites.C.ſententiam reſcindi non poſſe.l.ſi.Item quia
dictum reſcriptum eſt iniurioſum, vt C.vnde vi.l.meminerint.
Itẽ qa dicta licentia non potuit concedi,vt C.ſi per vim,vel alio
modo.l.ſi. niſi prius eſſet poſſeſſor ſpoliatus per ſeñiam iudicis
cõpetentis,vt notat.C.vnde vi.l.ſi quis in tãtam. & ff. de acqui.
poſ.l.iuſtè.Item quia non debet permitti vſus iuriſdictionũ pri-
uatis perſonis,vt ff. de reg.iur. l. nõ eſt ſingulis. Item quia petit.
bonorũ ſunt ſublatæ,vt C. de peti.bonorum ſublatis.l.j.lib.10.
Item qa reſcriptum eſt ambitioſum.ff.de in ius vocando.l.ſed ſi
hac.§.patronum.& talia reſcripta continentia conceſſionẽ do-
minij,vel alterius iuris, ſunt ipſo iure nulla, vt l.reſcripta. C. de
precibus Imperatori offerendis. Item ſi valeret gratia,quia cõ-
tinet ſolum ius concedentis, tamen poſſeſſio nõ poſſet auferri
ſine cauſæ cognitione,vt de præben.c.licet epiſcopus.lib.6.Itẽ
conſuetudo domus nobilium eſt ſimilis conſuetudini oppidi:
nam magna parentela,& oppidum inſtar habet paruæ ciuitatis
ſecundum Ariſtotelem.valet ergo cõſuetudo inter ſe,vt poſſint
concordiam facere ſuper feudis cõmunibus: alioquin oportet
eos ſemper ſtare in guerra:præſertim vacãte Imperio, ꝙ dicere
eſt iniquiſſimũ;cũ eius contrariũ ſit æquiſſimũ.ff. de vſufructu.
l.æquiſſimum.ideo inter ſe pñt diuidere,& paciſci: qa in habẽ-
tibus ſymbolum facilis eſt tranſitus,vt C. de fideicommiſſis. le.
voluntas.In contrariũ vr:qa ciuitates,& caſtra eiuſdẽ iuris ſunt,
ideſt publica, regalia, & ſacra, ff. de iuſti. & iur.l.j.§. publicũ ius.
ſed iſta non ſunt in commercio priuatorum, & iõ pactũ priua-
torum non valet,ſaltem in Principe reuocante,vt ff.de le.j.leg.
apud Iulianum.§.ſi.Item non pertinet ad aliquem diſponere de
iure tertij:ergo nec de rebus imperij.item nec de rebus fiſci: qa
ius publicum priuatorum pactionibus conturbari non poteſt.
ff.de pac.l.inter.inſtitu. de vſucapionibus. §. res fiſci.nec poteſt
dicere poſſeſſor bonæfidei,qui iura fiſcalia, & iuriſdictiones ſi-
ne ſolennitate cõparauit.ff.de reſcin.venditione.l. fundus. C.ſi
aduerſus fiſcum.l.edicto.Item improba poſſeſſio poſſeſſoris nõ
ligat manus Imperatoris, qui rei ſuæ poteſt apponere legẽ quã
vult,non ſolũ Imperator, qui eſt ſuper omnia terrena, ſed qui-
libet dominus rei ſuæ:nam Imperator ſemper poſſidet proprie
tatem ſuam in genere ſuo,id eſt maioritatem, & libertatẽ, quæ
ab oſſibus ſuis,ideſt,iuriſdictone nõ poſſunt ſeparari: ſicut Im-
perium deficere nõ poteſt, quia eſt à Deo conſtitutum,& mor-
talibus aggregatum, vt in Auth. qũo oportet epiſcopos.§. fin.
colla.j. Solutio,ſi caſtra eſſent fiſcalia de feudo franco.i. libero,
vel conditionato.i.ſub modo, non teneret dicta conceſſio.ff.de
aqua plu.arcen.l.in concedendo.quia non videtur princeps ali-
cui velle facere iniuriam. idem ſi eſſent aliquorum nobilium ex
fundatione caſtrorum,vel ex perpetua conſuetudine,cuius cõ-
trarij nõ ſtaret memoria.hæc aũt ſunt probanda per illum, qui
dicit reſcriptum nõ valere,alioquin pro impetrante, qui habet
titulum à principe in vtilem proprietatem, eſſet iudicandum,
improba poſſeſſione contraria non obſtante:& ita teneo,vt in
capitulo imperialem.§.callidis.de prohi.feu.alie.per Fed. vnde
conſilium venit pro domina, ſi caſtra erant aperta Imperatori,
ſiue Regi Romanorum.natura rei idem operatur, quod verbũ,
vel perſonatum expreſſio. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLVIII.

1 *Interpretantur litera cambij, & verba futuri temporis faciunt conditio-
nem, nec recedi poteſt ab iſtis literis: nec locus eſt pænitentiæ: quia ſunt
contractus nomina. & an contractus cambij ſit permiſſus, & non vſura-
rius. & nu. 6.*
2 *Verba futuri temporis conditionem ſignificant.*
3 *A literis non eſt recedendum, nec eſt locus pænitentiæ, quia ſunt contra-
ctus nominati.*
4 *Scriptura mercatorum, & campſorum habetur pro ſententia tranſacta in
rem iudi.*
5 *Addere, vel detrahere aliquid non eſt licitum, niſi de conſenſu partium.*
7 *Ex contractu innominato, do, vt des: qua actione agatur.*

In Chriſti nomine.. Factæ fuerunt ꝑ Bon-
romeum de Bonoro-
meis literæ tenoris infraſcripti, videlicet, pagati per queſta pri-
ma litera à di 9. de Octobre à Luca de Goro libre 45. ſono per
la valuta qui à Maſio Rena al tẽpo li pagati, & poneti à mio con-
to, e.R. che Chriſto veguarde. Bonromeo de Bonromei Salut.
de Milano adi 9. de Maggio 1325. à tergo Aleſſandro di Bonro-
1 mei è Dominico de Andrea, lettera prima de libris 45. † Hæc
ſcriptura



ſcriptura plures habet partes: prima pars continet mandatum,
& cui dirigitur, id eſt, nomen ſcribentis, & eius, cui ſcribitur,
2 ſti.l.fi. † quæ cauſa poſita à principe p̃ſumitur finalis, & vera, licèt cõtineat verba enuntiatiua, ar. C. de teſta.mili.l. ex his verbis Fortunato. & no.in c.1.de ꝓbat.in cle. Conſiderandũ etiam eſt, vtrum cõcedatur ſuper re tranſmiſſibili, puta q̃ naturaliter,
3 & de neceſſitate inhæret ꝑſonæ: † qa naturã rei in omni diſpoſitione inſpicimus. C. de cad. toll.§. ne autẽ.ff. de ver. obl.l. ſtipulatio iſta. §.ſi qs ita. Oportet enim naturã ſequi.ff. de verborum obligat. l.ita ſtipulatus. la grande.qa ipſa natura regit conditiones, ff.de conditio. & demon.l.pater Seuerinam.§.conditionẽ. & circa hoc oportet conſiderare, vtrũ munera cõſiſtant in obligatione perſonali, an in obligatione reali, vel hypothecaria: & dico, ꝙ ſi ſunt adiecta, vel inducta perſonis ꝓ munere
4 capitis, ibi eſt obligatio perſonalis, & hypothecaria, † quæ tamen hypothecaria nõ conſiſtit in omnibus bonis, ſed tantũ in re illa affecta, quæ hypothecaria poteſt reperiri ſine perſonali, vt not. ff. de publicanis.l.cõmiſſa.& ff.ad Trebel.ſi.hæres.& qa conſiſtit in poſſeſſione, vt ff. de euictio. l. ſi cum venditore. & poſſeſſio iure hęreditario nõ tranſit in hęredẽ, ſed ꝑ apprehenſionẽ, vt l.1.§. Scæuola.ff.ſi qs teſtõ liber eſſe iuſſus fuerit.ſequitur, ꝙ hæres tali hypothecaria non tenetur vt hæres, niſi eſſet in iudiciũ deducta, vt l.1.ff. de ꝑto.ſtipu.& l.de eo.§.fi.ff.ad exhiben. natura realiũ actionũ eſt tranſire ad hæredẽ agent. nõ autem ad hęredẽ poſſidentis, niſi lis ſit cœpta: immunitates etiam poſſidentibus ꝓſunt, ſed nõ poſſidentibus nõ ſunt neceſſariæ: qa nõ tenẽtur hypothecaria. poteſt etiã dici, ꝙ licet nõ ſit ꝑſonalis obligatio, eſt tamen officiũ iudicis; cui hypothecaria ad-
5 heret:& hæc vera.his p̃miſſis:† Sequitur videre an priuilegium tranſeat ad ſucceſſores.dicit Dy.ꝙ aut ꝑſona eſt immediata cauſa priuilegij: & tunc ius q̃ſitũ ex priuilegio tranſit ad hæredem, qa formã, & originẽ, & ꝑfectionẽ aſſumpſit in vita defuncti, vt no.Dy.in c.priuilegium ꝑſonale.ſed Petrus dicit,ꝙ aut priuilegium nõ eſt recluſum in iuris corpore,& nõ tranſit. l.1.§. ꝑmittitur. de aqua quoti.& l.1. de iure immunitatis.aut eſt recluſum in corpore iuris: & tunc ſi eſt cõceſſum inſpecta naturali æquitate, tranſit ad hæredẽ. vt ff.de in integrũ reſtitu.l.nõ ſolum. qa naturali æquitate etiam ꝑſona hæredis repreſentatur ex ꝑſona defuncti.Item ex ꝑſona hæredis nõ mutatur cõditio obligationis, nec ad eſſentiã, nec ad impugnationẽ, vt ff de verb.obli.l.3. C.de reſtit. mili.l. qui à patre. Item officiũ iudicis, ꝙ ex priuilegio oritur, eſt aptũ ad tranſmiſſionẽ. ff. de admini. tuto.l. ſi tutore. Aut eſt cõceſſum non ꝑ viam naturalis æquitatis, ſed ſine radice naturalis æquitatis: & tunc non tranſit ad hæredẽ. ff. de regu.iur.l.in omnib.ff.de conſti. principũ.l.1.ſecundũ Petrum, & Cyn. qui ita eleganter notant.C.ad Velle.l.hæredem.ex qua theorica vr̃ concludendũ, ꝙ dicta immunitas morte eſſet conſumpta: qa beneficium eſt ſucceſſiuũ, & non inſtantaneum recipit tẽporis diuiſionẽ, vt pro parte temporis duret, & pro parte tẽporis nõ duret.ff.ſol.mat.l.alia.ff.de re iu.l. ſed hoc ita.& l. aſſiduis. C.qui pot.in pig.habeantur.cum materia ſua.Sed certè immo vr̃, ꝙ dictũ priuilegiũ tranſeat in filios, & poſteros tali ratione: qa quoties liberi ſunt cauſa priuilegij, trãſit ad eos priuilegium, vt d.l.aſſiduis.& econuerſo ſi parentes ſint cauſa priuilegij filijs cõcedendi, debet tranſire ad filios filiorũ ꝓꝑ amorem, & honorẽ parentũ, licet parentes deſierint eſſe in humanis,& ſic merita patrũ tranſeunt in filios. Itẽ qa iſtud priuilegiũ vr̃ conceſſum memoriæ, & nobilitati, q̃ per gloriã viuere intel-
6 ligitur. Itẽ ſi rationes nõ ſufficerent, tñ illa ratio ſufficit, † quia princeps tenetur renouare, alias facit iniuriã, textus eſt aureus, & vulgaris in d. §. ꝑmittitur. Præterea eſto, ꝙ priuilegium ꝑſonale finiretur cum ꝑſona, iſtud eſt verũ, niſi cõcedens vltra proceſſit extendendo. Sed hic vltra ꝓceſſit ꝑ ſimilitudinẽ extenſiuam, & exemplatẽ, nam qđ ineſt termino exẽplificanti, videtur ineſſe termino exemplificato, etiã ex tacita repetitione, vt ff.de condi. & de.l. in teſtamento. ff.de dote ꝓlegata.l. Theopõpus, ibi dũ dicit, ſciens mentẽ meã inæqualib.ſummis.nã cum princeps exæquauerit alijs nobilibus noĩatis in priuilegio omne, & quicqd cõceſſit illis, & dño Antonio cõceſsiſſe vr̃ eodẽ modo, forma, & ordine, vt C.de rei vxo.act.l.rẽ in p̃ſenti.§.1.& l.1.ff.de le.1.facit, qđ no.in l.edita act.in verbo, ꝓut, notant doctores ſimilitudinariè indiffinitè, appoſitè, & non determinato modo eandẽ formã repetere vñr, vt de ver.ſig.l.abb. Præterea poſito, ꝙ immunitates ꝑſona finita eſſent finitæ: libertas tñ territorio acquiſita eſſet ꝑpetua, qa natura libertatũ ſicut ſeruitutum eſt ꝑpetua. ff.de cenſib.l. forma.§. quanq̃.ff. de ſeruitutib.l. ſeruit. Item corpora myſtica, ſeu figuralia, ſicut ſunt ſeruitutes, nõ dicuntur mori: qa viuere cũ viuẽtibus, & eſſe ſemper in eis, repe-
7 ritur myſticè.C.de fruct. & litis expenſis.l.fi.† nec ob.verbũ, ꝓ ſe. qđ eſt in literis dñi, nã nõ ſemp per hoc verbũ diſpoſitio efficitur perſonalis: qa non ponitur ſtrictè, ſed ad ampliandã gr̃am ſubditur, & infraſcriptis &c. item qa fit mẽtio de hr̃dib. q. Do. Gilberti, ſic apparet de intentione loquentis, ar.ff.de vino leg. l.fi.§. cui dulcia. & hæc eſt virtus copulæ: quia habet ampliare. ff.de leg.3.l. ea tamen adiectio. ff.de fundo inſtr.l.leges.§.Caio. dicit Bart. quod beneficium perſonale repellitur cum perſona, de auctoritate, & vſu pallij. c.ex tuarum, ſiue ſit bñficium materiale, vt pallij, ſiue intellectuale. Ex prædictis concluditur pro dictis nobilibus filijs in dicto priuilegio non inquietandis, ſed defendendis vnà cum teſtimonijs. & ad prædicta optimè facit, quod no.per Bart. in l.pater. de ſer.leg.& extra de inſtitutionibus. c. cum veniſſent. per Innoc. & ff. de pac. l. iuriſgentium.§. pactorum. per Gul.& Bar. Ego Baldus de Peruſio.

CONSI-



## CONSILIVM CCCLVI.

1 *Stante ſtatuto, quod qui conatus eſt committere adulterium, puniatur capite. Modo quidam attentauit, quia ipſa clamauit, ipſe aufugit, quæritur, an ſit decapitãdus, vel an alia pœna puniendus, & de verbo, nixus, quomodo exponatur.*

1 In Chriſti nomine. † Statuto Placentię cauetur, ꝙ quicunque nixus fuerit adulterium committere, decapitetur. Modo Titius animo adulterium committendi Bertã cępit, & proiecit in terram, ſed ipſa obſtando clamauit, & Titius clamore territus aufugit, captus eſt per ꝑtãtem Placentiæ, & inquiſitio formata eſt contra eum narrando factum, & intentando adulterium committendum cõfeſſus eſt maleficium. Quæritur, an veniat decapitandus, & vr̃, ꝙ ſic: quia iſte videtur raptus mulieris, vt l.1.C. de raptu virginum. Item & ſi non eſſet raptus conſumatus, eſt tamen enorme maleficiũ attentatum, & per actum proximum factum, vt l.ſi quis non dicam rapere. C.de epi.& cle. Item quia ſtatutum loquitur clare, & expreſſe, puniendo nixum, ergo ex quo habemus legem, debemus eam ſequi, licet ſit dura, & valde rigoroſa, vt ff. qui, & à quibus.l.proſpexit.qa non eſt noſtrum reſcindere ſtatutum ſimpliciter, vel ſcđm quid: quia iudex non debet eſſe clementior le. vt in auth. de iudicib. §.oportet. Itẽ iſte mechatus eſt in corde ſuo, etiã in opere ſuo ſito: & ideo diuina ſcriptura iudicat eum adulterum, & ſic duabus legibus diuina, & humana debet puniri tanquam adulter, & fortius, & expreſſius.l.municipali. In contrarium vr̃ veritas; quia aut tu arguis de iure communi: & tunc cõſuetudo, quæ interpretatur ius commune, diſponit, ꝙ mitius puniatur, id eſt, pœna pecuniaria, vt ait Spe.& no.per Cy.C.ad l.Corneliam de ſicarijs.l.is, qui cum telo.nec eſt verũ, ꝙ iſtud ſit crimen raptus, & rapere eſt de loco ad locum trahere cum vi, vt ff. ne quis eum, qui in ius vocatus eſt. l. ſed eximendi. aut tu loqueris de iure diuino: & tunc per indulgentiam indulgeretur pœna, & hoc iure diuino non vtimur in foro, ſed Deo ſoli relinquit᷑: aut tu loqueris de iure municipali, & in hoc ſtat totũ pondus huius quæſtionis: & ad hoc ſciendum oportet exponere iſtud vocabulum, nixus, & tex.in l. fi.§.pen.C.de tem.app.exponit, ſumma ope nixus.& gl.in ca.ex eo.de reg.iur.lib.6.exponit nixus, ſcilicet cum effectu, vel quia ꝑſeuerauerit.& ego expono nixus, id eſt, fecit quicquid potuit, & per eum non remanſit, ꝑueniendo ſcilicet ad actũ ꝓximum, & immediatum, vt quia voluit aperire clauſtra pudoris, & per eum non ſtetit: non eñ dr̃ actus ꝓximus, ſi alius eſt magis proximus, verbi gr̃a. Si quis tangat veſtimẽta, vel capiat per pãnos, iſtudq; apparet naturali rõne, nam proximum dr̃ illud, quo ſuppoſito alterum ſequit᷑ continuatione, & de facili, ar. ff. de ſerui. ruſt.præd.l.tria prædia.& l.qui ſella.§.in ruſticis. Præterea ille, qui fugit, non intelligitur perſeuerare: ſed potius deſerere, qđ inchoauit, ar.C. de fal.l.qui falſam. Ex quibus cõcluditur, ꝙ iſte non dr̃ nixus, ſed niti cępiſſe, niti voluiſſe; qa non dr̃ in inquiſitione, ꝙ fecerit, quicquid potuerit, & per eum non ſteterit. Ex quo ſequitur, ꝙ iſte non venit decapitandus: ſed ex alio capite ſtatuti pęna pecuniaria puniendus, prout iudicis arbitrium dictabit: quia in arbitrarijs non datur certa forma, vt ff. de effractoribus, & expilatorib.l.1.§.expilatores.ff.de pœ.l.hodie.& no. ff.de infa.l.quod ergo.§.pœna grauior. Ego Baldus de Peruſio.

## CONSILIVM CCCLVII.

1 *Statutum, quod mulier non nubat extra territorium cum hæreditate, &c. qualiter ſit intelligen. hoc elegantiſſimo conſilio diſputatur. & numero tertio.*
2 *Hæreditatis nomen quomodo accipiatur.*
4 *Pater non poteſt abdicare hæreditatem maternam à filia.*
5 *Exterus quis dicatur.*
6 *Nubens cum dote materna an dicatur nupſiſſe cum hæreditate materna.*
7 *Dictio, cum, quid importet.*

In Chriſti nomine. Nulla mulier ſe nubat cum hæreditate extra iuriſdictionem cõis Mediolani, & ſi nupta fuerit extra iuriſdictionem, non ſuccedat alicui de iuriſdictione Mediolani: ſed illa hæreditas perueniat in agnatos proximiores, vel alios ꝓpinquos: & hoc ſiue perueniat ex teſtamento, ſiue ab inteſtato: & eodem modo perueniat in agnatos proximiores, vel alios propinquos, ſi mulieri nuptæ extra iuriſdictionem communis Mediolani hęreditas aliqua in ea deferatur, ſeu aperiatur, idem ſit, & intelligatur in omnibus deſcendentibus talium mulierum, qui nati fuerint ex non ſuppoſito iuriſdictioni domini poteſta-
1 tis, & communis Mediolani. † Ponderare oportet ſingula verba ſtatuti, in quibus ſtat intellectus. & primo illud verbum, ſe nubat. ſecundo illud verbum, cum hæreditate: tertio illud, extra iuriſdictionem. quarto illud verbum, non ſuccedat alicui de iuriſdictio. quinto illud verbum, ſed illa hæreditas perueniat in agnatos, vel alios propinquos. ſextò, ſextũ dictum; ſeptimò, ſeptimũ. Redeo ad primum, verba dicũt, ſe nubat, quòd omiſſa grammatica eſt dictum maritare ſe: vbi eſt conſiderandũ; an videatur maritare ſe illa, quæ maritatur à patre. & videtur; quod ſic; quia ſubſtantia matrimonij eſt à ſe, id eſt, ex proprio, & immediato conſenſu, ſine quo matrimonium nec initiari; nec conſumari legitime poteſt, vt C.de nup.l. in copulandis.& l.nec filium. In contrarium videtur; quia pater eſt harum nuptiarum auctor, & in patris poteſtate, ac auctoritate conſiſtit, non dico ſolius patris, ſed ſimul cum filia, vt ff.de contrab.l.3.§. ſi emancipatus.ff.de iure dot. l. adoptiuum. vnde hæc propoſitio, iſta ſe nupſit, non eſt ſimpliciter vera, niſi adijciatur cum patris auctoritate: ſed ſtatutum non loquitur de adiectione, & ceſſantibus verbis ſtatuti ceſſat ſtatutum; quia mixtum ſub ſimplicibus non continetur, ſiue realiter diſtinguatur, ſiue per differentiam caſuum, vt ff.de lega.3. l. hoc legatum eſt. præſertim quia propter cultum reuerentiæ patriæ videtur cõſenſiſſe magis, quam maritum elegiſſe, vt ff. quarum rerum actio non da.l. 1. §.quæ onerandæ. Item quia iuſſus patris etiam tacitus excuſat puellam in eius poteſtate manentem à pœna inſucceſſibilitatis, & ſtatuti, vt ff.de reg.iu.l.ad ea.quia in tali facto nõ ineſt dolus: ſed potius eſt pœna ſine culpa. ff.de act.& obl.l.ſeruus non
2 in omnibus.ff.de his, qui notantur infamia.l.1.† Sequitur in ſtatuto illud verbum, cum hr̃ditate.& quidem hr̃ditas dr̃ hominis mortui: cum autem eſt adita, efficitur viuentis, & non eſt ꝓpriè hæreditas.ff.de vul.ſubſt.l.ſed ſi plures.§.filio.& l.1.§.ſciendum. ff.de ſeparatione bonorũ. In contrarium vr̃: quia hæreditas dr̃ habito reſpectu, ꝙ quondam fuit, & nunc etiam eſt ius, & corpus hæreditarium. ff.de verb.ſig.l.nihil aliud.& C. de peti. hær. per totum. Præterea ſi iſta verba loquerentur tm̃ in hr̃ditate iacente, p̃ſupponerent impoſſibile; quia cum ius adeundi ſit ius directum, & inſeparabile, non põt cedi, vt l.ſi mulier, §.ex aſſe.ff. de iure dotium, & iõ iſta dictio, hr̃ditate, ſupponit hic ꝓ patrimonio hr̃ditario, vt ff.de hr̃ditate, vel actione vendita ꝑ totum. ſed licet hoc verũ ſit tm̃, totã orõnem ſimul iunge: inq̃t enim;
3 nulla mulier ſe nubat cũ hr̃ditate. mõ videamus,† an iſta puella ſe nupſerit cũ hæreditate.& videtur, ꝙ ſic; quia tacite videtur, dediſſe bona ſua in dotẽ, vt no.ff.de iu.dotium. l. mulier. In cõtrarium vr̃: quia p̃t eſſe matrimoniũ ſine dote prætenſa à puella, ſi à patre, vel extraneo ꝓficiſcatur, vel à nemine, vt C. de dona.l.fin.& C.qñ, & quibus quarta pars debetur.l.vlt.& l.1.C.de imponenda lucrat.deſcriptione.lib.10.Solutio: concedendum eſt, ꝙ iſta puella non nupſit ſe cum hæreditate, nec tenetur ha-
4 bere ratum, quod pater fecit, † non põt pater abdicare hæreditatẽ maternam à filia: quia aut hoc facit per viam delicti, & delictum patris non nocet filiæ, vt C.ne filius pro patre. in rubro, & nig. aut per viam repudiationis: & idem, vt C. de bonis, quæ liberis.l.cum non ſolum.in prin. aut per viam cõtractus, & alienationis: & certum eſt, ꝙ pater non põt alienare, licet habeat vſumfructum, vt C.de bonis maternis.l.1.& quia nõ transfertur in alium, nõ recedit à primæuo dñio, vt ff.qui.ex cau.maio.l.deniq;.facere autem, ꝙ filia nõ poſſit tranſmittere, nec teſtari, ſed dẽat aliena remanere, eſſet à iure cõi filiam facere alienam. Prętereà iſta filia non hẽt intentare ſe hr̃dem; ſed agere ex cõtractu tranſactionis, licet iſta rõ non cõcludat in filijs filiæ, qui habẽt, neceſſe intentare ſe eſſe hr̃des matris. Modo illud certum eſt, ꝙ ſtatutũ non dẽt abſurdè intelligi; ita ꝙ illi puellæ, & maximè minori 25. annis poſſit per patrem, vel patruum iniqua cõditio afferri, & ad ſuccedendum inhabilitari.ff.de hære.inſt.l.pr̃.ff.de iur.& fac.ign.iniquiſſimum etiam, qñ ſunt legitimi adminiſtratores; quia debent bona tueri, nõ dilapidare, vel ſubuertere, vt l.qui fundum.§.ſi tutor.ff.de vſuc.pro emp.ſcđm ea, quæ ꝓponuntur, ſtatutũ non loquit᷑ in caſu nr̃o: qa principium facti non cõgruit ſtatuto, & à principio tituli poſterior format᷑ euentus. Itẽ illa verba, ſe nubat cũ hr̃ditate, ſignificant eã eſſe hr̃dem, & dñam: qa ꝓhibitio alienationis ſignificat habitũm p̃cederẽ, vt l.ſi ita.ff.de manu. teſtõ.nam tranſlatio non põt fieri, niſi præce-



dat

dat habitus: q̃a qui nihil hẽt, nihil p̃t transferre, vt in aut. ingreſ-
ſi. & l. traditio. ff. de acq. re. do. Quia tunc eſt aduertendum, ſi ſe-
mel eſt hr̃s per ſe, nubens nõ deſinit eſſe hr̃s: q̃a non p̃t deſine-
re eſſe eadẽ perſona cũ defuncto, in qua identitate cõſiſtit ficta
continuatio dominij, vt l. ſi ſine. §. ſed Papin. ff. de mino. & ff. de
hær. inſt. l. aliquo caſu. ſed quid eſt, ſi iſta, quę nupſit extero, mo-
ritur, ei non ſuccedunt liberi ex extero procreati, eſſendo in
caſu ſtatuti: quia illi hñr pro nullo, & qui pro nullis hñr, non fa-
ciunt gradũ, neq; impedimentũ alijs, vt ff. de lib. & poſth. l. Gal-
lus. §. & quid ſi tm̃, & ff. de coniungẽ. cũ eman. lib. l. 1. §. ſi pr̃. & ff.
ad Tert. l. 2. §. obijciat. nã qui nullũ ius ſuccedẽdi in ciuitate hẽt,
inter non entia cõputatr̃, vt ff. de vul. ſub. l. lex Cornelia. ſubijcia-
mus rẽ exemplo; q̃a exempla ſicut digitus rẽ oſtendunt, & ta-
ctui quodammodo ſubijciunt, vt Inſt. de gradib. §. ſed cum ma-
gis. vt l. 1. de p̃ſcri. ver. Sit ergo exemplũ tale, ex duab. ſororibus
vna nupſit extero, altera ciui Mediolani: donec viuit, quæ nu-
pſit extero, non eſt tractandũ de ſucceſſione ipſius, vt C. de ca-
pti. l. nec nos. nemo eſt, dũ viuit, qui hẽat hæredem, niſi in ſpe.
ff. de lib. & poſth. l. in ſuis. ff. de acq. hære. l. qui ſuperſtitis. ſi mo-
riatur ergo illa, quæ nupſit extero ſuperſtitib. filijs ex ſe, ſucce-
dat per ſtatutũ ſoror, vel alius de illa ſtirpe, & non liberi nati ex
ea, quæ extero nupſit; q̃a ita dictat ſtatutũ ſcm̃ fauore reipubli-
cæ ipſorum ſtatuentium, nõ nubentiũ, nec mirum: q̃a hoc alibi
contingit, ꝙ extra territoriũ non patet ſucceſſio deferenda his,
qui de eodẽ territorio non ſunt, vt l. 1. C. nõ licere habitatorib.
Metrocomiæ. Iſtud. n. ſtatutũ habet caput in ſubdito, licet pro-
ceſſum in extero: & q̃a lex eſt dicta capiti, & ſubiecto, extendit
ſe per quandã cõtiam p̃iudicialẽ ad nõ ſubditum: q̃a legiſlator
inſpicit, qđ principale eſt q̃a per viam fundamenti, vt in l. 1. ff. de
5 aucto. tu. & ff. de lib. leg. l. ſi is, qui duos. † Sed nunquid dr̃ exte-
rus ille; qui hẽt domiciliũ Mediolani? Rñdeo non: quia quo ad
forum & bona, verus ciuis Mediolani, vt no. in c. ſtatutũ. §. cum
aũt. de reſcriptis. li. 6. ẽt ſi poſt cõtractas nuptias mutet domici-
lium: q̃a ad initium nuptiarũ ſtatutũ ſe retulit, vt l. quid ergo. in
pr. ff. de his, qui notantur infa. Vltimo cõcludo, ꝙ thema nr̃m
dẽt diſponi ſcđm ius cõe: q̃a ceſſant termini ſtatutales, ſcđm ea,
q̃ proponuntur, vt ff. de acq. hær. l. ſi ſeruum. §. nõ dixit. ſed qũo
p̃nt Mediolanenſes ſtatuere, ꝙ extraneus, puta Papinienſis non
poſſit petere dotẽ maternam conſiſtentẽ in quãtitate, vel gñe,
nam genera non ſunt in territorio, vt ff. de iud. l. fideicom. §. tra-
ctatum. & l. vlt. C. de præſcri. lon. tem. cum ergo non ſint in ter-
ritorio, nec de territorio ſtatuentium, ergo nõ valet eorum ſta-
tutum, vt in ca. poſtulaſti. de fo. comp. per Inno. niſi dicamus, ꝙ
actiones ad illũ locum pertinere dñr vbi debent exerceri, vt ff.
de ſol. l. quẽ. vel vbi ſumpſerunt originem rõne contractus, vel
quaſi, vt ff. de iudicijs. l. hæres abſens. ſed tũc ſatis videretur ob-
ſtare in dote. l. exigere dotem. ff. de iudicijs. vbi dr̃, quod inſpici-
tur domicilium mariti, vbicunq; ſit celebratus contractus. Sed
rñdeo, quod illi legi põt derogari per ſtatutum expreſſum loci,
ſicut poſſet derogari per pactum: quia ſtatuta, & cõſuetudines
habent vim pacti facti de omnium ciuium conſenſu. ſed in hoc
6 nõ inſiſto, quia practica Mediolani ita vult. † Quæro, an ea, quę
dicit, nube mecum cum dote materna, dicatur nupſiſſe cũ hæ-
reditate materna, ſuppoſito, quod nihil aliud ſit in hæreditate,
quàm dos. Reſpondeo non; quia ſi mater teſtatur de dote, non
tamen teſtatur de hæreditate, ſed re certa, vel quãtitate: & ple-
ne not. ff. de tranſact. l. controuerſia. & C. de hære. inſtit. l. quo-
ties. & diuerſitas ex eo apparet: quia dos, & hæreditas non ſunt
eiuſdem rationis, nec diffinitionis: & ex hoc aperte apparet, ꝙ
puella, de qua hic quæritur, & eius filij, & eius deſcẽdentes non
includuntur in prohibitione ſtatuti: quia non nupſit cum hæ-
7 reditate. † nam dictio, cum, tanquam copula requirit rationem
vtriuſque partis. Ego Baldus.

Statutum, quod de qualibet re alienata in ſubditum ſoluatur
tantum pro libra, an extendatur ad legata in teſtamento in non
ſubditum, & ad legata eccleſiæ.

CONSILIVM CCCLVIII.

1 *Nomine alienationis an contineatur vltima voluntas.*
2 *Clauſula in fine poſita declarat totum præcedens.*
3 *In prohibitione alienationis non includitur filius.*
4 *Immunitas an præſcribatur, & quanto tempore.*

In Chriſti nomine. Quidam Lucanus reli-
q̃t in teſtamento certas
poſſeſſiones quibuſdam non ſubiectis. Item de alijs bonis iuſſit
fieri, & dotari duas capellas, & præſupponitur ſtatutũ, quo ca-
uetur, quod quilibet ciuitatis, & diſtrictus Lucenſis, qui in ali-
quem non ſubditum iuriſdictioni cõis Lucę aliquã rem immo-
bilem quoquo modo alienare voluerit, ſoluat de vera æſtima-
tione rei, quam alienat, vel in alium nõ ſuppoſitum iuriſdictio-
ni p̃fati cõis transfert de qualibet libra ſolidos decem: & ſi alie-
nare contigerit ſine ſolutione, ipſo iure cadat, & cecidiſſe in-
telligatur in ius, & dñium cõis Lucani, & contractus ſit ipſo iu-
re nullus. Quæritur quid iuris: & vtrũ cõe poſſit ſua auctorita-
te apprehendere poſſeſſionẽ præſcriptione tpis non obſtante.
1 † Et ad euidẽtiam conſiderandũ eſt primo, vtrũ nomine aliena-
tionis cõtineatur vltima voluntas. & vr̃ indubitanter, quod ſic;
quia alienatio eſt omnis actus, per quẽ dñium transfertur, vt l. 1.
de fundo dotali. Sed certũ eſt, ꝙ per vltimam voluntatẽ trans-
fertur dñium, vt l. 1. & 2. C. cõia de legatis. Præterea iſta prohibi-
tio eſt generalis, vt C. de ſecun. nup. l. hac edictali. & l. ſi quis iu-
ris. §. certum. ibi dũ dicit, videbitur rerum alienatio: q̃a in teſtõ,
ergo ſtatutũ vendicat ſibi locum; q̃a verba ſtatutorũ ſeruanda
ſunt, prout iacent, vt ff. de exerci. l. 1. §. ſi is, qui nauem. & ibi no.
In contrarium vr̃: aut dicimus, ꝙ alienauerit teſtator, & iſtud
non vr̃ verum: q̃a viuo teſtatore nõ cedit dies legati, vt C. de ca-
du. tollen. §. & cũ triplici. Item legatarius non p̃t acceptare, niſi
teſtatore mortuo. Itẽ & eo mortuo ſi repudiat legatum, non dr̃
alienatũ. ff. ſi cer. pet. l. proinde. aut dicemus, ꝙ alienauerit hr̃s,
& iſtud non vr̃ verum: quia cũ textus ſtatuti dicat, cum alienare
voluerit, certus hr̃s nõ voluntarie alienat, ſed ex neceſſitate, vt
ff. de leg. 2. l. vnũ ex familia. in pr. Præterea abſurdũ vr̃, ꝙ dictum
ſtatutũ intelligatur in vltima voluntate, quæ dẽt eſſe libera quo
ad teſtatorem, vt C. de ſac. ſan. eccl. l. 1. & gratuita quo ad legata-
rium, vt l. hr̃ditatẽ. ff. mandati. So. verba ſtatuti vñr determinare
hanc q̃õnẽ, videlicet ꝙ dictũ ſtatutũ nõ hẽat locũ, niſi in cõtra-
2 ctibus; q̃a verba ſtatuti dñt, & contractus ſit ipſo iure nullus, † q̃
clauſula declarat totũ ſtatutum. ff. de iuriſdictio. omnium iud. l.
ſi idem cum eodem. §. fi. & extra de appel. ca. ſecundo requiris,
& C. de præ. curia. l. fi. lib. 10. Et probat hoc tali ratione, nam li-
cet principium legis videatur generale, ſeu indiffinitũ, quia di-
cit, quoquo modo: tñ poſt genus ſequitur ſpecies reſtrictiua: q̃a
ſubdit, & contractus, &c. vnde ſpecies reſtringit genus, vt ff. de
verb. ſig. l. ſi cũ fundum. ff. de leg. 2. l. legatorum. §. qui plures. &
maxime q̃a verba, geſſerunt, & contraxerunt, non pertinent ad
teſtã, vt ff. de verb. ſig. l. verba geſſerunt. De eo aũt, qđ relinqui-
tur capellis ciuitatis Lucanæ, vel extra, minus dubium eſt; quia
dicit gl. eccleſia habetur loco filij. ff. de verb. oblig. l. ſi ita quis. §.
3 ea. l. † licet in prohibitione alienationis non includatur filius,
vt l. 1. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. Item quia generali verbo
non ſubditorũ non cõtinetur libertas eccleſiarum, nec vr̃ con-
tra eam aliquid excogitatum: præſertim quia induceret pecca-
tum mortale, nã mortaliter peccat, qui in fraudẽ libertatis ec-
cleſiæ aliquid ſtatuit, vt c. non minus, &c. aduerſus. de immuni.
eccle. & hoc dico, niſi per conſuetudinem & practicam, dictum
ſtatutum eſſet extenſum ad vltimas voluntates: nam prout pra-
cticatum eſſet, ita debet ſeruari, ſaluo quã cõtra libertatem ec-
4 cleſiæ. † Et tunc an præſcriptio curreret immunitati, & cuius
temporis, recurrendum eſt ad diffinitionem doctorum in l. vlt.
C. de ſacroſan. eccleſ. vt ff. de diuer. & tempor. præ. l. intra qua-
tuor. §. in omnibus. & per Dyn. in l. 2. de regul. iur. lib. 6. nam ſi
quidem non ſunt incorporatæ in fiſcum, ſicut eſt hic: cum non
fuerint in fiſcum denunciatæ, requirunr̃ viginti anni à tempo-
re, quo fuerũt per legem municipalẽ acquiſitæ fiſco, ſeu com-
munitati. Sed ſi fuiſſent denunciatæ in fiſcum per aliquem pro-
motorem, præſcriberetur ſpacio quadriennij, & ſtatutum non
ob. quia cũ de præſcriptione nihil diſponat, relinquitur diſpo-
ſitioni iuris cõis. Præterea eſt aduertẽdum, ꝙ dictum ſtatutum
non irritat, niſi contractus, & ideo non vltimas voluntates, quę
ſunt fauorabiliores, vt ff. de regu. iu. l. in teſtamentis. Sed tamen
huic rationi repugnare videntur: quia de rebus confiſcatis ipſo
facto nõ poteſt teſtm̃ cõfirmari; quia exiuerunt de corpore hę-
reditatis: & tranſlatæ ſunt in fiſcum priuſquam in legatarium:
quod eſſet verum, ſi iſtud ſtatutum eſſet interpretatum in vlti-
mis volũtatibus, & nõ eſſet præſcriptum, ſed tempora laberen-
tur. qualiter autẽ ſtatutum fuerit practicatum, & intelligi con-
ſuetum, mihi non conſtat, & ideo ſuper hoc articulo conſulere
non



non poſſum, niſi tanquam ſuper dubitabili propoſitione: niſi
diſtinguendo, vt ſupra, & ſcias, quod opinio Bart. eſt, quod pro-
pter vectigal nõ ſolutum, quod eſt ſimile noſtro caſui, in rebus
non incorporatis contra fiſcum præſcribatur quadriennio, vt
ipſe no. in d. l. in omnibus. computando à die, quo fiſcus incepit
agere poſſe. ſed prior diſtinctio magis mihi placet; quia vectigal
non pertinet ad res immobiles, ſed mobiles, quæ facilius præ-
ſcribuntur. & quod inciditur, quod res fiſci non vſucapiuntur,
verum eſt in rebus incorporatis, in quibus ceſſat vſucapio ſum-
pta, vt Inſtitu. de vſucap. §. res fiſci. & adde, quod not. ff. de iure
fiſci. l. 1. §. an bona. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLIX.

1 *Reſcriptum principis ambitioſum non eſt exequendum, ſed principi reſcri-
bendum eſt. Et quare dicatur ambitioſum; quia continens iniuſta, &
vitioſa, tacita & ſuppreſſa veritate.*
2 *Verba aſſertiua principis, an probent, & an ſi admittatur probatio in con-
trarium, transferant onus probandi in contrarium.*
3 *Reſtitutio non trahit fructus conſumptos.*

In Chriſti nomine. Proponitur, qđr inter
agnatos, & ſpurios te-
ſtatoris fuerunt factę tranſactiones, & latæ ſententiæ, & homo-
logatæ, & ꝙ dictis agnatis nõ citatis, cũ eſſet aſſertum Imperato-
ri, ꝙ dicti agnati occiderant teſtatorem, legitimauit dictos ſpu-
rios, & ipſis bona reſtituit, dato eis executore aditionis non ob-
ſtantib. quibuſcunq; contractibus, & quacunq; tpis p̃ſcriptio-
ne. Modo cum dicti agnati non fuerint citati, nec habentes cau-
1 ſam ab eis, & cum ẽt vnus ex dictis ſpurijs eſſet mortuus, † quæ-
ritur, vtrum legitimatio Imperatoris hæredibus dictorũ agna-
torum, & habentibus cauſam ab eis noceat necne: conſiderato
etiam, quod præſcriptio quadragenaria iam pertranſijt. & mi-
rum, quomodo tale reſcriptum exiuit de cancellaria, cum con-
tineat tot abhorrendas iniquitates, & abſurditates, vt extra de
reſcriptis. c. 2. nam emanaſſe dicitur aſſertis fallacijs, & natura-
libus, & ciuilibus defenſionibus ſublatis ex eo, maxime ꝙ tol-
lit omnia, quæ ſunt de iure gentium. Item tranſactiones. Item
præſcriptiones. Item teſtamentum. Item diſponit ſuper perſo-
na iam mortua. Ex quibus omnibus credo non valere tanquam
principe circumuẽto. nec eſt veriſimile, ꝙ princeps hoc volue-
rit, vt in cap. quamuis. de reſcriptis. lib. 6. & quod plene not. per
Modernos in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſthum:
Item legitimatio; quia eſt quædam regeneratio, poſt mortem
autem nihil regenerari põt, vt ff. de oper. lib. l. qui libertinus. §.
poſthumus. Item præſumitur clandeſtinum, ex quo non fuit ci-
tatus poſſeſſor, vt C. vnde vi. l. meminerint. C. ſi per vim, vel alio
modo. l. fi. ff. de natali. reſtitu. l. vlt. C. ſi propter publi. penſi. l. ſi
deſerta. præterea etiam ſi agnati interfeciſſent teſtatorem, &
eſſent indigni, tamen requiritur ſententia, vt l. his conſequen-
ter. §. 1. ff. fami. erciſ. ff. de iure fiſci. l. Lucius. quæ non poſſet fer-
ri ſuper homicidio parte non citata, vt extra de re iudica. ca. pa-
ſtoralis. in cle. & cũ reſcriptum ſit nullum per ſuſpiciones, ceſ-
ſant partes executoris, vt l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Item
non eſt merus exequutor ille, qui hẽt cognoſcere, an preces ve-
ritate nitantur, & ideo defenſiones, ſi quæ competunt, dẽnt au-
diri. C. ſi contra ius, vel vti. pub. l. & ſi non cognitio. & l. fi. & qđ
plene no. per Inn. & alios extra de re iud. c. de cætero. Præterea
executor etiam merus non habet cognoſcere de ſubſtantia re-
ſcripti principis, vt extra de iudicijs. ca. cũ veniſſet. q̃a faceret ſe
ſuperiorẽ, vel parẽ principi, & poneret ſedẽ ſuam ab Aquilone
tentãdo eſſe ſimilis altiſſimo, vt C. de crimine ſacrilegij. l. inſtar.
tamen reſcriptum principis apparet ipſo iure nullum, & pluri-
ma vitia continere, ideo nõ dẽt exequi, & dẽt ipſum principem
conſulere data parti conſultationis copia, & expectare ſecun-
dam iuſſionem, vt legitur, & no. in auth. de mandatis principũ.
§. deinde comparationes. nec per hoc fit iniuria principi, cũ fiat
de mandato legis, & nõ principis cõtemptu. C. de prec. impera.
offe. l. reſcripta. nam ſimplices aures principum ſua natura alios
æſtimantes præſumuntur circumuentæ per importunitatẽ pe-
tentiũ, vt C. de petitio. bonorũ ſublatis. l. 1. lib. 10. & dicunr̃ talia
reſcripta ambitioſa, vt ff. de decretis ab ordine faciẽdis. l. ambi-
tioſa. & inducunt peccatum. i. rapinã rerũ alterius, iuſta & anti-
qua rerum dñia ſubuertente: quod eſt iniquum, & cõtra bonos
mores: & alia reſcripta nunquam conſueuerunt emanare, qñ
iuſtus rex ſedet ſuper ſedem, cui non aduerſatur quicquam ma-
lignum, vt C. de ſumma trin. l. epiſtola inter claras. ſed ſi impe-
trans vellet iuſtificare, & probare reſcriptum, quod in precibus
continetur, tunc reſcriptũ deberet executioni mandari ſeruato
iuris ordine cõtra detentores hr̃ditatis, & bonorum dicti teſta-
toris: quia princeps põt non ſolũ ex cauſis præciſis, ſed ẽt ex iu-
ſtis motiuis, & occaſionibus gratias facere efficaces, & quæ vñt
ſibi iniuſta, reſcindere, vt no. in procœmio digeſtorũ. hoc. n. con-
tingit, vel pp exuberantiam meritorũ eius, cui conceditur; vel
pp odium delinquentium, quibus aufertur, vt l. 1. de cõſtitutio-
nibus principum. Item conſidera, quod hic non fuit facta men-
tio de rebus iudicatis, & arbitratis, ſed perfunctoria, & incerta,
2 q̃ nihil operantur, & no. in l. turpia. de leg. 1. † Item nõ in cõceſ-
ſis, verbo principali reſcripti, ſed in clauſula enunciatiua non
obſtant. quæ verba enunciatiua nõ diſponunt; ſed coadiuuant,
ſi poſſunt, alias non, vt in c. 1. de p̃bendis. in cle. ex quibus cõclu-
ditur. vt ſupra, ꝙ non p̃bata morte nec alijs p̃bandis reſcriptum
non tenet. Dubitatur igitur, q̃a princeps in verbis diſpoſitis vr̃
declarare non per errorem, & cauſas prædictas, pro veris & le-
gitimis habere, an contra huius principis diſpoſitionẽ admitta-
tur probatio in contrarium. & ſi admittatur, an transferatur o-
nus probandi in contrarium ipſis agnatis, & nepotibus, an ve-
ro ipſis ſpurijs, & abiaticis, per no. in clem. 1. de probationibus,
quibus dr̃, ꝙ contra verba aſſertiua principis, ſc. in quibus fun-
datur gratia, ſi quidẽ princeps atteſtatur de facto proprio, non
admittitur probatio in contrarium, ſed de alieno facto talis aſ-
ſertio transfert onus probandi in aduerſarium. nam illud non
procedit in eo, quod princeps veriſimiliter ignorat, quæ aſſer-
tio principis non facit ius in præiudicium innocentis. Præterea
hic negatiua non poſſet probari: vnde non ſolum transferret
onus probandi, ſed totaliter abſorberet defenſionem abſentis,
quæ eſt de iure naturali, vt eſt caſus in d. c. paſtoralis. Item non
obſtãt illa verba, per habentes cauſam ab eis ex iuſtis cauſis, ſal-
tem præſcripſiſſent; vt Co. de præſcript. triginta annorum. l. ſi
quis emptionis. Item princeps prætendit informationes per
quaſdam literas, quæ informatio eſt quædam relatio, & ſuper
iſta informatione ſe fundat: ſed iſta informatio, ſiue relatio non
præiudicat abſenti, & ignoranti, vt C. de relat. l. 1. Item etiam
princeps debet citare, cum pronunciat, vt Co. vnde vi. l. memi-
nerint. ff. de adopt. l. nam ita diuus. Item poſſeſſor ſemper eſt ci-
tandus, vt in cap. licet epo. de præb. lib. 6. & C. ſi propter publi-
cas penſitationes. l. ſi deſerta. Item de fructibus nõ eſt dubium,
& maxime de conſumptis, ꝙ dictum reſcriptum non dẽt intel-
ligi de ipſis, qui maxime nõ extant. ff. de vſuc. l. ſequitur fructus.
3 † & reſtitutio nõ trahitur ad conſumptos, vt C. de hæret. auth.
idem de neceſſarijs. & pro certo dictũ reſcriptum cõtinet mul-
tas enormitates ex inſpectione. & licet Imperator habeat ple-
nitudinem poteſtatis; tamen in iure, & in facto p̃t errare, & iõ
debet expectari ſaltem ſecunda iuſſio, antequã fiat exequutio,
vt in auth. vt iudi. non expectent ſacras iuſſiones. & in authẽ. in
medio litis non fieri ſacras formas. col. 8. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLX.

1 *Fiſcus habet pecunias à ſuis publicanis exactas ex victualibus obligatas, et-
iam ſi ad tertium depoſitarium peruenerint: & negotiorum geſtor non
debet pecunias domini conuertere in proprios vſus.*
2 *Vtilitas ſuccedit loco rei.*
3 *Confeſſio theſaurarii non nocet principi, nec ciuitati.*

1 In Chriſti nomine. † Concluſio facti vide-
tur eſſe iſta. Bancherius
primo ſoluit ſibi de ſua ſorte vſuras, quã ſolueretur fiſco de ſuis
gabellis, & intratis, & ſic dictus Bancherius ſupplantauit rões
fiſcales, & de pecunijs fiſci ſibimet ſoluit, vel ſolui fecit ſortem
ſuam, vſuras fiſcus repetit: Bancherius repetit, ſed Bancherius,
quem ſcontatorem vocant, dicit nihil ſe cum fiſco contraxiſſe,
nec vſuras, quam vtilitatem vocant, à fiſco habuiſſe. Item alle-
gat quandam confeſſionem theſaurarij, per quam prætendit ſe
liberatũ à pecunijs per eum receptis, & à fiſco, ſi in aliquo fuiſ-
ſet ei obligatus, quæritur, quid iuris. Publicanus, poſtquã per-
cepit introitus, ſiue vectigalia, factus eſt dominus percepto-
rum, vt no. Bart. ff. de publi. l. cotem. §. qui maximos. tamen pro
quantitate, qua conduxit vectigalia, ipſi introitus ad eum per-
uenti ſunt obligati ipſi fiſco, argum. ff. de act. empt. l. Iulianus. §.
offerri. & l. ſi ventri. §. 1. ff. de pri. cre. necnon & oĩa bona ipſius,
donec fiſco ſit integraliter ſatisfactum, vt ff. de iure fiſ. l. aufert.
§. fiſcus.

§.fiſcus.& ſi publicanus dictas pecunias depoſuit,vel conſigna-
uit alicui nũmulario,donec pecunia ſit conſumpta, non eſt du-
bium,quod eſt obligata fiſco : quia adhuc durat in bonis publi-
cani,vt ff.depoſiti.l.licet,§.rei depoſitæ. ſed ſi pecunia nõ extat
ſed eſt conſumpta per nummularium , & nũmularius eſt factus
locupletior, proculdubio tenetur nũmularius fiſco vtili actio-
2 ne ; † quia vtilitas ſuccedit loco rei,vt ff.de vſufru. l. qui precio.
ff.de lega.2.l.Imperator.§.fin.ff.de pigno.l.cum tabernam.mo-
do in propoſito caſu dico,quod nummularius , ſeu Bancherius
factus eſt ex introitib. fiſcalibus locupletior. & hoc probo pri-
mo quo ad vſuras , quas ſibimet ſoluit ; quia percipere vſuras
eſt lucrum equidem odioſum, vt l. 1. Co. de condictione inde-
bit.reſtituere dẽt ergo eas, non vt vſuras , ſed tanquam ſortem
fiſci,vt ff.de iure fiſci.l.deferre.§.fi.& l.Titius. niſi ipſe Banche-
rius mutuaſſet ſub vſuris de domini voluntate , ſiue dominus
mandaſſet ipſi Bancherio, ſiue theſaurario : nã poſſet mutuans
ſolutum ex hac cã retinere: quia dñi voluntate procedit,& quæ
proceſſerunt de labijs domini,dñs non debet facere irrita: licet
mutuari ſub vſuris ſit peccatum in recipiente , non in præſtan-
te,vt extra de iureiur.c.debitores.& ad honeſtatem dñi ptinet,
immo ad vtilitatem pertinet vſuras cõuentabiles ſoluere , alias
raro inueniret mutuantem,vt not.in l.1.ff.de pign.actio.de ipſa
autem ſorte duorum millium floreno. conuerſorum in vtilita-
tem domini, non eſt dubium dominum teneri , & ſecum com-
penſari poſſe,per dictum Bancherium.Concluſio ergo eſt iſta,
quod dominus tenetur de ſorte duorum millium floreno. ad ſe
peruentorum , & de vſuris conuentis pro dicta quantitate : ſed
ad aliam ſummam , q̃ Bancherius theſaurario ſoluit , dominus
non tenetur , immo reſtitui dẽt domino ; quia non debet Ban-
cherius ex fraudibus ſuis locupletari,vt dictum eſt , nõ obſtan-
tibus quibuſcunq; confeſſionibus mala fide factis , & extortis:
quia non põt geſtor negotiorum pecunias domini in vſus ſuos
conuertere in domini præiudicium.ff. de negot. geſt.l.qui ſine
vſuris eſt.& ff.mand.l. creditor. §. Lucius.in fin. & ibi eſt caſus.
Item nec per confeſſiones,quibus fraus, & dolus ineſt, p̃t con-
ditio dñi deterior fieri ; quia non videtur hoc mandatum, neq;
permiſſum,vt l.ſi pater.ff.de priuil.cred.ff.mandati.l.ſi manda-
uero.§.qui cẽtum. ibi. qui §. in ratione ſui optime facit ad quæ-
3 ſtionem noſtram. † confeſſio quoq; theſaurarij nõ officit prin-
cipi,vel ciuitati,vt ff.ſi cert. peta.l. ciuitas. & auth. hoc ius por-
rectum. C.de ſacroſan.eccleſ.& nota.in l.ſi pupilli.§.1.ff.de neg.
geſt.& per Inno.extra de depoſito.capitulo grauis.& ff.de exer-
citoria.l.Lucius.& ff.de inſtitoria. l. cuicunque. §. omne. & ſo-
lutum ante diem adueniente die non reperitur , vt ff. de condi.
indeb.l.ſub conditione. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXI.

1 *Occiſo vno à pluribus quis eorũ teneatur ad mortem, & an omnes teneantur, an vnus, an duo, &c. & an puniatur affectus non ſequuto effectu.*

In Chriſti nomine. Quidã rumor iam plurib. diebus elapſis fuit
factus in terra Poliani ducat⁹ Mediolani , in quo rumore quidã
Vincentius de Taino vulneratus fuit duob. vulneribus, videli-
cet , vno in ſtomacho cũ vno cultello à pane per Antonium de
Turate cum magna ſanguinis effuſione , & per Ambroſium fi-
lium ſupraſcripti Antonij de Turate vno alio vulnere in ſpatu-
la dextra cum vno Falcino cum ſanguine,ex quo formata fuit
inquiſitio per dominum Poteſtatem Mediolani, & iudicẽ ma-
leficiorum contra ipſos Antonium , & Ambroſium de morte
dicti Vincentij.& videatur dicta inquiſitio,ſi placet. Poſtea ſu-
praſcriptus Ambroſius captus fuit in carceribus conſignatus
occaſione contentorum in dicta inquiſitione , cui inquiſitioni
dictus Ambroſius reſpõdit, & negauit ſe fore culpabilem con-
tentorum in eadem , verum Antonius tanquam abſens citatus
fuit, & bannitus de vita. Poſtea ſupraſcriptus Ambroſius per-
ſonaliter detẽtus, vt ſupra, dato ſibi termino per ſupraſcriptum
dñm iudicem ad defenſam fecit capitula,volẽs probare dictum
vulnus illatum in ſtomacho non eſſe mortale , & ſic non teneri
de morte , ſe debere pecuniariter condemnari de vulnere tan-
tum , ſuper quibus capitulis producti , & recepti fuerunt certi
teſtes tam medici,q̃ alij , & videantur capitula , & teſtes produ-
cti,& recepti, vt ſupra. Modo quæritur, vtrũ dictus Ambroſius
veniat condemnandus de dicto vulnere tantum , & non de ho-
1 micidio,an ne. † Si plures vnum percuſſerunt , & mortuus eſt,
ictus cuiuſlibet contẽplari oportet,& ſi vulnus vnius erat mor-
tale,& vulnus alterius non erat mortale , qđ ex medicorum te-
ſtimonio , qualitate loci, perſonæ , & qualitate inſtr̃i perpendi
poteſt,vt l.ſemel.C. de re mili.lib.12.& ff.ad l.Corn.de ſic. l. 1.§.
ſed ſi claua.& extra de homic.ca.ſignificaſti. dicit lex, quod ille,
cuius ictu perit, tenetur de occiſo , alius autem non tenetur de
occiſo,ſed de vulne[r]ato,vt ff.ad l.Aquil.l. itẽ Mela. §. ſed ſi plu-
res.dixerunt antiqui,ꝙ aut agitur ciuiliter:& tunc illa diſtinctio
eſt vera,aut agitur criminaliter.l. Cornelia de ſicarijs,& tunc v-
terq; tenetur pœna homicidij ; quia vnus interfecit , alter ani-
mum occidendi habuit,vt C.ad l.Corne. de ſica. l. ſi is,qui cum
telo. & ſic ſeuerius punitur criminaliter ; quia tanquam de fa-
cto conſumato , quam ciuiliter ; quia in ciuili punitione conſi-
deratur potius affectus , quam effectus. Alij dicunt , quod ille,
qui percutit in loco , quo non conſueuit mors inferri , puta in
pede,vel manu,non videtur habuiſſe animũ occidendi, & ideo
non punitur pœna legis Corne. vt d.§. ſed ſi claua. & ibi per Ia-
cob. de Aret. Præterea de conſuetudine non ſeruatur dicta lex
is,qui cum telo.vt ibi plene per Cyn.& eſt ſententia Spec. Item
ſtatuta ciuitatum conſiderant factum , non animum , ſi factum
non eſt ſequutum:& ita ſeruatur. Alij dicunt, quod ſi vulnerans
præſtitit opem homicidæ,tenetur pœna legis Corneliæ,ſi non,
tunc non. ff.de fur.l. qui ſeruo. §. fi. & ſi quidem deliberato ani-
mo ſimul ad homicidium perpetrandum acceſſerunt , inuicem
videntur auxilium præſtitiſſe,ſi autem in rixa,tunc ſecus,vt ple-
ne no. per Cyn.in d.§.ſed plures.in ſuis additionibus.veritas eſt
conſiderato puncto prædicto , quod filius de homicidio non
tenetur,ſed ſolum de vulnere. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXII.

1 *Coniuncti re, & verbis qui dicantur, & qui re tantum , & qui verbis tantum, & quando ius accreſcendi inter eos habeat locum, & quando non.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur à me , vtrũ copula,&, vel alia con-
iũctio poſita inter orationes inducat coniunctionẽ verbalem,
ex qua oriatur ius accreſcendi. Et præmittendũ eſt, ꝙ quædã eſt
coniunctio dictionum,quædã orationum,quædã locationum,
vt no.ff. de pecu. legat.l. quęda in teſtõ. coniunctio dictionum
eſt, quando vnus actus verbi regit duas diuerſas dictiones,vt le-
go Titio,& Seio talem fundum. Coniunctio orationum eſt,qñ
ſunt duæ orationes cum copula,vt lego Titio fundum.itẽ Seio
lego iſtum fundum.item Seio domum. Præmitto etiam, ꝙ ali-
quando vna determinatio determinat plura determinabilia, vt
lego Titio,& Seio fundum : nam lego , determinat determina-
bilia,determinabilia aũt ſunt Titius, & Seius, tunc pp vnitatem
ſermonis legatarij ſunt coniuncti verbis , qđ idem eſt dicere , ꝙ
ſermonis vnitate, vt C.de cadu. tol. §. hoc ita tã varie. & hoc qñ
teſtator non eſt loquutus diſtributiue, nam ſi adiecisſet portio-
nes,pp diſtributionẽ portionum nõ eſſent re cõiuncti , ſed ver-
bis tantum,vt ff.de hęr.inſti.l.interdum. nam vbi eſt diuiſio vo-
luntatis diſtribuentis portiones, ibi dr̃ eſſe realis diſtinctio, re-
manente tamen cõiunctione verbali , & vtrunq; procedit à vo-
cis virtute,& teſtatoris voluntate, vt ff. de lega.3.l.re coniuncti.
primo & ſecundo reſponſo.qñ igitur duæ ſunt orationes copu-
latæ,tamen quælibet ſtat per ſe , talis copula non facit coniun-
ctionẽ verbalem quia ſunt diuerſæ determinationes determi-
nantes diuerſa determinabilia,vt no.ff.de hære.inſti.l.liber ho-
mo.§. Titius. & vbi eſt portionum diſtributio, ibi non eſt con-
iunctio re. & hoc patet per locũ ab effectu: q̃a non parit ius non
diminuendi. Item quia ſeruo teſtatoris non attribuit ſuam vir-
tutem cuilibet inſolidum. Ex quib.ſic cõcluditur, ꝙ diſtributio
partium remouet realem, diſtributio vero orationum remouet
verbalẽ coniunctam.& iſta eſt ipſa veritas. & duo verba princi-
palia faciunt duas orationes, quas dialectici appellant cathego-
ricas, quia quælibet earũ habet ſubiectum, & prędicatum prin-
cipales partes ſui, & de per ſe , vñ nulla eſt hic copulatiua ; quia
non copulat neq; ſenſum, neq; verba, cum quælibet per ſe ha-
beat inſtr̃m proprium, & ideo nulla eſt vnio. & ſicut ſe habet di-
ſtributio partium ad diſcretionem realem , ſic ſe habet di-
ſtributio orationum ad diſiunctionẽ verbalem. hoc probatur
expreſſe inſtituti. de lega.3.l.ſi coniunctim. Secundo rñdeo , ꝙ
dixi , ꝙ pluralitas orationum facit ceſſare coniunctionẽ verba-
lem; quantũ pertinet ad ius accreſcendi ; eſt verum , ſi quælibet
oratio eſt perfecta in nomine, & verbo, puta lego Titio fundũ,
& Seio



& Seio lego eundẽ fundum: ſed ſi vna oratio eſt perfecta in no-
mine, & verbo,alia aũt eſt ſine verbo, vt lego Titio fundum, &
Seio eundẽ fundum, tunc eſt copula verbalis : quia verbũ, lego,
ſemel poſitũ cõe eſt, & influit ſuper toto, vt ff. de leg.2.l.cũ pr̃.§.
cũ imperfecta.in verbo, ad cõionem aſſumunt. Et ita poſſet in-
telligi opinio dñi Raynerij, qui dixit, coniunctionẽ verbalẽ eſſe
in orationibus copulatis.hoc modo põt reduci ad concordiam
opi.Bar.in l.triplici,tum opi. Raynerij. Et ex prædictis apparet,
ꝙ terminus cõis eſt ille , qui inducit coniunctionem verbalem,
ſed duo termini non faciunt coniunctionem verbalem : & ideo
quando apponitur bis lego, non ſunt cõiuncti , quia iſte termi-
nus, lego, eſt poſitus bis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXIII.

1 *A fiſco, ementes, vel in dono accipientes an poſſint moleſtari, vel ne à veris dominis illorum bonorum emptorum, vel donatorum.*
2 *Filius quid ſit, & quare ſic dicatur.*
3 *De intellect. l. bene à Zenone.*
4 *Filius concedens bona generaliter non videtur concedere ea, in quib. tertia perſona habet ius ſingulare, & perpetuum.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur , an ſi per officiales cameræ fiſca-
lis domini Ducis vendita eſſent aliqua bona, vel per ipſum do-
minũ Ducem, præſuppoſito , ꝙ dictus Illuſtris dñs Dux habeat
omnia regalia, & fiſcalia iura Imperij ſibi conceſſa iure ducalis,
& perpetui dominij , dictæ res venditæ, vel donatæ poſſint per
aliquem vẽdicari, ad quem iure dominij ante dictam venditio-
nem, vel donationem pertinebant : an vero ineuincibiles ſint,
& dicti emptores,vel donatarij ſint facti noui domini, & perpe-
tui poſſeſſores, ita quod ab omni inquietudine ſint ſecuri, & ꝙ
dicti officiales rem alienam vendere non potuerint in præiudi-
cium veri domini, nec etiam ipſe dominus Dux: quia in manda-
to generali dictorum officialium nõ includuntur res , quæ non
ſunt mandantis.mandatũ enim generale dẽt adaptari ad ea, quę
iuris ſunt.ff. de condi.ind.l. ſi procurator. §. Celſus.nec debent
principum commiſſiones ſic interpretari , vt alijs generetur p̃-
iudicium, vt in l.2.§.ſi quis.ff.ne quid in lo.publ.extra de aucto-
ritate, & vſu pallij.ca. ex tuarum. quia non debent iniuriæ naſci
ex fonte iuſtitiæ, vt C.vnde vi. l. meminerint. quinimo ipſe dux
non videtur poſſe auferre dñium alterius , cum dominia ſint de
iure gen. vt not.in l.quot.& in l.reſcripta.C.de precib.Impera.
vnde princeps eſt ſub l.naturali. vt C.de leg.l.digna vox.In con-
trarium vr̃, ꝙ dictus emptor , & donatarius ppetuo ſit ſecurus,
perinde ac ſi dictum eſſet expreſſe, vt C.de quadriennij præſcri.
l.2.in gl.nunc fortis, & non ſolum ipſe vtilis princeps, id eſt dux
diſtraxerat, ſed etiã procurator eius : quia habet generale man-
datum cum libera adminiſtratione, vt l.1.ff.de offic.proc. Cæſa.
hoc tenet Bart. expreſſe in l.ſi procu.ff.de iu. fiſci. referendo di-
ctum Bart. ad textum illius legis , quæ loquitur in procuratore
fiſci vendente; nec enim poſſunt vẽditiones fiſcales fieri niſi in-
2 teruenienie miniſtro fiſci: quia † fiſcus per ſe eſt quoddam cor-
pus inanimatũ conſenſum per ſe non habẽs, ſed ſimpliciter re-
præſentans, & accedat, qđ no.in l.1.C.de contractibus iudicum.
& per Petrum, & Cy.C.de ſacroſa.ec. auth. quibuſcũq; modis.
dicens, ꝙ id qđ diſtrahitur, vel donatur tanquã fiſcale, vel impe-
riale recipienti bona fide.i.ſine fraude , ſecurus eſt recipiens , ſi
aũt tanq̃ aliena in executione alicuius decreti , tunc põt euin-
ci per eum qui non fuit ; quia decretum intelligitur interpoſi-
tum ſaluo iure tertij , vt no.Inn. vt lite nõ conte.c.qm̃.& idem ſi
tanquã de bonis Seij, ſi eſſent Titij, quia error cauſæ finalis præ-
iudicat cõceſſioni : & ex ſubreptitio contractu nõ quæritur ius
efficax, & hęc vera in reb.incorporatis, vel incorporandis. Si eſt
res corporalis, vel ſaltẽ aſſignata, ſi cõſiſtit in iure, aſſignatio.n.
quę fit officialib. pro poſſeſſione habetur, tunc emptor, vel do-
natarius, vel priuilegiatus ppetuo eſt ſecur⁹; nec eſt hoc iniquũ;
quia ille, qui primitus ius habeat, habet regreſſum cõtra fiſcum
infra quadriennium : & ſic conſeruatur indemnis in effectu,
igitur non patitur damnum, ꝙ fiſcus ſemper eſt ſoluendo : dici-
citur enim fiſcus quaſi fixus, huc accedit, quod legitur, & no.ff.
de leg.2.l.qui ſolidum.§.prædium.ff.de cond.l.Lucius. ff. de rei
vendi. l. item ſi verberatum. & in prooemio digeſtorum ; & eſt
tex.vulgaris in l. bene à Zenone. & not.C.ſi aduer.fiſc.l.edicto.
non obſt. ff. de iur.fiſc.l. Valerius.§. Trifonio.quia ibi loquitur
in onere, qđ ex ipſo contractu fiſcali oritur, & ei ineſt ſimile ; &
ſi fiſcus venderet hæreditatem, nam nomine hæreditatis conti-
nentur actiones actiuæ, & paſſiuæ, vt C. de hær.ven.l.1.ſecurus
eſt.n. emptor ab extrinſecis , & emergentibus , non ab onere,
qđ venit tacite ex natura cõtractus: q̃a natura cõtractus eſt illa,
quę eos regit, & regulat, vt ff.de vſur.l.ſi ſtipulatus.ſiue ſit natu-
ra generalis, ſiue priuilegiaria. Itẽ non ob.ſi dicatur , ꝙ priuile-
gium fiſci, vel Imperatoris nulli alij competit ; quia perſonaliſ-
ſimum, vt l.1. de conſtit. principum. quia nullũ inferius attingit
maieſtatẽ ſupremam, vt C.de leg.l.fi.nam hic nõn fit mutatio fi-
ſcorum:quia idẽ eſt fiſcus, cũ ipſum fiſcũ Imperator conceſſerit
magnifico, & tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt tranſlatio legis
fiat, extra de conſtitutionib.c.tranſlato.nõ ob.ff. de publicanis.
l.licitatio.§.fi.vbi priuilegiũ fiſci non tranſit in emptorem:quia
ibi nec fiſcus tranſit, vñ mutatione perſonæ , & ſtatum rei con-
uenit immutari, vt ff.de acq.hær.l.Paulus.& l.1 C.de imponen-
da lucrati.deſcriptione.lib.10. Item eodem mõ non obſt.quod
not.in l.1.C.de bonis vacantibus.& confirmantur prædicta: q̃a
videmus , quod per priuilegia Imperatorum conceditur fiſcus
ciuitatibus, quo ad adminiſtrationem , & quo ad iuriſdictionẽ,
in auth.de defenſoribus ciuitatum.§.nulla.vnde poſſent ciuita-
tes idem ſtatuere quo ad ſuos ſubditos , ſi haberent plena rega-
lia ex Imperiali conceſſione, alias non. ff. de priui.cre. l. Antio-
chenſium. ff. de polli.l. toties. quia non ſolum ciuitas, ſed pro-
uinciæ iure communi cenſentur : niſi Imperiali diplomate ſint
munitæ.nam Imperatores pp inclytam nobilitatem, & coniun-
ctionem Romani Imperij ſolent priuilegia concederę , vt ff. de
excu.tuto.l.nõ ſolum.§.ſi libertus.dum dicit, propter inclytam
nobilitatem, & coniunctionem originis Romani.hanc coniun-
ctionem cum Cæſare facit fides, & ſumma deuotio, quæ à prin-
cipe, & dño Duce nũquam abſit.hæc credo, & ſentio, ſalua ſub-
ſtantia veritatis. Quibuſdam ergo concurrentibus.ſc. quod res
ſit ſolenniter vendita. Item quod dolus non dederit cauſam da-
tioni. Item quod interuenerit traditio, vel id, quod pro tradi-
tione habetur, & ꝙ in ipſa traditione nõ interuenerit legitimus
3 contradictor, † tunc habet locum lex bene à Zenone.alias non,
vt C.de rebus va.l.fi.lib.10.C.de priuilegio fiſci.l.1. ff. de reſcin.
vend.l.fundus.C.ſi propter publicas penſitationes.l.2.ff.de act.
4 emp.l.ſi pignora.† Item ſi fiſcus cõcedit bona, generaliter non
videtur concedere ea, in quibus tertia perſona habet ius ſingu-
lare, & proprium, vt ff.de euictionibus.l.1.& in c.1.de inueſtitu-
ra de re aliena facta.collat.10. ff.de regu.iur.l.id quod noſtrum.
extra de pignoribus. ca. ex literis. magiſtratus autem ad has res
deputati, & referendarij , qui habent referre domino, veridici,
cauti, & diſcreti debent eſſe, ita, quod ſubditi nõ concutiantur,
vt C.de bonis proſcri.l.ſi quis poſt hac. concluſio, dominus ha-
bet vtilem fiſcum , & vtilis æquipollet directo in omnibus , &
per omnia. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCLXIIII.

1 *Qui dicantur ordinarij, & qui delegati.*
2 *Conductor domus, qui eam non potuit habitare propter mulierẽ tædioſam, an teneatur tamen ſoluere penſionem integram.*

1 In Chriſti nomine. † Dñs Dux Mediolani mandauit antianis , &
Poteſtati Mediolani, ꝙ reciperent quendã Placentinũ in ciuẽ.
mõ quæritur, vtrũ intelligantur ordinarij, vel delegati. Rñdeo,
ſi alias nõ habebant ſuper hoc ordinariam poteſtatem, tunc q̃a
ſunt ad vnam ſpeciem deputati, cenſentur commiſſarij delega-
ti: & ideo ſine poteſtate Mediolani non valeret receptio, vt no.
Bart. expreſſe. ff. de decretis ab ordine faciendis.l.ambitioſa.in
2 fi.† Secundo quæritur, vtrum conductor, qui non potuit habi-
tare totã domum locatã ſibi propter inquietudinem cuiuſdam
mulieris, & habitan. teneatur ſoluere integrã penſionem ? Re-
ſpondeo, tenetur pro ea parte , quam habitauit, & pro eo tem-
pore, quo habitauit : & non vltra, arg. ff. de contrah.emp.l.offi-
cio.& l.dolum.& ff.locati.l.habitatores. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXV.

1 *Dominium rei dotalis mortua matre in matrimonio , an tranſeat ipſo iure in filios.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrũ muliere mortua in matri-
monio dominium rei dotalis tranſeat ipſo iure in hæredẽ mu-
lieris. Reſpondeo, non vertitur ad hæredem ipſo iure: quia hæ-
reditas iacẽs repreſentat perſonã mulieris defunctæ. & poſito,
quod

quod trãſlatio dñij eſſet priuilegium, tñ quia ex quib. cãis alicui acquirit, ex iiſdẽ acquiritur hæreditati iacenti, vt ff. ſi cer. pet.l. eius, qui.§.pen.& per hoc priuilegium eſt executum per tranſlationem dominij, merito tranſit ad quemlibet hæredem tanquam factũ hæreditarium, iuxta theoricam Petri,& Cyn. quam ponunt.C.ad Velle.l.hæredem. Præterea iſtud non eſt proprie priuilegium, ſed eſt quædã exuberantia fauoris eius ſingularis, quæ tranſit ſaltẽ ad filium eiuſdẽ matrimonij, vt C. qui potiores in pigno.hab.l.aſſiduis.& l.etiam.ff.ſol.matri.& ideo filia dictæ mulieris habet ius vendicandi dictas res dotales pro ea parte, in qua eſt hæres matris; vt C. de iure dotium.l.in reb.& facit lex, hæredem.ff.de reg.iur. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXVI.

1 *Conductor recedens à domo locata ante finitam locationem, an teneatur ad integram penſionem, an pro rata.*

1 In Chriſti nomine. † Quæſtio eſt, cum inquilin⁹ migrauerit, ſeu receſſerit non finito tempore conductionis, quæ erat facta in plurimos annos, vtrum teneatur ſoluere penſionem integram totius temporis, an vero eatenus, quatenus habitauit, & nõ vltra. Reſpondeo, aut ſtetit per inquilinum, & tenetur ſoluere integram penſionem, aut per locatorem, & non tenetur, niſi pro rata temporis, quo habitauit, vt ff. de migrando.l.1.§.ſi pẽſio. intelligo aũt ſtetiſſe per locatorem, ſi ſtetit facto ſuo, vel auctoris ſui. puta teſtatoris, à quo cauſam habuit, vt ff. de verb.obli.l.ſtipulatio iſta. quia factum defuncti interpretatur factũ ſucceſſoris, vt C.de rei vend.l.cum à matre.& ideo pariter tenetur ſic ex facto auctoris, ſicut ſi ex facto proprio. quãdoq; inquilinus migrat caſu fortuito, & iſta non eſt materia noſtra, ſed legis, habitatores.§.fi.ff.locati.& legis.item quæritur.§.exercitu.eod.titu. Quandoq; impeditur habitare facto tertij inquietantis, & tunc fit remiſſio pro rata temporis, quo habitare commode non potuit, vt ff.locati.l.ſi fundus.§.1. idem quod dixi de parte temporis, dico in parte rei conductæ, vt pro rata vſus teneatur ad penſionem, pro alia parte non, arg.ſumpto de re ad tempus, & quia hoc officio iudicis competit.ff.de cõtrah.emp.l.officio.& l.demum.& ſic debetur tantũ pro tanto intereſſe, & iõ non eſt vſura: & in hoc contractu ſi conductor haberet commoda habitationis, & non ſolueret penſionem, tenetur poſt morã ad intereſſe, ſicut in contractu emptionis: quia eſt contractus bonæ fidei, vt C.de actio.emp.l.curabit.nec dicitur vſura, ſed quædam recompenſatio relatiua. Quandoq; impeditur habitare: q̃a non eſt facta traditio, & tunc eatenus, quatenus non eſt facta traditio, non debetur penſio. ff. de actio. empt. l. qui pendentem.& & no.Inſtit.de ſuſpe.tu.§.fi.ff.de excepti.l.pater.§.ex quadrante.ff.de pericu.& commo.rei vendi.l.habitationum.§.fin.ff.de decre.ab.ord.facien.l.ambitioſa.in fi. ex his concluditur ſecundum ea, quæ proponuntur, cõductorem à penſione abſoluendum pro tempore, quo non habitauit, & quatenus non habitabit. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCLXVII.

1 *Executio an, & quando ſit retardanda appellatione pendente, & omnia innouata reuocari.*

1 In Chriſti nomine. † Ad euidentiam præmittẽdum eſt, quod nil nouari põt appellatione pendente, dummodo appellatio ſit aut aliqua, aut (vt ita dixerim) aliquabilis. Si enim eſſet apparenter & exiſtenter appellatio irrita, ſeu nulla ipſo iure non retardaretur executio. nam quod viribus nõ ſubſiſtit, impedimentũ non præſtat. oportet enim impedimentũ ingenerari ab obice contrario rationis, nã nullum agens liberum, & arbitrium prohibetur, niſi à ſuo maiori, vel pari obſtatiuo. hæc enim eſt natura parium, vt alterũ in alterum non habeat prædominium, niſi fauore rei, vel aliquo priuilegio, vt ff. de manumiſ.l.Iulia Petronia.& ff. de re iud.l.fauorabiliores, vñ pari cauſa deterior conditio eſt exceptio eius, qui non põt vincere, nam aduerſarius eius hẽt duo capita vincendi, & duas vias, ſed agens nõ hẽt niſi vnam viam ſtrictam.ſc.per apices probationum, vel vrgentem diſputationem, vt no.ff.de acq.poſ.l.1.§. veteres, vel per viam ſtabilẽ æquitatis, vt no.ff.ſi cer.pet.l.cum fundus.§.1. dico igitur, ꝙ interdum appellatio eſt prohibita, vel notorie nulla: & non impeditur executio, vt l.4.§.condemnatum.ff.de re iud.interdum appellatio eſt à iure permiſſa, & tunc impeditur exequutio, vt ff.nil nouari appel.pen.in rubro, & nigro.& in cap.quod nobis olim.de elect.& ff.de infamibus.l.1.§.1.ff.de iniuſto teſt.l.ſi quis filio exhæredato. circa medium. Interdum eſt dubium pp opiniones doctorum, vt in poſſeſſione recuperandæ, & tũc aut appellatur cum expreſſione cauſæ: & debet ſuperſedere in exequutione, aut in colorate, & tunc ſecus, vt in ca. venerabilis. de ſen.excom.lib.6.& ar.ff.de in integr. reſtit.l.& etiam.l.vlt.C.de ordi.cogni.& hoc no.extra de reſti.ſpo.c.cũ ad ſedem.& 2.q.6. c.ſunt quorum. Præterea ſi in ſententia exprimitur petitorium. põt ex hac adiectione appellari, vt no.per doct. C. ſi de momenta.poſſ.l.1.& C.vnde vi.l.ſi quis in tantam. quia propter cumulationem petitorij alteratur poſſeſſorium; cum veniunt ſimul examinanda, & ſimul terminanda, ar.ff.de emp.& ven.l.non eſt nouum.ff.de acq.poſſ.l.naturaliter.§.nihil cõe.ff. de vi & vi ar.l. cũ fundum.§.fi.ex p̃dictis apparent tres concluſiones per ordinẽ, primo ꝙ põt appellari. ſcdõ, ꝙ executio dẽt reuocari, vt in c. non ſolum.de appel.lib.6.ex his concluditur tertium.ſc. omnia innouata debent reuocari; quia agens aſtrinxit ſe conuerſe agendo, & hæc reſpiciunt merita proceſſus. Bal.

### CONSILIVM CCCLXVIII.

1 *Ius patronatus habens an etiam habeat ius cenſuale, & econtra, & quomodo inter ſe differant, & an ille, qui habet cenſum, poſſit aduocare bona patronatus, ſuper quibus cenſus præſtatur, & quando debeat præſtari cenſus, vel penſio, cuius cauſa ignoratur.*

2 *Ius patronatus an diruto & readificato hoſpitali remaneat ad eũ, ad quem primo ſpectabat.*

1. In Chriſti nomine. † Nunc venio ad merita cauſæ principalis, an ius patronatus ꝑtineat ad abbatem, an ad priorem. Et videtur, ꝙ ad Abbatem: quia in eius territorio fuit fundatum hoſpitale, & ordinatio facta p̃ſumitur exequuta, à quocunq; ſit facta exequutio.ff.de verb.obl.l.cum ſeruus.& l.fi.C.de vſuris pupillaribus. In contrarium videtur; quia non conſtat, per quẽ ædificatum fuerit, nec cuius nomine, & de hoc probatio debet eſſe no. vt ff.de nego. geſt.l.eum actum. quia ſemper petitori incumbit probatio, vt l.1.in fi.vti poſſidetis.& C.de rei vend.l.fi.& l.doce ancillam. Item quando iura partium ſunt obſcura, ſemper melior eſt conditio rei, vt in regula.ff.de verb.obl.l.ſi ſeruum.§.ſequitur. ſciendũ eſt, ꝙ in fundatione poteſt de conſenſu epi fundator retinere certum cenſum, vt extra de iure patro. Præterea vltra nil debet exigere, quam taxatum ſit, vt extra de ſtatu mon. c.in ſingulis.§.vlt.& ꝙ aliud eſt cenſus pręſtatio, aliud ius patronatus, vt colligitur, & no.in l.1.§.1.ff.de publ.& ſi conſideremus cãm propoſitam, nulla fit mentio in eo de aliquo iure patronatus ordinato à principio: ſed ſolummodo de cenſu: & ideo non debem⁹ extendere, vt ff.de fideiuſ.l.fideiuſſores magiſtratuum. §.pro nihilo.& nouiſſima ſunt ea, quę veniunt ex iure patronatus, ſicut ſunt honor, emolumẽtum, præſentatio, prælatio, defenſio, & alimenta, quæ tamen non continentur in contractu cenſuali. C.de ſacroſan.ec.l.placet. item ius patronatus prouenit ex dote, ædificatione fundi, ex ſucceſſione: ſed ius cenſuale prouenit ex proprijs capitulis, ergo non ſunt idem, cum aliter generentur, & corrumpantur, vnde Abbas debet eſſe cõtentus ſuis finibus, & non inuadere alienum, vt C.finium reg.l.ſi conſtiterit. Dicet aliquis, hic eſt patronus ex fundo: ſed ad hoc reſpondeo, ꝙ origo proceſſit ab alio domino, non ab Abbate, q̃a conditionaliter fuit facta conſignatio Abbati, ar.ff.de leg.2.l.vnum ex familia. C.de teſt.tu.l.tutor. nec habet ab hæredi. ff. de hær.inſti.l.ſi ſeruo fideic.ff.de manu.vindi.l.pater ex prouidentia. ille enim vr̃ facere, in cuius arbitrio eſt fieri, nõ ille, qui exequitur, vt extra de appel.c.nouit. Sciendum eſt etiam, ꝙ nõ debet præſtari cenſus, vel penſio, cuius cauſa ignoratur: niſi longo, & continuato tempore ſit præſtitus, vel iure, natura ſui, vel ſitu loci ſit cenſualis, vel in p̃ſentibus actis, quia hoc continet, vt ff.de prob.l.cenſus.C.de.do.l.cenſualis.ff.de acq.re.do.l.quæ quiſq;.C.de agri.& cenſi.l.litibus.lib.10.18.q.vlti.ca.ſeruitium. de verb.ſig.l.ſuper quibuſdam. & probatio perceptionis cẽſus, ſi quidẽ cum eſt tempore ſufficienti ad cẽſum præſcribendum, probat proprietatem. Si autẽ minor tempore, tunc ſi quidem cum bona fide ꝓbat quaſi poſſeſſionem: ſi vero per impreſſionem, vel dolum probat inuaſionem, extra de appella.c.bonæ.ſi autem petatur ex promiſſione, debet monſtrari an, qualiter, & quantum ſit promiſſum: & ſtare debemus contenti terminis

contra-



contractus.ff.de verb.obl.l.quicquid aſtringendæ. vnde ſi quæratur, ꝙ ius habeat dictus Abb. ſcriptura loquatur, ſed ſi probat ſcdm, ſi quantũ de neceſſitate probatũ eſt, ꝙ ius patronatus habeat cõferre: ſit ergo cõtentus dictus Abb. eo iure, & ea præſtatione, quæ conſueuit fieri, præſertim temporibus nouiſſimis, vt ff.de acq.poſ.l.ſi quis ante.C. ne de ſtatu defunctorũ.l.ſi mater.ff. de ali.leg.l.Mela.§.1.& ar.de pac.l.pacta nouiſſima.ff. de proba.l.Procula.ff.de vſu.l.qui ſemiſſes. † Super alio puncto an 2 diruto hoſpitali bona eius remaneant matris eccleſię patronis, dicendũ eſt, ꝙ non, ſed debet reformari, & reædificari, niſi perpetua ſententia ſuperioris ſit deſtructum, vt no.Inno.de no.op.nun.c.cum ex iniuncto.ff.de vſufr.l.an vſusfructus. ff. de leg.3.l.pater.§.tuſculanus. nã licet ſit hoſpitalitas ibi deformata actu, tamẽ virtute, id eſt habitu ſubſiſtit: & nõ eſt caduca propter ſpẽ reparationis, vt no.in l.ſicut.§.fi.ff. quod cuiuſq; vniuer.nomine.& per Moder.in l.1.& vlt.ff.de colleg.illicitis. Concluſio eſt, ꝙ Abb. non poteſt vindicare poſſeſſionem: ſed ſolum cenſum petere, quia poſſeſſiones non ſunt ſuæ, nec ad eum deuolutæ, vt no.Innoc. in c. conſtitutus. de reli.domi.de hoc no.per Bart.ff. de dam.infect.l.ſi finita.§.ſi qua ſunt iura. Ego Bal.

### CONSILIVM CCCLXIX.

1 *Vaſallus imperatoris an poſſit ſe ſubmittere alicui ciuitati.*

2 *Confœderati qualiter dicantur rumpere fœdus.*

3 *Et an qui promiſit aliquem defendere, & bene tractare, poſſit eum in iuribus ſuis inquietare.*

4 *Pactis fœderis primo contrauenìens dicatur fœderis pacta fregiſſe, & ipſe ſolus contrauenìſſe, ad hoc, vt alius non teneatur ſibi pacta ſeruare.*

5 *Confœderationem faciens cum vno an poſſit ſe confœderare cum eius inimico.*

1 In Chriſti nomine. † Quærit primo, an vaſallus Imperatoris poſſit ſe ſub mittere alicui ciuitati, & fœdus cũ ea contrahere.& dicendũ eſt ſic, ſine Imperatoris præiudicio, vt no. Archi. de hær.
2 c.præſidentes.& Hoſti.de iud.c.ſignificauit. † Secundo, an ille, qui offendit ſubditum confœderati, intelligatur venire contra
3 fœdus: & dicendũ eſt, ꝙ ſic.vt no.Inn.in c.dilectis.de app. † Tertio, an ille, qui promiſit aliquẽ defendere, & bene tractare, poſſit eum in iuribus ſuis inquietare, & prohibere, ne eis vtatur? Et dicendum eſt, ꝙ non poteſt prohibere, nec moleſtare, vt l.alte-
4 rius.ſi ſer.vend.& l.frater à fratre.ff.de cond.inde. † Quartò, an ille, qui primo venit cõtra pacta fœderis, dicatur fœderis pacta fregiſſe, & ipſe ſolus cõtrauenìſſe ad hoc, vt alius non teneatur ſibi pacta ſeruare: & dicendum eſt, ꝙ primo offendens eſt ille, qui fecit contra & ipſe ſolus in pœnam incidit. ff. de tranſactio.
5 l.qui fidem. † Quintò, an ille, qui fecit confœderationem cum vno, poſſit ſe confœderare cum eius inimico, & dicendũ eſt, ꝙ non, niſi ex cauſa, ſumpta occaſione à lege iuſtis indicijs, puta metus, quia legitima defenſio eſt permiſſa: nec debet expectare ſe percuti, extra de homicidio. c.ſignificaſti.ff. de ver.obl.l.quidam cum filium. Porro dicẽdum eſt, ꝙ per ſimplicẽ actum verbi ſeu promiſſionem, neutra pars intelligitur rumpere confœderationem, quia pactum debet intelligi in caſu de iure licito, & poſſibili; videlicet ad defenſionem, vel iuſtam propulſationẽ. tale enim pactum iure naturali, & cõmuni fouetur, & ideo pœnale non eſt, & tendit ad defenſionem, quæ eſt iure naturali, & ad remouẽdas hinc inde inſidias. ff. de iuſticia, & iure.l.vt vim. Item cum vna pars facit iniuriam, vel pręparat ſe ad faciendum, licitum eſt alteri parti capere conſilium, & auxilium, ac protectionem, ne vis fiat ei, vt ff.de off.procur.Cęſaris.l.fi.& ff.de off.præſ.l.illicitas.§.ne potentiores. prorumpere autem ad actum facti neutri parti licet inchoando, inchoare autem dicitur, qui prius aggreditur.l.1.§.cum arietes.ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. quia qui cauſam dat ſceleri, ſceleratior eſt, quam qui proſequitur, vt C.de ſer.fug.l.quicunq;.§.fi.& C.de his, qui ad eccleſias confu.l.ſi ſeruus. Ego Bald.

### CONSILIVM CCCLXX.

1 *Locatio non extenditur ad res emptas poſt locationem.*

In Chriſti nomine. Magnifica, & illuſtris domina noſtra Ducìſſa Mediolani per ſuos officiales fecit locationes de poſſeſſionibus de Lazelata pro certa annua penſione ſub, vel nomine territorij: poſtmodum per ſententiam obtinuit quendam portum in-
1 tra dictos fines. † Quæritur, vtrum dictus portus includatur in dicta locatione? Et vr̃, ꝙ ſic: quia vniuerſitati accedũt, licet poſt cõtractũ acquirantur, vt ff.de fun.inſtr.l.Lucius.cõtrariũ eſt verũ, quia de futuris non fuit cogitatũ, vt no.in l.fi.C.quæ res pig. obl.poſ.ff.de verb.obl.l.quicquid aſtringendæ.l.cũ ſtipulamur. & l.ſi à colono.ff.de contrah.emp.l.Rutilia. & l.ineſt.ff.de dam. infec.l.dãni.§.Sabini.& ar.ff.de tranſac.l.cũ aquiliana.ff.de pac. l.tres fratres.ff.ad l.falci.l.ſi hr̃s.ff.ad Treb.l.ſi debitor.§.fi. E.B.

### CONSILIVM CCCLXXI.

1 *Locatio facta de re emphyteutica ſi emphyteuta renunciat emphyteuſim domino, & acceptet dominus, an dicatur de iure finita.*

In Chriſti nomine. Maſiolus inueſtiuit Petrum titulo locationis vſq; ad certũ tempus de quadam domo facta ad fornacem cretorum, iſte Maſiolus erat emphyteuta perpetuus, tandẽ durante tempore locationis iſte Maſiolus renunciauit emphyteuſim in manibus domini, qui dominus vult expellere dictum cõductorem: quia dicit domum ad ſe iure proprio, & libere eſſe re-
1 uerſam. † Quæritur, an poſſit, & videtur, ꝙ ſic: quia extincto iure locatoris extinguitur ius conductoris, vt ff.de pig.l.lex vectigali. Præterea videtur hoc expreſſum in 10. col. quibus mo.feu. ami.c.1.§.rurſus ſi fidelis. in verbo, refutauerit. ad idem facit.ff. locati.l.ſi quis domum.§.huic.& totum illud generale finito iure auctoris, finitur ius ſucceſſoris. In contrarium videtur, quia ſolutio contractus non debet remanere in poteſtate debitoris, vt l.ſi res.ff.quib. mo. pign. vel hypo. ſol. Præterea hoc videtur expreſſum.ff.quemad.ſer.amit.l.ſi partem.§.1. Pręterea iſta non eſt ſimplex renunciatio: quia non poteſt renunciare domino, vt l.ſi quis vi.§. differentia.ff. de acq. poſ. ſed eſt quoddam pactum nouum, & nouus contractus, qui nõ pręiudicat alteri, cum quo non eſt celebratum, vt l.fi.ff.de pac.& no. per Bart. in l.in diem. ff.de aqua plu.arc. Præterea iſta renunciatio videt̃ facta in fraudem, ergo nõ præiudicat eius conductori, ar.ff.ſol.matr.l.filiæ mea.& ff.de bo.l.liberto octoginta. Præterea vna eſt cõditio omnium annorum, & à prin.ceſſit dies obligandi, vt not.Bart. in l.1.§.ſi penſio.ff.de migrando. Præterea conducens à primo cõductore habet cauſam à primo locatore, ergo per primũ locatorẽ non poteſt expelli. ff. de pig.act.l.ſolutum.§.vnde ſi domũ, dum tamen penſio ſoluatur domino. Iſte eſt caſus in d.l. lex vectig.& iſta opinio eſt multũ æqua. Et ſi cõtrarium diceremus, tñ dictus conductor haberet actionẽ ex cõducto ad intereſſe ſuũ.

### CONSILIVM CCCLXXII.

1 *Legitimati an habeant ius præſentandi.*

Adde conſilium ſequens.

In Chriſti nomine. Dominus Ambroſius de Medicis ſtatuit, ꝙ ſacerdos, ſiue capellanus eccleſiæ S. Bartholomæi, de Oſena eligi, ſiue nominari debeat per infraſcriptos eius hæredes, quos patronos ipſius capellæ conſtituit, ſiue ordinauit, & ipſis deficientibus per eorum deſcendentes maſculos tantum, hæredes ſunt hi, videlicet dominus Chriſtophorus de Medicis archipreſbyter, & pater ſpuriorum dominus Victor de Medicis, & Iacobinus de Medicis legitimus, & viuens elegit preſbyterum Stephanum. modo illegitimi filij archipreſbyteri, & ideo ſpurij legitimati præſentauerunt vnum: legitimè autem natus. f.d.Ia-
1 cobi præſentauit alium. † hic quæritur, an legitimati habeant vocem in præſentando conſiderato dicto teſtamento, & legitimatione prædicta, & verbis, & mente ipſorũ, & alijs cõſiderandis.& videtur, quod dicti legitimati ius habeant præſentandi, & hoc oſtenditur ſic, nõ eſt dubium loquendo ſecundum veritatem naturalem, ꝙ iſti ſunt deſcendentes maſculi: quia natura immutabilis eſt: vt in Auth.quib.mo.natura.effic.ſui circa prin. in gl.no.gloriſiſſimum verbum.& quilibet deſcendens videtur ſubſtitutus ſuo aſcẽdẽti, ſed q̃d erit de voce mortua illius, q̃ deceſſit ſine deſcẽdẽte, in voce patris ſuccedit filius ex teſtõ ordinatoris capellæ, ſi patroni æquali numero ſunt, ille, ad quẽ ꝑtinet inſtitutio, põt adhærere cui vult, & ẽt prouidere ꝑ ſe. Eg.Bal.

### CONSILIVM CCCLXXIII.

1 *Spurij non habent nomen filiorum, & ſunt infames.*

2 *Princeps eſt Deus in terris.*

3 *Imperator poteſt legitimare ſpurios, & inceſtuoſos, & hanc poteſtatem committere.*

4 *Imperator an poſſit legitimare ſpurios ad ius patronatus eccleſiæ? & quid in Papa? & num. 5.*
6 *Spurij an dicantur de deſcendentibus.*
7 *Quomodo intelligatur verbum, deſcendentes, prolatum à presbytero.*
8 *Deſcendentium appellatione qui contineantur.*
9 *Dictio, quibus, quid importet.*

In Chriſti nomine. Præmittendũ eſt, quod Deus ex maſculo, & fœmina nos in eſſe producit, & quod homo generat hominem. Solutio: iſtud eſt adeo naturale, & præciſe naturale: tamẽ quod honeſtis moribus non conuenit, impoſſibile reputatur, vt ff. de
1 conditio. inſtitutio. l. filius. † hinc eſt, quòd ſpurij non habent nomen filiorum non ſolum in his, quæ requirunt excellentiam, ſed etiam in alijs, quæ requirunt illæſæ famæ ſtatum. Nam quantum ad famam omnes liberi illegitimè nati ſunt infames per reſpectum, & comparationẽ ad legitimè natos, & non ſunt eorum conſortijs aggregandi, & præſertim qui ſunt ita degeneres, ꝙ nec nomen filiorũ habere merentur, & qui non poſſunt nominari, niſi cum infamia, vt natus ex monacha, vel ex presbytero, vt no. C. quemad. teſt. ape. l. pen. erubeſcit enim rerum natura ſe tales genuiſſe, qui ex pacto quaſi contra naturã nati ſunt, vt in Auth. de ince. nup. in prin. veruntamen Imperator noſter velut ſuæ maieſtatis prodigus, & honeſtorũ bonorum ſub velamento pietatis, & naturæ ſimplicitatis optimos mores, in quibus conſiſtit humani generis propagatio, quæ per matrimoniũ recto ordine conſeruat̃, vt no. in Auth. de nup. in prin. mitigare volens quicquid ſibi placet, pro lege ſtatuit habendum, vt ff. de conſti. prin. l. 1. & ſic pro ratione voluntas. & ſi placet principi,
2 valeat ac ſi placet Deo, † quia princeps eſt Deus in terris, vt in
3 Auth. de conſulib. & † ideo præſupponere debemus, ꝙ Imperator poſſit legitimare, & ſpurios, & inceſtuoſos, & hanc poteſtatẽ committere: quia hæc poteſtas eſt ſua, & nõ alterius, & eſt voluntaria imperij, & nemo poteſt ſuę poteſtati cõtrauenire, vt no. in Auth. quib. mo. na. eff. ſui. §. fi. coll. 7. dũmodo ne per talẽ legitimationẽ alijs præiudicet̃, apponãtur neceſſariæ, & aſſuetæ clauſulæ non obſt. & ſint talia nõ obſtãtia, quæ ſint de poſſe, & iuriſd. Imperatoris, vnde nõ poſſet remouere obſtan. iuris cano. quia qui nõ poteſt cõcedere, non poteſt remouere, vt in regula eius eſt nolle, qui poteſt & velle. ſub hac cõſideratione pẽ
4 det articulus iſte, † vtrũ Imperator poſſit legitimare ad ius patronatus eccleſiæ: vr̃ enim, ꝙ ſic: quia poteſt legitimare ad hęreditatẽ: ſed ſub iſta vniuerſitate cõtinet̃ ius patronatus, quia non poteſt quis hæres eſſe, niſi ſit hæres vniuerſalis, nõ poteſt teſtator decedere pro parte cum hr̃de, & pro parte ſine hærede. ex quo ſequit̃, ꝙ ius patronatus tranſit cũ iſta vniuerſitate, quæ eſt ſine exceptione omniũ iuriũ hæreditariorũ cõprehenſiua: quia ius patronatus habet in ſe onus, & venit in cõſequentiã paſſiuè, ꝙ nõ poſſit ſeparari ab ipſa hęreditate. Itẽ quod venit in conſequentiã, regulatur in principali, vt in l. 1. de au. tut. & hoc eſt ex diſpoſitione iuris tã ciuilis, quã canonici. Itẽ præualet, ꝙ principale eſt: ſed hæreditas eſt principale, & ius patronatus eſt acceſſoriũ, vel adeo annexũ, ꝙ ſeparari nõ poteſt ab ipſa vniuerſitate: vt not. in leg. plures. de iure patronatus. ergo qui eſt dominus hæreditatis, eſt dominus iuris patronatus, & qui poſſit vnũ, poſſit & reliquum, extra de iure patronatus. cap. ex literis. ff. de acq. re. do. l. quidã. ff. de contrah. empt. l. in modicis. Tamen ius patronatus nõ eſt ſimpliciter hæreditarium: quia eſt ſpecialiter annexũ, & in poteſtate eccleſiæ, & ideo Imperator ipſum nec dare, nec auferre poteſt principaliter & per ſe: quia principaliter, imo totaliter eſt eccleſiaſticæ iuriſdictionis, & eccleſiaſtico iudici, & non ſeculari præſentatio debet fieri, extra de iudicijs. c. quanto. & in cle. diſpendioſam. & de re iud. c. paſtora. & quod nõ eſt de foro cõtentioſo, ex eo ꝙ laicus nõ capax iuriſd. cõtentioſæ, certè nec erit capax voluntariæ, vt C. de teſt. l. conſulta. in fin. ſed dubiũ fortiſſimũ eſt, ecce Imperator dat hr̃ditatẽ, & hoc poteſt ſine dubio, & ius canonicũ cum hæreditate ſtatuit tranſire ius patronatus, ergo de iure canonico iſti hæredes ſunt patroni. & huic rationi vr̃ difficile reſpõdere: ſed reſpõdet̃, ꝙ hoc verum eſt, niſi qualitas perſonæ hæredis ſit non capax huius iuris, quod dicitur cum vniuerſitate tranſmitti in non capacem, nõ poteſt fieri tranſmiſſio, vt l. ſi alienũ. §. in extremis. ff. de hær. inſti. & l. 1. §. exigit. ff. de bo. poſſ. ſecundum tabul. ſed ſpurij non videntur capaces, vt in c. 1. de filijs presbyterorum. li. 6. quia patiuntur defectũ natalium, vt c. innotuit. de electione. & ſunt odibiles legibus, canonibus, vt extra de renunc. c. niſi cum pridẽ. & non ſequuntur patrẽ, vt ff. vnde cog. l. ſi ſpurius. & l. hac parte. & ff. de ſta. ho. l. vulgò. Itẽ quia etiam patronatus eccleſiæ eſt quædã prærogatiua, & præeminentia, & honor, qui nõ cõgruit ſpurijs in eccleſia Dei. nam turpe eſt in eccleſia Dei habere talẽ ſupra verticẽ, & in loco honeſto inhoneſtas auocare perſonas: vt in l. ſi qua. C. de ſpecta. lib. 11. Præterea ſubtiliter allegabatur, ꝙ inſpecta diſpoſitione teſtamẽti, ꝙ facit mentionẽ de deſcendentibus & nõ dicit, & de hæredib. iſtius, de quo quærit̃, deſcẽdit in deſcendẽtes nõ tanquã in hr̃des bonorũ, ſed ſanguinis. vñ nõ eſt de vniuerſitate hęreditatis, ſed ſpeciali iure deſcenſionis. C. de ope. li. l. liberti. ff. de acq. hær. l. pro hærede. §. 1. ff. ad Treb. l. ex facto. §. ſi. ff. de leg. 1. l. filius. §. ſi quis. ff. de pac. l. ſi tibi. §. pactus. facit, ꝙ no. Pet. & Cy. in l. 1. C. de cond. inſer. ſi igitur eſt ius hæreditariũ, ergo non tranſit cum vniuerſitate hæreditatis, nã cum de iure patronatus ſit facta diſpoſitio in deſcendentes ſpecialiter, & per ſe non tranſit in hæredes presbyteri, imo ſicut legatũ detrahit̃ ab hæreditate, ꝙ ſi dictus presbyter inſtituiſſet alios hæredes, quã deſcendentes, dato ꝙ illi hæredes haberẽt vniuerſitatẽ, non tamẽ habent patronatũ. l. proinde. ff. ſi cer. pet. & ff. de peculio. l. ſed ſi dando. & l. à Titio. ff. de furtis. & per hoc videt̃ tolli allegatio prædicta præſupponendo, ꝙ in hoc articu
5 lo valeat diſpoſitio teſtamenti, † hæc tamẽ non haberet dubiũ, ſi legitimati eſſent à Papa ad ius patronatus eccleſiæ: quia Papa poteſt ad ſpiritualia, & ſpiritualib. annexa legitimare, extra qui filij. in ca. tanta. & ſtatus natalium eſt de principali iuriſd. eccleſiæ, vt extra de ordine cogn. c. tuam. nec pertinet ad Imperatorẽ ſtatus, qui à matrimonio dependet, vt extra qui filij ſint legitimi. c. per venerabilẽ. ꝙ ergo no. extra de fid. inſtr. cum P. tabellio. quod ita poteſt legitimare Imperator ſicut Papa, verum eſt in cauſis, & terris ſibi ſubiectis, in cauſis ſpiritualibus, quod nõ legitimat Imperator, nec apponit manum ad plauſtrum alienum, vt no. Cy. C. de inceſ. nup. auc. ex complexu. nã vt ait Inn. vbi s̃. ſunt quaſi vt miraculoſa, & quodãmodo contra naturã, de infamia facere bonã famam, & de illegitimo legitimũ. & omnia ſui iuris ſubijcere alij. Vnde ex prædictis videt̃ concludendũ, ꝙ ex defectu poteſtatis cauſæ efficientis, id eſt Imperatoris, nõ tenet legitimatio quo ad ſubijciendam eccleſiam patronatui ſpuriorũ, nec poteſt apponere clauſulã non obſtante aliqua decretali: quia canonica ſtatuta nõ poſſunt derogari per Imperatorẽ, qui eſt ſubiectus, ſicut quicunq; laicus. Dicet aliquis, ꝙ ſpurius nõ proprius, ſed alienus poteſt hæres inſtitui, & ei legari, vt no. in Auth. quib. mo. na. eff. ſui. §. fi. colla. 7. ſed iſti quondam ſpurij veniunt ex prouidentia tranſuerſali, quia ſunt deſcendentes ex
6 linea tranſuerſali, † vnde cum vigore teſtamenti veniant, & ſint de deſcendentibus ex tranſuerſo, nec aliqua ratio impedit eos venire, certè etiã ſi non eſſent legitimati, venirent. iſta ratio cõcludit, ꝙ ſi relinquitur Titio amico, & eius deſcendentibus, ꝙ veniant deſcendentes ex eo, licet ſint ſpurij. ſed an hoc ſit verũ, videamus: & diſputando vlterius de poteſtate Imperatoris ad verba teſtamẽti, & interpretationem verborum procedamus: verba enim dicunt, quibus deficientibus veniant deſcendentes. nam hæc adiectio, quibus deficientibus, eſt numeri pluralis & copulatiuæ ſignificationis: ſed ex diſpoſitione copulatiuę requiritur veritas vtriuſq; partis: ſed hic reſtat alter in rerum natura, & non deficit, ergo conditio falſa, vel ſaltẽ nondum verificata, vt ff. de re. dub. l. is, qui ducenta. §. cum quidã. & §. vtrũ. & ff. de cond. inſt. l. ſi hæredi plures. Item propter gradus prærogatiuam videtur præferri, qui extat. ff. de lega. 2. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. & ff. ad Treb. l. hæredes mei. §. fin. Præterea quando ſubſtitutio fit à pluribus cum copula verbali, ſiue mentali, & exiſtit conditio in perſona vnius, & non alterius, ſi quidem extat perſona, quæ ex pręſumpta volũtate teſtatoris, excludit ſubſtitutũ, non eſt locus ſubſtitutioni. C. de imp. & alijs ſubſti. l. pe. ſi vero nõ extat talis perſona, habet locũ ſubſtitutio in parte deficiẽtis, vt ff. ad Treb. l. hr̃des mei. §. cũ ita. ſed hic extat & verus, & legitimus agnatus, qui in honorẽ familiæ, ſeu agnationis dẽt pręferri, vt in l. 1. §. quãuis. ff. de ven. inſp. ſed cõtra hoc vr̃ aduerſari voluntas defuncti, qui naturã imitatus deſcendentes rogauit in locum progenitorũ ſuorũ, ſequutus naturalẽ, & ordinatum effectum magis, quam iuris ſubtilitatem. ff. de hær. inſti. l.
7 Lucius. in fi. Præterea † iſtud verbum, deſcendentes, relatum à presbytero non poteſt intelligi, niſi de ſpurio: vt ff. ad Trebel. l. hæredibus. §. fin. & de eo poteſt de iure intelligi, ergo intelligemus de ipſo ex interpretatione nõ ſolũ coniecturali, ſed neceſſaria, reſpiciendo perſonã, ad quam dirigit ſermonẽ. ſed ad hoc poteſt reſponderi, ꝙ illud, deſcendentibus, referatur ad eos, qui poſſunt habere iuſtos deſcendentes: quia ſermones ſunt ciuiliter intelligẽdi, vt ff. de ſerui. l. ſi cui. vnde circunſcripta qualibet legitima, & etiã poſito, ꝙ repudiarent hæreditatẽ paternam, ad quam ſunt legitimati, tñ poſſunt venire ad patronatũ ex diſpoſitione iuris teſtamenti, vt in Auth. de eccl. tit. §. ſi quis ædifica. coll. 9. Item Imperator poteſt legitimare inceſtuoſos, qui poſſunt actiuè, & paſſiuè legitimari: vt ſint ſubditi Imperatoris, vt l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nup. & ſi dicat̃, tales filij ſunt odibiles, ergo nõ continentur in fauorib. vt ff. de leg. 2. l. Lucius. §. Lucius Titius Damã. reſpondeo, imo non ſunt odibiles quo ad
8 tranſuerſales, nec eſt etiam nouũ, † ꝙ in pleriſq; minus legitimi continent̃ appellatione deſcendentiũ, vt qñ vtimur verbis naturalibus, nõ ciuilibus, vt no. Bar. in l. 2. ff. de accuſ. & C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. & Io. And. in c. ſtatutũ. de hæreticis. lib. 6. in nouella. quia videtur dicendũ, ꝙ teſtamentũ ſit ſeruandum, caſus in d. §. ſi quis ædificationẽ. in Auth. de eccl. tit. coll. 9. quia legitimatio Imperatoris nihil addit, nec detrahit teſtamento, vt C. de teſt. l. omnium. quia non eſt intentio Principis alterare teſtamẽta, ſed fauere, & obſeruare ipſa, & obſeruari facere, prout iacent, & ſine extraneo intellectu: niſi vbi lex interpretatur, vt in c. quia contingit. de religioſis domib. in clemẽtinis. hinc eſt, ꝙ ſi teſtator ſubſtituit legit. filijs legit. naſcituris, non intelligit̃ de legitimatis, quia non ſunt legitimè nati: præſertim ſi alia dignitas, vel alia ratio naturalis nõ patit̃. ff. ad Treb. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. vnde dicit Spec. ꝙ in emphyteuſi eccleſiæ nõ cõtinent̃ illegit. nati, in Spec. de loc. §. nunc aliqua. circa fi. vnde cõcludit̃, ꝙ legitimatio facto teſtamẽto eius ſenſum nõ habebit mutare: ſenſus aũt naturalis, nõ fictus accipit̃, quia mens hominis naturalis eſt. ff. de cond. & dem. l. fideic. Et ideo pondus nr̃æ quęſtionis ſtat in teſtamẽto, cuius verba ſunt. Quibus deficientibus in deſcendentes eorũ: allegatur enim, vt s̃. dixi, ꝙ verba ſubſtitutionis complexiuè debent verificari in quolibet extremorũ, vt C. de imp. & alijs ſubſti. l. hæreditatẽ. hoc videt̃ tenere Spec. expreſsè. in Spec. de loc. §. nunc aliqua. verſ. 69. verſ. quærit̃, pone: ſed illud eſt propter præſumptã prouidentiam, & charitatẽ. ſed ad hoc reſpõdet̃: quia illud eſt verũ in ſubſtitutione directa, nõ aũt in fideicommiſſaria, ergo nec in legatis: quia legata, & fideicommiſſa æquiparantur. & ad hoc videat̃, & inducatur lex hæredes mei. §. cum ita. & eo. tit. l. Lucius. §. Caio. ſed certè. §. cum ita. loquitur, quando conditio eſt in perſona vltimi morientis, ſed in caſu noſtro vnus ſuperuiuit, & ille videt̃ tacite vocatus ad vniuerſum ius, vel ſaltẽ ad vocem eius, qui deceſſit ſine deſcendente, vt ff. de leg. 2. l. Titia Seio. §. Seia. vnde præſentatus ab eo eſt pręferendus: dato ꝙ iſti legitimati ſuccederent in iure paterno, vt d. c. plures. videt̃, ꝙ nondũ extitit conditio teſtamẽti per talẽ theoricam: quia cõditio ſumit̃ ex vniuerſo, ſi quidẽ exiſtit in perſona vltimi morientis, & nõ primi, habet locum ſubſtitutio fideicommiſſaria: ſed ſi econuerſo exiſtit in perſona primi, vltimo ſuperuiuente nõ habet locum ſubſtitutio. ſed ita eſt in propoſito, ergo non eſt verificata ſubſtitutio. Quapropter deſcendentes pręedicti in ſubſtitutionem non veniunt nec ex tranſmiſſione, quia teſtator voluit deſcendentes venire, niſi deficientibus principalibus, qui erant inſtituti patro. illa enim dictio, qui
9 bus, † intelligitur omnibus: quia ſumit̃ ex vniuerſo, & indefinita æquipollet vniuerſali: & maximè complexiua. non obſtat. §. Caio. quia cum ibi quilibet fuerit rogatus de parte ſua, videtur quilibet grauatus per ſe. ſed hæc reſponſio nõ videt̃ bona, quia tranſlatio, quæ fit in deſcendentes, videt̃ eſſe quoddã grauamẽ decedentis: quia impedit tranſmiſſionẽ: niſi quis dicat, & legatum diuiſum per tempora, ſcilicet primo dum viuit, & deſcendentibus poſtea non eſt propriè grauamẽ, quia nihil venit reſtituendũ: & vnicuiq; acquirit̃, quantũ tempus patitur, vt l. ſi ſeruus cõmunis Męuij. §. fi. de ſtipu. ſeruo. Itẽ quia pendet ex re familiari. Itẽ aliud eſt ordinatũ: puta à teſtatore, qui in teſtamento dotat, aliud formatum, ſcilicet ab epiſcopo, qui interponit auctoritatem: primum eſt cauſale, & de futuro: ſecundũ formale, & de præſenti, ſicut dicimus in dote puellæ, quæ dicit̃ dotata, etiã antequam nubat propter ſpem de futuro. ff. de admin. tut. l. cum plures. & quo ad dotẽ poteſt de ipſa ordinare. ff. ſol. mat. l. quoties. & ius patronatus eſt indiuiſibile, ne veniatur ad inconueniens: & quia non poteſt reduci ad diuiſibile.

Aliæ allegationes ad conſilia duo præcedentia.

## CONSILIVM CCCLXXIIII.

In Chriſti nomine. Verba in l. hr̃des mei. §. cum ita. talia ſunt, dic, aut tractatur de ſubſtitutione directa, aut de fideicommiſſaria. primo caſu, quia dixit teſtator, Titium, & Mæuium filios hæredes inſtituo: & ſi vterq; in pupillari ætate deceſſerit, talis ſit hæres. & moritur alter in pupil. ætate, ſubſtitutus nõ vendicat ſibi locum: & ita loquuntur leges cõtrariæ. ſed ſi tractatur de fideicommiſſo reſt. ſub illa conditione facienda, quæ dicit̃ in hoc. §. habet locũ. §. iſte, & hoc patebit ĩ. eo. l. Lucius. §. Caio. & l. fi. §. filia. de leg. 2. ratio aũt huius ſolutionis poſſet eſſe: & ita videtur innuere. §. Caio. quia qñ teſtator facit ſubſtitutionẽ directã ſub illa cõditione, ſi moriat̃ vterq; in pupillari ætate, perinde eſt, ac ſi ſubſtitutio facta eſſet ſub duabus conditionibus copulatis: & in illo caſu exigit̃, ꝙ vtrunq; exiſtat, vt l. ſi hæredi. de condi. inſti. tunc videt̃ teſtator ſeparatim duas conditiones appoſuiſſe: vnde ſufficit, ꝙ vna exiſtat. & ita loquit̃ hic, & d. l. Lucius. §. Caio. nã hoc eſt regulare, ꝙ quoties apponit̃ aliquid copulatiuè, perinde habet̃, ac ſi ſeparatim appoſitũ eſſet: & ſufficit vnũ fieri: vt l. falſa. §. fi. de cond. & dem. & l. 2. de cond. inſti. & l. qui concubinam. §. præſtitus. de leg. 3. dixit Iac. But. aut diſpoſitio habet ſingulares, & ſeparatas rationes, nõ cõmuniter reſpicientes diſpoſitionẽ: & tunc pluralis locutio reſoluitur in ſingularitates: vt l. falſa. §. fi. de cond. & dem. ſed quando rationes cõmuniter reſpiciunt ad diſpoſitionem, adeo, ꝙ ſufficiat vnum ſine reliquo, & tunc ſi producat vnum effectum, & vnam diſpoſitionẽ non reſoluitur in ſingularitates: vt hic, & l. ſi ſeruus plurium. ff ſi quis cautionib. Iac. But. & Cyn. in l. pen. de imp. & alijs ſubſt. in 2. op. ꝙ ſi ſubſtitutio fideicõmiſſaria, ſiue ſimul, ſiue ſingulariter fiat, cuiuſlibet per ſe fides videt̃ electa, vnde quilibet videt̃ grauatus de per ſe: vt l. Lucius. §. Caio. ſed indirecta refert, vtrum ſit facta ſubſtitutio cõiunctim, vel diuiſim. primo caſu requirit̃ veritas ſaltẽ in perſona vltimi morientis. ſecundo caſu referuntur ſingula ſingulis ſecundũ Cyn. prædictam diſtin. firmat gl. in l. pater filiam. §. duos. ff. ad l. fal. tex. in §. cum ita. reddit rationẽ quia ſicut ſe habet totũ ad totum, ita pars ad partẽ. ff. de rei vend. l. quæ de tota. ſed tex. in §. Seio. ſentit aliam rationẽ quo ad verba teſtamẽti, quia in fideicõmiſſo quilibet grauat̃ de parte ſua, & nõ alterius, ergo mors alterius fruſtra expectaretur. & eſt vna ratio iuriſconſulti, & præſertim quia nõ ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta voluntate defuncti habeat excludere ſubſtitutum ſecundũ Bart. nam ille. §. cum ita. fundat ſe in præſumpta conſideratione teſtatoris: & duo reputat eius præcepta: quia non ſupereſt perſona, quæ aliquo iure poſſit excludere ſubſtitutum: ideo verba copulatiua accipiũtur diſtributiuè, ac ſi nominatim dixiſſet, ſubſtituo talem in parte ſua, & talem in ſua: reſoluendo plurale in ſuas ſingularitates, vt in legibus ſuperius allegatis: nã ſicut quando copula ponit̃ inter honoratos, vt ſi relinquo Titio, & Seio, ita ſi ponit̃ inter grauatos, non requirit̃ veritas vtriuſq; partis. ita quando in conditionibus copula ſupponit̃ inter diuerſos grauatos reſpectu rei, quæ recipit diſtributionẽ, ſignificatio attribuit̃ cuilibet parti de per ſe: licet inter copulatiuã diſpoſitionẽ reſpectu vnius perſonæ, & copulatiuã cõditionẽ longa ſit differẽtia. Nunc venio ad caſum nr̃m: quia verba dicunt, ipſis deficientibus. & primo, vtrũ iſta ſint verba determinata numero, vel indefinita, an vniuerſalia. nam vniuerſalia ſiũt nõ ſolũ verbis vt dialectici dicunt, ſed mens diſponentis inſpicitur, vt dicunt iuriſtæ, qui dicũt, quod ex propria ſignificatione indefinita ſimilis eſt vniuerſali. Iura ſunt no. aliqñ tñ non æquipollet, quãdo non eſt eadẽ ratio includendorũ ſub hac ratione ſcd̃m Dyn. & Oldr. Itẽ hæc non videtur proprie ſubſtitutio, ſed quædã diuiſio temporis, ſcilicet genitori in vita, & genito poſt mortẽ genitoris, vt C. de leg. l. fi. Itẽ ſi eſſet ſubſtitutio, vr̃ æquiparari directæ, ꝙ nulla fides genitoris erga genitũ ſit electa, & eſt quædã tranſlatio potius, quã fideicommiſſum. Sed cõtrariũ vr̃: quia legata, & fideicõmiſſa æquiparant̃: & quia iſtud eſt grauamen genitoris: grauatur enim in hoc, quia alias tranſmitteret ius patronatus cũ vniuerſitate, vt in c. ex literis. quod nunc non tranſmit-

tranſmittit ipſo iure, ſed ex ſingulari diſpoſitione teſtatoris, &
recta via tranſit in deſcendentē tanquam in deſcendente, non
tanquā in hæredem: cum idem habiturus eſſet quilibet hæres
deſcendens, & exiſtens. hæc clauſula probatur. ff. de ope. libe. l.
vt iuriſi. §. ſi liberi. nec dicat aliquis, iſti nō poſſunt capere, quia
ſpurij: quia imo poſſunt capere ex teſtamēto tranſuerſalium, vt
quorumcunq; extraneorū, vt not. in Auth. quib. mo. na. eff. ſui.
§. fi. coll. 7. & ff. de vulg. ſubſti. l. is, qui. Præterea iſti ſunt legiti-
mati ab Imperatore, qui poteſt conferre ius verum legitimatis:
ſicut poteſt conferre verū ius Romanorū. & quod poteſt indu-
ci per veritatem, non eget adminiculo fictionis, vt dicit. l. tan-
quam. & ideo tex. dicit, quod filij ſint legitimi: quod verbū, ſint,
eſt verbum præciſe ſignificans ſubſtantiæ veritatem: alioquin
litera vteretur verbo videri, vel haberi, vt no. ff. de verb. ſignif. l.
mercis. Nec obſtat, quod no. Innoc. in c. cum P. tabellio. de fid.
inſtr. vbi dicit, quod ſpurij ſunt quodam modo contra naturam
nati: quia verum eſt reſpectu naturalis iuſticiæ, & originis, quæ
macula eſt facti, & quod factū eſt, nō poteſt eſſe infectum. nam
hoc ſolo priuatur Deus: ſed quia ſunt renati, quemadmodum
baptizati recuperant iura originis, & tunc poſſunt ſuccedere in
hæreditate, vt l. ex facto, in prin. ff. de vul. ſubſti. ex hoc ſequitur
neceſſario, ꝙ in eos tranſiuit ius patronatus. nam per ſententiā
iudicis ſecularis ſi tranſiuit hæreditas, per conſequentiā neceſ-
ſario tranſit ius patronatus eccleſiæ. & hoc contingit ex diſpo-
ſitione iuris ciuilis, & canonici, quod ex diſpoſitione hæredita-
tis, quę eſt ſucceſſio, ſiue ius ſuccedendi in vniuerſum ius, quod
teſtator habuit, hoc idem patet in teſtamento, quod eſt de iure
ciuili, & in ſucceſſione ab inteſtato, & in bonorū poſſeſſione,
quæ eſt de iure prætorio. & hoc contingit: quia non poteſt quis
decedere pro parte teſtatus pro parte inteſtatus, vt dicit regula
iuris, vel pro parte cum hærede, pro parte ſine hærede, vt no. C.
de ſec. nup. niſi hoc faciat ſpecialis, & regularis lex, vel Principis
diſpoſitio, vel impoſſibilitas capientis, vt quia eſſet Iudæus, vel
ſaracenus, qui legitimatur per Imperatorē ad alia, præterquam
ad ius patronatus. & ſi dicatur, ius patronatus eſt ſpirituali an-
nexum. Reſpondeo, potius eſt annexum hæreditati. Solutio: o-
mnibus conſideratis, & auditis ſufficienter allegationibus vtri-
uſq; partis, dico, ꝙ iſti legitimati habent vnam vocē ſcilicet pa-
tris eorum: & legitime nati habent aliam vocem. vox autē mor-
tua ſcilicet eius, qui deceſſit ſine deſcendente, eſt communis v-
triuſq; vel nullius tanquam caduca. & propter diſcordiā patro-
norum ille, qui habet ius inſtituendi, poteſt de iure adhærere,
cui vult. & præſertim digniori tam præſentanti, quam præſen-
tato. & ſic locus eſt gratificationi, ſicut in pleriſq; iuris articulis.
Vltra dictum conſilium non omitto, ꝙ Spec. tenet, quod quan-
diu omnes non deceſſerint, non ſit locus ſubſtitutioni, vt no. in
Spec. de locato. §. nunc verò aliqua. verſ. 69. quæritur, pone ec-
cleſia. & ſi quis vellet tenere hanc opin. iſti legitimati nondum
haberent aliquod ius præſentandi. Non obſt. l. hæredes mei. §.
cum ita. quia ibi loquitur in re diuiſibili, ſed ius patronatus eſt
indiuiſibile, quod diminueretur per concurſum inſtituti cum
ſubſtituto eius: quod non videtur fuiſſe de mente teſtatoris. iſta
quæſtio eſt dubia pro vtraq; parte, & eſt diſputabilis: tamen in
re dubia tutius eſt verba teſtamenti ſeruare, quia illa verba, ipſis
deficientibus, æquipollent huic copulatiuę. A. B. & C. deficien-
tibus, quia nominatus in inſtitutione patronatus videtur à te-
ſtatore prædilectus, & prælatus, vt ff. de cond. & dem. l. Publius.
§. 1. ibi, ſed nō eſt veriſimile, &c. Solutio: ille, qui habet inſtitue-
re, poteſt de iure electum à legitimo confirmare, vt no. Innoc.
in c. 1. in fi. de iure patr. dictum Spec. in emphyteuſi, quæ datur
gratia, & amore recipientis, & iuxta ius accreſcendi lata ſit in-
terpretatio, eadem ratione fauoris ſit diuiſio volūtatis in fidei-
commiſſo, ſecus in directa ſubſtitutione, quia excludere veni-
entes ab inteſtato eſt quodammodo odium: & propter hoc in-
terdum directa vertitur in obliquam, vt l. precibus. nam ille,
qui ſubſtituit directe, non intendit aliquem grauare, ſed ille,
qui ſubſtituit per fideicommiſſum intendit quemlibet grauare
de ſua portione: ac in emphyteuſi illa verba, de quibus loqui-
tur Speculator, non ſapiunt grauamen. Ego Bal.

CONSILIVM CCCLXXV.

1 *Pactum non ſeruans, quod ſibi obſeruetur ab altero, petere non poteſt.*
2 *Beneficium legis ſecundæ. C. de reſcin. vend. habet etiam locum in incantu,*
*ſeu in venditione facta per fiſcum.*

In Chriſti nomine. Caſus, ſuper quo con-
ſilium petitur, ſubijci-
tur in terminis. Magiſtri intratarū Magnifici domini noſtri vē-
diderunt Abſaloni de Sanſonibus officium theſaurariæ intra-
tarū extraordinariū pro annis duobus, & pro precio flor. 800.
cum certis pactis, videlicet, quod dictus Abſalon recipere de-
beat omnes intratas tam ordinarias, quā extraordinarias perti-
nentes ad cameram intratæ extraordinariæ. Item, quod dictus
theſaurarius poſſit accipere cuilibet ſoluenti de & ſuper certis
intratis, ſi ſoluerit flor. vnum, vel minus de poſſeſſione imperia-
les tres. & ſoluerit à flor. vno vſq; in 10. imperiales. 6. & ſi à. 10.
vſq; ad 25. imperiales. 12. & ſi à flor. 25. ſupra ſolidos. 3. imperia-
les, & non vltra, excep. de denarijs poſſeſſionum Mediolani, de
quibus habeat pro flor. 2. ſolidos 2. pro confeſſione. & ſi duran-
te dicto incantu aliquid diminueretur propter aliquam datio-
nem, vel donationem, vel reſtitutionem, fieret debitum reſtau-
rum, &c. cōtingit, ꝙ Magnificus dominus nō vult pacta ſibi ob-
ſeruare, quoniā vult partē dictæ intratæ debere recipi per alios
officiales, quā per dictum theſaurariū, & ideo dictus theſaura-
rius recuſat exercere dictū officiū, & etiā ſoluere preciū dictæ
intratæ, eo ꝙ pro parte dicti M. dñi non adimpletur, quod pro-
miſſum eſt. Ex aduerſo pro parte dicti M. domini allegat̄, quod
1 dictus theſaurarius nō poteſt à contractu reſilire. † Reſpōdeo,
pacta ſunt clara, quia ſi aliquid diminuit̄, debet fieri reſtauratio
pro rata, vt ff. de cōtrah. emp. l. officio. ſed ſi in totum nō obſer-
uatur, cum talia pacta dederint cauſam contractui, ille, qui non
ſeruat pactū, non poteſt petere ſibi ſeruari per contractū, vt C.
de pac. inter emp. l. cū te. & ff. locati l. quæro. §. inter locatorē. ff.
de act. emp. l. Iul. §. offerri. & l. qui pendentē. ff. de excep. doli. l.
2 pater. §. ex quadrante. & C. de pactis. l. cum proponas. † idem ſi
pacta nō ſeruata aſcendunt vltra dimidiā iuſti precij, ſeu incan-
tus, vt ff. de cōtrah. emp. l. domū. C. de reſcin. ven. l. 2. ff. de verb.
ob. l. ſi quis cum aliter. quod notatur. C. locati. l. olei. facit, quod
no. Bart. de verb. obl. l. ſi quis arbitratu. verſic. formo tibi vnam
quæſtio. &c. & idem, quod no. Bar. ff. de dam. infect. l. ſi finita. §.
eleganter. in pen. quæſtione. Ego Bald.

CONSILIVM CCCLXXVI.

1 *Decretum iudicis non validat contractum, in quo fuit læſus pupillus, & an*
*decretum faciat præſumi omnia ſolenniter acta, diſcuſſa, & vera.*

In Chriſti nomine. Quæſtio ſuper qua cō-
ſilium petitur, ſubijci-
tur in terminis infraſcriptis. Tutor pupilli ob alienum æs ven-
didit domū ipſius pupilli pro precio flor. 22. cum decreto iudi-
cis. & in ipſo inſtrumento venditionis aſſeritur, quod nulla alia
bona mobilia, nec pecunia aderat in bonis ipſius minoris. & ſic
iudex interpoſuit decretum: non tamen apparet de alia excuſ-
ſione facta per ipſum iudicē, vel tutorem de bonis ipſius mino-
ris: pupillus autem finita dicta tutela videns ſe deceptum cœpit
vendicare dictā domum, dicens alienationē nullam eſſe: & in-
quantum aliqua petijt beneficium reſtit. in integ. & pro funda-
mento ſuo produxit inuentarium factum ante ipſam vend. per
dictum tutorē, in quo ipſe tutor eam poſuit eſſe multo maioris
valoris, & æſtimationis communi æſtimatione vltra quantita-
tem, pro qua fuit vendita dicta domus: nec aliter apparet, ꝙ alia
bona mobilia ſint data inſolutum pro dicto debito, niſi preciū
dictæ domus. Ex aduerſo allegatur, ꝙ decreti interpoſitio facit,
vt præſumantur omnia ſolenniter acta. Item quantūcunq; cō-
feſſio facta in inuentario probet contra tutorē, non tamē pro-
bat contra ementē: & ideo quia aliter non eſt probatū, ꝙ bona
mobilia adeſſent tpe dictæ venditionis, præſumit̄ omnia ſolen-
niter acta pp decreti interpoſitionē. ex his quærit̄, qđ iuris, &c.

1 In Chriſti nomine. † Quod præſumant̄ o-
mnia ſolēniter acta, di-
ſcuſſa, & vera, quæ narrantur in inſtrumēto, ex quo iudex inter-
poſuit decretū, tenet gl. in l. 1. C. de fid. inſtr. & iure haſtæ fiſca. l.
10. Idē tenet Spec. in Spec. de emp. & vend. §. nunc dicendū. ver.
& breuiter ſcias. & hoc videt̄ probari per tex. in l. 1. §. 1. ff. de re.
eorū. & tex. dicit, ꝙ qui allegat obreptionē, debet probare, er-
go ſi non probat, præſumitur pro inſtrumēto. pōt ad idē induci,
quod notatur in l. actor. ff. rē ra. hab. In contrarium videtur, ꝙ
ſolennitates, quæ conſiſtunt in actu ſeparato à principali, non
præſumūtur: quia ſunt ſolennitates extrinſecæ, vt no. ff. de ver.
obl. l.



obl. l. ſciendū. & ff. de publ. l. quæcunq;. §. fi. & per Innoc. de eo,
qui furtiue ordines ſuſcepit. c. innotuit. Præterea non creditur
iudici, niſi quatenus ex actis appareat, de off. deleg. c. cum in iu-
re. de probationib. c. quoniā contra falſam. Præterea in vendit.
rei minoris requirit̄ inquiſitio, & diſcuſſio, vt ff. de re. eo. l. ma-
gis puto. §. non paſſim. ergo ſi non eſt inquiſitum, non valet de-
cretum: quia non liquet iudici illud, quod liquere debet, vt ff.
de tranſact. l. cum hi. §. ſi prętor. hanc partem tenet Bart. expreſ-
ſe in d. l. ſciendū. quia iſta diſcuſſio non potuit fieri loco, & tem-
pore confecti inſtrumenti, id eſt tempore decreti: nec eſt cre-
dendū tutori, & maxime quia iudex debet ſe informare ex ra-
tionibus pupilli, & ex inuentario, vt d. l. magis puto. §. in primis.
& quia magis præſumit̄ pro inuentario, quā pro cōtraria exce-
ptione tutoris, vt l. fi. C. arbitriū tutelę. & ſic cōtra pręſumptio-
nem ſolennitatis eſt alia præſumptio, ſcilicet, ꝙ extarent mobi-
lia, non ſtatur præſumptioni. ff. de in integ. reſtit. l. diuus. Sol. li-
cet pupillus potuerit habere pecuniā, & mobilia, tamē tempo-
re interpoſitionis dicti decreti potuit dicta pecunia eſſe con-
ſumpta: & ſimiliter de rebus mobilibus. tñ quia præſumuntur
extare, ex quo cōtrariū nō probat̄, vt C. de probatio. l. ex perſo-
na. & ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi vero. §. qui ꝓ rei qualitate. dico, ꝙ di-
ctū decretū, & dicta venditio non tenuit: tñ quia dicta pecunia
fuit conuerſa in vtilitatē pupilli, cōpetit emptori retentio rei
emptæ, donec ſibi reddatur precium antedictū, vt not. C. com-
modati. l. ſub prætextu per Cy. & alios, & ff. de cōd. inde. l. ſi non
ſorte. §. ſi centū. & ff. de pig. act. l. elegāter. §. q reprobos. Eg. Bal.

CONSILIVM CCCLXXVII.

1 *Dominium & poſſeſſio, an per inueſtituram acquiratur eccleſiæ.*
2 *Hoſpitale ædificatum per quem præſumatur ædificatum.*
3 *AEdium nomine an contineatur fundus.*
4 *Poſſeſſio, & dominium qualiter probetur.*
5 *Confeſſioni ſerui quando ſtetur.*
6 *Ex confinibus rerum declaratur ipſa res.*
7 *In interuerſione requiritur animus.*
8 *Cenſum vel tributum debens, an ſit dominus vtiliter, & directo, & an ca-*
*dat à iure ſuo, ſi tributum non ſoluerit.*
9 *Appellari an poſſit à poſſeſſorio.*
10 *Executio facta appellatione pen. debet retractari.*
11 *Hoſpitali diruto, & funditus deſtructo an duret ius patronatus.*

In Chriſti nomine. Otto prætendens ſe in-
ueſtitum ab Abb. S. Pe-
tri cum anulo aureo de quatuor perticis terræ refutauit dictam
inueſtituram in manibus dicti Abb. & dictus Abbas acceptauit
cauſa faciendi ibi vnum hoſpitale in honorē Dei, quod deberet
ædificari per quendam fratrē Gandulfum, cui præfatus Abbas
donationem fecit de dictis quatuor perticis terræ, retinens di-
ctus Abbas in ſe nomine dicti monaſterij ius patronatus, & in-
ſtituendi magiſtros in dicto hoſpitali ſub cenſu annuo, vnius li-
1 bræ candelarum, & iſti contractus fuerūt celebrati 1262. † Hic
primum quæritur, quia non apparet de aliqua tradi. poſſeſſio-
nis, an dicto monaſterio S. Petri ſit aliquod ius acquiſitum: &
videtur, quod non, quia dominium, & poſſeſſio nō probantur
per inſtrumentum inter alios factum: licet contractus, & obli-
gatio probent inter contrahentes, vt ff. de acq. poſ. l. prædia. &
extra de fid inſtr. c. inter dilectos. §. fin. & hoc verum, ſi ſub iura-
mento calumniæ negetur dominium, & poſſeſſio, vt no. in Spe.
de loc. §. nunc aliqua. verſ. 52. quæritur. idem ſi ſub iuramēto ca-
lumniæ dicit quis ſe ignorare: quia factū eſt antiquum: quia ex
titulo ſolo non probatur dominium. ſi autem conſtaret de do-
minio, ſatis eſſet in eccleſia, vt C. de ſacroſ. eccl. l. fi. imo dicunt
quidam, quod etiam poſſeſſio præſumeretur, vt in cap. 2. extra
de conſue. ſed ibi interuenit traditio facta ex conſuetudine lo-
ci. Quidā etiam dicunt, ꝙ per renunciationem non transfertur
dominium, arg. C. de tranſact. l. ſi pro fundo. Bart. tangit iſtum
paſſum. ff. de acq. poſ. l. quæ nobis. tamen hæc opin. reprobatur
per gl. C. de proba. l. cum res, ſcilicet quando de dominio agitur
directe, ſeu principaliter: nam ſicut alia eſt eſſentia dominij, alia
poſſeſſionis: ita alius eſt modus probandi poſſeſſionem, vt ff. de
acq. poſ. l. naturaliter. §. nihil commune. ſuper iſto igitur primo
puncto concludo, quod ex narratis nulla ſurgit probatio pro
eccleſia S. Petri, niſi quod adiuuaretur per alia inſtrumēta: quia
ſæpe per adiunctum probatur, quod per ſe ſolum nō probatur,
vt ff. de rei vendi. l. quædam mulier. & C. de acq. poſ. l. minus in-
ſtructus. nam antecedens trahit ad ſe conſequens, & econuer-
ſo. Item à primordio tituli poſterior formatur euentus, vt l. 1. C.
de impo. luc. deſcriptione. & hoc quantum ad primum punctū.

Adidem. CONSILIVM CCCLXXVIII.

In Chriſti nomine. Sequitur aliud inſtru-
mentum factum anno
1319. die 27. Septembris, in quo continetur, qualiter Abbas di-
ctæ eccleſiæ aſſerēs hoſpitale S. Antonij ædificatum ſuper ter-
ritorio antedicto, pleno iure ſpectare, & pertinere monaſterio
antedicto tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, elegit in
miniſtrū dicti hoſpitalis quendam Fatiolum cum onere, dandi
cenſus, præſupponit̄ tñ, ꝙ non apparet, ꝙ ipſe Fatiolus rexerit
dictum hoſpitale, nec ſoluerit dictum cenſum. Item ꝙ nō appa-
ret, quis dictū hoſpitale ædificauerit, nec ꝙ fuerit ædificatū ſu-
per dicto territorio, niſi quatenus reſultaret ex verbis dicti in-
ſtrumēti. Reſpondeo, vt ſupra, quia res inter alios acta alijs non
facit præiudiciū, niſi dictam eccleſiā ſe poſſediſſe probet, vt in
regula iuris. quid autem ſit probandum, ponit Spec. in tit. de lo-
cato. §. nunc aliqua. verſ. 56. & verſ. 58. quæritur, & patet. ff. de
2 publ. l. ſi eum qui. §. ſi duobus. & §. fi. † ſed hic reſtat videre, ſi ap-
paret hoſpitale ædificatum, per quem præſumatur ædificatum.
& videtur dicendum, ꝙ præſumatur ædificatum per eum, qui
tenebatur ædificare, ar. C. de ali. pupil. præſtan. l. fi. nam ipſa na-
tura probat hoſpitale cōſtructum: & ratio dictat, ꝙ pręſumatur
factum ab eo, qui facere debebat, vt probat Bart. ff. de verb. obl.
l. cum ſeruus. & iſta ratio multum facit pro Abb. eſt enim conti-
nuatiua ſuperioribus inſtrumētis, & plurimum adiacens verita-
ti, tñ nō extendit ſe vltra corpus hoſpitalis: & cum alio territo-
3 rio nihil habet cōmune, † quia nomine ædium non contine-
tur fundus. vt ff. de act. emp. l. fundi nihil. & l. granaria. ff. de vſu-
cap. l. eum, qui ædes. licet aliquando contineantur horti coniū-
cti ipſis ædibus, vt ff. de ſerui. vrba. prædio. l. olympico. & ff. de
leg. 1. l. prædijs. §. pen. & fi. & hæc acceſſio eſt extrinſeca, non in-
trinſeca, quia non continetur in propria diffinitione ſubſtan-
tiali, ſed habet proprium corpus, & propriam ſubſtantiā. huic
adiungo, quod dictum hoſpitale eſt funditus deſtructum, de
quo infra dicam. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXXIX.

In Chriſti nomine. Sequitur, ꝙ an. domini
1328. de menſe Nouem.
idem Abb. inſtituit in perpetuum fratrē Guidonem, & cæteros
ſocios ordinis S. Antonij nomine, & vice domus, & ordinis S.
Antonij Vienenſis de quadraginta perticis terræ, ſuper quibus
erat vna eccleſia conſtructa ſub vocabulo S. Antonij cum certis
domibus ibidem adiacentibus, ſub cenſu flore. nouem, pacto
appoſito, quod ijdem inueſtiti facerēt dictam inueſtiturā con-
firmari tam per Papam, quam per generalem Abbatem S. An-
tonij Vienenſis, de qua tamen confirmatione non apparet, be-
ne apparet confeſſio, quod dictus Abbas fuit confeſſus ſe rece-
piſſe à fratre Guidone nomine dominorū S. Antonij pro cenſu
flor. nouem. Item apparet quoddā aliud inſtrumentum alterius
ſolutionis nouem florenorum. Modò quæritur, vtrum ex iſtis
4 probetur ius dicti Abb. † & videtur, quod ſic, quia quoties ex
5 facto ſerui acquiritur domino, † ſtatur cōfeſſioni ſerui, vt ff. de
manu. l. Caius. ff. depoſ. l. qđ ſeruus. ff. de re. iu. l. ex qua pſona. igi
tur Abb. S. Ant. Vienenſis, & etiā fratres debēt ſtare inſtrumētis
celebratis inter fratrem Guidonē, & dictum Abb. S. Petri. Prę-
terea ex longa poſſeſſione præſumitur dicta confirmatio, ar. ff.
de acq. hær. l. q in aliena. C. de peti. hær. l. ſi filius. & ex ſolutione
cenſus præſumitur cauſa, vt ff. de vſur. l. cum de in rem verſo. &
ex præcedente titulo datur intelligi ſubſecuta poſſeſſio, vt ff. de
rei vend. l. quædam mulier. C. de acq. poſ. l. 2. ff. ſi ſerui. vendice-
6 tur. l. ſi à te. † & ex confinibus rerum poſitis in inſtrumētis ipſæ
res declarantur. ff. de cenſi. l. forma. ff. de rei ven. l. ſi in rem agat
aliquis. Item duo adiacentia per inſpectionē oculorum poſſunt
comprehendi. ſunt enim ſuburbanæ deſeruientes vrbanis, ſine
quibus principales vrbanæ non bene ſe habent. & intra corpus
earum, vel iuxta corpus ipſarum ſituatæ, vel eis deputatæ: ſicut
in ſimili dicimus de ſuburbijs ciuitatis, vt plenè not. in c. ſi ciui-
tas. de ſententia exc. lib. 6. & l. 2. ff. de verb. ſign. Item quod ocu-
lus vidit, nemo faciliter negat. & extrinſecus quę patent expreſ-
sè, nō eſt probare neceſſe. ff. fi. regun. l. ſi irruptione. §. ad officiū.
& C. fi. reg. l. ſi quis ſuper. Item hic fuerūt expreſſæ certę domus

tanquam adiacentes, & ideo adiacētia nō debent aliter probari, quia rei demonſtratæ fruſtra adijcitur demonſtratio. ff. de le. 3.l.Patro.§.1.ff.de do.præleg.l.1.in fi.ff.ſi cert.pet. l.certū. In cōtrariū vr̃, quia ex omnibus iſtis nō probat̃ poſſeſſio, nec inueſtitura corporalis, vt in c.1.de conſue.recti.feudi. & ff. quib.mod. vſufr.amit.l.Pomponius. C.de do.l.cenſua. ff. de acq. rerū do.l. quæ quiſq; de fid.inſtr.c.inter dilectos.in fi. Itē non apparet de mandato, vel ratihabitione. ff. depoſiti.l. ſi quis inficiatus. ff.de neg.geſt.l.ſi ego.& ꝙ fit ſine mādato, nō præiudicat dño, niſi ratihabitio cōprobet̃, quia ratihabitio facit negociū noſtrū, ꝙ eſt noſtra cōtēplatione geſtū, vt ff. de neg.geſt.l.ſi pupilli. §. idē ait. nec dr̃ interuertere poſſeſſionē, qui hoc negat: ex quo nunquā
7 hoc nomine poſſediſſe probat̃. † requirit̃ enim ad interuerſionē factū & animus ſpoliandi, vt C.de acq.poſ.l.fi. ff. de vi, & vi. arma.l.colonus ff.de reſtit.ſpol.cap.olim cauſam. Videamus, & prǽſupponamus non ſolū vera, ſed ēt probata omnia, quę dictis inſtrumētis continent̃. Quæro, ꝙ ius reſultat vtriq; parti ex inueſtituris, & confeſſionibus ſupradictis: & an ordini, & dñis S. Antonij ſit acquiſitū directū dñium, conditionatū tamen, id eſt cenſuale, an vtile, ſeu emphyteuticū: nam in dictis inſtrumentis non fit mentio de reſeruatione dñij facta per Abb. S.Pet. ergo dictæ 40. perticæ terræ pertinēt ad dñium directū, & totale S. Ant.Vienenſis, quia cōtractus cenſualis ꝑpetuus eſt iuſta cauſa trāsferēdi dñij directi, & totalis, licet cū onere tributi, ſeu cenſus, vt C.de ſacroſ eccl.l.placet.nā iſta ſtāt ſimul, ꝙ qs ſoluat tributū, & tñ habet directū dñium, vt C.de vſuc. transfor.l.1.ſicut quis habet dñium, & tñ præſtat alij ſeruitutē: nā præſtatio cenſus eſt quædā ſeruitus, ar.extra de elect.c.querelā.dicunt doc.in d.c.olim cauſam.ſuper verbo, tres ſolidos cenſuales, nota, ꝙ per retentionē penſionis nō retinet dñium: alias ſuperfluū eſſet, ꝙ ſequit̃: dñium nihilominus, &c. de hoc s̃. in tit.1.c.fi.de re iud.c. cum Bertoldus.de religioſis domib.ca.conſtitutus. de appel. c.
8 bonæ.el 1.dicit Bart.in l.1 §.hic titulus.ff.de publ. † ꝙ ſi cenſus, vel tributū debetur alij quam fiſco, puta priuato ciuitati, vel eccleſiæ, tunc ille, qui debet ſcilicet cenſum, eſt dñs vtiliter, & directò: & ſi nō ſoluit cenſum, nō cadit à iure ſuo, allegat dictū c. conſtitutus. & dicit, ꝙ hoc eſt notabile, & ꝙ nō præſumitur cōtractus emphyteuticus, niſi ille, qui cōceſſerit, reſeruauerit ſibi ius in re. ex his cōcludit̃ manifeſtè, ꝙ eccleſia S. Petri nullū habet dñium, neq; poſſeſſionē legitimam in dictis terris, & domibus poſito ſine prǽiudicio veritatis, ꝙ cenſus deberetur, vt ff.de iud.l.fideiu.§.tractatū, verſ.qui tamē. Amplius ſciendū eſt, ꝙ ea, quæ relinquunt̃ contemplatione beati Ant.cū relinquens non eſſet aliàs relicturus, acquiruntur ipſi beato Ant.nec eſt neceſſe, ꝙ appareat, ꝙ ille, cui eſt hac contēplatione relictū, ſit frater dicti ordinis, vt ff.de vul.ſubſt.l.ſi plures.§.in arrogato. ff. de annu.leg.l.annua.§.1.& etiā eccleſiæ poteſt acquiri per quemcūq; catholicū, tanquam per ſubiectū ipſi catholicę, & vniuerſali eccleſiæ, in cuius poteſtate ſpirituali ſumus omnes: quia domini eſt terra, &c. hoc probatur 1.q.7.c. quoties cordis oculus. Demū ſequitur, ꝙ aliud inſtrumentū, in quo continetur, ꝙ præfatus frater Guido aſſerens infraſcriptā domū perueniſſe in dictū hoſpitale titulo legati. de quo tamē non apparet, inueſtiuit ad fictum perpetuū de prædicta domo, de qua ad præſens eſt quæſtio, quendam Iac.Pormarium in 1337. Item aliud inſtrumentū confectum in 1339. in quo continetur, ꝙ dictus Iac. vendidit dictam domum dño Carbono cum onere ſoluendi fictū: & ꝙ dictus dominus Carbonus fuit inueſtitus nomine dicti hoſpitalis per præfatū dñm Guido. anno 1340. die, &c. & ꝙ poſt dictā inueſtituram præfatus Carbonus ſoluit dictum fictum dicto fratri Guidoni. Modò quæritur, quid iuris reſultet ex dictis inſtrumentis, præſuppoſita poſſeſſione dicti Carboni: & non eſt dubium, ꝙ reſultat publiciana: quia Carbonus poſſedit titulo, & bona fide, vt legitur, & no.ff.de vſucap.l.cenſus.& ſi fuiſſent decurſi 40. anni, eſſet quæſitum dominium, vt C. de ſacroſ. eccl. auth. quas actiones. deinde ſubiungitur quædā inueſtitura verbalis verſus fratrem Benedictum ordinis S. Antonij. ſed dico, quod ex dicta inueſtitura dicto Abb.S.Petri, ſeu monaſterio ſuo non eſt ius acquiſitum, quia non poteſt religioſus, cum ſit ſeruus monaſterij ſui, ſuo monaſterio præiudicare, vt C.de pac. l.ſeruus.& præcipuè, quia poſtremus hęres dicti Carboni inueſtiuit Franciſcum de Florentia de dicta domo, quod potuit, etiamſi non habuiſſet, niſi vtile dominium ex contractu cenſuali. ff.de contrah.empt.l.qui tabernas.ff.de leg.1.ſi domus.§.ſi. Examinatis igitur contractibus veniamus ad materiam iudicij. & loquendo realiter, veritas non conſtat mihi, quod dictus Abb. habeat ius, ſed dictus Franciſc. & niſi aliud viderem in facto, in iure videtur mihi certiſſimum, ſecundùm ea, quæ proponunt̃. & non reſtat, niſi videre de appellatione, vtrum à ſententia lata pro dicto Abbate in poſſeſſorio recuperandæ poſſit appellari: & an executio eius debeat retractari: inſuper ex abundanti an
9 deſtructo hoſpitali duret ius patronatus. † Circa primum, an poſſit appellari, videtur dicendum, quod non de iure ciuili, ſi ſit merum poſſeſſorium, vt C.de ſen.& interloc.om.iud.l.poſt ſen. C.ſi de momen.poſſ.l.vnica.ſed de iure canonico poteſt appellari: præſertim ſi cauſa rationabilis exprimatur in appellatione, vt extra de reſtit.ſpol.c. cum ad ſedem. & c.ex conqueſtione.& de teſtibus.ca.ſignificauerunt. de reſtit. autem in integ. non eſt dubium, quod minor, & eccleſia poſſunt petere, ſi ſunt enormiter læſi. plene diſputatur, & notatur in d.l.vnica.C.ſi de momen.poſſ.& ſatis probatur. C.de iudicijs.l properandū. in fine. coniuncto eiuſdē legis prin.& ſuccurrat̃ minori, & eccleſiæ de iure ſpeciali, quare non eodē modo ſuccurritur de iure cōmuni, implorando auxilium ſuperioris. Itē ſi eſſet poſſeſſorium recuperandæ, & ſententia per iudicē traheretur ad conſtitutionē legis ſi quis in tantam. fortius, & iuſtius eſſet dicendum, ꝙ poſſet appellari, ne proprietati fieret præiudiciū, arg.ff. de appel.l. creditor.§.iuſſus. hoc notatur in Spec. de appel.§.in quib. verſi. 6.& verſ.ſed nunquid. licet Archi. ſuper hoc multa ſcripſerit.2.
10 q.6.§.ſunt ēt quorū.verſu, ſi de poſſeſſione. † Tñ iſta eſt veritas, & ideo executio facta appellatione pendente debet per viam attentatorum reuocari, vt in c.non ſolum. de appel. lib. 6. dicit Innoc.ꝙ ſi totum caſſatur, ergo & executio, de off. deleg. c.pa-
11 ſtoralis. Venio † ad vltimum punctū de hoſpitali diruto, & funditus deſtructo: & dico, ꝙ per ipſum nō pōt pñtari rector, quia eſt aridū, & ſiccū, vt ff. de ſeruit.ruſt.prædio.l.& Attilicinus. niſi ad gubernacula bonorū ipſius, & ad ſpem reficiēdi, ar.ff. de leg. 1.l.domos.& l. ſi domus. & ff. de pig.l.Paul.§.domo. nā emphyteuſis durat in ipſis bonis, quæ caſmate non perierunt, vt C. de iure emp.l.1.& ar.ff.de condi.inde.l.qui exceptionem. §. ſi pars. reliqui enim retinent nomen hoſpitalis, & quod ſupereſt de alimentis hoſpitalarij, miniſtrabitur pauperibus, vel conuertetur in reædificationē hoſpitalis, ſi ſit poſſibile reparari. tex. alibi dicit, quod conducetur domus, in qua interim ſeruetur hoſpitalitas, in Auth.de eccl.tit.§.ſi quis ædificationem. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCLXXX.

1 *Reductioni ad arbitrium boni viri, an poſſit per pactum renunciari.*

1 In Chriſti nomine. Præmitto, qđ iſta fuit quæſtio antiqua: an † ꝑ pactū quis poſſit renūciari reductiōi ad arbitrium boni viri, & Iac.de Are.tenet, ꝙ ſic eo modo, videlicet ꝙ fiat pactum liberatorium de non petendo, & de non exercendo ius tale reductionis in caſu, quo contingit talem reductionem competere, vt in ſimili.ff.de liberatio.leg.l.non ſolum.§. ſi. & l. ſi rationes, & ff. de pac.l.ſi vnus.§. illud. & in iſta forma dicit Cy Dyn.vero ſimpliciter tenuit tali reductioni renunciari non poſſe, in ca.ſcienti.de reg.iur.lib. 6.& ff.de verb.obl.in l.quidā cum filiū. dicit enim, ꝙ ſemper videtur tacita conditio, ſi æquè fuerit arbitratus. Iac. But. tenuit, ꝙ valeat talis renunciatio, niſi dolus ex animo arbitratoris procedat: ſed vbi læſio non interuenit re ipſa, dicit pactum ſeruandum, & valere. Nec obſtat ratio. Dyn. ſecundum eum: quia verum eſt, ꝙ tacita conditio ſubintelligitur, niſi aliud exprimatur: nam ex conuentione alteratur tacita compromiſſi natura, vt videmus in ſimili in ſtipulatione prætoria. ff. de verb. obl.l.in conuentionalibus. Bart.tenet ſimpliciter cum Dy. quia ſi pactum valeret, arbiter, vel arbitrator induceretur ad delinquendū. ſed iſta ratio non multū valet, quia iā faceret, ꝙ ſi appa ret de dolo arbitratoris, ꝙ pactū nihil operaretur, vt C. de arbi. l.3. quicquid ſit, cōmunis opinio eſt, ꝙ quæcunq; verborū cautela ſit appoſita, ꝓpter enormem læſionē poteſt peti reductio: quia de veriſimili hoc nō ſenſerunt cōpromittētes, ꝙ eos arbiter, vel arbitrator enormiter læderet, arg.ff. mādati. l.creditor. §.Luc.& ff.de tranſac.l.cum Aquilia. Nec obſt. dicta lex non ſolū.§.ſi.& l. ſi quis rationes. quia loquuntur in actu liberatorio: ſed nos in compromiſſo, in quo partiū intentio non eſt donare: nec enim venirēt ad arbitrū, vel arbitratorē, ſi talis eorū fuiſſet intentio. imo intendentes ſuum ius proſequi ad eum accedunt: & ideo nō debent ab eo decipi, de quo cōfidunt, arg.ff. de trāſa. l.qui cū tutoribus.§.qui per fallaciā. & ff. de pact. l. tres fratres. ſimile videmus in libero arbitrio dato à l. quia in præiudiciū alterius non eſt trahendum, vt ff. de teſt.mili. l.1.& l.in fraudem. & facit quod no. in cle.ſæpe. de verbo.ſign. Secundo præmitto, ꝙ vbi arbitrator enormiter lędit partem, prǽſumitur ex animo, & dolo feciſſe, vt no.ff.de præto.ſtip.l.fi.& per Bart.ff.pro ſoc.l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum. ex ſupradictis ſequitur, quamcunque opinionem teneamus, cum hic partes enormiter fuerint læſæ, ad arbitrium reducendum. Ego Bald.



## CONSILIVM CCCLXXXI.

1 *Licentia data arbitro debet intelligi plena, ſed cum fide.*

1 In Chriſti nomine. Conceſſio † arbitrij licet plenarie debet intelligi hoc modo, ſ. plene quidem, ſed ex fide. ff. mandati. l. creditor. §.Lucius. & ideo quod perfide & enormiter geſtum eſt, debet arbitrio iudicis corrigi, ſi manifeſtè iniquitas apparet, vt ff.pro ſocio.l.vnde ſi Neruæ. ff. de ope. lib.l.ſi libertus. ita de iureiur. c.quintauallis. & in c.ſcienti. de reg.iur. per Dy. C. de arbit.l.pe. per Cy. & ideo ſi arbitrator enormiter modū exceſſit, vel totaliter, vel vt multum; vel totum caſſabitur, vel factum vltra modum reducetur ad modum, ſiue interuenerit dolus, ſiue lata culpa: quæ dolo comparatur: puta ſi interuenerit error ſupinus. ff. ſi menſor falſum modiū dixerit.l.1.§.1. Dicet aliquis, laudum eſt ſpecies tranſactionis, vt not.in Auth. vt differentes iudices.§.1. ergo ſtandum eſt, licet interuenerit magna læſio, ff. ad Trebel.l.Lucius.§.fin. Solutio, ibi loquitur in vera tranſactione, quam partes faciunt per ſe. Sed ſi arbitratori data eſt poteſtas tranſigendi, & perperam tranſigit, bene poteſt peti reformari, quod contra ius litigatorum, & cōtra ſpem eorum factum eſt, vt notatur ff. de verbo.ſign.l.illa verba. & C. de contrahen.empt.l.fin. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCLXXXII.

1 *Condemnati ad mortem efficiuntur ſerui pœnæ, ſed an poſſint facere teſtamentum.*
2 *Executio corporalis facta contra ius conſtitutionis non inducit ſeruitutem pœnæ, nec inhabilitatem teſtandi.*
3 *Sententia lata ad mortem an trahat ſecum executionem.*
4 *Feudatarius occidens alterum confeudatarium an tam ipſe quam eius filij priuentur feudo ipſo iure, vel per ſententiam.*
5 *Feudatarius, qui expulerat feudatarium, an cadat à iure ſuo.*
6 *Impetratio facta ab illo, qui per vim expulit conſortem de caſtro communi an valeat.*
7 *Adiens hæreditatem an debeat eſſe certus de morte: & quæ certitudo requiratur.*

1 In Chriſti nomine. †Dicit lex, ꝙ condemnati ad mortē efficiuntur ſerui pœnæ, nec poſſunt facere teſtamentū, ff. de teſta. l.eius qui.§.hi vero.& eſt duplex ratio, ſ. quia carent bonis, & ſtatu libertatis: non ergo teſtantur, vtpote, nec dñi rerū. nō enim valet teſtamentū eius, qui nulla bona in ciuitate reliquit, vt ff. de vul. ſub.l.lex Cornelia. nam cum capite fortunas omnes amittit, vt ff. de bon.poſ.ſecundū tabulas.l.qui ex liberis.§.teſtamēto. ꝑdicta probātur, ff. de iniu.teſt. l.ſi quis filio exhæredato. §. ſed & ſi quis. Ioan.And.tenet, ꝙ etiā ad pias cauſas, vel ſuper reſtitutione vſurarum non poſſit teſtari, vt valeat iure teſtamenti vel codicillorū, vt ipſe plene no.in c.quanquam.de vſuris. lib. 6. in nouel.& diſputando ita fuit determinatum. Sed eſt aduertendum, ꝙ illa ratio, quæ redditur in textu in d.§.& ſi quis. ibi, dum dicit, nam pœnæ ſeruus efficitur. eſt correcta ſecundū gl. ibi poſitam, nam licet ſint obnoxij pœnæ, non tamen ſunt ſerui pœnæ: quia hodie nemo bene natus. i. ingenuus ex ſupplicio efficitur ſeruilis conditionis, vt in Auth. de nup.§. quod autē. licet cōtrarium notetur, ff. de pœnis.l.qui vltimo. ſi ergo tenemus gl. quæ eſt in dicto §.ſed & ſi quis. correcta ratione illorum tex. ceſſat lex prohibens, vt l.adigere.§.quamuis. de iure pa. & ff. de adulr. l.quod ait lex. ſed certe licet corrigeretur vna ratio, remanet alia, ſcilicet, quia nulla bona in ciuitate reliquit: cū eo naturaliter mortuo ſuccedat diſpoſitio authenticæ bona damnatorum. ſed hic eſt conſiderandum, ꝙ decedens pendente tēpore appellādi nō dicitur decedere ſine bonis: quinimmo morte eius appellatione pendente extinguitur iudicatū, ac ſi eſſet appellatum, vt ſingulariter no. ff. de accuſa. l.ex iudiciorum. quia beneficium appellationis appellatione pendente idem operatur, qđ appellatio ſolenniter interpoſita, vt not. in l.1. ff. nil nouari appel. penden. ſed certum eſt, ꝙ appellatione interpoſita, ſiue fuerit recepta, ſiue non, morte confirmatur, vt d.l.ſi quis filio. §. hi autē omnes. ergo & teſtamētū huius, de quo quæritur, qui fuit immediate poſt ſententiā decapitatus, fuit morte confirmatū, arg. ff. de don.inter virum & vxor. l.ſed interim. & ſola confeſſio non tollit ius appellādi, quia poſſet reuocari vel excuſari in cauſā appella. vt no.ff. de appel.l.creditor.§.iuſſus. verbi gratia, ſi pro recuperatione ſuæ poſſeſſionis, cum ei alia ciuilis efficacia deficeret, vſus eſt victricibus armis in rixa, vt no. C. de Iudæis. l.nullus facit. ff. ad l. Aquil.l.ex plagis.§.tabernarius. & C. ad l.Iuliam de vi.l.quoniā multa facinora. & C. vnde vi. l.1. nam ferro ſananda ſunt vulnera, cum fomentarū non ſuſcipiunt diſciplinā, ſi autē eſſet caſus, in quo de iure non poſſet appellari, ita ꝙ appellatio eſſet irrita ipſo iure, tunc cōmunis opin. eſt, ꝙ teſtamentū nō valeat, ad prędicta facit, ff. de appel.l.non tantū. C. quorum appel. non reci.l.2. C. de appel. l.addictos. cum ſi. Porrò qui ſe illicitè defendit, poteſt oſtendi cum moderamine tamen, ſi poteſt moderamen adhibere, vt C. de his qui ad eccl. confu.l.ſi ſeruus. ſciendum eſt etiā, ꝙ ſi ſentētia eſſet ipſo iure nulla, non eſt dubiū, quin valeat teſtm̃, vt d.l.ſi quis filio. §. ꝙ ſi quis. & l.2. ff. de pœ-
2 nis. †Et per prædicta apparet, ꝙ executio corporalis facta cōtra ius conſtitutionis non inducit ſeruitutē pœnæ, nec inhabilitatem teſtādi. ff. de teſta.l.qui à latronibus. & facit qđ no. in l. pen. ff. de condi.ob cauſam. ſi bona nō fuerunt expreſſe adempta. & in c.1.§.fi. de milite vaſallo, qui contumax eſt. & extra de accuſa. c.cum dilecti. & not. quòd Bar. ſecundū Iac.de Are. in d. l. ex iudiciorū. dicit, ꝙ ſi dānatus nō appellat, imputet ſibi. ſed nō dicit verū; quia beneficium dilationis 10. dierum nemini eſt auferendum: & iſte vſq; ad vltimū vitæ ſpiritū incluſiuè habet tēpora appellandi, cui nō poteſt in cauſa capitali renuntiari, vt not. ff. de pactis.l.pactū. licet aſſeſſores de conſuetudine nō obſeruēt hāc
3 dilationē 10. dierum ad appellandū. c.indultum. de reg.iur. Sed contra prędicta videtur; † quia ſentētia lata ad mortē ſtatim trahit ſecum executionē habitu, licet nō actu. idē intellectualiter, licet non materialiter, quia nondū mortuus, qui viuit, vt no.l.q duos. ff. de manu.teſt. Nam adhuc indiget cibo & refectione, ff. de capi.dimi.l.lectum. ff. de re iud. l. ſi victū. tñ ſtatim ſententia adimit ſtatū, qui in iure conſiſtit. i. libertatē, vt not. ff. de pœ. l.q vlt. & ibi plene hoc dicitur per Bar. qui etiā dicit, ꝙ de conſuetudine nullū expectatur ſpacium appellandi, qđ fortificatur ratione, quia talis ſentētia nō fertur, niſi in confitentē: & cōfeſſio facit notoriū. & cōtra notoriū nō admittuntur libelli querimoniales, vt no. in c.Romana. de appel. lib. 6. ſed illud intelligitur, vt ibi no. Spe. dicit, quòd infra tēpus appellandi non poteſt fieri executio corporalis, & quod antequā poſſit fieri executio corporalis, ſtatim ſequitur, quòd hodie non fiet ſeruus pœnæ: & ſi moritur interim, valeat teſtamentū, ac ſi eſſet mortuus appellatione interpoſita: qa ſi non perdit interim bona, ergo nō perdit ſtatū. i. libertatē, quia qui perdit libertatē, nulla bona in ciuitate relinquit: vt ff. de vul.ſub.l.lex Corn. Breuiter ſi volumus credere gloſſatori, Spec. teſtm̃ valet, & celeritas mortis non pertinet ad ius teſtādi, dicit Bar. ꝙ dilationi inductæ à lege nō poteſt renūtiari in cauſis capitalib. vt ipſe no. ff. de pub.iud.l.cuſtodias. in fi. q.d. ſecus ſi eſſent cōceſſæ ab homine. i. miniſterio iudicis. Sed nunqđ poſſit renuntiari inſtřis: & videtur, ꝙ nō, niſi ſint ſuſpecta, vel negentur vera, vt C. de fi. inſt. l. ſi aduerſarius. l. fi. ex prædictis apparet, ꝙ celeritas executionis non tollit beneficiū dilationis de iure, licet tollat de facto. Quò ad ſecundū punctū
4 ꝓponitur, † ꝙ vnus ex feudatarijs interfecit alterū, qui erat germanus ſiue patruelis ipſius. Quærit̃ vtrū interficiens, & filij ſui per hoc ceciderint à iure feudi? Et dicendū eſt, ꝙ per ſententiā ille, q fratrē ſuū occiderit, feudi amiſſione priuatur, & ad dñm reuertitur, vt in c.1.§.ſimiliter. quib.mo. feud.amit. non tñ ipſo iure, ſed ꝑ ſententiā cōiuncta culpa, vt in c. ſanci. quo tempore miles. eadem collatione. & in c.1.§.deniq;. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. & in ca. ſi vaſallus culpam. ſi de feudo controuer. fue. & in c.1. an ille, qui interfecerit fratrē domini ſui. & in c.imperialem.§.callidis ſuper verbo, amittat. de prohib. feu.
5 alie. per Feder. † Sequitur videre, vtrū Cabriotus, qui expulerat Nicolaū, ceciderat à iure. Reſpōdeo, vt dixi, ſentētia requiritur,
6 vt no. C. vnde vi.l.ſi quis in tantā. † Item quæritur, nunquid te-

neat impetratio facta ab illo, qui per vim expulit conſortem de
caſtro cõmuni.& gl.ordi.determinat, ꝙ non,& ponit exemplũ
in comite Bartoloto.C.de fundis& ſaltib.rei dominicæ.l.ſi qua
7 loca.li.11.&eſt expreſſum.C.vnde vi.l.auctoritate.†Sequitur a-
liud punctũ, quia neſcitur, ſi filius viuit, nec ne. Rñdeo, qui adit
hæreditatem, debet eſſe certus de morte, vt C.de captiuis.l.nec
nos.tamẽ non ſemper requiritur certitudo per viſum; quia per
locũ à cõmuniter accidentib.ꝓbatur mors, vt not. C.ſo.ma.l.ſi
quidẽ.& l.q ex liberis.in prin.de bo.poſ.ſecundũ tab. Ego Bal.

CONSILIVM CCCLXXXIII.

1 *Signum crucis an ſit de ſubſtantia inuentarij.*
2 *Solennitatis leuis non eſt, ſi lex vltra procedit annullando.*
3 *Proœmia non ſunt de ſubſtantia.*
4 *Inuentarium ab inueniendo dicitur.*
5 *Citatio abſentium an in confectione inuentarij requiratur.*
6 *Signum crucis in quacunq; parte inſtrumenti appoſitum an ſufficiat.*
7 *Inuentarium ſi non ſit inchoatum infra menſem, ſed ſolenniter conſumatũ*
*infra alios duos menſes, an ſit ſatis factum iuri.*
8 *Bona fides excuſando multa ſupplet.*
9 *In confectione inuentarij requiritur iudicis præſentia, et non eius decretũ.*

1 In Chriſti nomine. †Quæritur, an ſignum
crucis ſit principiũ in-
uentarij, an verò ſit quoddã præludium eius, ſiue quædam præ-
fatio, vel exordium:& an ſit de ſubſtantia formæ inuentarij, ita
ꝙ ſi hæc ſolennitas non ſeruatur, inuentarium ſit ipſo iure nul-
lum:& hæres perinde teneatur inſolidum, ac ſi perinde inuen-
tarium non feciſſet.& ſuper hoc duæ ſunt opiniones: vna con-
tinet rigorem, quia tendit in pœnam: & iſta rigida, quæ opinio
tenet, ꝙ inuentarium non valet, quia iſta ſolennitas nõ eſt mo-
dica, quia eſt introducta in honorem Dei, vt ff.de aur.&ar.leg.l.
Titia.§.fi.Item ſignum crucis facit Deum eſſe teſtem, vt in Aut.
quib.mo.na.effi.leg.§.quantum. Item qui facit ſignum crucis,
aſpiciendo hoc terribile ſignum in mentem habet, ne commit-
tat dolum vel fraudem: ſicut interdum Euangelium ante ocu-
los poſitum facit, quòd videtur iuratum ſacroſanctis tactis ſcri-
2 pturis.† Item quia lex vltra procedit annullando: dicit enim, ſi
præfatam obſeruationem ſolidauerint, id eſt, inſolidum omnia
capitula obſeruauerint, tunc habeant beneficium inuentarij,
& non aliter. C.de iure deliberan.l.fin.§.& ſi præfatam. illud au
tem non eſt de leui ſolennitate, qua non interueniente, lex vl-
tra procedit annullando, vt ff. de tranſactio.l. cum hi.§. ſi præ-
tor.Item Spec.qui habuit experientiam totius practicæ vtriuſ-
que iuris, & qui bene nouit ſcripta antiquorum, ponit ſignum
crucis in inſtrumento inuentarij.in Spe.de inſtr.edi.§.dicto, ad
finem.In contrariũ videtur, nam iſtud ſignum crucis ideo præ-
mittitur, ne illotis manibus ad inuentarium procedatur, ff.de
3 orig.iur.l.1.non quòd ipſum ſignum crucis ſit de inuẽtario:† &
prælũdia omiſſa non vitiant, quia proœmia non ſunt de ſubſtan
tia, vt not.in Auth.in medio litis non fieri ſacras iuſſ.§.fi.& per
4 Bat.ff.de teſt.l.ſi quæramus.† Præterea inuentarium dicitur ab
inueniendo, vt C.de bonis vacan.l.fi. C.arbitrium tutelæ. l.vlt.
C.de bonis proſcriptorum.l.ſi quis intra. C. de epiſc. & cler.l.
nulli.ſed per ſignum crucis nihil inuenitur, ergo nõ eſt de cor-
pore inuentarij, arg. C.de ferijs.l. à nullo.& C.de codicillis.l.ſi
idem. Præterea in inuentario tutoris, curatoris, orphanotro-
phi,& ſimilium, ſignum crucis non eſt de ſubſtantia:& tamen ſi
non faciunt inuentarium, præſumuntur ſubtraxiſſe, & animo
celandæ veritatis in inuentario omiſiſſe, ff. de adminiſtratione
tuto.l.tutor, qui repertoriũ. C.de admi.tut.l.tutores.ergo à ſi-
mili idẽ in inuentario hæredis.Præterea legis intentio vna eſt, ſ:
vt veritas eluceſcat, qua habita alia ſuperficialia non curantur,
quia non ſunt de eſſe, licet ſint de bene eſſe, vt C. de fideicom.l.
quæſtionẽ.& iſta opinio ſapit naturalem æquitatẽ: nam pœnæ,
quæ ſurgunt, ſi omittitur ſolennitas, tamẽ ſi ſeruatur veritas, nõ
ſapiunt bonam nec rectam cõſcientiam, vt no. in c. quanquam
de vſuris.lib.6.in nouel.hanc opin.tenet Cy.C.de iure deli.l.fi.
quia hęc ſolennitas licet non ſit leuis propter Dei reuerentiam
pleniorem, tamen non eſt grauis,& ideo omiſſa non vitiat, vt l.
1.in fin.ff.de ven.inſpi.& arg.in l.1. C.de formulis. dicit Apoſto-
lus, quicquid facitis, in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti facite, &
tñ illa verba, in nomine domini nõ ſunt de ſubſtantia; quia ſuf-
ficit dicere, heres eſto, vt l.1.ff.de hære.inſti.licet notarij de ſtilo
cõmuni ponant: tamẽ illi, qui actũ conficiunt, non habent ne-
ceſſe iſta verba proferre, vt no.23.diſt.c.in nomine domini.Item
beneficiũ inuẽtarij prodeſt Iudæis,& Saracenis populo Roma-
no ſubiectis:& tñ illi propter eorũ ſuperſtitionẽ nõ faciũt ſignũ
crucis:& abſurdũ eſſet, ꝙ iſti eſſent melioris conditionis, quàm
nos, qui Ieſum Chriſtũ Dei filium catholicè ꝓfitemur, vt C. de
Iudæis.l.Iudæi Romano.imo in multis Iudæi ſunt deterioris cõ
ditionis, q̃ veri Chriſtiani, cũ Synagogæ Iudæorũ nõ poſſint al-
legari ꝑ Chriſtianos, vt cultus eorũ approbetur, C. de Iudæis.l.
qđ Cornelia.nec ad ciuiles honores admitti, vt C. e.l.fin.ex his
ſequitur, ꝙ ſignũ crucis non eſt propriè initium inuentarij: quia
non proceditur per ipſum ſignũ ad aliquod ſubſtantiale inuen-
tarij.& ideo errare videntur aduocati, qui dicunt, talis pro prin
cipio inuentarij fecit ſignum crucis. Item ponunt hæredem in
magno periculo: quia hæres crederet ſibi ſupereſſe tres mẽſes,
vnum ad inchoandum inuentarium,& alios duos ad perficien-
dum.nam ſecundũ opin.Spe.ſtatim, ꝙ eſt inchoatũ, currũt duo
menſes, vt d.§.oneroſo.& ſic perfectum poſt duos menſes nihil
prodeſt: quia qñ lex vltra procedit, non poteſt purgari mora, ta-
men æquior eſſet opin. ꝙ deinde elapſo primo menſe currerẽt
duo alij menſes: quia quicquid facit infra menſem, antequam
perficiat, dicitur inchoare, donec ſit perfecta: & teſtamenũ di-
citur inchoatum, donec ſit conſumatum, vt ff. de vſucap. l.cœ-
5 ptam.& ff.de leg.3.l.fideicommiſſa.§.1.Modo ſequitur†videre,
quia in prin.inuentarij non fuerunt citati abſentes, vtrum per
hoc vitietur inuentarium. Videtur quod ſic, vt in Authent.de
hære.& fal.§.ſi vero abſunt.Solutio, dico, ꝙ ſi in inuentario in-
choato potuit committi fraus, non valet inuentarium: ſed ſi
non potuit committi fraus, vt in appoſitione rerum ſtabilium,
vt C.quando, & quibus quarta pars debetur.l.2.tunc non re-
quiritur citatio; quia non intereſt, nec intereſſe poteſt abſen-
tium: & quia quod poteſt fieri eis inuitis, poteſt fieri eis non ci-
6 tatis, vt not.ff.de bon.poſſ.l.3.§.pen.† Subſequenter quæritur,
nunquid ſufficiat apponere ſignum crucis in quacunque parte
inſtrumenti.& videtur, quod debeat apponi in princ.ad inſtar
tituli, vt no.in l.1.C.ne liceat potentioribus.In contrariũ, quòd
in fine inuentarij ad inſtar ſubſcriptionis.C.qui teſta.face.poſſ.
l.hac conſultiſſima.§.fi.Solutio, ſufficit in quacunque parte in-
ſtrumenti fiat.C.de inſti.& ſubſti.l.pen.de appel.c.ſecundo re-
7 quiris. †De vno quæritur, ſi inuentarium non fuerit inchoatũ
infra menſem, ſed ſolenniter cõſumatum infra alios duos men-
ſes, an ſit ſatis factum iuri:& videtur, ꝙ non, quia primo termi-
no non eſt ſatis factum;& quoties lex requirit plura ad vnum ef-
fectum conſequendũ, non ſufficit alterũ, ſed requiritur vtrun-
que, vt d.l.cum hi.§.ſi prætor.In contrarium videtur; quia vlti-
ma diligentia prodeſt, & ſupplet, quod in principio defuit: ex
quo res eſt integra, vt ff.de optione legata.l.apud Aufidium.&
ff.de no.oper.nunc.l.prætor.§.ſi aliquando. Præterea hæredi-
tas, de qua quæritur, pro maxima parte deducto ære alieno erat
in remotis partibus, cum teſtator eſſet de Cherio Pedemon-
tium:& quatuor millia flor.in prouincia Brabantiæ, quo caſu
ſufficit inuentarium inchoari infra quatuor menſes,& finiri in-
fra alios octo continuatiuè ſequentes, vt no. C. de iure delib.l.
fin.§.ſin autem à locis.infra quos quatuor menſes omnia ſolen-
nia fuerunt ſine dubio obſeruata, tam de ſigno crucis, quàm de
citatione abſentium, ſc.illorum, qui citari poterant, & per edi-
ctum publicè propoſitũ:& reliqua omnia, prout formaliter ius
requirit.ergo dictũ inuentariũ fuit ſolenne,& hæredes hñt be-
8 neficiũ inuentarij.& hoc iuſtũ & æquũ eſt maxime † quia bona
fides multa ſupplet excuſando, vt ff.de cond.& demon.l.quam-
uis, ꝓſertim in apicibus & laqueis iuris ciuilis, l.1. in fi. ff. de abi-
geis.& no.in l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiu.pręſertim
in pœnis vitandis.illud certum eſt, ꝙ ignoranti non currit tem-
pus inuentarij: vnde quàm primum ſcit res ponendas, tam pri-
mum incipere debet inuentarium:& ad hoc habebit ſaltẽ men
ſem vnum.Porro ignorans non eſt in dolo, vt C. de inceſtis nu-
ptijs.l.cum ancillis.ff.de admin.tut.l.quidam decedẽs.§. ex quo
innotuit.ff.de excuſa. tutorum.l.quinquaginta. ff. de ædil. edi-
cto.l. cum ſex. ff. de infamibus.l. genero.ff. de calum.l.annus.
9 † Inſuper ſciendum eſt, quòd in confectione inuentarij requi-
ritur iudicis præſentia; quia ille debet adeſſe, qui habet citare:
tamen nullo iure cauetur, quòd requiratur eius decretum, vt
not.in Spec.vbi ſupra,& arg.C.qui admitti ad bonor.poſſ. poſ-
ſunt.l.fi.& quod not.Bart.ff.de don.l.Modeſtinus.&C.de teſta.
l.omnium.



l.omniũ.Sed in inuentario tutoris requiritur decretũ; & eſt ra-
tio: quia tutor non poteſt adminiſtrare, niſi ei decernatur admi
niſtratio per iudicẽ, vt C.arb.tutelæ.l.fi.hæres autem habet ad-
miniſtrationẽ ſuo iure.Præterea in quæſtione noſtra fuit inter-
poſitum decretũ: ſaluo, ꝙ deſcriptis poſtea ſuperuenientib. ad
notitiam hæredis.& licet natura decreti ſit non trahi ad futura:
tñ iſta veniũt in conſequentiã antecedentẽ: quemadmodum ſi
tutor addit ad ſuũ inuentarium, nam probabiliter dici poteſt, ꝙ
ſufficit decretum ſemel interpoſitum, quia ſtatim traxit ſecum
executionem beneficij inuentarij. Ego Baldus.
Ex poſitione caſus ſeipſum ſummat.

CONSILIVM CCCLXXXIIII.

1 *Declaratio poſita in limitatione contractus, non tranſit ad hæredes.*
2 *Compenſatio an poſſit opponi contra depoſitum.*

In Chriſti nomine. Duo ſunt videnda: pri-
mo cum pater & filia fe
cerint depoſitũ de conuertẽdo ipſum in redemptione prædio-
rum, ſeu in retrodatũ fiendũ in perſonã patris & filiæ, vel ſolius
filiæ de voluntate patris: & ſub hac forma obligat ſe depoſita-
rius:& mortuus eſt pater voluntate ſua nõ declarata: & filia re-
pudiauerit hæreditatẽ paternam, vtrum dicta filia poſſit agere
ad retrodatũ fiendum:& fuit ꝑ arbitros ſententiatũ, ꝙ poſſit ſic
agere ipſa faciente,& curante, ꝙ dictũ depoſitũ reddat ipſi ven
ditori, q ſe ad retrouẽdendũ obligauit,& bene fuit laudatũ.vn-
de dictus emptor nõ tenetur ad retrouẽdendũ, niſi habeat pre-
ciũ ſecundũ formã cõtractus,& laudi.Modo dicta filia agit con-
tra dictũ depoſitariũ, petens ꝙ obſeruet pactũ: ipſe dicit ſe non
teneri, quia ſe obligauerit ob cauſam retrouẽdendi,& ſub con-
ditione voluntatis paternæ: inſuper dicta pecunia fuit patris iu-
ris præſumptione, quodq; filia nõ eſt hæres patris. Itẽ opponit
exceptionẽ cõpenſationis ex inſtrumẽto mutui quãtitatis con-
currentis ad dictũ depoſitũ: inſuper allegat pecuniã ſequeſtratã
ſibi,& vetitum, ne ſoluat occaſione dotis quondam dicti depo-
1 nentis.Modo quæritur, quid iuris?†Et quæſtio iſta eſt inter filiã
deponẽtem,& depoſitarium: quia certum eſt, ꝙ rebus ſic ſe ha-
bentibus non debet fieri retrouenditio, niſi precium exburſe-
tur, vt l.2.C.de pac.inter empto.ff.de ſolu.l.ſi ſoluturus. ff. de a-
ctionib.emp.l.Iulianus.§.offerri.inſt.de rerum diuiſio.§.vendi-
tæ.Quæſtiones aliæ ergo ſurgunt inter dictam filiam,& dictum
depoſitarium: quia depoſitum certa lege fuit factũ, & pater nõ
declarauit ſuam voluntatẽ: declaratio voluntatis poſita in con-
ditio vel limitatione, contractus non tranſit ad hęredẽ, vt l.4.ff.
locati.extra de reſcrip.c.ſi gratioſe. lib.6.& conſueuit notari.ff.
ſol.mat.l.poſt dotem.& ar.ff.de verb.ob.l.qui Romæ.§.Auge-
rius. tamen ex hoc ſequeretur, ꝙ reducta cauſa ad non cauſam
dictum depoſitũ deberet reſtitui deponenti, ſi hoc fuiſſet peti-
tum in libello, vt ff.de dolo.l.ſi oleum.tñ dictæ filiæ non debere
reſtitui, niſi pro parte ſua: quia diuidua eſt obligatio, ff.de verb.
obl.l.eadẽ.§.Cato.& l.reos.§.cũ in tab.de duo.reis.& l.ſi diuer-
ſa.locati.etiã ſi tota pecunia fuiſſet filiæ: quia deponẽs pecuniã
alienã poteſt ſibi ſtipulari, vt l.2.C.ſi cer.pe.& hic interuenit ſti
pulatio tam verè q̃ pręſumptiuè: qa ꝓſumitur ſtipulatio interue
2 niente inſtrumẽto, vt inſtit. de inuti.ſtipu.§.ſi ſcriptũ.† Sequi-
tur videre de exceptione cõpenſationis:& videtur, ꝙ nõ obſtet
in depoſito naturali, qa ſpoliare videtur, qui legem depoſiti nõ
ſeruat, vt no.Dyn.in c.qui ad agendum.de reg.iur.lib.6.& C.de
cõpenſa.l.fi.verſi.excepta actione depoſiti.& ſi dicatur, hic agi-
tur ex pacto ꝓſcri.verb. Reſpõdeo, imo actione depoſiti infor-
mata à pacto in eodẽ inſtrumento appoſito, vt ff.de pact.l.iuriſ.
gen.§.quinimmo.& poſito, ꝙ intereſſe ſuccederet in obligatio-
ne, tñ origo & cauſa inſpicienda eſt, vt ff.de don.l.quicquid. Itẽ
ſequeſtrum factũ per iudicẽ, quia non fuit factũ ſolenniter, nec
pro debito, ad quod filia teneretur, non nocet filiæ. C. ne vxor
pro marito.l.ob maritorũ.quia repudiauit hæreditatem pater-
nam, vt C.de iure delib.l.fi.§.ſimiliq; modo.& C.depoſiti.l.fi.&
auth.ibi poſita.nec præſumitur iſta pecunia fuiſſe patris tantũ;
quia per inſtrumentũ mutui factũ filiæ apparet contrariũ:& et-
iam ꝑ alias coniecturas, vt not.C.de bo.quæ lib.l.cum oportet.
& C.de pigno.l.fi.tamen ille, qui promiſit reuendere, nõ cogi-
tur partẽ recipere,& partem retrouendere, vt ff.de verb.obl.l.
ſtipulationes nõ diuiduntur.Solutio, quia ordo rei geſtæ fuit in
hac forma, videlicet, qa breui manu iſte depoſitarius primo mu
tuauit filiæ, & illud mutuũ recepit in depoſitũ à ſola filia: & ſic
dictum depoſitũ fuit impletum ex cauſa mutui: vel verius nulla
interuenit exburſatio ſeu naturalis numeratio, licet fuerint
duæ cõuentiones, vna depoſiti,& altera mutui: & ſic quia vtra-
que deſcendit ex vno fonte, dici poteſt cõpenſationem locũ ha
bere, arg.ff.fam.erciſcun.l.Meuius.§.eũ.quia ex mutuo natũ eſt
depoſitũ.& hoc dictat æquitas naturalis; quia nemo ex re mea
debet locupletari cum iniuria mea, vt ff.ſi cer.pet.l.ſi me,& Ti-
tiũ.dico etiã, ꝙ vbi nõ apparet de depoſito ꝑ numerationẽ, ſed
ꝑ ſolã cõpenſationẽ nõ haberent locũ leges, q̃ dicũt, cauſam de-
poſiti in hoc eſſe priuilegiatã, vt nõ admittatur cõpenſatio, arg.
ad hoc optimũ. C.qui pot. in pigno. ha.l.aſſiduis. in gl. parua, q̃
incipit, non ergo in dote confeſſata. Ego Bald.de Peruſio.

CONSILIVM CCCLXXXV.

1 *Caſus ſummat conſilium in effectu declarans, qui ſint de familia rectorum.*
*& an rectores ciuitatis teneantur pro familia ſua, & quibus caſibus te-*
*neantur, in quibus non.*

In Chriſti nomine. Caſus eſt talis, dñs Io.
de Caſtelliono eſt vica-
rius generalis in toto territorio dñi: & ex forma ſuæ literæ ha-
bet prouiſionẽ,& ſalarium ꝓ ſe,& familia ſua, quã habet tene-
re in domo. Itẽ habet ſalariũ pro vno vicario, duobus notarijs,
& vno comeſtabili:& iſtos eligit & cõducit ipſe,& mittit quo-
cunq, vult,& in ſe retinet in domo ad ſui expenſas, & ipſis ipſe
promittit & ſoluit ſalariũ.ſicut faciũt poteſtates ciuitatũ: habet
etiam, vt poſſit tenere vnam comitiuã paueſanorum exercentẽ
officium beruariorum,& ipſos beruarios comeſtabilis eligit &
conducit ipſe;& quos ipſe conducit,& illi ſcribunt ad bancum,
verum aliqui habẽt ire & curare territorium domini: alij depu-
tantur ſibi tam pro ſociando eum, quàm pro exercendo officiũ
ſecum prout ipſe mandaret: aliquando habet vnã comitiuam
vngarorum, aliqñ vnam baliſtariorum ab equo: aliquando lan-
ceæ aliq: aliqñ 12.equites.ſiue caualcatores, qui eligũtur ꝑ præ-
libatũ dominum,& ſcribuntur ad cõductum tanquã ſtipendia-
rij Illuſtris dñi do.noſtri:& ipſimet recipiunt ſtipendium, & de
per ſe ſtant.ſunt tñ deputati cũ præfato do.Io.cum modis præ-
1 dictis ad ſociãdum eum:& ad obediendũ in officio ſuo.† Inſur-
git nunc dubium, ſi iſti equites, & caualcatores ſicut dictũ eſt,
ſcripti, non conducti, non electi per dictum do.Ioannem vnga-
ri, vel baliſtarij, ab equo, ſeu à lancea faciunt delictum, vel de-
linquunt, vtrum dictus do.Ioan.debet teneri pro eis, ſi aufuge-
rent, vel non ſoluerent, tanquam ſi forent de familia ſua:& vtrũ
debeant cenſeri, vel dici de ſua familia: adeo ꝙ ſi ſtatuto vel de-
creto cauetur, ꝙ quilibet capiens bannitum lucretur lib.100.
ſaluo ꝙ ſi foret de familia officialis lucretur tantum lib.50.prę-
dicti tales equites vngari baliſtarij ab equo, equites, vel caual-
catores, vel lanceæ debent habere lib. 50. tantum, tanquam ſi
eſſent de familia dicti dom.Ioan.vel debeant habere lib.100.vt
habent de illis, qui non ſunt de familia dicti dom.Ioan.Dicit D.
Dy.in l.1.§.ſed familiæ.ff.de publicanis.ꝙ dominus de delicto fa
miliaris ſui non tenetur, per l.quoties.de noxalib.fallit in caſu
dicti §.ſed familiæ.Bart.diſtinguit, nam qñ quis proponit fami-
liarẽ ad aliquod officiũ,& familiaris in illo officio delinquit, tũc
tenetur dominus; quia in culpa eſt, ꝙ talem familiarem eligit,
vt ff. furti aduerſus nau. cau. ſtab. aut deliquit extra id, ad quod
propoſitus eſt:& tunc dominus nõ tenetur. hoc ſatis probatur
extra de reſti.ſpo.c.cũ ad ſedem.& eadẽ diſtinctione dicit vtẽn-
dũ, ſi quæratur an rectores terrarũ teneãtur de delicto ſuorum
familiariũ.nam ſi delinquũt in officio ſibi cõmiſſo, tenentur: ſi
extra officiũ, non tenentur.ergo ille, qui agit cõtra poteſtatẽ ex
delicto familiæ, duo debet probare.ſ.eũ eſſe de familia,& eũ ad
tale officiũ eſſe præpoſitũ, & ꝙ in illo officio deliquerit; ꝙ au-
tem ſit de familia, probatur; quia ſub nomine familiæ ſtabat
cum alijs de familia, & familiares actus exercebat ſecundum
Bar.tamen in effectu iſta fuerunt verba domini Dyn.in l.obſer-
uare.§.proficiſci.ff.de off.procon.& l.quæ talia ſunt not.quia ſi
familiaris poteſtatis vulnerat aliquem, quòd poteſtas non te-
neatur ſoluere pœnam, ſi criminaliter agatur contra eum: ſecus
ſi delinquat ratione officij ſui, vt in Authent.vt diffe.iudi.§.
tantum.& infra de publica.l.1.§.ſed familiæ.& glo. quæ inci-
pit.i.rationabilis,&c.& infra furti aduer.nau.caupo.ſtabu.l.1.
§.ſerui. Porro illi proprie dicuntur familiares, quos ſecum ha-
bet, vt ff.de iur.om.iud.l.qui iuriſdictioni.vnde qui ſeorſum ha-
bitant, & viuunt de per ſe, non ſunt proprie familiares. Item ſi
eos

eos non eligit, ſed ſuperior, non poteſt dici, quòd mala electio ſit in culpa: tenetur tamen, ſi prohibere poteſt, & non prohibet & hoc propter officium quod gerit. nam ad neceſſitatem ſui officij pertinet obuiare, & etiam punire, vt ff. de pœnis. l. ſi quos forte. §. ſi quis. & in Auth. iuſiur. quod præſtatur ab his. ibi dum dicit ſemper mihi aſſidentem talem ſtudebo aſſumere: & circa me omnes, vt non ego quidem purus ſim: qui vero circa me furentur, & delinquent. & in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. §. eos. ibi dum dicit, vt non videãtur illi innoxij eſſe qui per alios aut delinquant & furentur, quod magis turpe eſt, &c. ecce ergo quid iuris de familiaribus, quos vos domine Ioan. elegiſtis: ſed de ſtipẽdiarijs & ſimilibus, quos deputat vobis princeps noſter Illuſtris, non tenemini ex mala electione, quia eos non elegiſtis, ſed ſuſcepiſtis in comitiuam veſtrã de neceſſitate iuſſu ſuperioris, cuius iuſſus excuſat, vt l. furti. §. qui iuſſu. ff. de infamibus. ſed bene teneremini ex malo vſu, ſi eis mandaretis aliq̃d iniuſtum, vel malè agentibus non reſiſteretis iuxta poſſe, vt C. ne ſanctum Baptiſma. l. fi. ar. C. de appel. l. quoniam iudices. quia qui negligit, conſentire videtur: imo etiam fouere, vt no. in c. 1. de offi. deleg. & ff. qui ſine manumiſ. ad liber. perueniunt. l. Imperator. & hoc de delictis: de contractibus autem eorum ꝓcul dubio non tenemini; quia nec pater tenetur pro filio, vt C. ne filius pro parte. per totum, niſi teneretis aliquẽ contra legis vel ſuperioris mandatum, vel ſtatutũ: quia tunc teneremini ciuiliter ex culpa eorum, vt d. §. ꝓficiſci. viſum eſt de pœna, modo videamus de lucro, nunquid quantum ad lucrum iſti ſtipendiarij debeant dici de familia officialis: & dicendum, ꝙ non, quia non ſunt de corpore familiæ, ſed diſcreti & ſeparati, & de per ſe, vt probatur ex theorica Bar. quam ſupra recitaui, & facit ff. de rei vend. l. qui reſtituere. iſti. n. ſunt potius veſtri defenſores, q̃ ducunt vos ſecurũ ꝑ itinera, q̃ famuli cõmunis, & vſus loquẽdi nõ vocat eos officiales veſtros, nec famulos. Ego Bald. de Peru.

CONSILIVM CCCLXXXVI.

1 *Frater vterinus non habet aliquam diuiſionem petere cum fratre ex vtroq; parente: & ſi facta fuit diuiſio inter eos, reſcinditur. & l. 2. C. de reſcind. vend. habet locum in contractu diuiſionis.*

In Chriſti nomine. Proponitur, ꝙ frater ex vtroq; parẽte diuiſit hę-
1 reditatem fraternam cum fratre † vterino: & ꝙ confectum inde fuit ſolenne inſtrumentũ. Quæritur, an dicta diuiſio poſſit reſcindi? & videtur ꝙ non, quia nõ licuit ius ignorare, C. de iur. & fact. l. pen. Item vnuſquiſq; ꝓſumitur iura ſcire, vt C. de legi. l. leges ſacratiſſimæ. ſtandum eſt igitur contractui, vt C. de cõmuni diui. l. ſi maior. Contrarium eſt verum, quia maiorib. perperam factis diuiſionib. ſolet ſubueniri: & quod inæqualiter eſſe factũ conſtiterit in melius reformari, vt C. communia vtriuſq; iud. l. maioribus. dicit ibi gl. ꝙ cum vltra dimidiam ſit alter deceptus. Certe hic nõ fuit deceptus in quota tm̃, ſed in tota: quare nihil valet, ff. de contrah. emp. l. domum. Præterea diuiſio eſt quædã permutatio: vt plene not. ff. de verb. obl. l. qui Romæ. §. duo fratres. ſed permutatio non põt fieri, niſi transferatur aliquid hinc inde, vt ff. de re. permu. l. 1. ſed hic frater vterinus nil poſuit ex parte ſua: ergo nec potuit permutare. Præterea conſiderandũ eſt, ꝙ aut tractatur de lucro quærendo, aut de quæſito auferendo. primo caſu, error iuris non eſt immediata cauſa reſcindẽdi, ſi cõtractus aliàs habet ſua eſſentialia. ſecũdo verò caſu error iuris excuſat; quia perdere lucrũ radicatum eſt damnũ, cum ſit factum de bonis vnius tm̃, & de ſuo certo patrimonio, vt l. 1. §. ſciendum. ff. de ſepara. bono. & ſic nõ obſtat lex, ſi emancipata. C. de iur. & fac. igno. hoc eſt expreſſum. C. eo. ti. l. ſi poſt diuiſionẽ. & l. cum falſa. & l. cum teſtamentum. Cõcluditur igitur, dictam diuiſionem nõ ſolum irrationabilem, ſed etiã impoſſibiliter factam eſſe nullius efficaciæ. & hoc pertinet ad officium iudicis. ff. de offi. præſi. l. ſi illicitas. in prin. ne vulpina ſimplicitas comedat pecus, & quod ſit pecus, ſatis oſtendit: quia eſt ei interdictũ bonis dato curatore, & bonum fuiſſet, ſi examinatis ſuper his aliquibus teſtibus, & iudice ſedente pro tribunali, hæc fierẽt: ſi facta non ſunt, vt ff. de curatore furioſi. l. obſeruare. Ego Bal.

CONSILIVM CCCLXXXVII.

1 *Dignitas in eccleſia quæ ſit maior poſt epiſcopum, an archidiaconi, an præpoſiti: & ex quibus cognoſcatur, quæ dignitas ſit maior.*

1 In Chriſti nomine. † Archid. habet maiorem dignitatem poſt epiſcopum in eccleſia cathedrali, vnde maior eſt dignitas ſua, quàm dignitas præpoſituræ, textus eſt vulgaris & expreſſus 25. di. capit. perlectis. idq; apparet; quia in eccleſia tenet cathedrã, & altitudo ſedis ſignificat præexcellentiam dignitatis: quia maiores ſedere debent in altiori loco, vt legitur, & nota. inſtitu. de bono. poſſeſſ. §. aliam vero. in verbo, altiore loco. vbi glo. dicit, hinc trahe, quòd digniores altiori loco ſedere debent. & eſt altior, qui proximior domino, ita no. dicit ibi gl. Pręterea notiſſimum eſt, ꝙ archidiaconus eccleſiæ Auguſtenſis habet in multis merum & mixtum imperium in ſuo archidiaconatu, qui eſt dignitas eccleſiæ antedictæ: ſed nõ eſt dubium, habere merum & mixtum imperium, habet in ſe excellentiam, & non conceditur niſi maiorib. magiſtratibus, vt ff. de officio eius, cui mandata. eſt iuriſdic. l. 1. in princ. & ff. de iuriſd. om. iud. l. imperium. & ff. de dam. infec. l. 4. §. duas. & §. ſi tam vicinum. & C. de pedaneis iudicibus. l. placet. ff. de iudi. l. pars literarum. ff. de iniurijs. l. nec magiſtratibus. Similiter etiam certum eſt, quòd qui pluribus & melioribus præeſt, maior eſt, vt no. in Auth. conſtitutio, quę de dignitatibus. §. generaliter. vbi gl. dicit, nota nobiliorem ꝓpter ſubiectos. Item conſtat, quòd inter iudices multi ſunt minores, & pauci maiores, vt not. in Auth. de iudicibus. in rub. colla. 6. Porrò etiam præmiũ dignitatis eſt, vt habeat ſubiectos, vt not. in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffra. §. volumus. vbi glo. dicit, no. præmiũ dignitatis vt habeat ſubiectos. Item eſt verum, quòd vnuſquiſque in propria ſede & dignitate maior eſt quolibet alio, vt legi. & not. ff. de manumiſ. l. apud eum. vbi glo. dicit, nonne ambo ſunt ibi ſpectabiles: & reſponde, eſto ſed quilibet in ſuo territorio maior. nimirum quia vnus non debet tangere de officio alterius, vt not. C. de executoribus & exactoribus. l. 2. lib. 12. Et ille, qui locum alterius vſurpat, ſacrilegij reus cenſetur, C. vt dignitatum ordo ſeruetur. l. 2. lib. 12. Item dignior eſt, qui habet ſuper alium poteſtatem, vt in cap. 1. de maior. & obe. per Innocen. vnde ratione officij filius eſt dignior patre, & ſuperior, vt ff. ad treb. l. nam quod. Item dignior eſt ille, qui habet dignitatem cum adminiſtratione quàm ille, qui habet nudum nomen dignitatis, vt C. vbi ſenatores, vel clariſſimi. l. quoties. & C. vt dignitatum ordo ſeruetur. l. 2. & C. de præpoſi. & tri. ſcholarium. l. vnica. lib. 12. ibi, dum dicit, cum præpoſituram meruerint, & caſu ad altiora, id eſt, adminiſtrationem non venerint. Inſignia etiam nobiliora faciunt digniorem; quia ſignificant inueſtituram dignitatis, licet non conferant plenam poſſeſſionem eius, vt plenè not. Dyn. in cap. 1. de reg. iur. lib. 6. quæ inſignia propriè dicuntur faſces, id eſt, honores, vt legi. & not. in Authen. de conſulibus. in prin. coll. 4. quando autem ſunt duæ dignitates diuerſæ ſpeciei, vt in caſu noſtro eſt Archidiaconatus, & præpoſitura: tunc ſi quæreretur, quæ ſit maior dignitas, hominis faceret comparationẽ: nam maior à prædominio dicitur, quæ plurimum poteſt: maior ab honore & excellentia dicitur, cui ſecundum ſtatum dignitatis maior debetur, & exhibetur honor in ſedendo, in ſcribendo, & ſimilib. vt l. 1. ff. de albo ſcribendo. Stipendia etiam meliora deſignant aliquem eſſe magis acceptum Principi, & maioris virtutis, vt l. nemo. C. de officio magiſtri officiorum. & ff. de lega. 2. l. cum filius. §. pater cum filia. ibi dum dicit, plus tribuas in honorem: & cętera. Item dicit textus, augetur vtilitas per dignitatem, ff. de iudi. l. ſi longius. in fin. & alibi dicit, nam honor eius auctus eſt, non conditio mutata. ff. de condit. & demonſt. l. falſa. §. 1. eſt autem honor proprie dignitatis cum adminiſtrationis gradu, & debent honores gradatim deferri, ff. de muner. & honoribus. l. vt gradatim. itaque gradus excellentiam oſtendit conſuetudo, nobilem & eximium facit, vt ff. de muner. & honor. l. honor. §. 1. Item illa eſt maior dignitas, quæ pro magno beneficio datur, & quam generaliter homines exiſtimant eſſe maiorem, vt ff. de infami. l. athletas. §. 1. & multa alia poſſent ſuper hac materia notari vltra allegata per eximios doctores, qui in hac materia allegarunt: & rectè conſuluerunt pro parte domini Petri venerabilis præpoſiti Auguſten. nec poteſt ei obijci quicquam, niſi quòd aliquando non fuerit in poſſeſſione, ff. de acq. poſſ. l. peregre. §. quibus explicitis. & ff. de vi, & vi. ar. l. cum fundum. §. ſi. quia nemo perdit ius ſuum, licet poſſeſſionẽ perdat: tamen res de facili reuertitur ad naturã ſuam, vt ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſu, quòd in ſpem dotis. & ſi diceretur, quòd propria auctoritate poſſeſſionem reſumpſit: dico, ꝙ licitum fuit, cum poſſeſſio vacaret



vacaret, neminem. n. vult poſſeſſione ſpoliare, qui ſuam poſſeſſionem inuenit vacantẽ, vt no. C. vnde vi. l. ſi quis in tantã. quinimmo ipſa dignitas vocabat ſponſum ſuum, vt rediret ad ſe, & eſt quidã actus paſſiuus redire ad eccleſiã potius, quàm actiuus, imo ſi non rediret, quam primum poſſet, eſſet in mora, vt in c. 1. de cle. non reſiden. & C. de ſacroſan. eccl. l. qui ſub prætextu. & ff. quib. ex cau. ma. l. in prouincia. §. 1. &c. Amplius, licet dignitas electiua non cõprehendatur in literis dignitatis ſimpliciter, vt in c. cũ in illis. §. illis vero. de præbendis. lib. 6. tamen quia in literis domini Petri fit mentio de dignitate electiua, nulla dubitatio eſt, quin dignitas electiua includatur, quia exprimitur in tenore literarum, vt extra de priuil. c. porro. & ff. de leg. 3. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ſed dubium facit, quia anteceſſor eius, videlicet do. Anto. non impetrauerat tanquam dignitatem electiuam: & ſic nullũ ius habuerat: vnde non vacauit dignitas per mortẽ ſuã. ſed reſpondeo, quia dñs Pet. erat expectans, & generaliter impetrauerat, vnde continetur q̃cunq; vacatio, vt ff. ſol. mat. l. ſi quis ſic ſtipuletur. ſed nũc incidimus in aliud dubiũ, q̃a tũc ſequeretur, ꝙ eſſet deuoluta collatio ad ſedem Apoſtolicã, de qua deuolutione non eſt facta mentio in literis domini Pet. ergo videtur, ꝙ literæ intelligantur ſurreptitiæ, vel ſaltem non comprehendere hanc dignitatem deuolutam ad Papam, iſtud dubium non decido ad præſens. Ego Bald.

CONSILIVM CCCLXXXVIII.

1 *Reſcriptum non valet tacita veritate, & executio non eſt danda.*

1 In Chriſti nomine. † Inſuper q̃ritur, vtrum valeat impetratio facta de dignitate vel beneficio, non facta mentione poſſeſſionis aduerſarij. Reſpondeo, aut poſſeſſor non poteſt allegare titulum iuſtum, vel coloratũ, & tunc valet impetratio. aut aduerſarius habet titulum coloratũ, & tunc aut titulus eſt ipſo iure nullus, aut per ſententiã annullandus. ſi quidem eſt ipſo iure nullus exiſtenter, ſed non euidenter, & tunc aut eſt clauſula, amoto quolibet illicito detentore: & tunc valet impetratio, quia iſta clauſula æquipollet mentioni factæ coloratæ poſſeſſionis ſecundũ Ioannem de Deo. ſi autem non eſt hæc clauſula, non valet impetratio; quia poſſeſſor iſte, non poteſt amoueri ſine diffinitiua principaliter lata, & non incidenter: & ſic non habebit per modum executiuum, vt in c. cum noſtris. de conceſ. præben. ſi verò poſſeſſor eſt in poſſeſſione iuris & facti, licet indignè, tamen antequam remoueatur, beneficium non vacat, & ideo non poteſt impetrari. hoc notant docto. in d. c. cum noſtris. & in c. pro illorum. de præb. Inn. tamen dicit, ꝙ illa clauſula, remoto quolibet illicito detẽtatore, directa executio nõ habet locum, niſi detentatio ſit notoriè iniuſta: & eſt ratio, quia ea, quæ requirũt altiorem indaginem, non pertinent ad officium executoris, & hoc verum eſt, & conſonans diſtinctioni ſupradictæ, Innoc. de priui. c. cum olim. Ego Bald.

CONSILIVM CCCLXXXIX.

1 *In contractibus, & ſententijs, & in proceſſibus, ſemper inſpicitur locus, in quo fiunt.*

In Chriſti nomine. Statuto cauetur, quòd nullus audeat vel præſumat facere aliquod inſtrumentum coram arbitro, vel arbitratore, niſi ſit electus per ipſum de partium voluntate: & ſi alius notarius, qui ſit electus, aliquem actum fecerit, quòd non valeat nec teneat ipſo iure, modo quidam notarius forenſis nõ ſic electus inter duos forenſes coram arbitro, qui ſimiliter erat forenſis, conſcripſit quoſdam actus mandato arbitri prædicti; ac etiam laudum ipſorum: quæritur, an dicti actus valeant, nec-
1 ne: & videtur, quòd non valeant, primò † ex regula generali; quia in contractibus inſpicitur locus contractus, & in ſententijs locus ſententiæ, & in proceſſibus locus proceſſus, quia proceſſus tendunt ad ordinationẽ litis, iura ſunt vulgaria. Ego Bal.

CONSILIVM CCCXC.

1 *Pendente articulo ſeu interlocutoria, an poſſit ſuper principali procedi: & an currat tempus.*

In Chriſti nomine. Primo ſtatuto cauetur, ꝙ inſtantia cauſæ principalis non duret, nec durare poſſit vltra ſpacium & tempus 40. dierum vtilium à die lit. inceptæ computandum, quæ incepta intelligatur petione porrecta, & in actis deſcripta, &c. Et in eodem ſtatuto poſtea cauetur, quòd omnes exceptiones, & replicationes dilatoriæ, declinatoriæ, peremptoriæ, & cuiuſcunque generis ſint, de quibus non ſit cognitum, & deciſum inter partes, ſint ſaluæ vtrique parti in fine litis tempore diſputationis: ne ob hoc proceſſus cauſæ differatur. Alio ſtatuto cauetur, quòd inter aſcendentem, deſcendentem, vel vicinos, dummodo fuerit requiſitum infra dies, debeat fieri compromiſſum in amicum ſeu amicos. Modò accidit, quòd requiſitum fuit infra decem dies litis conteſta. ſuper cauſa principali: ſuper quo articulo; quia non conſtabat de vicinitate, fuerunt recepti teſtes hincinde, & finaliter vltra 40. dies vtiles fuit interloquendo pronuntiatum non eſſe compromittendam cauſam; quia non vicini, qua pronuntiatione facta actor petit per iudicem procedendum ſuper libello ſuo: opponitur, quòd inſtantia cauſæ
1 principalis eſt perempta, quæritur quid iuris. † Breuiter reſpondeo, quòd durante dicta diſputatione, quæ eſt diſputatio fori in arbitros transferendi, non currit dictum tempus quadraginta dierum vtilium: & hoc tribus rationib. prima, quia actori impedito facto rei non currit vtile tempus, iſte eſt caſus expreſſus. ff. de mino. l. intra vtile. quæ lex determinat iſtam quæſtionem in terminis. ſecunda ratio eſt; quia vbi ceſſat ordo ſtatuti, ceſſat ſtatutum, vt in Authen. de hære. & fal. §. ſi quis autem non implens, ſed in articulo compromittendi, vel non compromittendi ceſſat ordo ſtatuti diſponen. de declinationib. in fine temporis reſeruandis. quia natura excep. iſtius non patitur hanc reſeruationem, nec patitur hoc tempus, vt ff. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. in princ. & extra de re iudic. c. inter monaſterium. & not. per Bart. ff. de re iudic. in l. quidam conſulebant. tertia ratio eſt, quia generale ſtatutum de declinatorijs non pertinet ad hanc declinatoriam, de qua ſpecialiter eſt prouiſum, vt ff. de verbor. obl. l. doli clauſula. & ff. de pœnis. l. ſanctio legum. & confirmatur hoc per l. expreſſam, nam cum vltimum ſtatutum loquatur de tempore decem dierum, per hoc patet, quòd iſte caſus eximitur à regula generali alterius temporis expreſſiua, vt ff. de le. 1. l. talis ſcriptura. Præterea videtur dicendum, quòd iſta non ſit de exceptionibus, quæ poſt litem conteſta. poſſit opponi: nam qui ſine proteſtatione coram iudice declinabili litem conteſtatur, tacitè ſuæ declinatoriæ renuntiare videtur, vt d. l. ſed & ſi ſuſceperit. & C. de excep. l. fin. Statutum autem debet intelligi non in renuntiante tacitè vel expreſſe: quia renuntiantibus nullus patet acceſſus ad id, cui renuntiauerunt, vt C. de pac. l. poſtquam liti. Præterea, quòd non currit dictum tempus vtile, ſic oſtenditur. idem operatur litis pendentia, quod operatur ſententia, quæ ferri poteſt, vt ff. de excep. l. fundum Titianum. & l. fundi. cum igitur poſſibile fuerit ferri ſentẽtiam, cauſam compromittendam fore, quæ ſentẽtia impediret dictum vtile tempus currere, ergo & lis pendens. Præterea tempora compro-
2 miſſi facti ſubducuntur de vtilibus temporibus: quinimmo de continuis, vt C. de temp. appel. Authen. ſi tamen. & in c. quandiu. de appel. in clemen. ergo. & interim dum hic articulus pendet, vt extra de reſtit. in integr. c. 2. in fin. & ff. de excut. tut. l. diximus. Præterea impedito impedimento iuris non currit præſcriptio temporis, vt C. de anna. excep. l. 1. in fi. C. de iur. delib. l. fin. §. donec. ſed iudex & partes non potuerunt pendente hoc articulo procedere ſuper principali negotio: & ſi iudex proceſſiſſet, proceſſus fuiſſet ipſo iure nullus: vel ſaltem temerarius, quia meritò dubitat interim de ſua iuriſdictione, vt not. Bart. ff. de condit. & demonſt. l. multum intereſt. Item eſt vtile tempus: vnde non computatur dies, in quibus iudex ſuper principali negotio non ſedit, nec ſedere potuit pro tribunali, vt l. 2. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſerue. & l. 1. ff. de diuer. & tempor. præſcript. cum ſim. ex quibus de primo ad vltimum concludendo patet apertiſſimè, quòd tempus 40. dierum vtilium in cauſa principali elapſum non eſt ſub dicto tempore ſuper diſputatione prædicta: nec etiam ſuper dicto emergenti currit tempus 40. dierum vtilium: quia legẽ non cauetur, vt ff. de acquir. hære. l. ſi ſeruum. §. non dixit. Item principale non effugit cognitionem iudicis; ergo nec emergens. Præterea pendente appellatione ab interlocutoria nihilominus currit tempus iudicij à primo pronuntiato, & multo fortius ſi ſumus in tempore appellandi. Iſte eſt caſus, & non expedit ire per argu. C. de dila. l. à procedente. verſi. & ſi forte. & licet reddat ibi rationẽ: quia ab interlocutoria nõ poteſt appellari, tñ in eadẽ gl. apparet idẽ eſſe, ſi poſſet appella-

appellari; vt quia aliter in cauſa procedi nõ poteſt.nam ſiue in-
terlocutoria feratur ſuper tali emergenti ſiue procedatur, ſiue
non procedatur,etiã poteſt appellari,vt ff. qui ſatiſd.cog.l.arbi-
tro.Præterea eſt caſus in c.non ſolùm.§.1.de appel.lib.6. vbi di-
citur,ꝙ antequam iudex ad quem inhibeat,poteſt procedi: in-
hibere autem non poteſt,niſi appellatio ſit emiſſa ex cauſa pro-
babili,ergo antequam appelletur,inhibitio non procedet, tex.
eſt ibi expreſſus,quapropter cum iudex à quo non fuerit impe-
ditus,vtilia tempora currunt indubitanter,alias nunquam cur-
rerent:quia raræ ſunt interlocutoriæ,à quibus nõ poſſit appel-
lari ex iuſta cauſa. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCI.

1 *Teſtes de vniuerſitate,an & quando dicantur idonei,& quando non.*
2 *Teſtis, qui mediatè ſiue immediatè,& qui de neceſſitate vel ex cõtingen-ti cauſa aliquod ſentiat lucrum,an ſit idoneus,vel ne.*
*Ceſſio an poſſit fieri lite pendente.*

In Chriſti nomine. Apparet publicũ inſtru-
mentũ,quomodo com-
munitas caſtri Barutij obligata cuidam nobili incerta,& magna
quantitate florenorũ,quam non poteſt ſoluere, niſi illi de vni-
uerſitate faciant inter ſe collectã diſtributoriam ſolutionis hu-
ius debiti,vt no.ff.ꝙ cuiuſq; vniuer.nomine. l.1.§. quibus. Mo-
dò quidam ceſſionarius huius caſtri,qui eſt vnius ex creditorib.
filius,&alterius patrui ſui nepos,petit iſtam quantitatem,& eſt
verum,quòd iſta ceſſio fuit facta lite pendente cũ dicto patruo,
& patre.dicta verò vniuerſitas dicit ſe ſoluiſſe,&ad hoc proban
dum induxit teſtes de ipſa vniuerſitate, ad quos vnà cum reliqs
de vniuerſitate pertineret onus ſoluendi dictam collectam. ex
hoc themate quæritur primò,an dicti teſtes ſint idonei ad pro-
bandum dictam ſolutionem? Secundò an dicta ceſſio valuerit,
conſiderato etiam, quòd dictus ceſſionarius eſt perſona eccle-
1 ſiaſtica?†Reſpondeo ad primum,& dico,quòd queſtio eſt anti-
quiſſima & vulgata, nunquid in cauſa vniuerſitatis poſſint illi
de vniuerſitate eſſe teſtes, quam ponit Cy. C.de teſtib.l.parẽtes.
& determinat, quòd ſi iſta controuerſia cõcernit ſingulam vti-
litatem ſingulorum,non debent recipi ad teſtimoniũ: nec ſunt
idonei teſtes ſecundum Iac.de Raue. Petrum, & cõplures anti-
quos & modernos.ſed in l.in tantum.§.vniuerſita.ff.de rerũ di-
uiſio.in ſua lectura ordi.dicit,aut cauſa eſt vniuerſitatis,ſiue col
legij,quò ad nomen,honorem,& cõmodum:& tunc illi de vni-
uerſitate poſſunt eſſe teſtes:nec obſtat quòd ob hoc minus col-
lectabuntur: quia hoc commodum non conſequitur quilibet
principaliter:ſed in conſequentiam, aut cauſa eſt vniuerſitatis
quo ad nomẽ, ſed quo ad commodũ eſt ſingulorum: & tunc nõ
poſſunt teſtificari;quia cauſa reputatur propria, ſed Ioan. And.
2 in addi.Specu.in tit.de teſte.§.op.verſi.ſed nũquid.†dicit,quòd
quando ſinguli de vniuerſitate ex ſuo teſtimonio reportãt com
modum, quòd non poſſunt eſſe teſtes.Reſpõdeo igitur ad quę-
ſitum:& dico,quòd non ſunt idonei teſtes, ad quod oſtenden-
dum conſidero,quòd hic ſunt duæ oblationes: vna vniuerſita-
tatis verſus creditorem,puta ex mutuo: alia ſingulorum verſus
vniuerſitatem: quia ſinguli obligati ſunt vniuerſitati ad colle-
ctam,vt ff.de mune.& hon.l.reſcripto.§.fin. Modò certum eſt,
quòd ſi ipſi poſſent probare ſolutionem ex eorum teſtimonio,
liberaret eos immediate ab obligatione,qua tenentur vniuerſi-
tati: quia liberata vniuerſitate,ipſi de neceſſitate eſſent libera-
ti,igitur exitus controuerſiæ immediate concernit eos.pręter-
ea multum refert,vtrum commodum pertineat ad aliquem de
neceſſitate,an ex contingentia caſuali. primo caſu, ſiue media-
te,ſiue immediate non eſt teſtis idoneus, vt patet in fideiuſſore
& venditore, qui tenentur de euictione,& vbicunque exceptiõ
rei iudicatæ competeret teſti, ibi non eſſet idoneus teſtis, not.
ff.fini.regun.l.eos.& C.de teſtib. l.omnibus. Secundo verò ca-
ſu recipitur teſtimonium, vt C. de teſtamentis. l. dictantibus.
cum ergo in caſu noſtro tractetur de neceſſario commodo te-
ſtium,doctoribus antiquis,vel modernis non venit in dubium,
quòd non eſt idoneus teſtis, qui per ſuum teſtimonium vult ſe
ab obligationibus & præiudicijs liberare.& hoc de primo pun-
3 cto.†Quantum ad punctum,quo dicitur,quòd fuit facta ceſſio
in potentiorem, truffa eſt: quia vniuerſitas potentior eſt vno
clerico,vt in c.ſtatutum.de reſcr. lib. 6. quantum ad alium paſ-
ſum,quia lite pendente: certè iam erat lata ſententia in maiori
quantitate, quæ includebat iſtam minorem: & ideo iura cedi
potuerunt.& quia fuit ceſſio neceſſaria,vt aſſeritur,quia fuit fa-
cta loco legitimæ portionis debitæ ceſſionario, & in diuiſione
bonorum,vt ff.fam.erciſcun. l.in iudicio. & l.alienationes. & l.
fi.C.de litigioſis.Circa dicta teſtiũ nihil dico, quia acta loquun-
tur. Ego Bald.de Peruſio.

CONSILIVM CCCXCII.

1 *Filius an præſumatur ſcire teſtamentum patris, & an per coniecturas pro-betur ſcientia vel ignorantia.*
2 *Per verba notarij appoſita in inſtrumento ſciens ad ſe hæreditatẽ pertine-re,an probent,quòd ſciuerit ad ſe pertinere ex teſtamento.*
3 *Aditio ſeu immixtio,an præſupponat ſcientiam teſtamenti.*
4 *Ignorans non poteſt renuntiare ſuo beneficio.*
5 *Filius,qui renunciauit hæreditati paternæ,an poſtea poſſidendo dicatur ſe immiſcere.*

In Chriſti nomine. Anno 1371. Indict. no-
na.tempore ſanctiſſimi
in Chriſto patris & domini, dom.noſtri Gregorij diuina proui-
dentia,& clementia Papa XI. die 25.menſis Decembris. noue-
rint vniuerſi præſens inſtrumẽtum inſpecturi, quòd cũ ſapiens,
&iuriſperitus vir do.Iac. quon. domini Nerij eſſet conſti.in prę-
ſentia mei not.infraſcripti, & teſtium infraſcri.aſſeruit, dixit,&
affirmauit,quòd nuper ad notitiam eius peruenit, ꝙ præfa. dñs
Nerius morte naturali deceſſerat,ſuperſtitibus ſibi d.Antonio
præfato,& præfato dño Iacobo ſuis filijs legitimis & naturali-
bus:ac etiã ſciens medietatem hæreditatis præfati domini Ne-
rij quondam ſui patris ad ſe pertinere, ac etiam de volũtate eſſe
certum per mortẽ præfa. domini Nerij ſecundũ formã iuris, id-
circo nolens præfa.do.Iacobus inconſultè agere, omnimodo,
via,iure,& forma, quibus melius,& vtilius potuit,adiuit,atque
apprehendit hæreditatem præfati quondam ſui patris, videli-
licet pro medietate ſibi cõtingente: cũ beneficio legis & inuẽ-
tarij,& pro adita, & apprehenſa à die aditionis præfatæ haberi
voluit: & faciens in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ſignum
crucis in princ.& pro ſigno aditionis,& apprehenſionis prædi-
ctæ hæreditatis manu propria, rogans me no. infraſcrip. vt de
prædict.publ.cõficerem inſtr.actum in ciuita.Peruſij in via pu-
bli.ante domum habita.inſtru.do.Bal.præſen.domino Bal.ma-
giſtri Fran.de Peruſio.doc.iur.p.S.Petri,& parrochiæ S. Lucię.
ſer.Ioan.magiſtri Bart. de Peruſio. p. S. Petri & parrochiæ San-
cti Andreæ.Antonio Colæ de Peruſio.p.S.Petri, & p. S. Mariæ
de colle.& Frãciſco magiſtri Thomæ de Aſſiſio teſtibus ad hoc
vocat.habit.& rogat.& ego Per. quondam Thadutij de Peruſio
portæ.S.Petri, & parrochiæ ſancti Syluestri publicus Imperiali
auctoritate notarius,& iudex ordinarius prædict. omnibus, &
ſingulis ſupra interfui: & rogatus ſcribere ſcripſi, & publicaui,
& ſignum meum appoſui conſuetum.

In Chriſti nomine. l.in totum. generaliter
omnia, q̃ in diſtinctio-
ne agenda ſunt,non niſi vera quo ad eſſentiam, & certa ſcientia
quò ad innoteſcẽtiã perfici poſſunt, ff. de reg.iur.l.in totum o-
mnia.in dependentibus ergo ab animo, & à vera exiſtentia ter-
minorum requiruntur duo,ſ.veritas& certitudo veritatis,ff.de
captiuis.l.nec nos præterit. ſed in depẽdentibus à veritate ſuf-
ficit ſola veritas,ff.de condi.ob cauſam.l.ſi pecuniam.§.ſi ſeruũ.
& C.de ſuis,& leg.l.apud hoſtes. ſed in dependentibus à ſolo a-
nimo potentior eſt eſſentia, quàm veritas, ff. de condi.ob cau-
ſam.l.3.§.ſubtilius.propterea cõſiderandum eſt in aditione hæ-
reditatis,an quis voluerit,& ſciuerit,nec ne: ſed cõſiderandum
eſt, quòd ſi quis dixerit ſe ſcire, vel ſi notarius dicat, an præſu-
matur ſcientia explicita teſtari, vel inteſtari, nec ne. & videtur,
quòd non præſumatur ſcientia, niſi lectis & cognitis verbis te-
ſtamenti, ff.de tranſac.l.de his.In contrarium; quia notarius aſ-
ſerit eum ſcire,& verbum notarij eſt partis verbum, vt no. ff.de
verb.ob.l.ſciendum.& in dependentibus ab animo & ſcientia,
ſtatur eius animo: ſaltim in eo quod eum obligat, qui ſe aſſerit
ex certa ſcientia facere, aliàs noſtri præceptores fuiſſent fa-
tui, qui hæc verba in inſtrumentis inſeri fecerunt; quod eſt
dementis & dementiæ;quia vtinam eſſemus tales, quales anti-
qui fuerunt, & probatur ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. §. fin. &
argum.ff.de teſt.mil.l.qui iure militari.ſed hæc altius diſcutien-
da eſſent,& altiori ſubijciẽda inquiſitioni,&c.Primò eſt viden-
dum,an filius præſumatur ſcire teſtamentum patris. Secundò,
an per illa verba,ſciens ad ſe hæreditatem pertinere, probetur,
quòd ſci-



ꝙ ſciuerit ad ſe pertinere ex teſtamento. Tertio,an aditio hære-
ditatis ſupponat ſcientiã. Quartò, an filius ignorãs poſſit renũ-
tiare beneficio abſtinẽdi. Quintò,an filius,qui renuntiauit hæ-
1 reditati paternæ,poſtea poſſidendo dicatur ſe immiſcere.† Cir
ca primum dico, ꝙ in dubio recurrendũ eſt ad coniecturas, nã
per coniecturam nedum probatur ſcientia,vt ſi filius erat in do
mo,ſi teſtm̃ fuit factum in domo: quia domeſtici præſumuntur
ſcire,quæ in domo agimus. C.de repu.l.cõſenſu.§.ſeruis.niſi eſ-
ſet teſtm̃ factum ſub ſigillo ſecreto, ideſt in ſcriptis, vt inſti.de
pupi.ſubſt.in princ. Interdum per coniecturas probabitur ig-
norantia, vt ſi filius erat in longinqua patria, ita ꝙ ad eum, niſi
per nuntium & literas, notitia teſtium potuit pũenire. ff. ſi cer.
pet.l.eius, qui in prouincia. l.quidã decedens.§.ex quo.ff.de ad-
mi.tuto.Si aũt coniecturis non apparet, præſumitur ignorãtia.
C.de peric.tuto.l.ſi tutor.C.de iure delib.l.qm̃ ſororem. & leg.
cum antiquioribus.verſ.ſi.n.ipſe.& l.verius.de proba.cum ſim.
2 † Circa ſecundũ punctũ dico, ꝙ adeundo quis quaſi contrahit.
l.apud Iulianum.§.fin.ff. quibus cau.in poſ. ea. & verba, q̃ tunc
hæres profert, habentur pro legitima cõfeſſione facta p̃ſentib.
aduerſarijs,argu. C. de pact.l.poſt venditionem. & qđ no.ff. de
neg.geſt.l.Pomp.ſcribit.l.Neſennius.ff.de ſolu.l.ſtipendium.§.
vlti.ſtari ergo dẽt ei,ꝙ aſſertiue ſcribit, de verb.ob.l.ſciendum.
vel ſcribi fecit.C. de probat.l. cũ precibus, nam & etiam gene-
ralis confeſſio præiudicat,qñ quis ſe fatetur hæredem, licet nõ
dicat quo iure.ff.de interrog.actio.le.fin. & per hoc in caſu no-
ſtro p̃ſumitur,immiſcuiſſe ſe ſcienter,qa ita in inſtrumento ca-
uetur.†Super tertio dico,ꝙ legalis immixtio non præſupponit
3 ſcientiã.C.de ſuis, & legi.l. apud hoſtes.ſed immixtio animi, &
facti,p̃ſupponit teſtamen.tã in ſuo q̃ in extraneo ſcientiã, vt ff.đ
lib.leg.l.cum heres.ſuus enim, & extraneus nõ differunt in his,
quæ dependent ex voluntate.ff. de acq. hære.l. cũ bonis. ſi quis
ergo in inſtrumento aliquo dicat ſe hæredem, ex aditione im-
plicita omnia neceſſaria fateri,& dicere videtur, arg.ff. de acq.
hære.l.illud.præterea qñ filius tacet,non pręſumitur ſcire:tamẽ
qñ facit aliũ actum indicatiuum ſcientiæ,bene præſumitur ſci-
re,quis autem actus clarior, q̃ propria confeſſio. C. de non nu.
4 pecu.l.generaliter.†Super quarto dico,ꝙ ignorans non poteſt
beneficio ſuo renuntiare.ff.de inoffi.teſta.l.mater decedens.nã
repudiatio hæreditatis & aditio, eandem ſcientiam requirunt,
de acq.hær.l.is poteſt.ff.ſi pars hære.pet.l.illud. cum ſi. † Super
5 quinto dico,ꝙ re integra videtur adire.C.de repu.hære.l.fin.ſi-
ue gerat actus ciuiles,puta vendendo, vel promittendo: ſiue a-
ctus naturales poſſidendo, & fructus percipiendo, vt inſti. de
hære.quali.& diff.§.ſi.ff.de acq. hær.l. pro hære. ſi hos actus fe-
cit,homo iſte proculdubio cenſetur effectualiter ſe immiſcuiſ-
ſe.ff.de iure delib.leg.ſi quis ſeruus.cum ſim.& ita dico,& con-
ſulo.Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCIII.

1 *Puniri quis an poſſit ex maleficio alibi commiſſo.*
2 *Domicilij mutatio ex quibus præſumatur.*
3 *Inquiri an poſſit de maleficio alibi commiſſo.*

In nomine Domini. Pũctus talis, videli-
cet, Titius Senenſis
dum habuiſſet litem & quæſtionem, cũ domina Berta tutrice,
&matre filiorum Sempronij olim eius viri,& ciuis Senenſis. de
mum ſuperatus, & conuictus ſuper dicta lite,idem Titius ab-
ſentauit ſe à ciuitate Senarum,timens ne occaſione proceſſus
ciuilis facti contra eum perſonaliter caperet, & moram traxit,
&habitationem in ciuitate Aretij.demum vno tractu temporis
idem Titius deliberatè & appenſate mouit ſe de dicta ciuitate
Aretij, in qua nunc habitabat, & reſidentiam faciebat, & iuit
ad dictam ciuitatem Senarũ, & ibidem ſtetit occultè. & in inſi-
dijs per tres vel per quatuor dies cum quodam ſocio, nullis pri-
mo,vel illo tunc procedentibus verbis,ſiue rumore,fecit inſul-
tum,& aggreſſuram contra, & aduerſus Caium ciuem Senẽſem
coniunctum dictorum pupillorũ: pluribus percuſſionibus, &
vulneribus eum percuſſit: propter quas idẽ Caius ſtatim mor-
tuus fuit,& commiſſum fuit dictũ maleficium per dictũ Titiũ,
& ſocium in perſona dicti Caij iuxta, & prope ciuitatem Sena-
rum prædictam. poſtmodum verò facto, & cõmiſſo dicto ma-
leficio per prædictos,abſentauerunt ſe à dicta ciuitate Senarũ,
& eius comitatu: & eadem die,vel ſequenti poſt commiſſionẽ
dicti maleficij & homicidij confugerunt in comitatũ, & diſtri-
ctum Aretij:& poſtea per aliquos dies intrauerunt dictam ciui-
tatẽ Aretij. Nunc verò capitaneus guerræ, & guardiæ dictæ ci-
uitatis,& comit.Aretij,vult per inquiſitionem,& vigore ſui of-
ficij,& arbitrij procedere,punire,&condemnare dictum Titiũ
delinquentem occaſione dicti maleficij, & homicidij per eum,
1 & ſocium ſuum commiſſis in perſona dicti Caij.†Modo q̃ritur,
nunquid poſſit, cum ipſe primo ſe mouerat,& poſtea confugit
ad dictam ciuitatem Aretij. vt s̃ necne. viſis ſtatutis cõis Aretij,
& electione dicti dñi capitanei Aretini, & viſis iurib. cõib. &c.
& ſi põt procedi,& puniri, qua pœna ſit puniendus.

2 In Chriſti nomine. †Quæſtio ſtat in hoc,
an iſte cõſtituerit do-
miciliũ in ciuitate Aretij,nec ne:ſi enim ibi tanq̃ profugus mo-
rabatur,certum eſt, ꝙ ibi non contraxit domicilium. ff. de ſer-
uis expor.l.Titius ſeruum.Si aũt apparet certitudinaliter,quod
elegit illum locum pro ſua perpetua reſidentia, & ibi lares cõ-
poſuit,tũc ille locus factus eſt domiciliũ,& ibi poſſet puniri.C.
vbi de crimi.agi oportet.l.1.ſi autẽ dubitatur, tunc in illo, qui ha
bitat per decẽ annos, ex ſola habitatione præſumit̃ anim⁹ per-
petuò remanẽdi. C.de incolis.l.2. ſed in illo, q minori tempore
ſtetit,non præſumitur aĩus domicilij contrahendi ex ſola habi-
tatione.ff.ad muni.leg.liberti perſona.niſi ex alijs indicijs ſimul
iunctis,vt quia ſe tranſtulit cũ tota familia, & ſuppellectili ſua,
& cum maiore parte fortunarum:tunc.n. præſumitur domici-
lium.C.vbi ſenatores,vel cla.l.2.& no.extra de for. compe.c. ex
parte.per Inn.nã vbi eſt theſaurus tuus,ibi eſt cor tuum.& ideo
vbi quis hẽt familiã,&maiorem partẽ fortunarũ,ibi aĩo ſemper
eſſe videt̃.ff.de captiuis.l.nihil.ff.de pigno.l.debitor. C. de agri.
& cenſi.l.fi.li.11. Ex iſtis apparet, an iſte homicida poſſit puniri
Aretij; nam ſi ibi ante maleficiũ contraxerat domiciliũ, põt ibi
puniri,ſi non cõtraxerat,nõ põt ibi puniri, licet illuc p̃fugerit.
ſolum.n.lex p̃mittit eũ capi, & remitti ad locũ delicti, in Auth.
vt nulli iud.§.ſi vero quis comprehenſorũ. quas tñ remiſſiones
ciuitates non faciunt de conſuetudine,vt no. in cle.paſto. de re
iud.in cle. ſi aũt dubitatur,recurrendũ eſt ad ea,quæ ſupra dixi.
vnum non omitto,quod non debet inſpici principium loci, vn
de iſte,ſeu iſti ſe mouerunt ad delinquendum: ſed debet inſpici
locus finalis delicti,iuxta no. per Bar.ff. de adult.l. quod ait.§.ſi.
Et ideo ſolus acceſſus de Aretio ad ciuitatem Senarũ non facit
ipſum Aretij ſortiri forum.pœna etiam imponenda eſt ſecundũ
ſtatutum loci delicti;qa illa ſtatuta ius cõe trahit, & extendit ad
locum iudicij,vt plene no.in l.cunctos populos per Bar.& alios.
C. de ſum.trini. Concludo ergo eum forum non ſortiri Aretij
ex eo ſolo,quod iuerit, & reuerſus eſt. Sed ſi apparet de domici
lio,ante conſtituto Aretij,bene ſortitur ibi forũ, & tunc pœna
3 eſt infligẽda ſecundũ locũ delicti:† & hoc ſi accuſatur. idẽ ſi per
inquiſitionẽ.dixerunt antiqui, ꝙ nõ põt cognoſci de maleficio
extra commiſſo.& Io.An.hoc approbat inter Mod. Sed Cy. &
Bar.dicunt poſſe,vt ipſe Bart. refert in d.l. cunctos populos. de
iſto puncto adhuc ſub iudice lis eſt, & antiqui practici tenebãt
opi.negatiuam:ſed Moderniores tenent affirmatiuam. Tutior
via eſt ordinaria.ſ.per accuſationem: ſed ſtatutum Aretij videt̃
declarare,quod vbicunque ſit commiſſum homicidium, poſſit
inquiri, quod ſtatutum valet.l.ſi.ff.de decre.ab or.fa.C. de eu-
nuchis l.2.C.de commercijs,& mer.l.mercatores.

CONSILIVM CCCXCIIII.

1 *Stante ſtatuto, quod denuntiantes receptatores bannitorum lucrentur cer-tum:& alio ſtatuto, quod ſyndici teneantur denuntiare, an ſyndici de-nuntiantes debeant habere lucrum.*
2 *Denuntiatio duplex eſt,priuata ſcilicet,& publica.*
3 *Præmium datum ex ordinatione legis eſt licitum, & honeſtum.*

1 In Chriſti nomine. † Statuto ciuitatis Pe-
ruſij cauetur, quod re-
ceptãs bãnitum pro vulnere puniatur pœna centum lib. quam
pœnam eidem receptanti poteſtas & capitaneus, auferre tene-
antur, cuius pœnæ medietas ſit cõis Peruſij, & aliã medietatem
habeat accuſator,vel denuntiator, & ꝙ ſyndici caſtrorũ, & vil-
larum comitatus Peruſij teneantur tales receptatores denun-
tiare:& quod teneantur, & debeant denuntiare homicidia, &
percuſſiones ſanguinolentas cũ ferro ſub pœna 200.li. Modo
quæritur,viſo, & diligenter inſpecto dicto ſtatuti tenore, vtrũ
ſyndicus villæ denuntians dictum maleficium debeat habere
medietatem dictæ pœnæ:& videtur quod non,nam l. cauetur,
ꝙ ſi ſeruus necem domini ſui vendicat, ꝙ pro præmio cõſequit̃


liberta-

libertatem.ff.ad Sille.l.ſi qs in graui.§.ſi ex ſtipulatione. Modo iuriſc.ad interpretationẽ huius legis format iſtam q. quid ſi iſte ſeruus necẽ huius dñi ſui detexit neceſſario cõpulſus,an debeat habere dictum præmium:& determinatur, ꝙ non,& datur pro regula generali,ꝙ præmium non debetur delatori, niſi ſponte deferat.iſte eſt tex.in d.l.ſi quis in graui.§.vtrum.cum ergo ſyndicus iſte fecerit ex neceſſitate publici officij,& metu pœnæ ſtatuti,ergo non meretur præmium. quod ergo ſtatutum dicit de denuntiatore,debet intelligi de priuata denuntiatione,non de publica,quæ fit per officium,& ita videtur tenere Bart. addens aliam rõnem,videlicet:quia turpiter acciperet pecuniam,cum deliberat facere gratis,vt l.pe.de condi. ob tur. cauſam. Cõtrarium dicendum eſt conſiderato dicto ſtatuto,& conſiderato,ꝙ circa idem factum ſi fiat,cadit præmium,& ſi non fiat, cadit pœna:nec eſt hoc inconueniens: lege enim cauetur, ꝙ adimplens voluntatem defuncti conſequitur præmium quartæ:&non adimplens patitur pœnam,vt in Auth. de hær. & falc. §.ſi quis aũt non implens. itẽ boni præmiantur, & mali puniuntur.ff.de iuſti.& iur l.j.ibi,bonos non ſolum metu pœnarum,verùm etiam præmiorũ oblatione. & non eſt nouum, ꝙ remunerandæ fidei cauſa & leges,&ſtatuta dant præmia.C.de ſtatutis,& imaginib. l.virtutum.ff.de excu.tuto.l.tutor.§. qui tutorib. Si ergo ſyndicus eſt fidelis in denuntiando; quia denuntiat maleficium, qñ apparet eſſe verum, merito eſt laudandus, & præmiandus: nec minus dignus eſt præmio,ꝙ recte fungatur officio, cũ veritatẽ in pub.aures,in lucemq; deduxerit. C. de epiſ.& cleri. l. nullus.

2 in fi.† Et ad hoc manifeſtius declarandum, conſiderandum eſt, ꝙ duplex eſt denuntiatio, ſ.priuata, q̃ de iure ciuili nullũ habet effectum,niſi tranſeat in accuſationem ſecundũ Bart. & de iſta non poteſt intelligi illud verbum per denuntiationẽ, ſed illud verbum accuſator: & denuntiatio eſt accuſatio quædã ſine concluſione,& iſta poteſt dici narratio, quæ eſt pars libelli accuſatorij:accuſatio non eſt ipſe totus libellus cum concluſione tacita,vel expreſſa,vt extra de ſymo.c.licet Hely.&alia denuntiatio publica quæ fit ꝑ officium, & iſta ſola eſt cognita de iure ciuili, quæ viã præparat inquiſitioni.C.de accuſ.l.ea quidem.ff. de cuſtod.reo.leg. diuus. Cod.de iniurijs.l.1.& ita tenet Bar.in extraua.ad.repri.ſuper verbo.denuntiatione.in pri.quia igitur ſtatutum ſub duplici capite defert præmium, ſub quolibet per ſe,valet ſub capite accuſationis,quæ includit priuatã denuntiationẽ tanq̃ eius partem integralem,vt C.de famo.lib.l.1.§.ſane. & ſub alio capite ſeparato.ſ.denuntiantis. iſta nõ eſt in fi. vnius ſpeciei:ſed publica ſecundum Bar.ergo neceſſario ſequitur, quod illud verbum, vel denuntiator, ſupponat ꝓ ſyndico,qui ex publico officio denũtiat: quia de alio nõ poteſt intelligi.ff. de fund inſtru.l. fundus,q locat.&.ar.ff.de opt.l.ſi optio.Præterea iſtud verbum,denuntiator.poteſt intelligi pluribus modis: dicam ꝙ intelligatur quolibet modo, cum indefinita æquipolleat vniuerſali in cauſa fauorabili, vt no. Dyn. in Rub. de regu.iu.lib.6. præterea quando ex eadem lege ordinatur de præmio, & tandem de officio non aduerſatiuè,ſed copulatiuè,& connexè, ratione copulæ intelligitur totum connexum,& repetitum,vt ff. de fun.inſtr.leg. Seiæ.§. Caio. & ita eſt hic;quia totum eſt de ordinatione eiuſdem legis,ſimile,dicit lex, quando in aliqua parte teſtamenti fit mentio poſthumi, tunc in alia parte eiuſdẽ teſtamenti verbum filij,indefinite prolatum comprehendit etiã poſthumum,quod alias non comprehenderet.ff.de leg.1.l. qui filiabus.ſic dicendum eſt hic de iſto indefinito verbo,denuntiator.Prẹterea reſtringere ſtatuta, ad denuntiationem inualidã. ſ.ad ſolam relationem, & notificationem facti,& per actum inualidum conſequeretur quis præmium,ꝙ factum validum non reportaret, ꝙ eſt ridiculum. Præterea ſi verba ſtatuti non recipiũt interpretationem reſtrictiuam: niſi per tacitam rationem eiuſdem ſtatuti,vel alterius ſtatuti eiuſdem municipij. ff.de ver. ob.l.quicquid aſtringendæ.& l.ſi.mihi, & Titio. §.ſi ſtipulator. & ideo dictum ſtatutum tanq̃ vtiliſſimum reip.principaliter ad exterminandum bannitos non eſt reſtringendum: ſed iuuandũ ampliori interpretatione.ff.ad Sille.l.ſi quis in graui.§.is quoq;. & ff.de condi.& dem.l.hoc modo. Ex quibus veriſſime concluditur,quod tali ſyndico dimidia pars debeatur vigore dicti ſtatuti:& iudex in ſententia debet hoc declarare, vt ff.de hære. inſti.leg.teſtamento domini.Non obſtat dictum Bart. quia verba ſtatuti tollunt contrarium, nam præmium defertur ſub tali nomine appellatiuo, quam de neceſſitate ſpeciali,& de ſignificato indefinito, & generali, comprehẽdit ipſum ſyndicum denuntiantem:ſecus eſt in præmio,quod defertur à iure communi,quia non defertur ſub tali nomine, ſed ſolum in exemplum laudabilis volunta.& fidei.C.de preci.impe.offe.leg.1.voluntas aũt debet eſſe in arbitrij voluntate, non in collationis neceſſitate.ſtatutum autem non conſiderat actum, prout procedit à voluntate, ſecundũ quam meretur,aut demeretur: ſed conſiderat effectum acti prout vtilis eſt reipu.& ſic non ob.§. vtrum. Item

3 non obſtat rõ Bar.de turpitudine.†nam præmiũ,ꝙ datur ex ordinatione legis,non eſt turpe,ſed licitũ,&honeſtum.ff.ad Sille. l.lege Cornelia.§.præterea. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCV.

1 *Filius exhæredatus nulla inſerta cauſa in teſtamento, in quo ſit clauſula codicillaris, non poteſt ſuccedere, niſi in legitima.*

In Chriſti nomine Nobilis, & ſapiens vir Landus filius quondã domini Antonij de Albizis de Florentia,&nũc habitator Venetiarum in contrata ſancti Caſſiani licet æger corpore;tamen ſanus mente conſiderans caſum humanæ fragilitatis,& rerum,& bonorum ſuorum diſpenſationes, per pręſens nuncupatiuum teſtm̃,quod dicitur ſine ſcriptis, in hunc modum facere, procurauit:in primis elegit ſuam ſepulturam &c. item inter alia diſpoſuit in hunc modum,videlicet,item iuſſit,& voluit, ꝙ Antonius eius filius,& Monaſſola eius filia nihil omnino habere debeant ſimul,vel diuiſim de hæreditate, & bonis dictæ hæreditatis dicti teſtatoris,ſed eos,& quemlibet eorum exhæredauit, & eius hæreditate priuauit.in omnibus aũt alijs ſuis bonis mobilibus,& immobilibus,iuribus,rationibus quibuſcunque pręſentibus, & futuris Laurentium, & Marianum dicti teſtatoris filios legitimos & naturales ſibi hæredes vniuerſales inſtituit, & voluit dictus teſtator hoc eſſe ſuum teſtm̃ vltimum: & ſuam vltimam voluntatem,quod valeat, & valere debeat iure teſtamenti:& ſi non poſſet iure teſtamenti valere, valeat iure codicillorum:& ſi iure codicillorum non valet,vel valeret, valeat iure donationis cauſa mortis, & omni alio iure, modo & forma, quibus melius ſecundum conſuetudinem,& mores, & ſtatuta, ac ordinamenta ciuitatis. Floren.poterit valere, & tenere:volens,& declarans ex nunc,quod ſi in teſtamento præſenti, eſſet aliquid contra formam ſtatutorum, vel conſuetudinẽ ciuitatis Floren.vel aliqua clauſula,ſeu ſolennitas foret omiſſa, quæ haberent hoc teſtamentum infringere,voluit,& mandauit, quod reducatur ad formam dictorum ſtatutorum: & cõſuetudinem: & ſuppleatur oĩs defectus per me notarium infraſcriptum, ita ꝙ præſens teſtm̃,& vltima voluntas valeat,& teneat non mutãdo ſubſtantiam eorum,quæ in præſenti teſtõ ordinauit.

1 In Chriſti nomine. †Certum eſt, quod dictum teſtamentum Lãdi fuit ipſo iure nullum quantum ad inſtitu.hæredum:quia filiũ nulla inſerta cauſa exhæredauit.vt in Auth. vt cũ de appel.cog. §.aliud quoque capitulum. & ideo filij ab inteſtato ſunt hæredes æquis portionibus. Sed dubitatur;quia teſtator voluit valere iure codicil.an dictus Ant. teneatur virilem partem eius reſtituere fratribus ſuis legitima deducta, an non teneatur & ſumus nunc in paſſu difficili. Nam glo.in Auth.ex cauſa. tenet, ꝙ illa clauſula nihil operetur, niſi quando teſtamentũ non valet ex defectu ſolennitatis:ſecus ſi non valet ex defectu exhr̃dationis: creditur.n patrẽ inſanijſſe,qui naturalẽ omiſit charitatẽ. ff. de leg.3.le.filio præterito. & hanc æquã opi.gl.tenebant quaſi oẽs antiqui doc.& ex modernis tenent eã Ol.de Laude & Rich. Malum.Item tenet eam Gul.de Cu.l.vlt.C.de codic.cum.n. lex vocet vitum in teſtatore parum diſtans à furore, illud, quod eſt teſtatori vna via denegatũ, alia via permitti non debet:cum effectus ſuccederet in locum viæ prohibitæ.ff. quod cum eo.l. ſed filius. Sed dñs Dy.Ia.Bu. & Bar. dicũt talem clauſulã valere, & exhæredatos ab inteſtato ſuccedere ſtatĩ debere ex cauſa fideic.reſtituere fratribus portionem ſuam legitima deducta: & hoc per l.poſthumus.§.ſi paganus.ff. de inoffi. teſtamento.& ff. de teſta.l.ex ea.& quod no.Cod.de fideic.l.eam,quam.& leg.ex teſtõ.& ar.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.l.qui autem,& hoc eſt expreſſum ſecundũ vnam lect.ff. ad Tre.l.ſi patroni.in fi.ad hoc etiam ſpecialiter allegatur.ff.de fideic.liber.l.generaliter.§. ex teſt. & hæc eſt veritas:& ita tenendum eſt.

CON-



CONSILIVM CCCXCVI.

1 *An facta diuiſione inter fratres omnium rerum excepta domo poſt decimũ annum facta proteſtatione de diuiſione dicta domus poſt alios decem annos poſſit peti diuiſio ab illo, qui fecit talem proteſtationem.*

2 *Patientia an præſumatur pro titulo.*

3 *Ex tempore an præſumatur prælegatum.*

4 *Ex tempore cum poſſeſſione an præſumatur diuiſio.*

In Chriſti nomine. Caſus talis:eſt quidam dñs Leo deceſſit in anno domini, 1354. relictis quatuor filijs legitimis,& naturalibus, quorũ vnus vocatur, Peregrinus, alter Florius, & alter Petrus: iſti fratres poſt mortẽ prædicti patris ſui inter ſe diuiſerunt omnia bona hæreditaria, quæ fuerunt prædicti ſui patris, excepta vna domo,in qua habitabat pater eorum tẽpore mortis,& vitę eius:& in qua ipſe pater habitauerat ꝑ 25.ann.continuos proxi. præcedẽtes mortẽ ſuam:& ita probatũ eſt in iudicio. prædictus Florius,qui eſt vnus ex prædict.quatuor fratribus, continue tenuit, & poſſedit dictã domum,q̃ vere nunq̃ fuit diuiſa:& ad pñs dictã domũ tenet:ita ꝙ poſt diuiſionẽ factã de alijs bonis pr̃nis, quæ facta fuit iam ſunt 20.anni,& plus, continuè dictus Florius tenuit,& poſſedit dictam domũ totã,accidit,ꝙ de anno dñi. 1363.Nico,prædict. q eſt vnus de dictis quatuor fratribus,fuit coram dicto Florio ſuo fratre,qui tenet totã dictã domũ, & dixit verba,de qbus in infraſcripto capitulo fit mẽtio, quæ ſunt probata ꝑ infraſcriptos tres teſtes, qui depoſuerunt ſuper ipſo, & iurauerunt ſuper tota cã:ad quæ verba prædictus Florius rñdit, vt in atteſtationibus infraſcrip. continetur. Modo quæro à vobis dño meo,ſi capitulum formatum,vt iacet, poſito ꝙ ſit probatũ, tollit p̃ſumptionẽ diuiſionis factæ de dicta domo de qua p̃ſumptione loquit̃ gl.in l.ſi maior.C. cõi.diuidũ.&ibi ꝑ la.Bu. Item ꝙ non obſtante,ꝙ poſt p̃dictã confeſſionẽ factã ſint elapſi alij 10.anni,de qb.vt dictũ eſt, dictus Florius tenuit, & poſſedit dictã domũ, dict. Nico. nõ obſtante p̃ſumptione diuiſionis factæ de ipſa domo poſſit agere contra dictũ Floriũ, vt ꝓ quarta parte diuidat ſecum dictã domũ? Qm̃ aduocati dicti Florij rei dicunt ꝙ illud capitulum non releuat,& ſi eſſet ꝓbatũ,qm̃ poſt dictam confeſſionẽ prædicti Florij ſunt elapſi alij 10.anni, qbus continue dictus Florius, vt dictũ eſt,tenuit, & poſſedit dictam domũ: & ſic alia noua præſumptio diuiſionis factæ inſurgit ꝑꝑ poſſeſſionẽ vltimorum 10.anno.& dicunt ẽt dicti aduocati Florij,ꝙ dictũ capitulũ infraſcriptũ non eſt ꝓbatum per tres infraſcriptos teſtes,nec aliqd, ꝙ releuat: & ꝙ in hoc capitulo nõ ſit ꝓbatũ illud,ꝙ ſufficiat ad tollendũ præſumptionẽ diuiſionis ꝑ aduocatos Nicolai allegatum,ꝙ dictũ infraſcriptũ capitulũ releuat:& ꝙ licet capitulum non ſit ꝓbatũ de verbo ad verbũ, tñ eſt probatũ illud, quod ſufficit ad tollendam præſumptionẽ diuiſionis vrgẽtem per poſſeſſionẽ 10.an. ex eo maxime; qa teſtes iurauerunt ſuper tota cã.& dicunt dicti aduocati accuſatoris,ꝙ ſufficit infra 10.primos annos,vel poſt.10.primos annos in alijs ſequentibus.10.annis dictus Florius fecit dictam confeſſionem modo,q̃ probat̃ ꝑ teſtes infraſcriptos: qm̃ ſufficit, quocunque fuerit confeſſus diuiſionem non fuiſſe factã ad inſtar illius, ad cuius petitionem qs confeſſus fuit ſe nomine nuntij habuiſſe, & recepiſſe.10. elapſo biennio ille,qui fecit dictam cõfeſſionẽ, vult opponere exceptionem non nu.pec.ꝙ poſt biennium põt ſecundum opi.cõem gl. licet onus incũbat probandi ei, q poſt biennium, tñ ſi ipſe probat creditorem ſuũ illũ, qui recepit dictam confeſſionem dixiſſe,& confeſſionem feciſſe ipſo p̃ſente, ſe nunq̃ numeraſſe ante biennium,poſt bienniũ & ſi adhuc trãſiret vnum,vel duo biennia,non induceretut de nouo pręſumptio pecuniæ numeratæ &c. Quæritur ex his,quid iuris? an dictum capitulum ſit probatũ, ita ꝙ ſufficiat ad tollendũ dictam præſumptionẽ:& ſi non obſtante dicta p̃ſumptione diuiſionis factę,dictus Nicolaus poſſit de iure petere à dicto Florio fratre ſuo,vt diuidat ſecum dictam domũ pro quarta parte? Infraſcriptum capitulum fuit fact. ad tollendã præſumptionẽ diuiſionis factæ de qua præſumptione loquit̃ glo. in d.l. ſi maior. Itẽ ꝙ de anno 1363.& menſe nouẽb. dicti anni, ſiue de illo tempore, de quo teſtes dixerunt, Nicolaus p̃dictus exiſtens apud petrã piſſcium poſitam ad porticum domus mercatorum Veronę dixit Florio prædicto, Florio,ego nunquam habui partem domorũ domini Leonis patris mei,in quibus ipſe deceſſit, quæ iacet in ciuitate Veronæ in contrata ſancti Gilij: ego vellem ipſas partiri tecum, & cum alijs fratribus noſtris: & tunc dictus Florius reſpondit dicto Nicolao: tu nihil hr̃e habes de domibus prædictis, qm̃ pr̃ nr̃, & dña Bellina nr̃a mr̃ in ſuis teſtĩs reliquerunt dictas domos mihi Florio,& Peregrino, & Petro dictis fratrib. & tunc dictus Nicolaus rñdit dicto Florio,ego non credo hoc, quia pater & mater mea hoc nunquam feciſſent,& tunc dictus Florius reſpondit dicto Nico. ego habeo teſtamentũ patris, & matris meæ,& oſtendam tibi: & ſi non apparebit prædictos matrem, & patrem meos legaſſe omnes domos prædictas mihi Florio,& Peregrino, & Petro fratribus noſtris, ego promitto tibi ꝙ diuidam tecum illud, quod teneo de dictis domibus, & ſic reſpondit dictus Nicol.ego ſum contentus.

1 In Chriſti nomine. † Tres ſunt caſus: aut n.apparet omnia fuiſſe diuiſa:aut n.apparet quædam fuiſſe diuiſa,& per conſequẽs alia indiuiſa remanſiſſe:aut non apparet expreſſa diuiſio,ſed allegatur diuiſio,& ad probationem inducitur longa poſſeſſio pro diuiſo. in primo &ſecundo caſu,ſtamus certo:nec conſideramus cõiecturam temporis,vbi habemus certitudinem veritatis. C. de pac.l.ſi certis annis.& arg.ff.de fid.inſtru.l.plures apocis. ſi ergo apparet per inſtr̃m,vel teſtes, vel confeſſionem facta diuiſio in quibuſdam,cætera aũt, quæ diuiſa non ſunt,debent diuidi.ff. fa.er.l.inter hæredes.in primo,& tertio caſu, quando tacita diuiſio allegatur ex actibus, poſſeſſionibus factis & habi. pro diuiſo,gl.dicit præſumi diuiſionẽ: quod enim verbis liquido ꝓbari non poteſt,probatur per coniecturam. vt ff.pro ſoc.l.ita.& C.de peti.hære.l.ſi filius.& arg. ff.de proba.l. Procula. nam ea, quæ non requirunt verborum expreſſionem, poſſunt etiam tacite fieri.ff.de pac.l. item quia.imo etiam ipſa verborum ſolennitas præſumitur ex tpe cum poſſeſſione.ff.de acq.hær.le.6. vel cum proteſtatione.ff.de vſur.l. cum de in rem ver. & no.29.q.2. c.ſed vitium.ſed vltramontani dicunt, ex longa poſſeſſione pro diuiſo titulum pro diuiſo non præſumi: quia ex ſola patientia non præſumitur cõtractus,vel titulus præceſſiſſe: hoc apparet. C.de rei vendi.l.nullo.ff.ſi ſerui.vendi. le. ſi quis diuturno.ff.de aqua plu.arc.l.1.in fi.non obſt.lex cum de in rem verſo. quia ibi interuenit verus actus obligandi.ſ.præſtatio, quæ cum cauſa fi-

2 eri præſumitur.de proba.l.cum de indebito. † ſed patientia nõ eſt verus hominis actus:quia ſilentium eſt quędã priuatio,non actus: & præſcriptiones,quæ fundantur ex ſola patientia,nõ dicuntur fundari cum titulo:licet idem,quod veritas præſcriptio operetur,vt no.C.de ſerui.& aqua.l.j.Ego in hoc puncto dico, ꝙ reciproca patientia inducit præſumptionem diuiſionis: & ex ea reſultat tacita permutatio,ſicut ex diuerſis expreſſa.&hic eſt præſumptio,contra quam tamen recipitur probatio in cõtrarium,vt ff.de pac.l.tres fratres. ſed patientia vnius partis tantũ non ſufficit ad præſumendam diuiſionem. V.g. ſi vnus ſolus poſſidet rem communem,& diu ſic poſſedit & dicit, quod in diuiſione remanſit ſibi res tota,& quod in pecunia fratri dedit partem ſuam,certe hoc non præſumitur:quia niſi apparet de poſſeſſione,hincinde non præſumitur diuiſio:facilius.n.fit, quod hincinde fit,vt C.de tranſa.l. de fideic.ſic ergo extrema apparere oportet:& tunc diuiſio præſumeretur, qa habet cauſam, ex qua oritur.i.cõionem. ſed vbi patientia nullam habet cauſam, tunc eſt verum,quod non habetur pro titulo.& iſtũ paſſum nõ bene intellexerunt,qui aliter loquuntur. ponamus ergo, quod poſſeſſor non poſſedit cauſa diuiſionis: ſed ſub obtentu præce-

3 ptionis.i. prælegati, quod eſt extra diuiſionem: † nunquid ex tpe præſumetur prælegatum:certe non,quia hic eſt patientia ex vna parte tm̃. Item quia factum tale.i. prælegatum non poſſe induci etiam per cõſenſum patientis.C.de teſta.l. non dubium

4 & ideo ex patientia non præſumitur factum tertij.† Sed nũquid iſto caſu ex tẽpore cũ poſſeſſione p̃ſumit̃ diuiſio:dico, ꝙ ſi conſtat,ꝙ non poſſedit ea mente,ſed iure putatiuo prælegata, non prodeſt ſibi poſſeſſio:nam aĩus poſſidentis inquirendus eſt, vt ff.quẽad.ſer.amit.l.ſi.ſicut ergo vera diuiſio requirit cõſenſum verum diuidendi,ita interpretatiua,arg.ff.ſi cer.pet.l.ſi.nõ.ita animus per confeſſionem poſſidentis probat̃.ff.de neg. geſt. leg. Pomp.ſcribit.& ꝑpea concludẽdo ad cãm noſtrã; qa domus nõ fuit poſſeſſa obtentu diuiſionis,ſed obtentu pręten ſi legati,ſeu relicti de quo non conſtat,nec præſumit̃,niſi doceatur vt Cod.de reb.cre.l.ſi.& ꝙ non fuit poſſeſſa ſub obtentu diuiſionis, ꝓbatum eſt per duos teſtes,q deponũt de aſſertione poſſidentis, & ꝑ conſequens de aĩo.ff.de ſuppel.leg.l. Labeo. merito vr̃ inferẽdum,

ſucceſſione. & in auth. de hære. & fal. §. exhæredatos. col. 1. ex q̃-
bus liquido concluditur, ꝙ dicto filio, vel nepoti ius agendi ad
ſupplementum non competit. & de iſta materia videndum eſt,
ꝙ plenius tracto. C. de codicillis. l. pactum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCIIII.

1 *Filius emancipatus facta renunciatione iurata non poteſt venire ad hæreditatem, vel ad ſupplementum.*
2 *Filius emancipatus, qui poteſt venire ad hæreditatem, vel legitimam: debet conferre quod habuit.*
3 *Emancipato filio nepos remanet in poteſtate aui.*
4 *Differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis ſublata eſt.*
5 *Auus non habet neceſſe nepotem exhæredare, vel inſtituere, qui tempore mortis aui à patre præceditur, & an nato ex filio emancipato debeatur legitima.*
6 *Filius emancipati ſi vincit aliquid à patruis: ipſi patrui non poſſunt venire contra emancipa. qui promiſit pro ſe, & ſuis hæredibus.*

Viſis itaque diligenter teſtamẽto dicti domini Io.
emancipati ipſius Rolandini, & qua-
dam fine iurata facta per dictum Rolandinum, & matura deli-
beratione iam habita concorditer, ſic ad quæſita dicimus Ar-
gentinus & Paganinus infra ſcripti. Primo. n. ſuper primo du-
1 bio dicimus, & conſulimus, † ꝙ dictus Rolandinus ex ſuo capi-
te nil petere poteſt: ipſe enim ſibi os clauſit per finem iuratam,
quam fecit. C. de pact. l. quamuis. & dicitur in l. pactum. C. de
colla. & l. fi. de pact. & Bar. in l. ſi qui pro eo. ff. de fideiuſ. & ſuper
hoc non aliqualiter dubitandum: maxime cum hic Rolandinus
tunc emancipatus extiterit, emãcipati autem tanquã patres fa-
2 contrahunt. C. de eman. lib. † Super ſecundo dubio nihil dicẽ-
dũ eſt, ex quo ponimus pro cõſtanti, ipſum Rolãdinũ nihil pe-
tere poſſe, ſeu ad ſupplementũ agere nõ poſſe. ſi quis tñ diceret,
licet male, ꝙ agere poſſit ad ſupplementũ: tũc clarum eſt, q̃a id,
ꝙ ſibi datum eſt, cõferre debet iuxta doctrinã poſitã in l. ſi emã-
cipati. C. de col. & etiã ſi in poteſtate eſſet, vel fuiſſet hic Rolã-
dinus, talia in legitima computentur. l. omnimodo. C. de inoff.
teſta. de datis autẽ in p̃mium eman. Petrus tenet, ꝙ ſic, in l. ſan-
cimus. C. de inof. teſta. & communiter aduocati, vt dicit Ray. q̃
clarius loquiť, & hoc explicat in l. vt liberis. C. de col. ſuper hoc
3 tranſeamus: q̃m hic eſt diſputare ſuperfluum. † Super tertio du-
bio, ꝙ eſt magis põderandum, videlicet an Io. filius Rolãdini e-
mãcipati excluſi poſſit agere ex ſuo capite ad ſupplementum,
p̃mittimus ꝓ dicendorũ indagine clariori aliquas cõcluſiones,
per quas veritas apparebit. Prima ſit, ꝙ emancipato filio nepos
remanet in poteſtate aui ſecundum opi. verã Io. in l. ſed etiã. ff.
de adop. approbatã in l. liberum. eod. titu. & in l. 3. ff. de cap. di.
Secunda ſit, ꝙ quandiu habet locum primus gradus, poſterior
non audit. l. Gallus. in prin. & in auth. de hære. ab inteſt. in prin.
4 prima. n. eſt cauſa liberorum: ſecunda nepotum, &c. † Tertia
concluſio, ꝙ hodie ſublata eſt differentia emancipationis, & pa
triæ poteſtatis, in auth. de hęr. ab inteſta. §. multum. nec. n. filius
deſinit eſſe agnatus per emancipationem. gl. in l. quem filius. ff.
de adop. nec diſtinguimus ſucceſſiones ab inteſtato à ſucceſſio-
nibus in teſtamẽto, vt ĩ. dicimus: licet quædam gl. hoc fecerit,
licet cõmuniter reprobetur. Quarta concluſio eſt, ꝙ ille demũ
agit ad ſupplementum legitimæ, qui præteritus poſſet querela-
re teſtamentum: ad aliud. n. non eſt inuentũ remedium ad ſup-
plementum, niſi ad excludendum præteritum à querela. l. om-
nimodo. l. qui nuper. l. qui in prioribus. in l. 1. & in l. cum quæri-
5 tur. & l. parentibus, C. de inof. teſt. † Quinta & vltima concluſ.
ꝙ auus non habet neceſſe nepotem exhæredare, vel inſtituere,
qui tempore mortis aui à patre præceditur. ff. de inoff. teſta. l. ſi
quis exhæredato. in pr. in verbo, cum nec exhęredati. & hoc ca-
ſu conſilium Galli ſuperuacuum eſt: illud. n. habet locum, q̃ñ
filius moritur viuo auo. l. Gallus. in prin. nepoti enim, qui ab e-
mancipato præceditur, legitima iure naturæ nõ debetur, vt di-
cit gl. in l. fi. de li. & poſthu. & his nunc eſt deciſum dubium pri-
mo per bonæ memoriæ dominũ noſtrum do. Ray. in l. poſthu-
morum. in prin. ff. de iniuſto teſt. vbi quærit, nunquid natus ex
filio emancipato præteritus rumpat teſtamentum aui, & per
conſequens an ſibi legitima debeatur: & dicit ꝙ non rumpit: &
per conſequens legitima ſibi non debetur. d. l. cum quæritur. &
l. parentib. C. de inoffi teſta. & ita dicit ſe de facto cõſuluiſſe Bo-
noniæ. hoc idem quærit Bar. & cõmuniter omnes. in l. Gallus. §.
& quid ſi tantum. in ver. ponit quæſtionem, quæ fuit de facto. &
ſequitur do. Ray. & dicit eſſe caſum in l. meminimus. §. 1. C. de
leg. hære. & reſpondet ad gl. quæ eſt in §. & quid ſi tantum. & in
l. poſthumorum. in l. emãcipati. & in auth. ex cauſa. cum igitur
filius emancipatus præcedat nepotem, nepoti aliquid non de-
betur: vt dicit gl. in d. l. fi. Non obſt. ꝙ filius eſt per finem remo-
tus, quia frater ſuum ius fratribus donaſſe videtur: & ſic in fra-
tres trãſtuliſſe. l. in ædibus. §. veluti. ff. de do. vnde tale ius euoca-
6 re non debet. & ita firmiter dicimus, & conſulimus. † Ad quar-
tum, & vltimum dubium dicimus. quia ſi iſte Ioannes vinceret
aliquid, vel litem moueret hæredibus vniuerſalibus domini Io-
annis, non ꝓpterea dicti hæredes poſſent agere contra dictum
Rolandinum: ratio clare patet, nam Rolandinus promiſit per
ſe, & ſuos hr̃des. ſed ſi Io. ageret, nõ ageret vt hr̃s, ſed ex ſua pſo-
na: nã viuẽti nõ eſt hæres, vt l. 2. ff. de hær. vẽ. itẽ agere nõ poteſt
niſi de facto. & vinceret p imprudentiã iudicis. l. ſi p imprudẽn-
tiã, de euic. imputare nõ poſſẽt hęredes ipſi Rolãdini: ſed penes
ſe retinere debẽt, ff. de fideiuſ. l. excep. & ita dico & cõſulo ego
Argentinus do. Raynerij legũ doct. & ad maioris roboris firmi-
tatẽ meũ cõſuetũ iuſſu apponi ſigillũ, cuiuſlibet melius ſentiẽ-
tis ſaluo ſemp cõſilio, & iudicio: vt ſ. ſcriptũ eſt, dico, & cõſulo
ego Paganinus de Sala legum doct. ad maius robur ſignum mei
ſigilli imprimi feci conſuetum, ſaluo ſemper iudicio meliori,
cui me libenti animo ſubmitto.

CONSILIVM CCCCV.

1 *Teſtes deponentes de vſura quomodo debeant deponere.*
2 *Conſanguinei an ſint idonei teſtes.*
3 *Fama an poſſit per duos teſtes probari.*

IN CHRI-

In Chriſti nomine. Ego Angelus de Caſtel
lione Aretino V.I.D.
Archipresbyter, & canonicus Paduanus, & canonicus Areti-
nus requiſitus ſcribere veritatem ſuper articulo, cuius tenor ta-
lis eſt, Super lite conſultatur iuriſperitus inter Vincentium q.
Magiſtri Azonis de Moledo, ſeu Vgotionem notarium, aut ma-
giſtrum Bartholomæum Pelliparium q. Danielis eius procura-
torem, & ꝓcuratorio nomine pro ipſo ex parte vna, & Pacium
filium Michaelis: ſeu Ser. Io. de Moledo notarium eius procu.
& procuratorio nomine pro ipſo ex parte altera, an dictus Pa-
cius ſit, & veniat pronunciandus publicus & manifeſtus vſura-
rius, non ob. oppoſitionibus, & obiectionibus per partem dicti
Pacij, an vero non veniat pronuntiandus. & hic viſis probatio-
nibus vtriuſq; partis, ac omnib⁹ actis, & actitatis iter dictas par-
tes &c. dico, & conſulo, ſaluo conſilio ſaniori, dictum Pacium
pronunciandum, & pronunciari debere publicum, & manife-
ſtum vſurarium, non obſt. oppoſitis & obiectis per partem di-
cti Pacij: & hoc viſis dictis, & atteſtationibus teſtium proba-
toriorum, & reprobatoriorum productorum hincinde, præ-
ſertim vigore cuiuſdam conſtitutionis ſynodalis, quæ incipit,
manifeſtum autem vſurarium declaramus. in ea parte vbi dicit,
idem eſſe dicimus, ſi per duos teſtes idoneos, etiam ſi ſint in ſuis
teſtimoniis ſingulares, ꝓbetur vſurarius, cõtra eum tñ fama pu-
blica laborante &c. Modo reſtat reſpondere ad quædam dubia
quæ ex proceſſu inſurgunt, quæ prima facie conſilio meo repu-
gnare videtur. primum eſt, nunquid ille teſtis dicatur idoneus,
qui dicit Pacium vſurarium: & ꝓ ratione, & ſcientia ſui dicti di-
cit, dictum Pacium ſibi mutuaſſe ad vſuras. ſecundũ eſt, nũquid
dicatur teſtis idoneus, qui de cõſanguinitate ꝓducentis exiſtit.
tertium eſt, nunquid fama per duos teſtes poſſit legitime pro-
bari. Circa iſta dubia, licet longi poſſent refricari ſermones,
omni ſuperfluitate expulſa dicam videri meo veritatem ſimpli-
1 citer, † & breuiter concludendo, dico igitur ad primum, ꝙ te-
ſtis, de quo agitur, debet idoneus reputari, eo ꝙ commodum,
vel incommodum cauſę, in qua deponit, principaliter non ſpe-
ctat ad eum: nec ob. id ſolum, ꝙ pronuntiaretur dictus Pacius
vſurarius, in hac cauſa obueniret dicto teſti aliquod emolumẽ-
tũ, vel fieri deberet aliqua reſtitutio vſurarũ: q͡a res inter alios
acta &c. iura ſunt vulgaria. & quia nõ ſufficit ꝓbare aliquẽ vſu-
rarium, & ſi ab eo ſub vſuris fuerit mutuatũ niſi ꝓbetur vſurarũ
ſolutio, & alia de quibus habetur per doctores extra de iureiu.
c. ex literis. hæc ſententia probatur per Inn. extra de teſti. c. 3. &
in c. cum nuntius. vbi patet, ꝙ prælati & clerici, poſſunt eſſe te-
ſtes in cauſa eccleſiæ ſuæ: & eſt ratio, q͡a cauſa eccleſiæ nõ eſt ꝓ-
prie p̄lati, vel clericorũ: licet ſecundario ſibi emolumentum e-
ueniat. ad idem facit, ꝙ habetur inſtit. de teſta. §. legatarijs. & ꝙ
no. in Spe. de inſtrumentorum edi. §. poſtremo. aliàs incipit, in-
ſtr̃orũ. ver. quid de legatario. Nec ob. ꝙ no. doc. & glo. in d. §. le-
gatarijs. quia illud ꝓcedit, qñ legatum eſſet tale q̃d deberet, niſi
valeat teſtam̃: & teſtamẽto ap ꝓbato legatum neceſſariò debet,
ſed in caſu noſtro ſecus eſt: quia probato Pacio vſurario, nihil
tñ debetur Bñnenuto teſti, niſi noua interpellatio interueniat,
2 vt ſ. dictum eſt. † Ad ſecundum dubium dico, ꝙ regulariter o-
mnes teſtes dicunt idonei, licet ſint conſanguinei, vel domeſti-
ci producentis quibus imperari non poteſt ratione patriæ, vel
dominicæ poteſtatis. hic eſt tex. ad literã, qui hr̃. 4. q. 3. ver. item
idonei. & no. doc. C. de teſta. l. 2. fateor tamen, ꝙ inter teſtem, &
producentem poſſet eſſe tanta affectio, etiam ſine parentela, ꝙ
dictus teſtis debilitaretur: nec plene diceretur idoneus, prout
no. Vgo. 3. q. 5. c. in ſumma in Spe. ti. de teſt. §. 1. ver. item excipit,
ꝙ eſt domeſticus. & ver. ſeq. ſed in caſu noſtro de tanta affectio-
ne non conſtat per ea, q̃ mihi fuerunt præſentata. † Ad tertium
3 dico breuiter, ꝙ licet fama non inducatur per modicos, inducta
tamen per duos teſtes comprobatur, hoc probatur extra de te-
ſti. c. tam literis. facit ſimile, quod hr̃. C. de bon. poſſ. ſecundum
tab. l. 2. & C. de fideic. l. fin. ad idem, quod notant doct. extra de
iureiur. c. ad noſtram. & ff. eod. tit. l. 3. & eſt gloſſ. ord. 2. q. 1. c. fin.
idem not. Archid. in c. omnibus. 2. q. 5. & remiſſiue per moder-
nos, extra de acc. c. inquiſitionis. & ita dico, & conſulo ego An-
gelus ſupradictus, in cuius teſtimonij veritatem meum ſigil-
lum appoſui conſuetum. & ita dico, & conſulo ego Argenti-
nus domi. Ray. legum doctor, & ad maioris roboris firmita-
tem, &c.

CONSILIVM CCCCVI.

1 *Conſtitutio epiſcopi, quod per duos teſtes ſingulares probetur quem vſurarium, an valeat.*
2 *Teſtes ſingulares in dicto, an ſint conteſtes ſingulares in fama probanda.*
3 *Teſtis deponens de fama, quia publicè audiuit dici, an probet.*

In Chriſti nomine. In cauſa Vincẽtij cõtra
Pacium primo eſt con-
1 ſiderandum, † vtrum valeat conſtitutio epiſcopi, quod per te-
ſtes ſingulares probetur, quem eſſe vſurarium: & videt, ꝙ non,
quia vbi eſt ſingularitas, ibi eſt varietas, item vnitas: quia quili-
bet eſt ſolus, & contra ius diuinum, & humanum eſt, ꝙ creda-
tur dicto vnius tantum, & non valet conſtitutio epiſcopi dire-
cto iuri ciuili, & canonico inimica. ff. de off. præfe. præto. l. nor-
mam. In cõtrarium, ad probandum crimen in genere teſtes ſin-
gulares ſufficiunt: quia per ſpecies, de quibus ipſi deponunt,
probatur genus: ſicut dicit Inn. de hæreſi, extra de accu. c. gene-
raliter. & ſic iſta conſtitutio non videtur iuri contraria: ſed hoc
2 omitto, quia nõ quærit de hoc. † Secundo q̃ritur, an teſtes ſin-
gulares in dicto videãtur ſingulares in fama: & dic, ꝙ ſi deponũt
de abſoluta fama, ſicut eſt hic, ꝙ non ſunt ſingulares: & maxime
quia probatio famæ refertur etiam ad articulos non probatos,
vt no. in Spec. de notoriis criminib. §. famæ. verſ. quid ſi teſtis.
3 † Tertio quæritur, an teſtis, qui dicit famam eſſe, interrogatus
de cauſa ſcientiæ, dicit ꝙ publice audiuit dici, probet famam, &
Barto. tenet ꝙ non, vt ff. de quæſt. l. de minore. §. tormenta. Sed
quid ſi dicit, quod audiuit dici à pluribus: adhuc non probat:
quia potuit audiuiſſe à duobus tantum, vt ff. de teſti. l. vbi nu-
merus. & duo non ſufficiunt, vt no. ff. de accuſa. l. ea quidẽ. quid
ſi dicit: quia audiuit dici à perſonis prædicta ſcientibus: dico i-
dem, quòd non eſt probata fama: quia audiuiſſe à duobus po-
teſt intelligi, & ſic non probat famam. & iſta eſt veritas, vnde
quia amici noſtri male conſuluerunt, non eſt ſequendus error,
ſed concordandus cum parte: quia non habeo ad præſens, per
quem remittam pellem, ſuperſedeamus in emendo. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCVII.

1 *Subſtitutione per teſtatorem facta pluribus filiis cum adiectione nominis collectiui, ſi conditio exiſtit in perſonis omnium, an vocetur ſubſtitutus, & quid ſi in perſona vnius tantum. vide diſtinctionem.*
2 *Si teſtator inſtituit filios, & primo moriẽti ſine liberis ſubſtituit per fideic. ſuperſtitem, & ſi vterque moriatur ſine liberis, ſubſtituit pauperes, & moritur vnus primo ſine liberis veris, vel fictis, & ſubſequenter alius ſine: quid debeant habere pauperes ſubſtituti.*
3 *Legitima filiorum an per ſtatutum poſſit diminui, vel augeri.*
4 *Conditione ſi in perſona primi deficiente per fictionem iuris, & extitit conditio in perſona ſecundi, an pauperes veniant ad aliquam partem fideic.*
5 *Quæ imputentur in legitimam.*
6 *Fides de ſcriptis in inuentario datur.*
7 *Libellus alternatiuus an procedat: & quid in poſitionibus.*
8 *Hæres rogati poſt mortem an conueniatur ex ſua aditione, vel ex aditione prædeceſſoris.*
9 *Mortuus an præſumatur is, de quo eſt fama: & cum ſit mentio in inſtrumentis per dictionem, quondam.*
10 *Inuentarium an probet, ſi decretum ſuper tutela non valet.*
11 *Inſtrumentum receptum per maritum vxoris nomine an præſumatur receptum ad finem, vt quæratur vxori titulus, & dominium.*
12 *Fideicom. an per diuiſionem factam iure fidei. facta aliqua reſeruatione minuatur.*
13 *Conditio, ſi abſque liberis, an comprehendat hæredes iuris.*
14 *Statutum an extendatur ad præterita.*
15 *Hæc dictio, ex ſenatis, quid importet.*

In Chriſti nomine. In quæſtione quæ ver-
titur inter ſcholam Sã-
ctæ Mariæ, & D. Deſideratum, nonnulla vertuntur dubia, ſu-
per quibus pro parte ſcholæ ſubtiliter, & pleniſſime allegatum
eſt: pro reſolutione autem clariori facienda præmittenda ſunt
1 quædã generalia. † Et primò, qñ teſtator ſubſtituit pluribus fi-
liis inſtitutis cũ adiectione nominis collectiui. puta dicendo, &
ſi omnes, vel, & ſi ambo, vel, & ſi vterq;, aut cõditio ſubſtitutio-
nis exiſtit in p̄ſona omniũ, & ꝓculdubio vocat ſubſtitutus. C.
de impu. & aliis ſub. l. pen. aut in p̄ſona vnius exiſtit cõditio, ſed
in p̄ſona alteri⁹ defecit: & tũc aut exiſtit cõditio in p̄ſona prima
moriẽtis, & deficit in p̄ſona ſecũdi obeũtis: aut ecõtra deficit in
p̄ſona primi, & nõ ſupremi, refert, aut ſupeſt p̄ſona, q̃ ex p̄ſum-
pta & debita affectione, & tacita volũtate defuncti excludit ex-
traneũ ſubſtitutũ: & tũç ceſſat ſubſtitutio. ff. ad Tre. l. hr̃des mei.
§. cum ita. & ar. d. l. pe. in ratione ſui. ff. de vulg. ſubſt. l. vel ſingu-
lis. ff. de hær. inſti. l. Luc. ff. de reb. dub. l. ſi is, qui ducenta. §. fin
ar. C.



ar. C. de inſti. & ſub. l. generaliter. aut perſona nõ ſupereſt, tunc
ſubſtitutio fideic. de qua tantum licet loquatur, eſſet plurib. fa-
cta abſolute, ſeu indefinite: & tunc non eſt dubium, ꝙ quatenus
extat conditio, diſpoſitio purificata videtur, etiam in perſona
vnius, & primi morientis. ff. ad Tre. l. Lucius §. Caio. quia plu-
ralitas ſicut ex vniuerſalibus aggrediatur, ita in ipſas vnitates, ſi-
ue ſingularitates reſoluitur. ff. de condi. inſt. l. 2. ff. de condi. &
demon. l. falſa. §. vlt. ſi autem eſt facta ſub nomine collectiuo, vt
ſi omnes, vel, & ſi ambo, tunc de rigore verborum non diuidi-
ditur conditio: ſed debet prout litera iacet, exiſtere: ſed de in-
terpretatione iuris, & ſic fit tunc reſolutio in ſingularitates, ar.
d. §. cum ita. ſecundum Bar. hic tamen caſus non eſt omnino ex-
peditus: & hoc cum exiſtit conditio in perſona primi: ſed non in
p̄ſona vltimi: tunc ſubſtitutioni ſit locus. hic eſt propriè caſus
2 in d. §. cum ita. † Secundo eſt videndum, ſi teſtator inſtituit fi-
lios, & primo morienti ſine liberis ſubſtituit per fideic. ſuper-
ſtitem, & ſi vterque moriatur ſine liberis ſubſtituit pauperes: &
moritur primo vnus ſine liberis veris, vel fictis, ſubſequenter
& alius ſine, quid debent habere pauperes ſubſtituti, vbi con-
ſiderandum eſt, an in perſona primi morientis intelligatur eſſe
duplex ſubſtitutio fideic. ſubordinata, vt ſit ſenſus, ꝙ primo mo
riẽti ſubſtituit fratrem ſuperſtitem, quamdiu vixerit frater: ſed
poſt eius mortem abſq; liberis ſubſtituat eidem primo moriẽ-
ti pauperes: & ſic transferat ſubſtitutionẽ à fratre in pauperes,
an vero primo morienti non ſit facta, niſi vnica ſubſtitutio. ſ. de
fratre, ſi extabit frater. & iſta pars eſt vera. cum in perſona vl-
timi morientis non intelligitur niſi vnica ſubſtitutio: ergo nec
in perſona primi, arg. ff. de vulg. ſubſti. l. iam hoc iure. §. 1. in ra-
tione ſui. & l. Lucius. pauperes ergo tanquam ſubſtituti primo
morienti non veniunt, ſed tanquam ſubſtituti ſecundo moriẽti
bene veniunt. Videamus ergo, quid capiunt iſti pauperes. & ad
hoc ſciendũ præmittere oportet, ꝙ quando teſtator primo ho-
norat, & poſtea grauat, totum venit in fideicommiſſum, ſi ver-
ba teſtamenti non repugnent, vt ff. ad Treb. l. Marcellus. §. qui-
dam liberis. vnde in fideicommiſſario, quod capit ſuperſtes fra
ter occaſione ſubſtitutionis factæ primo morienti, ſubſtitutio-
nem quoque valere placuit, vt ff. ad Treb. l. Scæuola. vt ſit ſen-
ſus, ꝙ dimidia dimidiæ primi morientis veniat pauperib. reſti-
tuenda, ꝙ enim vt hæres fratris. i. legitimam, & trebellianicam
ſuperſtes accepit extra cauſam fideic. eſt: quia id nõ capit patris,
ſed fratris beneficio, & vt hæres fratris, extra de teſt. c. Ray. & c.
Ray. & ff. de vul. ſubſ. l. cohr̃di. §. cũ filiæ. verſ. fideic. & ar. quod
no. in l. Polla. C. de his, q. vt indi. accedat in ratione ſui. ff. de ado.
l. ſi arrogator. verſ. ſed an impuberi. cũ enim ſemel dicta legiti-
ma, & Treb. à fideic. excepta ſit, rurſus in fideicõmiſſ. non inci-
dit, arg. de remiſ. pig. l. ſi ſolita ꝓuidentia. q̃ legitima & Trebel-
lianica relecãt ipſo iure, & ideo de ea põt opponi à quolibet poſ
ſidẽte, vt ff. ad l. Fal. l. linea margaritarũ. maxime de legitima, in
qua ipſo iure nõ tenet, nec ſe porrigit onus fideicõ. C. de inoff.
teſt. l. qm̃ in prioribus. de portione autẽ vltimi moriẽtis, in qua
fuerũt inſtituti à patre pauperes, vel pia loca, de iure communi
deberẽt hr̃e duas partes, ſecundũ verã opi. ꝙ nõ detrahit Tre-
bellianica de relictis ad pias cauſas: ſed ꝑ ſtatutũ vr̃, ꝙ ſi ſtatutũ
loquit in cauſa noſtra, de quo dicã ĩ. in fi. cõſilij, ꝙ non debeant
habere niſi tertiã partem ex ſtatuto ducali ꝑmiſſam relinqui ab
aſcendẽtibus extraneis. Dicet aliquis, illud ſtatutũ non valet in
3 p̄iudiciũ eccleſiarũ vel pauperũ, vt in auth. caſſa. & irrita. † Sed
ꝓ intellectu huius pũcti ſciendũ eſt, ꝙ ꝑ ſtatutum poteſt legiti-
ma filiorũ minui, licet. n. legitima ſit iure naturæ debita ſicut a-
limenta: tñ meta eius. i. modus, & forma eſt de iure ciuili, ideo
poteſt ꝑ ſtatutũ alterari, vt plene no. ꝑ Cy. C. de nup. l. ſancimus.
& ſi poteſt minui, multo magis poteſt augeri, q͡a eſt fauor auge-
re legitimã, vt in auth. de trien. & ſemiſ. in pri. cũ ergo iſtud aug-
mentũ ſit legitima, idem iuris eſt de ipſo, ꝙ de legitima intro-
ducta à iure cõmuni: cũ. n. pr̃ ſit debitor filij in legitimã, & filius
creditor cẽſeat, nõ põt pr̃ in alterũ teſtari de eo ꝙ filio debet, vt
no. ff. ad l. Fal. l. ſi q̄s leg. §. vl. ff. ſo. ma. l. ſi cũ dot. §. ſi pr̃. ext. de teſt.
c. 1. li. 6. nec eſt pauperũ, vel eccleſiarũ iniuria, ſi nõ mittãt falcẽ ĩ
meſſẽ alienã, ext. de teſt. c. filius. ar. C. fin. re. l. ſi cõſtiterit. in ra-
tione ſui. porro ſtatutũ dirigit verba in ipſum teſtatorẽ, cui tan-
q̃ ſubdito legẽ teſtãdi imponere poteſt, ar. C. de teſt. l. fi. non. n.
dat formã eccleſiæ, ſed ſubditis, ar. ff. de mu. & hon. l. reſcrip. §.
4 vlti. & not. ff. ad muni. l. incola. † Tertio videndum eſt, ſi in per-
ſona primi deficit conditio per fictionem iuris, vt per ꝓfeſſio-
nem in monaſterio, & extitit poſtea conditio in perſona ſecun-
di, an pauperes veniant ad aliquã partem portionis primi mor-
tui. certum eſt enim ꝙ monaſterium fratrem ſuperſtitem exclu-
dit, vt in auth. de ſanc. epiſ. §. ſed hoc præſenti. & extra de proba.
c. in præſentia. ꝙ ingreſſus fingitur habere filios fauore religio-
nis: tamen iſta fictio non ſe extendit, quando pia loca ſubſtituta
ſunt, vt ibi patet: ſed primo morienti certe non ſunt ſubſtituti
pauperes, vel ſuorum loco, vt ſ. dixi: quia in perſona primi mo-
rientis vnica tantum ſubſtitutio reperitur. ſ. fratris ſuperſtitis,
non pauperũ. ex quo videtur concluſiue dicendum ad ſubſtitu-
tionem primi moriẽtis pauperes nullatenus vocari. iſte paſſus
eſt ſubtilis, & ſubtiliter intuenti apparebit, quia veritas eſt in
contrariũ: nam ſi frater ſuperſtes non vocat, quia legalis fictio
excludit eũ, ergo mortuo primo filio in monaſterio nõ ſupereſt
perſona, q̃ ex p̄ſumpta voluntate defuncti excludat paupes ſub-
ſtitutos, igit veniũt ex ſubſtitutione, vt d. l. hr̃des mei. §. 1. ſecun-
dum doct. Bar. p̄terea filius ſupſtes licet ꝓ ſuo intereſſe exclu-
deret ꝑ fictionẽ. tñ ꝓ intereſſe pauperũ, q̄b. eſt reſtituturus, nõ
dẽt excludi: nã ſæpe q̄s capit, ꝙ reſtituturus nõ caperet retẽtu-
rus, vt ff. ad Tre. l. cogi. §. hi q ſolidũ. & omiſſa media p̄ſona fina-
lis p̄ſona intuẽda eſt, & eius priuilegiũ cõſeruandũ. ff. ad l. Falc. l.
cũ dote. & ideo cõcluſiue teneo in quæſt. nr̃a, ꝙ ſchola, & pau-
peres debeãt hr̃e tertiã partẽ totius hr̃ditatis: & eã diuidẽdo in-
ter ſe apparet, ꝙ q̄libet habet ſextantẽ. i. duas vncias de 12. habet
ſchola: & duas de 12. habẽt pauperes. nec dubitandũ eſt ſcholã,
cui vnitũ eſt hoſpitale, & q̃ inſtituit cõtẽplatione hoſpitalis, &
hoſpitalitatis, locũ piũ eſſe cẽſendũ, nẽpe aliq̄d trahit denomi-
5 nationẽ ab eo, cui vnit, vt plene no. ext. ne ſede vacãte. c. 1. † Mo
do vidẽdum reſtat quid in legitima, & de legitima, q̃ debebit: de
iure communi certum eſt, ꝙ imputãt alienata, & diſſipata, vt in
auth. de reſt. & ea, q̃ parit. §. quamobrẽ. col. 4. fructus vero non
imputant. C. de inof. teſt. l. ſancimus. §. repletionẽ. idẽ dico in le-
gitima ſtatutaria, vt idẽ iuris ſit de augmẽto, ꝙ de principali, vt
ff. de pact. do. l. inter. §. cũ inter. & ſtatu. nõ ꝑmittit aſcendentem
teſtari in extraneum, niſi de 3. parte, vnde fruſtra dubitamus, vt
6 C. de nup. l. 1. & in auth. de teſt. §. 2. collat. 8. omnium † ergo, quę
deſcripta ſunt in inuentariis, quibus dati debet fides cõtra ſcri-
bentes, & hæredes eorũ, vt C. arbi. tutel. l. fi. & in auth. de hære.
& falc. §. ſancimus. nam fruſtra fierent, ſi nõ daretur fides, vt no.
in l. chirographis. §. 1. de adm. tu. dẽt dico dicta ſchola, ſeu hoſpi-
tale habere abſq; dubio ſextantẽ. i. ſextã partẽ totius hęreditatis:
& aliquid plus, vt ĩ. tanguntur in allegationibus plures paſſus:
7 & primo de libello alternatiuo: ſuper quo † dicendum eſt, ꝙ ꝓ-
cedit, quando cõuenit naturæ obligationis, naturæ iudicij, vel
diſpoſitioni iuris, vt no. in l. 2. §. itẽ ſi in facto. & l. 1. ff. de act. emp.
8 & idẽ in poſitione, de reſcri. c. ex parte. ꝑ Inn. † tãgit ſecũdo de
hærede rogato poſt mortem, an conueniat ex ſua aditione, vel
ex aditione prædeceſſoris: & conſtat actionem ab iſto, ſed cau-
ſam à defuncto incipere, vt C. vt act. ab hær. l. 1. ff. ad l. fal. l. pa-
ter filium. actio cauſalis incipit à prædeceſſore, formalis inci-
pit à ſe. Tangitur & 3. an fraternitates iſtæ ſint collegium ap-
probatum. & dicendum eſt, quòd ſic, etiam de iure communi.
9 † Tangitur & quarto, an præſumatur mortuus is, de quo eſt fa-
ma: ac etiam ſit mentio in inſtrumẽto cum aduerbio, quõdam
& dicendum eſt, ꝙ ſic, vt no. in l. eius, qui in ꝓuincia. §. 1. ff. ſi cer.
10 pe. C. ſo. ma. l. ſi quidẽ. † Tangitur quinto, ſi nõ valet decretum
ſuper tutela, an inuentarium probet, & dicẽdum eſt, ꝙ ſic: quia
licet nõ teneat ſententia, vel decretũ ꝓpter iuris ordinẽ pręter-
11 miſſum, tamẽ cõfeſſio tenet, vt extra de reſt. ſpo. c. Piſanis. † Tã-
git ſexto, an inſtr̃m. receptum ꝑ maritum vxoris nomine pręſu-
mat receptum ad finem, vt quęrat vxori titulus, & dominium,
vt C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. multum. an vero ſuperficialiter ſi-
bi, non vxori maritus negotium geſſit: non enim loquor in ca-
ſu gl. l. ſi vt proponis. vbi vxor emit: ſed vbi vir nomen vxoris ad-
iecit. & gl. videtur dicere, ꝙ non præſumatur ſimulatio nomi-
nis. ff. de do. inter vir. & vxo. l. vxor marito. ſed hic non expedit
dicere: quia tale eſt, quale ſi mulier mandato viri feciſſet ſe in-
ſtrumento deſcribi, & ideo ius, & negotium pertinet principa-
liter ad virum. ff. man. l. ideoque. §. ſi cui. verius tamen eſt, quod
actio in rem, cõpetit viro, & hæredibus ſuis, vbi præcium, ꝙ vir
12 ſoluit, offeretur eidem, vel hæredibus ſuis. l. vxor. † Tangitur
ſeptimo de diuiſione facta iuris fideicõ. in quo dicendum eſt,
quod

quod per talẽ reſeruationẽ ius fidei.non minuitur.ff.de tranſac.
l.qui cum tutoribus.in prin. de verb. oblig.l. qui Romæ. §.duo
fratres.per Cy.& alios:non tamen augetur in aliquo,ar.ff. de li.
leg.l.Aurel.§.teſtamento.& maxime in præiudicium, vel fauo-
rem tertij,vt arg.C.ad Treb.l.non iuſtam. C. de do. ante nup.l.
13 pe.in fi. † Tangitur etiam de illa conditione,ſi abſq; liberis,quę
non comprehendit hæredem iuris, niſi ſit hæres.i. deſcendens
naturæ.fallit fauore monaſterij, vitæ contemplatiuæ, ſeu voca-
tiuæ Deo,quæ cum ſit ſincera, non debet impediri ab aliqua re
temporali,etiam ſi teſtator expreſſe diſponeret cõtrarium, ſe-
cun. Richar. & Bar. hac ratione nec ſtatutum poſſet diſponere
contrarium: ſed Petr.de Bella.æquè diſputando tenuit contra-
rium.ſ.ꝙ ſi conſtat, ꝙ pater ſenſit de liberis naturæ, non de li-
beris cęſurę,& hæc nominatim,& ſpecialiter dixit in teſtamen-
to declarans animum ſuum, ꝙ hoc bene poteſt facere: quia iu-
ris interpretatio ſuper voluntate alterius non habet locũ,ipſe-
met teſtator interpretatur.& hęc opi.vſu approbari conſueuit.
donec ergo monachus viuit,tenet monaſterium. ff.de iure fiſ.l.
Statius.§.Cornelio.Sed mortuo monacho reſtituit,quibus ve-
nit reſtituendum: & ſic in caſu noſtro etiam in perſona non ex-
pirauit fideicommiſſum factũ de ſorore ad ſororem. Non obſt.
ꝙ tacite intelligitur de liberis naturæ, & tamen monaſterium
excludit ſubſtitutũ.nam iſte tacitus intellectus eſt quædã inter-
pretatio iuris, vnde tollitur p illã interpretationẽ.ſ. p interp̃ta-
tionẽ §.ſed hoc p̃ſenti.ſed vbi teſtator exprimit de hęrede ꝓprij
corporis, nulli interpretationi locus eſt, vt l.ille aut ille. §.cum
in verbis.ff.de lega. 3. & ſi dicatur, iſtud fideicommiſſum impe-
dit vitam contemplatiuam:iſtud ego negabo, quia qui ſpũ Dei
ducitur, & renunciat mundo, & proprietati, manifeſte opes
mundi contemnit,nec allegat mentem ſuam ad conceptum re-
rum temporalium, argu. C.de munerib.patri.l.profeſſio:& te-
nendo iſtam opin. dimidia pars monialis veniſſet in fideicom-
miſſum ſororis: quia ſtatutum de tertia parte non habet locum
de liberis ad liberos: ſicut etiam dicit,nec in teſtamentis aſcen-
dẽtibus liceat extraneis perſonis, vel locis dimittere, ꝙ excedat
tertiam ſuorum bonorum.duæ ergo partes,quę per legitimam
dicuntur poſteris aſſignari, cum habeant naturam legitimæ:
quia non poſſunt grauari,ergo etiam nomẽ debet habere: nam
cui applicatur natura rei, & ipſum nomẽ tacite videtur accom-
modatum.C.de li.præte.l.3.iſtæ dictæ duæ partes habẽt locum,
quando relinquitur extraneis,non inter ſuos, ſimile. C. de im-
po.luc.deſcri.l.1.lib.10.huic accedat etiam decretum ducale, ꝙ
14 vult ſemper intelligi de filiis naturæ.† Sed hic occurrit alius paſ-
ſus, an iſtud ſtatutum vi ſtatuti, & quatenus eſſet contra ius cõ-
mune, vendicet ſibi locum in teſtamentis factis ante ſtatutum.
Et conſiderandum, ꝙ quandoque cauſa, & obligatio ſunt ante
ſtatutum, & tunc ſtatutum diſponens ſimpliciter non refertur
ad ipſa, quæ de præterito conſiſtunt, quandoq; vtrunque.ſ.ius,
& cauſa eſt de futuro:tunc ſine dubio includitur quandoq; cau-
ſa,quæ eſt de p̃terito,effectus de futuro,vt in caſu noſtro:& tũc
aut ſtatutũ diſponit ſuper forma, id eſt de iure formæ, quæ for-
ma ſit ſeruanda in conficiendo: & non habet locum in iam cõ-
fecto,vt C.de teſt.l.iubemus.1.reſponſo. Aut diſponit ſuper a-
lio: tunc aut iſtud aliud eſt de conſequentibus formam, id eſt,
declaratiuum & interpretatiuum formæ verborum teſtamen-
ti, ita ꝙ dat ipſis verbis nouum intellectum, aliàs non datum à
iure: & idem, quia non pertinet ad iam ordinata, quæ debent
interpretari ſecundum interpretationem tunc vigentem,ſicut
ſi teſtator iam eſt annus fecit teſtamentum, & legauit mihi 10.
lex interpretatur ad monetam tunc currentem,non poſtea in-
cipientem currere:quia ſenſus verborum naſcitur eodem tem-
pore cum ipſius verbi prolatione, nec mutatur ſenſus teſtato-
ris, licet poſtea mutetur diſpoſitio legis.facit ad prædicta. ff. de
lega.1.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de re.iur.l.ſemper in ſtipulationi-
bus. & quod not.in c.vlt. de deci. in cle.de teſtamentis.l.hære-
des palam.§.ſed ſi notã.aut illud aliud non eſt de appendiciis,&
annexis formæ: ſed eſt quid extrinſecum, puta de ſoluenda ali-
qua gabella,vel de executione merenda, vel de maiori legitima
detrahenda,& ſic bene trahitur ad vetera quãtum ad originem
cauſæ:ſed non quantum ad originem cauſati,ſeu effectus. & ita
intelligitur materia legis.l.C.de fi.inſtr.l.contractus.cum ſimil.
quare in propoſito dictam conſtitutionem interpretantem te-
ſtamenta puto non habere locum in teſtamentis retro confe-
ctis quantum ad meram interpretationem,ſi conſtat de volun-
tate, vt eſt in caſu noſtro, quia conſtat, ꝙ de liberis proprij cor-
15 poris ſenſit, † propter dictionem,ex ſe natis, vt ſi ſtatutum ve-
nit ad firmandum teſtamentum,tunc ſecundum Iaco. de Bella.
iſtud ineſt de iure communi, quod retro viguit. ſi autẽ nõ eſſet
de iure communi, & iam teſtator eſſet mortuus tempore facti
ſtatuti,tunc ſtatutum non confirmaret inualidũ tempore mor-
tis teſtatoris:nec in hoc traheretur retro:quia in hoc eſſet con-
tra iura.l.interuenit.de leg.pręſt.& argumento eorum,quæ no-
tantur in l.talis ſcriptura.ff. de lega. 1. omitto igitur in quæſtio-
ne noſtra ſtatutum: & reſideo in iure communi, & tenendo o-
pin. Iac. de Bell. ſequitur, ꝙ dimidia dimidiæ monialis debetur
ſubſtitutis:& ſic in totũ debet habere duas vncias,& dimidiam.
& iſta vncia eſt illud modicum vltra ſextantem, de quo ſupra di-
xi: & in iſtis reſideo concluſiue quantum ad punctum iuris: ſed
in facto acta loquuntur. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCVIII.

*Ex caſu diffuſo colligitur ſummarium.*

1 *Filia condemnati ad mortem an debeat habere legitimam in bonis condemnati, ſed reſtituti.*
2 *Seruus pœnæ inteſtabilis dicitur.*
3 *Reſtitutio in integrum per ſtatutum conceſſa quid operetur. & nu. 7.*
4 *Mortuus homo an, & quando ex delicto condemnari poſſit.*
5 *Reſtitutio idem operatur, quod poſtliminium.*
6 *Verba, ponimus ipſum in locum ſuum, quid operentur.*
8 *Dotata quæ dicatur.*
9 *Non verbis, ſed ſenſibus legem imponimus.*
10 *Cautio de vtendo arbitrio boni viri quando præſtetur.*
11 *Dictio ſecundùm, quid importet.*

In Chriſti nomine. Quidam Ciuis Floren-
tinus nomine Grego-
rius tanq̃ tract.ſubuerſionis ſtatus inclytæ Ciuitatis Floren.fuit
condemnatus ad mortem, omnibus bonis eius totaliter con-
fiſcatis. Et fuit ſententia contra eum executa, ex quo Gregorio
remanſerunt duæ filiæ pupillæ non nuptæ.Item eſt verum,ꝙ in
rerum natura tunc extabãt Nicolaus & Nofrius, eiuſdem Gre-
gorij fratres carnales: demum per commune Florentiæ fuit re-
formatum, ꝙ dicti Nicolaus & Nofrius, integraliter, & pleno
iure ſint loco dicti communis Florentiæ ſucceſſores vniuerſa-
ſales,& pro æqualibus partibus omnium,& ſingulorum bono-
rum, & iurium, quæ fuerunt dicti Gregorij.ita tamen, ꝙ dictis
filiabus competant iura petendi ſe dotari, & quantitas dotis ſit
minor 200.flor. poſſit tamen augeri arbitrio B.& C. quam de-
clarationem facere poſſint infra tres menſes, & interim ſe ali,
ꝓut de iure, & ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamen-
torum communis Florentiæ diſponitur, & cauetur, appoſito
dictis fratribus certo ſolutionis onere, cui paruerunt. Poſtea
dictus Nicolaus nupſit dictas filias, & eiſdem dedit quãtitatem
declaratam. Deinde deceſſit vna ex dictis filiabus. Deinde.de-
ceſſit dictus Nicolaus relictis tribus filiabus,& agnitis dictis bo
nis. Modo quæritur, quid iuris habet filia dicti Gregorij, præ-
ſuppoſito ſtatuto communis Florentiæ, quo cauetur, ꝙ nulla
mulier poſſit ab inteſtato ſuccedere patri exiſtente fratre car-
1 nali. † Ad intelligentiam huius quæſtionis ſubtiliſſime allega-
tum eſt ꝓ parte dictæ filiæ Gregorij:& ſine repetitione ſubtiliũ
allegationum: Præmitto, ꝙ dictus Gregorius non deceſſit ab
2 inteſtato, † ſed deceſſit ab inteſtabili: quia ſeruus pœnæ, vt C.
qui teſt.fac.poſ.l.2.& ibi per Cy. Item præmitto, ꝙ iſte Grego-
rius hæredem habere non potuit aliquo modo: quia qui nulla
bona in ciuitate reliquit, hæredem habere non poteſt. tex. eſt.
ff. de vulg.ſubſt.l.lex.Cor. Ex quo videtur, ꝙ ſumus omnino ex-
tra caſum ſtatuti poſiti ſub rub. qualiter mulier ab inteſtato ſuc
cedat. Sed hoc eſt conſiderandum:quia per commune Floren-
tię fuit poſt mortem dicti Gregorij ordinatum, ꝙ omnes,& ſin-
guli,qui hactenus fuerunt condemnati,& banniti, ſeu cõdem-
nati tantum, vel banniti tantum per aliquem rectorem, ſeu of-
ficialem communis Florentiæ occaſione ſubuerſionis, vel tur-
bationis ſtatus,intelligãtur,& ſint ex nunc ipſi,& quilibet ipſo-
rum à dictis condemnationibus in integrum reſtituti quo ad
primam habilitatem & famam:& ad bona,& iura per commu-
ne taliter de iure vel facto non apprehenſa, & omnes eorum
deſcendentes aduerſus quamlibet inhabilitatem cuiuſcunque
3 generis. † Modo quæritur,an iſta reſtitutio in integrum poſſit
aliquid operari circa filias dicti Gregorij. Et videtur quod non
quia à



quia à quo remouentur verba legis, remouetur eius ſnĩa, vt ff.
de acqui.hær.l.ſi ſeruum.§.non dixit.ſed verba legis non viden-
tur loqui de extinctis,&(vt ita dixerim) ſcdm cõe vulgare iuſti-
ciatis: qa non põt authoritas ſenatus facere id, qđ eſt impoſſi-
bile de natura,vt l.2.ff.de vſufru.earum rerum, quæ vſu conſu-
4 muntur.† Præterea lege cauetur, ꝙ mortuus liberari non põt,
tex.expreſſus.ff.de ope.li.l.qui libertinus.§.poſthumus.Pręter-
ea nulla legis diſpoſitio p̃t cadere, niſi in ſuſcipientẽ materiam,
id eſt,in ſubiecto.vnde inane eſt decretũ,qđ in mortuum ꝓfer-
tur.ff.qui ſat.cõg.l.ſi deceſſerit.& C.de cad.toll.l.1.§.& cum tri-
plici.& ff.de hære.inſti.l.quo loco.§.ſi iã mortuo. In cõtrarium
vr̃,conſiderato crimine læſæ maieſta. in quo homo mortuus p̃t
condemnari.i.memoria eius,& bona cõfiſcari,vt Inſt.de hæ.ab
inteſt.§.ꝑ contrarium.& ff. de acc.l. ex iudiciorũ. ſicut ergo põt
condemnari memoria, ita põt memoria in integrũ reſtitui per
locũ à contrarijs, & reſtituta memoria ẽt bona vidẽtur reſtitu-
ta,vt l. 1. C. de ſen. paſ.& pro hoc eſt quædã lex valde notabilis,
5 quæ dicit,† ꝙ idẽ operatur reſtitutio,& poſtliminium.ff.de in-
iuſt.teſt l.ſi qs exhæredato.§.fi.vbi Ia.de Are. ſic ait. Nota,ꝙ re-
ſtitutio,& poſtliminium idẽ operatur: ſicut ergo per poſtlimi-
nium fingitur quis retro nõ fuiſſe ſeruus, nec perdidiſſe bona,
ita in caſu noſtro: qa memoria per poſtliminium reuerſa eſt,vel
æquiparabo fictioni legis Corneliæ.vt intelligat̃ mortuus præ-
ambula hora captiuitatis: immo præambula hora delicti,vt d.l.
lex Cornelia.Item pp reliquias cõdemnationis vtilis eſt abſolu-
tio,ar.in l.3.C.ſi pẽ.ap.mors interuenerit. Item videmus,quod
excõmunicatus poſt mortẽ abſoluitur.Itẽ inquiſitus de hæreſi,
vt in c.à nobis eſt.§.& incertis.ff.de ſen.exc.& in c.accuſatus.de
hære. lib. 6. vñ colligitur euidenter per ſnĩam ſtatuti mortuũ.i.
eius reliquias poſſe abſolui: immo etiam per ſententiam iudi-
cis.vñ nemo dixerit,nõ eſt ſubiectum,qđ abſoluatur: ergo non
valet abſolutio: qa imo eſt ſubiectum,videlicet memoria,fama
bona,& propinqui,vt d.c.à nobis.Item dicimus,abſoluimus ta-
lem:nam dictio,quoddã ſæpe ſubauditur,vt l.eius,qui.ff.ſi cer.
Itẽ cãcellationes mortuorum dẽnt caſſari:nec dimitti in libris,
ſicut condemnationes viuentium. Quapp acta cancellata ad ſi.
irritandũ,retro geſta nullã fidem faciunt de condemnatione,vt
vt l.acta.ff.de re iud.Itẽ ego video, ꝙ aliquando circa mortuum
interponitur decretũ fauorabile,vt in l. cùm quaſi.in prin.ff.de
fideic.li.Itẽ non puto aliquẽ dubitare, ꝙ ſi ſtatutum diceret ex-
preſſe,in integrũ reſtituimus viuos,& mortuos, ꝙ verba debe-
rent ſane intelligi de memoria, & de bonis reſpectu ſucceſſo-
rum. Sed conſideratis verbis generalibus ipſius ſtatuti hæc eſſe
debuit intẽtio ſtatuẽtium:qa magis digni ſunt venia, qui alieno
morbo laborant, q̃ qui ꝓprio, vt C.de nat.li.l.legẽ Anaſtaſij,ibi
dũ dicit,miſericordia indigni nõ ſunt,qui alieno laborant vitio.
Sed his obijcitur, ꝙ cõe Florentiæ in locũ eius primo poſuerat
dictos fratres,quib. erat ius quæſitũ ex lege, & ex onere, quod
impleuerunt, vñ nõ poterat poſtea eis auferre, vt l.1.C.ne fiſcus
rem,quã vendidit,euincat.li.10. & eſt ſimile, qđ dicitur de legi-
timato poſt aditã à legitimis hr̃ditatem.ff.de lib.& poſth.l.Gal-
lus.§.qđ ſi tantũ.ad qđ fortificandũ accedit; quia cõe diſponen-
do,ꝙ fratres ſuccedant in locũ fiſci, vr̃ bona agnoſcere, vt C.de
6 iu.deli.l.ſi auia.& Inſti.de hr̃dum qualitate,& diff.§.fi. † Nã po-
nere aliquẽ in locũ ſuum, idẽ eſt, ꝙ iura ſua in eum transferre,
vt ff.ad Tre.l.qui quadringenta,ibi dũ dicit, vt ſe ſuo loco con-
ſtituat. nã fiſcus nõ videretur trãſtuliſſe iura ſua, dicti fratres ex
perſona ſua nihil iuris habere poſſent: ſed eſſent bona vacantia
ſine hr̃de, & ſine ſucceſſore, niſi quis diceret, ꝙ concederentur
occupanti tanq̃ in nullius bonis exiſtentia: ſed hoc non eſſet bñ
dictum,aliqñ tñ loco alterius quis ponitur; quia primus exclu-
ditur:& ſcdus ſubrogatur,vt qñ iſta verba ꝓferũtur in ſubſtõne
vulgari,vt C.de hær.inſt.l.fi.ibi dũ dicit, in locũ partẽve Plotij.
7 † Quid igit̃ dicemus? Rñdeo,& dico,ꝙ ſiue iſta reſtõ intelligat̃
ad memoriã, & ad bona, ac ſi ab inteſtato deceſſiſſet,nõ eſt du-
biũ,ꝙ dicta pupilla,& dos q̃diu fuerit in pupillari ætate,& poſt-
ea anteq̃ realiter nuptui traderet̃, & dos ſolueret̃, debuerit, &
dẽat hr̃e vſumfructũ oĩm bonorũ p̃rnorum,& de tpe pupillaris
8 ætatis ſatis cõſtat,† qa interim nõ potuit eſſe dotata,vt ff. ꝙ fal-
ſo tutore auctore.l.an ẽt in partẽ.& ff.qñ dies leg.cedat.l.ꝙ pu-
pillæ. Nec obſtat dict.Bar.q dicit,ꝙ dotata dr̃ ẽt ea, quæ in teſtõ
eſt dotata,& ſentit de pupilla,vel alia, in l. cũ in plures.§.pen. ff.
de an.tu.qa ſequeretur, ꝙ interim nõ deberet habere alimẽ-
ta,pro quib.ſtatutũ aſſignat vſumfructũ oĩm bonorũ, qđ eſt ex-
p̃ſſe cõtra verba ſtatuti, & ẽt contra iũs cõe,vt patet exp̃ſſe.ff. de
alim.& ci.leg.l.cũ vnus.§.fi.idẽ & poſt nubilẽ ætatem: qa dotata
intelligit̃ q̃ realiter eſt dotata, nõ q̃ põt agere ad dotẽ,ẽt ſi ẽẽt la-
ta ſnĩa ſup dote: qa nõ dr̃ ſatisfactũ, licet ad obligationẽ,vel cõ-
demnationẽ ſit ventũ,vt ff.de fun.inſtr.l.nepoti.Si igit̃ iſta reſtõ
intelligitur ad memoriã,& bona, qđ veriſſimũ puto,iſtæ puellę
deberent habere vſumfructum integrum dicti tpis,vt in c.nulla
mulier.§.ſi vero ipſe filius, vel filij, qualiter mulier ab inteſtatõ
ſuccedat.ſupius allegata ſunt.Sed ponamus, ꝙ dicta reſtõ in in-
tegrum nõ tangat caſum nr̃m: ſed ſimpliciter ſimus in ꝓuidẽtia
illius reformationis, q̃ incipit curã diligenter habentes.Et pon-
dero verba dictæ ꝓuiſionis ibi, & interim ſe ali, ꝓut de iure,&
ſcdm formã ſtatutorũ,& ordinamentorũ cõis Florentiæ diſpo-
nit̃ & cauet̃:nã certum eſt,ꝙ de iure cõi nihil diſponit̃ in crimine
ꝑduellionis,vt C.ad l.Iul.maie.l.quiſq̃s.licet ibi loquat̃,qñ cõtra
principẽ ẽt vbi ſolũmõ de bonis matris innocentis ꝑmittit filias
loco alimẽtorũ ſuccedere in legitima,nõ in bonis deliquentiũ,
vt C.de hęreti.aut.gazaros.& in auth.bona damnatorum.Item
quia bona fuerunt exp̃ſſe adempta,& confiſcata.Itẽ certum eſt,
ꝙ de iure municipali nihil eſt ꝓuiſum de ſimplicib.alimentis in
caſu patrui,ſed ſolũ de vſufructu.Quapp de neceſſitate eſt,ꝙ il-
la verba,ꝓut de iure cõi, & ſcdm formã ſtatutorũ,referantur ad
caſum ſimilem:qa vt pietatis officiũ nõ deſit, recurrimus de ſi-
milib.ad ſimilia.Et ſi ſunt plura ſimilia, recurrimus ad magis ſi-
mile:nã valde ſimile reputat̃ idẽ,vt ff. de cond.& dem.l.in teſtõ
quidã.Oportet ergo, ꝙ vel recurramꝰ ad ſimile ſumptũ ex l.qſ-
quis.§.ad filias.vbi ltĩma aſſignatur loco alimentorũ: & ſic iſtæ
filiæ deberent habere tertiã partẽ ꝓprietatis & vſusfructus,non
cõputatis dotib. vſq; ad ipſam realẽ dotationem, vel cõputatis
poſtea,vt C.de inoff.teſta.l.qm̃ nouel.vel oportet exponere, ꝙ
in dicta reformatione ponant̃ alimẽta pro vſufructu.i. vſusfru-
ctus loco alimentorũ, vt dictio,ſcdm,ponat̃ ſimilitudinarie: cũ
nõ poſſit poni demõſtratiue,vt extra de ver.ſig. in c.abbate.nec
ſunt iſta p̃ter,vel cõtra rõnẽ:ſed eſt q̃dam naturalis interp̃tatio;
qa aliter verba nõ p̃nt intelligi: cũ intelligẽdo alimẽta ſine vſu-
fructu nõ habemus legẽ, nec ſtatutũ aliqđ diſponens,qđ eſt cõ-
tra verba,& mentẽ dictæ reformationis, & contra omnẽ natu-
ralẽ æquitatẽ. Et iõ pro certo dictæ filiæ dẽnt habere ltĩam, vel
ſaltẽ interim integrũ vſumfructũ bonorũ: licet verba aliud vi-
9 deant̃ ſignificare: † quia nõ verbis,ſed ſenſib.legẽ imponimus;
vt l.1.in fi.C.cõia de le.& ff.de iure iu.l.3.§. pen. & l. ſed & ſi poſ-
ſeſſori.§.ſed rerũ. & qđ no.ff.fam.er.l.& puto.§.1.& ff.ſi cer.per.
l.ſi tibi.ibi dũ dicit, nõ ſp ꝓprijs vocabulis cõtineri. & ff. de vſu-
fru.l.Proculus. Et in hanc vltimã partẽ magis inclino, qa potius
dẽt trahi lex municipalis ad legẽ municipalẽ, q̃ ad ius cõe, cũ le-
ges municipales ſint eiuſdẽ generis: quia inter ipſas leges muni-
cipales eſt magis conſortiũ, ſiue cõicatio intellectus, ar.ff.de cõ-
10 iungendis cũ eman.li.l.nihil. † Dicet aliquis, iſtæ puellæ non p̃-
ſtiterunt cautionẽ de vtendo, &c. ergo nõ p̃nt petere vſumfru-
ctum.vt ff.de vſuc.l.ſi homo.Rñdeo,illa cautio non p̃ſtatur, niſi
cũ vſusfructus traditur,non cũ hæres eſt in mora tradendi, vt ff.
de vſuf.leg.l.ſi vſusfructus in bienniũ.ſic.n.frẽs poſt acceptatio-
nem ſp fuerunt in mora, ſaltẽ irregulari pp minorẽ ætatẽ pupil-
larum,vt C.qui.cau.in inte.reſt.non eſt neceſſaria.l.in minorũ.
& ff.de leg.2.l.Titia Seio.§. vſuras. Mõ reſtat ad declarationẽ n
p̃cedentium q̃rere,qua actione tenentur iſti frẽs ad vſumfructũ
pro cautione. Nã ſi cõe Florentiæ vr̃ eis donaſſe ob cãm, tenẽ-
tur per illã l.1.C.de do.quæ ſub mõ. Sed hic ſubtilius eſt cõſide-
randum, nã cõe Florentiæ non fungitur hic loco donatoris: qa
ſequeretur, ꝙ teneretur directis actionib; ad onera bonorum,
qđ eſt falſum,ſed fungitur loco Principis, qui reſtituit aliquẽ ad
bona cã libertatũ conſeruandarũ. Nemo.n.dixerit, iudicẽ obli-
gari,& ex hac ſimilitudine infertur, ꝙ iſti frẽs dñr eſſe bonorum
anomali ſucceſſores,vt no. Inſt.de eo,cui libertatis cã bona ad-
ijciuntur, & tanq̃ anomali ſucceſſores conueniuntur ad onera:
quia ſurrogantur loco ſuccedentium ab inteſtato: pp qđ ſequi-
tur de neceſſitate dictis filiab.ſaltẽ in vſufructu ius cõpetijſſe, &
& illud vocabulũ in alimentis, intelligi de plenioríb.alimẽtis.i.
de vſufructu,vt ff.de vſuf.l.dñs.§.fi.& ar.ff.de tranſa.l. cum hi.§.
ſi fundum.ff.de aur.& ar.leg.l.ſpecies.& l.4.ff.de alimen.& ciba
le.cũ ſi. reſtat reſpondere ad id, quod allegatur in contrarium,
videlicet ꝙ potius dẽt attendi verbum alimentis, q̃ dẽat intendi

illud verbũ reſpectiuum ſcđm formam ſtat. & ſic illud verbum ſcđm formã ſtatutorum,nihil operat̃, & ſic remanemus in ſimplicib.alimentis pſtandis,& ad hoc multa poſſent induci: Nam
11 reſpondetur,ꝙ nihil dẽt ſuperfluere in lege. † vnde iſta dictio, ſcđm, non dẽt eſſe ſuperflua, ſed declaratiua illius vocabuli,alimenta:nam alimenta qñq; ponuntur pro vſufructu, & econtra vſusfructus pro alimentis, nõ ex propria diffinitione vocabuli: ſed ex mente loquentis,vt C.ſi ſcđo nupſerit mulier.l.1.& ſi deberet ſupfluere alterũ iſtorum verborũ, potius deberet ſuperfluere verbum,alimentis,q̃ illud verbum,ſcđm.& rõ eſt: qa begnius,nam rõ naturalis facit pro poſteris,vt C. de fideic.l. cum acutiſſimi. Item quia non ſequitur, dẽt habere alimenta, ergo non plus: qa illud verbum, ſcđm formam, tacite includitur,& plus: qa iſta dictio,ſcđm,ponitur augmentatiue, cum denotet plenã relationem,nec eſt nouum,ꝙ tacita ſubauditio fiat,vt tota ſaluetur legis diſpoſitio,ac ſi diceret in alimentis,& ſecundũ formã ſtatutorum. Item qa ſumus in materia fauorabili reſpectu filiarum, & in materia odioſa reſpectu ſtatuentium, qui de odio tractant,& de pœna ſeueritatis,ar.ff.de lib.& poſth.l.cum quidam.Item non ob.ſi dicatur,ꝙ alimenta ſint ſpecies,& vſusfructus ſit genus,quaſi plus continens:qa hæc dictio,ſcđm,habet extendere ſpeciem, ſeu potius declarare. Itẽ non procedit ar.per l.ſi alij.ff.de vſufr. lega. Item pone tale exemplum, pater meus legauit tibi vſumfructum, ego in teſtõ dico, lego tibi alimenta ſecundum teſtm̃ patris mei: nam teſtm̃ meum debet intelligi ſecundum teſtamentum paternum, ne fauorabilis mea diſpoſitio vitietur, effectus.n.eſt iſte, vt teſtamẽtum paternum ſeruetur,non vt ei derogetur, vel quicquam diminuatur: quia non ſunt appoſita verba ad diminutionem, vel derogationem: ſed ad obſeruantiam paternæ voluntatis.ita in propoſito verba ſunt prolata ad obſeruationem ſtatuti, & ideo illud dicunt̃ operari,vt l.non omnis.ff.ſi cer.pet.& ff. de act. & obli.l.obligationum ſubſtantia.ff.de cond.& dem.l. Pater Seuerinam.§.conditionum.cum ſi.Ex his cõcluditur,quod aut plenam legitimam, aut plenum vſumfructum debet habere filia antedicta dicti cõdemnati ad mortem.Et ad confirmationem prædictorum conſidera,quod ſicut reperitur vſusfructus cauſalis,& formalis, ita hic alimenta intelliguntur cauſalia concreta cum vſufructu, & non formalia,quæ ſunt ſpecies oppoſitæ vſufructui,vt ita dixerim. vnde ſicut ſi teſtator diceret, lego vſumfructum cauſalem,legaret proprietatem,ita in propoſito ad hoc,vt reformatio non vicietur in aliqua parte ſui. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCIX.

In Chriſti nomine. Conceſſus fuit ſaluusconductus Thomæ & Manfredo, & eorum cuilibet veniendi ad ciuitatem Aſtenſem cum,&c.vide in 5.parte conſi.414.inci.conceſſus fuit,&c.

CONSILIVM CCCCX.

1 *Conceſſio emphy.facta vſq; ad vineam magnam,&c.qualiter intelligatur.*
2 *Dictio,vſq;,quando ſtet incluſiue,& quando non.*

1 In Chriſti nomine. † Verba dñt, conceſſit in emphyteuſim vſq; ad vineam magnam.Itẽ & de perticis 46.terræ plantatæ vitibus in aliqua parte incultæ poſitis in dicta contrata. vbi dr̃ ad vineam magnam,quib.cohæret,&c.Inſuper dñs Papa dedit eidem emphyteutæ in gentile feudum totã poſſeſſionem, quã poſſidet,& tenet dicta contrata: & caſſauit inueſtituras prædictas: nihilominus placuit Illuſtri domino. d. Comiti virtutum, quod cognoſceret,ſi dictum territorium comprehenditur in inueſtitu-
2 ra,vel non.† Modo quæritur,quid iuris? Allegatur dictum Bar. qui diſtinguit,ꝙ aut probatur de mente,& dictio, vſq;, ponitur incluſiue, vel excluſiue, ſicut probatum eſt de mente: qa mens declarat verba dubia contractus, & vltimæ voluntatis, vt C.de fideic.l.voluntatis.& plene notatur. ff. de pac.l. veteribus.& ff. de reg.iur.l.ſemper in ſtipulationibus.aut non conſtat de mente, niſi per importantiam verborum: & tunc aut non põt ſtare incluſiue, & ponitur excluſiue, ſicut eſt quando terminus ad quẽ non pt̃ comprehendi ſub generalitate pcedenti,vt l.pen.ff. de fluminibus.aut terminus, ad quem pt̃ comprehendi,& non comprehendi ſub generalitate pręcedenti propria ſignificatione:& tunc in vltimis voluntatibus ponit̃ incluſiue, vt l.patronatus.de le.3.& l.in teſtis.de reg.iu.aut in contractibus,& tunc ponitur excluſiue: quia cum verba ſunt dubia, fauendũ eſt reo potius,q̃ actori: qa debuit ille, qui aliũ vult obligare, apertius loqui,vt no.in d.l.veteribus. nã in contractib. extenſio obligationis eſt vitanda: & nihil venit niſi id, qđ in ſe tenet,vt ff.de ac. emp.l.fundi nihil.hoc ſic intelligas,qñ verba pferũtur ad principaliter obligandum:ſed qñ verba pferuntur ad excipiendũ.v.g.qa venditor,vel locator aliquid excipit obſcure:tunc obſcura exceptio interpretat̃ cõtra venditorẽ,vel locatorem: qa ille intelligitur verba pferre obſcura, qui vult ex ipſis agere, vel excipere, & ita intelligitur lex veteribus,& eſt rõ prædictorum: aut locator,vel venditor loquitur obſcure ad ſuã vtilitatem,& alterius damnoſitatẽ, & ſit interpretatio cõtra venditorem,& locatorem,vt l.1.in fi.ff.de act.emp. aut econtra conductor,vel emptor loquitur obſcure ad ſuã vtilitatem,& aduerſarij damnoſitatem: & tunc fit interpratio cõtra emptorẽ,vel conductorẽ,vt in l.ſi in emptione.in pr.ff.de contrah.empt.ille.n. intelligitur, verba pferre,cuius intereſt verba fuiſſe plata, nõ eius,cuius intereſt verba fuiſſe omiſſa,vt ff.de ver.obl. l.quidquid aſtringendæ.aut verba ſunt plata à tertio,puta à teſte, vel tabellione, tñ nõ ſunt oĩno obſcura, ſed poſſunt interpretationẽ probabilem recipere: & tunc interpretant̃ in mitiorẽ partem,& hęc eſt opinio Nicolai de Mata.vel dic,ꝙ quædam ſunt,q̃ ipſe emptor,vel locator dẽt ſpecificare tanq̃ melius ſciens factũ,ſicut ſunt confinia,ſeruitutes rei,& ſimilia.& tunc verbũ obſcurum interpretatur contra venditorem & locatorem, vt ff.de contrah.emp.l. Labeo ſcribit obſcuritatem.cũ l.ſeq. & l. cũ in venditionis, & l. ſæpe.§.fi.& ff.de ſerui.vrba.prædio.l.ſi arborem. §. fi. Quædam ſunt,q̃ venditor,vel locator non hẽt neceſſe ſpecificare: & tunc fit interptatio contra emptorẽ vel venditorẽ, vt ff. de contrah. emp.l.ſi in emptione.Ex hoc cõcluditur,ꝙ interpretatio qñ eſt incerta circa confinia,& ſic circa rẽ deductã in contractu; quia debuit locator magis ſpecificare, fit interpretatio contra locatorem:niſi ſi qs diceret eſſe ſpecialẽ in eccleſia fauore eccleſiæ, vt magis interptatio fieret pro eccleſia,q̃ contra eccleſiam,arg. ff.de iure fiſci.l. fi. Sed iſta exceptio non bñ probat̃ per aliquam legem,ſit ergo concluſum,ꝙ obſcuritas finium nocet locatori, quatenus põt ſub verbis comprehendi,vñ ſi locator dicit, loco tibi talia pſata vſq; ad centũ iugera,intelligã incluſiue:qa extremũ ad qđ rationabiliter põt includi.Itẽ & dotalẽ doctrinam,qa aut id,qđ apponitur loco termini, eſt de eſſentia, ſiue cõtinentia eiuſdem rei, & tunc includitur terminus tanq̃ ad intra: aut eſt de eſſentia, vel continentia alterius rei, & tunc ſecus; eſt.n. duplex terminus, ſcilicet terminus intra, & terminus extra, vt no.C.de euict.l. ſi fines agri. licet quantũ ad lecturam illius legis non placeat,gl.tamen in ſe eſt ipſa veritas.nõ tamen per hoc deciditur noſtra qõ.Reuertor igitur ad caſum nr̃m,in quo dico conſiderandum primo,qđ eſt veriſimile,vt no.in d.l.veteribus. &ad hoc accedat quantitas mercedis,nam facta comparatione mercedis ad rem,de qua quæritur,præſumitur contra,vt no.in l.1.ff.de ſuperficiebus.eſt verum,ꝙ in locis deſertis non proprie cadit iſta comparatio,vt in arenis, glareis, & ſimilibus. Tertio debemus conſiderare nõĩa appellatiua, ſeu vocabula, nã ex diuerſitate vocabulorum non pſumitur aliquid conceſſum, vt ff. de leg.3.l.prædijs.§.balneas.& §.qui demum. Quarto debemus conſiderare ipſius rei qualitatẽ pręſentem tpe contractus, vt ff. de contrah.emp.l.in lege.Itẽ hoc dico p tanto;qa non dr̃ vinea, vbi non ſunt vites, licet quondã fuerint. iſtud.n.nomen, vinea, vocabulum eſt, & res; Nemo.n.dixerit, vineam extirpatã,& in figurã ſimplicis terræ reductam: & ideo vineam vocari,ꝙ quondã fuit vinea,ſicut non dr̃ inſula, ꝙ quondã fuit inſula, ſed nunc non eſt,vt l.inſula.§.fi.ff.de acq.re.do.nã mutata forma rei,mutatur & eius vocabulum,vt ff.de vſufr.l. qui vſumfructum areæ. Vnde quia verba nõ dicunt, vſq; in vineam veterẽ magnam: ſed dicunt vſq; in vineam magnã, qđ intelligitur de terra pręſentialiter vineata, pura terra continetur vſq; ad locum vineatum,locus autem vineatus non continetur, niſi quatenus nominatim aſſignatum ſit de vinea magna: quia verba dicunt, videlicet de omnibus terris,pratis,buſchis, & paſcuis, & glareis poſitis, & iacentibus in illis partibus, quibus in parte cohæret dictum mon.de vinea magna,vnde nihil de vinea magna, quæ tpe contractus eſſet vinea,venit,niſi illæ 46.perticæ vineæ plantatæ, vt ff.de lega.tertio.hæres meus.§.duæ ſtatuæ.nec curo,ſi forte aliquæ radices vineæ adhuc eſſent ſub terra: quia non eſt conſiderandum



randum id qđ ſub terra iacet: ſed id, quod vr̃,vt ff. de contrahẽ. emp.l.fundi.Ex quibus concluditur, contractum dictæ inueſtituræ locationis porrigi vſq; ad locũ vineæ magnæ,ita vt non vineatum includat,ſed vineatũ excludat: nam ꝙ vineæ includantur pp dictionẽ, vſq;, impoſſibile eſt: quia qñ incluſio includeret contrariam qualitatem rei,nunq̃ dictio, vſq;, ponitur incluſiue: ſed ponitur excluſiue.de materia iſtius dictionis, vſq;, not. C.de nup.l.à calligato.per Cyn.& ff.de offi. præſi. l. meminiſſe. Sed quia materia noſtra reſpicit ſolam interpretationem circa fines, non eſt hic alia materia tractanda; quia plene dictum eſt ſuperius. Ex his clare apparet, quod vinea non dicitur ea, quæ deſijt eſſe vinea, ex qua fructus non percipiuntur: ſed facta eſt ſterilis, ſicut nec econtra,ſi de ſterili facta vinea,diceretur fundus ſterilis,vt C.de alluuionibus,& paludibus.l.2. §.1. ff. de act. empt.l.ſi duorum.§.fin. & C. de bonis proſcriptorum. l. ſi quis intra.& ff. ſolu.matrim.l.diuortio.§.quod in ſementem.& ff.de cen.l.forma cenſuali. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXI.

1 *Statutum,quod quis non ſubiectus non poſſit ſuccedere alicui ſubiecto, an valeat: & dato quod valeat,an quis poſſit ſuccedere matri, quæ fuit de dicta ciuitate,vbi viget ſtatutum, ſed in alia nupta, & ſic ei tanquam amiſerit originem, & non ſit ſubiecta.& nu.2.*

In Chriſti nomine. Quidam Mediolanen. habuit tres vxores: ex prima nata fuit dña Prima: ex ſecunda nata fuit Margarita: ex tertia nata fuit dña Secunda.Cõtigit,ꝙ dicta dña Prima fuit nata extra poſſe, & iuriſdictionẽ Mediolani. Et ex ea nunc extant duo filij,Chriſtophorus & Philippus. Modo dicti Philippus & Chriſtophorus aſſerunt ſe eſſe hæredes dictæ dñæ eorũ matris. Item & pro parte dimidia dicti eorum aui Mediol.quibus dicta dña vltima ſe opponit dicens,ꝙ non ſuccedant auo, nec matri: &allegat ſtatutũ Mediolani,quo cauetur,ꝙ nulla mulier nupta extra iuriſdictionem Mediolani ſuccedat alicui de iuriſdictione Mediolani ẽt ex teſtõ. idẽ intelligatur de deſcendentib.talium mulierum, qui nati fuerunt ex non ſuppoſito iuriſdictioni dñi
1 Poteſtatis,& cõis Mediolani: quæritur, quid iuris.† Et videt̃, ꝙ dictum ſtatutũ non valeat, ꝙ deſcendentes omnino excludit à debito naturali,vt not.Dyn.in c.indultum. Item quia dictum ſtatutum non põt non ſubditis legem imponere, & eos ſucceſſione priuare; vt in l.cunctos populos.& in l.extra territorium. cum ſua materia vulgari. Sed quia contrarium ſeruatur de cõi conſuetudine, pro hoc non inſiſto: qa minime ſunt mutanda, &c.vt ff.de legi.l.minime.&ideo ſolummodo aduertendum eſt ad verba ſtatuti.Et conſiderandum eſt;quia hic ſunt duo dubia. Primum,an ſuccedat auo materno præſuppoſito,ſine præiudicio veritatis,ꝙ dictum ſtatutum valeat. & videtur, ꝙ non: qa ſi mater eorum viueret,non ſuccederet,cum ſit nupta extra iuriſdictionem cõis Mediolani. Sed ita eſt,ꝙ priuato ſtipite,ſiue parente,talis priuatio extẽditur ad poſteros, in quibus eſt maior, vel eadẽ ratio excludendi: nec eſt iſtud oſtendere, ſed mens, & intellectus ſtatuti,vt no.Cy.in l.1. C. quæ ſit longa conſue.vt in c.1.§.notandum.qui feudũ dare poſſunt.col.10.& hoc qñ ſtipes inhabilitatur à lege. Sed hæc rõ non vr̃ vera: quia ſtatuta odioſa non recipiunt extenſionem: vnde licet ſtatutum excludat filiam,non excludit filium filiæ,arg.ff.de contrat.l.3.§.ſi emancipatus. ſed certe imo: quia ſtatutum non ſolum excludit fœminam, ſed dat ius ſucceſſorium agnatis, & pximiorib.de iuriſdictione Mediolani.Vñ qđ vni cõfertur, omnib. alijs aufertur,vt ff.de le.1.l.qđ in rerum.§.ſi quis.hoc tenet Bar. in l.2.ff.ad Tert. ſemper dico, dummodo verba hoc patiantur per interpretationem neceſſariam, vel probabil.dico neceſſariam,ſ.per punctum rõnis,probabilẽ voco per viam æquitatis,vt not.ff.ſi cert. pe.l.cũ fundus.§.ſeruum tuum imprudẽs.ſed ſi verba excluſiua, quę veniunt per quandam cõntiam,nihil operarentur.Dico.n. quod principale propoſitum legiſlatoris eſt includere,ad quod venit per medium excludendi.Vnde principalis intentio eſt fauor agnatorum,ad qđ neceſſaria eſt excluſio mulieris,ſicut nos dicimus, ꝙ principalis intentio naturæ eſt generare, ſecundario corrumpere: & niſi haberet intentionem generandi, non haberet intentionem corrumpendi, vt dicunt Philoſophi. ſed examinatio non eſt hic neceſſaria; quia ſapientes, qui fecerunt ſtatutum Mediolani,caute dixerunt,& idem eſſe intelligatur in omnibus deſcendentibus talium mulierum, qui nati fuerũt ex non ſubdito iuriſdictioni dñi Poteſtatis, [illegible] Mediolani. [illegible] ꝙ lex declarat ſeipſam,& ideo non [illegible] l.generaliter.§.pen.& C.de fideic.l.cum acutiſſimi.[illegible] bus.omiſſis igitur præludijs conſiderandum eſt,ꝙ in facto proponitur, ꝙ pater dictorũ Chriſtophori & Philippi, habebat aſtimum in ciuitate Mediolani.& hoc poteſt eſſe dupliciter: vel quia habebat ibi maiorem partẽ fortunarũ ſuarum, per qđ intelligeretur hr̃e domiciliũ, & eſſe ſuppoſitus iuriſdictioni Mediolani,vt l. 2.C. vbi ſena. vel cla. cum materia ſua. vel quia habebant aliqua bona,ſed nõ maiorem partem,& tunc non dicerentur proprie ſubiecti, vel ſuppoſiti: licet per hoc tenerentur ad onera ęſtimi,nec ibi ſortirentur forum,vt ff.ad muni.l.libertus.§.ſola.&l.incola iam.qđ ſi ita eſt, dicti nepotes bona aui materni petere nõ poſſunt, obſtante ſaltẽ in facti obſeruantia ſtatuto prædicto,licet iniquo,vt in l.maximum vitium.& l.1.§.1.ff. quod quiſq; iuris.& l.proſpexit.qui & à quibus. & hoc quãtum ad bona aui concluſiue dictũ ſit, ꝙ dicti nepotes per dictũ ſta-
2 tutum repelluntur,ſuppoſita obſeruãtia prædicti ſtatuti.† Modo ſequit̃ videre de dote materna: & dico, ꝙ eorum matri ſuccedunt:quia per hoc non ſuccedunt alicui de iuriſdictione Mediolani.vbi eſt cõſiderandum,ꝙ dicta Prima dña tempore mortis ſuæ non erat de iuriſdictione Mediolani,ſed de iuriſdictione domicilij viri: & hoc maxime quo ad ius fori; qa tranſlata erat ab originali foro:& virum omnino ſequebatur,tanq̃ quo ad ius domicilij,vt ff.de iuriſd.omnium iud.l. cum quædam puella.qđ eſt ſpeciale in vxore,ẽt quo ad originem.iſta eſt glo.no.C.de incolis.l.mulieres. quia ergo non ſubiecti iuriſdictioni nõ prohibentur ſuccedere non ſubiectis, ergo dicti filij nõ prohibentur ſuccedere matri ſuæ. & iſta eſt veritas. de ſucceſſione auiæ maternæ dico,ꝙ aut dicta Prima domina ſucceſſit matri ſuæ,antequã eſſet dotata: & tunc ita ſuccedunt dicti fratres, ſicut in dote materna. Idem ſi erat quæſitum dictæ dominæ ius adeundi: qa tranſmittit ad poſteros,vt l.1.de his, qui ante apertas tabulas. ſi autẽ dicta Prima dña fuit nupta ante mortem matris ſuę,tunc dicti fratres dictæ auiæ non ſuccederent: cum dicta eorũ amita eſſet Mediolanenſis origine,& domicilio.vnde qua ratione excluduntur à ſucceſſione aui materni, eadem rõne excluduntur à ſucceſſione auiæ maternæ ex eodem ſtatuto. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXII.

1 *Mutare an liceat conſilium,ſeu propoſitum,ſeu electionem.*

In Chriſti nomine. Verba teſtamenti dicunt; ſi aliqs dictorum filiorum ſuorum eſſet diſpoſitus ad diſcendum ſcientiam legalem,vel ius canonicum, prout eſt ad pſens filius ſuus ſtudens in iure ciuili, vel in futurũ aliqs alius ex dictis filijs ſuis eſſet diſpoſitus,vt ſupra, & vellet ire ad ſtudium, occaſione prædicta dicti libri ſibi conſeruentur,vt ſuper eis ſtudere poſſit,& dictã ſcientiam adipiſci.& ſi dictus ſuus bene perfecerit ſtudium ſuum,ſibi plegauit dictos libros,& expenſas in ſtudio fieri voluit de parte ſibi contingente.&parum poſt ſequitur.ſi vero aliquis ex dictis ſuis ſe diſponeret ad diſcendum artes,& medicinam, voluit, ꝙ ſibi emãtur omnes libri neceſſarij, & ſufficientes pro addiſcendo dictas ſcientias: & ſi bene profecerit in eis, habeat dictos libros ante partem. Modo accidit, quod vnus dictorum aliorum filiorum ſe diſponit ad diſcendam artes,& medicinam: & eſt in artibus magiſtratus,& empti fuerunt ſibi libri neceſſarij,& vtiles. nunc vero videns, dictus G. quod eius frater habet libros legales longe maioris valoris,vult ſe retrahere à ſtudio medici-
1 næ,& audire leges.† quæritur, nunquid poſſit variare: & videtur primo dicendum, quod ſic, quinimo ſi diſceret omnes iſtas ſcientias,deberet habere duplicia legata,vt ff.de annu.leg.l.qui Marco.& no.in auth. vt iud.ſine quoquo ſuffra.§.3.illud tamen decreuimus.& quod not.per Cyn.C. de leg.l.quæſtio. In contrarium videtur; quia hoc eſt de raro contingentibus, ꝙ quis tot ſcientias poſſit habere perfecte.cum vix ad vnam ſcientiam ex his, quæuis longiſſima vita ſufficiat: vt vita breuis, ars vero longa,vt dicit Hypocrates.Item quia teſtator locutus eſt aduerſatiue, & aduerſatiuarum orationum altera eſt vera, non vtraque.vt in l.ſi vero.in princip.ff.ſolu.matrimo. & ff.manda.l.vero.Præterea idem debet eſſe de ſtudio,quod de nuptijs:ſed hoc ſermone,cum nupſerit,primæ nuptiæ ſignificãtur, vt ff. de verbo.ſignific.l. boues.§.hoc ſermone. Præterea hoc videtur expreſſum.ff. qui, & à quibus.l.matrimonij. nam videtur ſenſum



de illa

de illa ſcientia principali, quę nullis alijs ſcientijs principalibus cõicatur, vt ibi [illegible] expreſſum. & hanc partem puto eſſe veram, ſed nec puto diſpoſitum ad leges diſcend[illegible] ex hoc ſolo, ꝙ dicat ſe diſpoſitum: ſe[illegible] ex ætate, alijſq; indicijs hoc arbitrandum eſt, vt ff. de [illegible].l. Stichus. & ſicut monachus antequã profiteatur, dẽt ſe [illegible]bare per annum, vt per ho[illegible] pareat, an ſit diſpoſit⁹ ad obſeruantiã regulæ, debet prius aliquo tempore ſe experimentare: quia diſpoſitio non ind[illegible]ur in anima ſine actibus: niſi loquamur de potentia prima, quæ non eſt proprie diſpoſitio. nam diſpoſitio immediate præcedit habitum, & eſt quoddam principium habitus. aliquid vero deberet cõſtare de ipſa diſpoſitione, ſed quicquid ſit, vt dixi, reb. ſic ſe habentibus puto eum variare non poſſe: cũ nec honeſtum ſit variare, vt C. de modo multarum. l. eos. niſi qñ hõ mutat conſilium ad melius ſine alterius præiudicio: qa ſapientis eſt mutare conſilium, vt in regula mutare conſilium. & quod ibi per Dyn. Nam cum quæritur, vtrum quis poſſit mutare conſilium, diſtinguitur, aut ex præcedenti electione eſt aliquod ius conſecutus, aut alteri ius acquiſiuit, & nõ priuaret: aut nullus aliquid perdit: primo caſu non poteſt mutare conſilium, vt d. l. apud Aufidium. ſecundo caſu idem, vt l. fi. C. de codicil. & not. in cap. quod ſemel placuit. per Dyn. lib. 6. tertio caſu permiſſa eſt variatio, ſi nemini prȩiudicatur: ſed in caſu noſtro per electionem eſt quæſitum ius librorum illius artis: & amiſſum ius librorum alterius ſcientiæ per illam dictionem aduerſatiuam, ſi vero. vt ff. de condi. & demon. l. Titia ſi vero nupſerit. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXIII.

1 *Notarius an, & quando in numero teſtium computatur.*

1 In Chriſti nomine. † Duo ſunt ſtatuta in quodã oppido, in primo cauetur, ꝙ in quolibet inſtr̃o adhibeantur tres teſtes ad minus, inter quos ſit ad minus vnus, qui ſit notus contrahentium, & locus, in quo conficitur inſtr̃m, & ſcribat tabellio nomen, & cognomen cuiuſlibet teſtis, & vnde nomen patris, & vnde ſit oriundus ſiue teſtator, ſiue teſtis, & intelligantur teſtes idonei, & cognoſcere cõtrahentes, ſi hoc inſtr̃o per tabellionem fuerit inſertũ, niſi ꝓbetur contrarium. in ſyndicantib. vero ad cauſas ſufficiat, ſi teſtes cognoſcãt eum, ad cuius inſtantiam vniuerſitas fuerit cõgregata. Alio ſtatuto cauetur, ꝙ ſi à centũ libris denariorum ſ. fiat contractus, ſiue diſtractus, ꝙ rogetur inſtr̃m, interſint duo tabelliones contractui, ſiue diſtractui cõputato notario, qui tradidit inſtrumentum, alioquin fides inſtrumento non adhibeatur. pone ergo, quod adhibiti ſunt duo notarij, & tres teſtes computato notario, qui ſubſcripſit: non tamen poſuit, vnde ſint oriundi. Quæritur, vtrum valeat inſtr̃m? Rñdeo, nõ valere, quia duo teſtes deſunt, vt C. de teſta. l. ſi vnius. & C. de fideic. l. ſi veritas. & eſt expreſſum, ꝙ duo tabelliones ſimul non ſufficiunt, in auth. de hær. & fal. §. ſi vero abſunt. ſed licet nõ valeat inſtr̃m, tamen bene poſſunt probari contractus, & diſtractus per viuam vocem trium teſtium: inter quos eſſet vnus, qui cognoſceret, contrahentes. Conſiderandum eſt. n. ꝙ aut probatio fit per viuam vocem, aut per inſtr̃m tantum, aut ſimul per viuam vocem, & ſimul per ſcripturam: primo & tertio caſu tabellio computatur in numero teſtium, vt C. qui teſt. fa. poſſ. l. hac cõſultiſſima. §. fi. Secundo vero caſu principali tabellio non computatur in numero teſtium: qa ſequeretur, ꝙ ſufficeret tabellio, & vnus teſtis, quod eſt falſum, licet aliqui contradicant, & male, de hoc no. doc. ff. de teſt. l. Domitius. & C. de fideicom. l. quæſtionem. & iſta eſt veritas. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXIIII.

1 *Arbiter non poteſt iubere vni parti, quod alteri parti, vendat; & ſi iubet, laudum eſt nullum.*

In Chriſti nomine. Verba dicũt, quod planum pleno iure debeat remanere dicto Antonio, & in recompenſationẽ precij, & valoris dicti plani caſtri, caſſant omnes exceſſus, & delicta, quaſcunq; iniurias, &c. Quæritur, vtrũ quantum ad hunc articulum
1 valeat dictũ laudum? † Et ad intelligentiam prædictorũ videamus de arbitri poteſtate, vtrum poſſit rem litigioſam hoc modo adiudicare, videlicet pro certo precio, & quibuſdã compenſationibus fiendis? Et vr̃ primo, ꝙ ſic pluribus rõnibus. prima eſt, quod dictus arbiter habuit pleniſſimam p̃tãtem: vnde quicquid fecit bona fide, ratũ debet haberi, vt ff. manda. l. creditor. §. Lucius. nã illud vr̃ bene factum, qđ bona fide fit, vt ff. de cond. & dem. l. quamuis. & no. ff. de iureiu. l. cum, qui. §. in popularib. Sed nõ eſt dubiũ, ꝙ arbiter hoc fecit bona fide: & vtriuſq; partis fauore, vt tolleretur materia delinquendi, præſertim inter ſubditos, & dñm, nã intereſt ſubditorũ non contendere cũ ſuperiore: quia ſuperioribus pares eſſe nõ poſſumus, vt ff. de alie. iud. mu. cauſa facta. l. quia etiam. Prȩterea certum eſt, ꝙ arbitrator põt componere inter partes ſuper re litigioſa, & ſtatuere, ꝙ vni remaneat res, & alteri detur certa quantitas, vt ff. de arb. l. ſi de meis. §. recepiſſe. & l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. nã hæc eſt quȩdam tranſactio, quam arbitrator inter partes facere põt, ſeu in compromiſſo implicitam explicare. & declarare, vt no. in authen. vt differ. iud. §. 1. coll. 9. Præterea vr̃ decretalis expreſſa, quæ dicit, ꝙ duo contendebant ſuper quodam prioratu, & arbitrator electus ad arbitrandum dixit, quod vnus habeat prioratum, alter habeat certos redditus: dicit ibidem tex. ꝙ arbitrium valet circa prioratum: ſed circa redditus nõ valet pp vitium ſimoniæ, ergo in t̃palibus, in quibus non committitur ſymonia valet in totum, vel ſaltem in re ipſa. iſte eſt caſus expreſſus extra de præb. c. niſi eſſet. ad idem facit; quia hoc põt venire in tranſactione, vt extra de præben. c. niſi eſſet. extra de tranſact. ca. veniens. ergo & in arbitramento. Præterea iudex põt compenſare inter partes, vt ff. fami. erc. l. Mæuius. n. ergo & arbiter; quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum, vt C. de iud. l. rem non nouã. ff. de arbi. l. 1. Præterea ſi hoc non eſſet, ſequitur, ꝙ adhuc nobili viro Antonio remaneret conditio legis, ſi quis in tãtam. & remaneret in quæſtione tã poſſeſſorium, quã petitorium dicti plani; qa nõ põt circa idem capitulũ res ex vna parte valere, ex alia non valere; qa ſicut contractus non p̃t claudicare, vt ex vna parte valeat, ex altera non, vt ff. de ac. emp. l. Iul. §. ſi quis colludente. Ita nec quaſi contractus, ſeu iudiciũ, vel arbitriũ, vt ff. de arb. l. ſi cũ dies. §. vnde eleganter. & l. in ſacris. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum. & extra de mutuis peti. ca. prudentiam. Præterea aliud ſequeretur, videlicet ſi dictus Antonius erat in poſ. dicti plani iuſta, vel iniuſta, eodẽ modo ſit hodie. vel econuerſo, ſi eius aduerſarij erant in poſſeſſione, vti erant, ita ſint: qa arbitrium, qđ non valet de iure, executionẽ non meretur: nec eius prætextu aliquid innouari p̃t, & ſic lis principalis quæ erat inter partes, adhuc remaneret indeciſa, qđ videtur abſurdum, ne lites ex litibus oriantur, vt C. de fruc. & lit. expen. l. terminato. qa lites non dẽnt eſſe immortales, vt in 1. conſti. C. in princi. Nam ad bonũ principem pertinet materiam litium amputare, vt ibi dicit litera, & ideo princeps poſſet talẽ tranſactionẽ confirmare, vt d. c. veniens. Multa etiam alia poſſunt dici ad perſuadendum, ꝙ dictum laudũ valeat. Sed in contrarium eſt veritas: quia arbitrator bene põt iubere, vt aliud detur nomine tranſactionis: qa hoc exigit natura cõpromiſſi, & ita dẽt intelligi, qđ no. Bar. ff. de tranſact. l. cum Aquiliana. ſed non põt mandari vni parti, ꝙ vendat rẽ ſuam aliquo precio: qa vendere pertinet ad nouum contractũ, de quo non eſt cõpromiſſum, vnde arbiter non p̃t mandare, qđ pertinet ad nouũ contractum, vt ff. de arbi. l. nõ diſtinguemus. §. de officio. & l. qui tñ. §. item ſi arbiter. ꝙ aũt hic mandauerit rem vendi, ex noĩe precij apparet, vt l. fin. C. de prædi. cur. lib. 10. Ex quib. apparet, ꝙ ſententia lata ſuper dicto plano non valuit, & ſi valuiſſet, dẽt reſcindi: quia nemo inuitus cogitur rem ſuam vendere: nec etiam rem nõ ſuam, vt C. de ac. & ob. l. ſicut. Item ex hoc ſequitur talis cõcluſio, ꝙ cum dictum laudũ ſit ſuper dicto plano, nec pro dicto nobili, nec cõtra dictũ nobilem, ꝙ omnes lites, & quæſtiones, quæ erant inter dictum dominum, & dictã communitatẽ, tanquã lites pendentes ſunt dirimendæ de nouo. C. qũo & qñ iudex. l. ſi vt proponis. cum materia ſua. Et iſtud eſt conſilium meum in iure, partibus tamen ſuadeo, quod concordent, quæ poſſunt ſuaderi, non iuberi, vt ff. de no. ope. nun. l. 1. §. & poſt operis. Et ideo hoc ſcripſi, quia iam ſuper hoc conſului: & verum eſt conſilium, & allegationib. in contrarium reſpondeat ſtudioſus, de iure libellus eorum procedit, ſecundum quod dictum eſt ſupra. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCXV.

1 *Locatio longa de re emphy. non valet irrequiſito domino: ſed res ita locata redit ad dominum.*
2 *Laudum arbitratoris eſt quædam tranſactio.*
3 *Tranſactio quando dicatur alienatio.*
4 *Dominium per ſententiam arbitri, & arbitratoris non transfertur.*



In Chriſti nomine. Præmittendum eſt ad euidentiam, † quod ti-
1 tulo ſimplicis locationis ad nõ longum tempus poteſt emphyteuta alteri locare: nã & vſufructuarius hoc poteſt, quanq̃ alienatione finiatur vſusfructus: quia iſta non eſt alienatio, vt ff. lo. l. ſi quis domum. §. 1. & ff. de peri. & com. rei ven. l. neceſſario. §. fi. Sed locare ad longum tempus non poteſt, etiam ſi verba dicũt, titulo ſimplicis locationis, vt no. Dyn. cum gl. ff. de leg. 2. l. codicillis. §. inſtituto. & ſi ita locaret irrequiſito domino, emphyteuta caderet à iure ſuo, dẽt enim requiri dñs, aut velit conducere pro pari mercede, nec dicitur conducere rem ſuam, ſed
2 ius emphyteuticum, vt ff. de acq. poſ. l. ſi aliquam rem. † Secundo præmittendũ eſt ad euidentiam, quod laudum arbitrato. eſt quædam tranſactio, quando hincinde aliquid diſponit, vt not. in authen. vt dif. iud. §. 1. ſed quando ex vna parte tantum ſtatuitur, magis accedit pacto, quam tranſactioni, vt ff. de tranſact. l. 1.
3 † Tertio præmittendum eſt, ꝙ aut tranſactio continet dari: & tunc dicitur alienatio ſecuta traditione. Idem ſi contineat ius transferri: quia venit euictio, ſecus ſi continet retineri, vt C. de tranſact. l. ſi pro fundo. differentia. n. eſt inter exceptionem, & dominium, vt l. ſed & ſi poſſeſſori. in princip. ff. de iureiur. Sicut ſi dominus paciſceretur de non petendo rem ſuam, non ꝓpterea diceretur alienare dominium. vnde à quocunq; alio poſſeſſore poſſet vendicare, excepto eo, cui fecit pactum, vt ff. de pac. l. ſi vnus. §. ante omnia. Quarto eſt prȩmittendum, ꝙ ille, q̃ conſtituit titulũ poſſeſſori, vel detentori, per quẽ titulum conſueuit transferri dominium, intelligitur tradere, & alienare, vt Inſtit. de rerum diui. §. interdum. & ff. de rei vend. l. quædã mulier.
4 † Quinto & vltimo præmittendũ eſt, ꝙ per ſententiam arbitri, & arbitrato. dñium non transfertur, dominus tradat, vel quaſi tradat, vt extra de teſt. cap. Rayn. His præmiſſis venio ad quæſitum: & dico, ꝙ per ſententiam arbitri, & arbitro. non fuit alienatio ſecuta: nec cauſa poſſeſſionis mutata: nec etiã fuit de intentione arbitrorum, ꝙ vtile dominium transferretur, niſi cõſentiente dño, & ideo adiecerunt, & arbitrati fuerunt, ꝙ emphyteutæ curarent cum effectu, ꝙ canonici inueſtirent liuellario noĩe, &c. Tñ quicquid eſt, vr̃ poſtea ꝓceſſum ad vlteriora: videlicet ꝙ dicti emphyteutæ tenuerunt, & poſſederunt vnus de voluntate alterius, alter de voluntate alterius dicta domicilia, quæ alienari non poterant etiam inter ſe. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi ita. quia erant diuerſæ emphyteuſis: per quam patientiam, & mutuum conſenſum dicitur facta traditio iuxta perſonalem obligationẽ prȩcedentem, vt C. de acq. poſ. l. minus inſtructus. & ſic vr̃ facta quædã illicita tranſlatio, & alienatio. nã verba laudi dicunt, ꝙ teneantur dimittere, & relaxare pleno iure: quia verba perſonaliter obligant ad dimittendum, & relaxandum pleno iure. ſed dimittere, & relaxare pleno iure eſt alienatio ſequuta traditione vel quaſi, non ante, vt ff. de verbo. ſig. l. alienatum. Nec obſtat, quod verba dicant, quod teneantur cedere actionem, & ſic concernant futurũ tempus: quia iſtud futurum tempus tacitum reductum fuit in præſens per iſtam traditionem. Item non oportet iura cedere, quæ nec cedi poſſunt non cõſentiente domino: ſed ſiue cedantur, ſiue non cedantur, dum tamen peruenturum ſit ad traditionem poſſeſſionis, vel ex cauſa præcedente, ſurgit ibi alienatio prohibita, & ideo videtur, quod emphyteuta ceciderit à iure ſuo. Tamen in feudo habemus, ꝙ vaſallus poteſt tranſigere, vt in ca. vaſallus de ſuo. ſi de feu. fue. contro. vt dixi laudum arbitratoris ſimile eſt tranſactioni, & in idem recidit. iſta quæſtio ſatis pendet ex intellectu dictæ legis, ſi pro fundo. quia tranſactio non eſt alienatio in retinendo, ſed in dando, vel transferendo ſic. ſed certe ad hoc reſpondetur per illud verbum pleno iure; qa iſta quaſi tranſlatio eſt in transferendo: & ſic eſt in figura futuræ alienationis: & in executione laudi, quæ executio de facto fuit explicita per traditionẽ poſſeſſionis. & ideo ſuppoſito, ꝙ dictũ laudum valuerit quantũ ad perſonalẽ obligationẽ ſubſequente traditione, licita alienatio ſecuta eſt dño nõ cõſentiente, de qua dimiſſione poſſeſſionis in executione dicti laudi præſupponitur apparere publicum inſtr̃m: & iõ reuertitur ad dñm. i. ad eccleſiam, vt C. ne rei dñicæ, vel templorum. l. vniuerſas. & C. de iure emp. l. fi. præſertim qa ille, qui tradit alteri cõtra voluntatẽ dñi intendẽs ius ſuum transferre à iure, illi, cui renunciat, facit ſe alienum, vt Inſti. de vſuf. §. finitur. & ita teneo, ꝙ res ad eccleſiã fuerit reuerſa; tñ ſi canonici fecerunt inueſtiturã, approbando laudũ ꝓ parte, nõ poſſunt pro alia parte cõtrauenire: ſed debent inueſtituram alterius domus facere: ſi tñ alienauerunt medio t̃pe in aliũ, hoc non p̃nt in illius p̃iudicium, vt ff. de publ. l. ſiue aũt. §. ſi duobus. ex quo finaliter ſequitur, ꝙ illa dom⁹ remanet illi mulieri, quæ fuit inueſtita de emphyteuſi aperta, quæ alteri inueſtiri non p̃t, vt in c. 1. qui ſucceſ. tenean. colu. 10. Ad iſtud dubium, vtrum ille, qui non curat, &c. teneatur ad pœnam compromiſſi, vel intereſſe, dico, quod ſic, nec in refutatione, quã fecerunt hincinde, venit hoc; qa non remiſerunt ſibi inuicem ius laudi. Sed tenetur ergo ad pœnã, vel intereſſe ille, qui debuit curare, & non curauit: nam qui tenetur curare, non tȩnetur ad factum alienũ, ſed ad ꝓprium, vt ff. de ver. obl. l. ſi quis alium. & plene no. ff. de act. & ob. l. quæcunq; gerimus, & ſunt iura vulgaria. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCXVI.

1 *Arbitri tenentur iudicare ſuper toto: nec debent cogere creditorem ad recipien. particularem ſolutionem.*
2 *Dictio, pro, quid importet.*

In Chriſti nomine. Nobilis vir do. Antonius debebat recipere à dño Philippo de Landulphis duo millia florenorũ, & vltra: & cũ dictus dñs Philippus nõ haberet pecuniam numeratã, fecerũt inuicem quoddã compromiſſum multũ plenũ in tres arbitros, ſuper emendo de terris dicti debitoris pro ſatisfaciendo ſibi creditori, & alijs, qui arbitri deberent declarare p̃cium in concordia, & non aliter, & nõ dederunt arbitriũ videndi, declarandi & cognoſcendi modũ, & p̃cium dictæ vẽditionis cũ ſecuritatibus, & terminis nominatiue ſup certis poſſeſſionib. poſitis in tribus vocabulis, & territorijs. proponiturq;, ꝙ dicti arbitratores vellent, ſi poſſent de iure facere, ꝙ pro octingentis florenis dictæ ſummæ dictus Antonius acciperet quandã partem dictarum terrarum: cum in duobus ex dictis territorijs dictus dñs Philippus dicatur nõ habere aliqua iura: nec vendere poſſe iu-
1 ridice. quæritur, † vtrũ dictum arbitramentum pro parte poſſit explicari. Rñdeo nõ, tribus rationib. Primo; qa aut oportet eos iudicare de toto, aut de nihilo, vt ff. de arb. l. quid tñ. in pr. Scdo; qa verba poſita in cõpromiſſo ibi, pro ſibi ſatisfaciendo, impor-
2 tant finalem cãm compromiſſi. † dictio, pro, importat cãm finalem, vt no. ff. de pecu. leg. l. dñs Sticho. quæ cã finalis requirit implementum, ſicut cõditio, vt ff. de condit. & demon. l. quibus diebus. §. fi. Tertia rõ eſt; quia ex quo totũ debitum eſt liquidũ, nõ cogitur creditor recipere particularem ſolutionem, vt ff. de vſur. l. tutor. §. Lucius. & iõ ſi dicti arbitratores eſſent diſpoſiti ad ferendã iniuſtam ſñiam, poteſt eis dñs noſter mandare, ꝙ videant, quid agant, & cum ſine aliquo mandato domini non debeant recedere à tramite rationis. & ad prædicta optime facit. ff. de condi. inde. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. & quod plene no. ff. ſi cer. pet. l. quidam æſtimauerunt. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXVII.

1 *Vecturalis an teneatur domino mercium, ſi res ceciderit in commiſſum propter pedagium non ſolutum.*

In Chriſti nomine. Quidam vecturalis in Pariſio promiſit portare quaſdam ballas pannorum, in quib. erant certa iocalia argẽti intus quaſdã capſetas clauſas, & ſigillatas vſq; ad locũ Carpentraſij, & promiſit ſoluere oĩa antiqua pedagia, & ſolita, q̃ ſolui deberent occaſione earum, qui vecturalis cũ conduxiſſet dictas ballas ad quendam locum Grignani, qui eſt infra terminos Pariſij & Carpentraſij, in quo loco ſoluitur pedagium pro qualibet balla vnus groſſus, & ſi in dicta balla eſſent iocalia argenti, vel alicuius põderis vltra pannos, ſoluuntur duo groſſi: ille vecturalis in loco Grignani non ſoluit pro pedagio, niſi vnũ groſſum, propter quod illæ duȩ ballæ, in quibus vltra pannos erant
1 illæ capſetæ, ceciderunt in cõmiſſum, & perditæ ſunt. † Modo quæritur, vtrum vecturalis teneatur dño mercium, nec ne: vecturalis dicit ſe non vidiſſe immitti dictas capſetas. & ſi probaretur, ꝙ vidit immitti, non probaretur, ꝙ vidit immitti res, quȩ erant in dictis capſetis clauſis, & ſigillatis. In cõtrarium allegat dñs, ꝙ dictæ capſetæ erant ponderis: & quod dictus vecturalis vidit eas immitti: & licet non viderit res, quæ erant intus; quia dñi nolunt talia à vecturalibus videri, debuit præſumere, ꝙ aliquid erat intus, de quo deberet ſolui pedagium, ſed vecturalis reſpondet, quod in capſetis potuiſſent eſſe res, pro quibus ſolui

non debebat,niſi pedagium,ſ.vnus groſſus. Mõ dubitatur,quæ debeant eſſe partes in hoc negocio iudicare debentis. Et vr̃, ꝙ vecturalis non teneatur: qa dominus debuit ei oſtendere merces,pro quibus ipſe ſciebat debere ſolui maius pedagium: vel ſi non oſtendebat merces, debuit prædicere: videas, ꝙ tu ſoluas pedagium maius,nam prædictio quandoq; neceſſaria eſt,vt no. in l.fi.in prin.ff.nau.cau.ſtab. vnde dominus ſua culpa incidit in commiſſum;quia cum haberet ſcientiam,non admonuit mulaterium. Itẽ non eſt veriſimile, ꝙ mulaterius voluit ſubire in ſe anceps periculũ:debuit ergo certiorari,vt l.1.§.fi.ff.de act.emp. In cõtrarium vr̃, nam dicit lex,ꝙ qui vinum de campania tranſportando conduxit, ſi aliqua controuerſia in itinere orta ſit facto ſuo,tenetur dño vini,vt ff.loca. l.videamus.§.qui vinum de campania.alia lex dicit, ꝙ vehicularius tenetur ſoluere pedagium vehiculi: ſed non eſt verum,ꝙ eſt intelligendum,niſi ex pacto: ſed hic interuenit pactum,vt ff.loc.l.cum in plures.§.vehiculum.Sol.hæc quæſtio in facto conſiſtit,nã ſi mulaterius ſciebat res,quæ erant ibi celatæ,vel occultæ, ſine dubio periculum eſt ſuum, vt in d.l.ſi plures. §.locator horrei. Si autem ignorauit,aut ignorauit capſetas immitti, ſine dubio periculũ eſt domini,vt ff.loc.l.colonus.§.nauem. aut ipſe mulaterius ſciuit capſetas immitti: ſed res, quæ intus erant, ignorabat: & iſte eſt caſus dubius quo ad iuris diſpoſitionem: nam ſi nos dicimus, quod culpa imputetur domino,mulaterius non tenetur. Si autem dicimus, ꝙ culpa imputetur mulaterio; qa proſpicere debuit tunc mulaterius tenetur,iſta diſtinctio ſit in d.§.qui vinum de campania. Si vero vterq; fuit in culpa, deterior eſſet cõditio actoris.Si vero dominus fuit in culpa,mulaterius in dolo, tunc mulaterius tenetur; quia dolus præponderat culpæ,vt no.ff.ſolu.mat.l.ſi mora.iſte autem dolus non præſumitur, niſi probetur vecturalem, ſiue mulaterium admonitum etiã à quocunq; extraneo,vt ff.de pet.hær.l.ſed ſi lege.§.ſcire.Itẽ ſi erat de conſuetudine mercatorũ in talibus capſetis immittere res precioſas:qa ad id, quod cõiter fit, dẽt ſe contrahentes referre, vt ff. de ædi.edi.l.quod ſi nolit.§.qa aſſidua. Concluſio hæc eſt,ꝙ aut dolus,vel culpa vecturalis probatur,& vecturalis tenetur, & ad hoc probandum requirit ſcientia vera,vel pręſumpta.Item qui debet ſcire,habetur pro ſciente,vt l.qđ te.ff.ſi cert.pet.percunctari autem non debuit ſecreta aliena, nec aperire capſetas,vt l.2.C.quando,& quibus quarta pars debetur.lib.10. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXVIII.

1 *Frater non poteſt fratrẽ capere, & incarcerare: dato quod portet fratrem in ſcuto depictum pro proditore.*

1 In Chriſti nomine. † Nõ licuit illi ſtrenuo de Salutijs capere fratrem,& deponere in carcerem ſine diffidatione: quia dicũt doctores,ꝙ eſt ſpecies quaſi proditionis,vt no.Io.An.in c.pro humani.de homi.li.6.in nouel. Item cũ ille nobilis non eſſet Marchio,debuit deferre dño Marchioni.i.accuſare tanquam communi domino: nec prædari licuit, vt in c.1.§.fin.de mili.vaſ.qui contu.eſt.vbi non permittitur prædari, niſi quando ſuperior non vult ius reddere.hoc no. C. de iud.l.nullus. Item quod fit priuata autoritate per viſum armorum, capitale eſt, vt C.vt armorum vſus inſcio principe.l.1.& ideo non licuit dicto ſtrenuo fratrem armorum, quem ſic vocat,C.quod pact.l.licet.ſua auctoritate capere. & hoc eſt licitum ſolum in vno caſu, quando frater contra alterum committit proditionem: non aũt quando alter committit contra tertium. Et hæc faciunt contra ſtrenuum de Salutijs. Sed contra iſtum alium facit; quia prouocauit illum tanquam proditorem; & portauit ipſum in ſcuto depictum pro proditore:nam hoc non eſt licitum; quia maior iniuria eſt iſta, quam famoſus libellus, de quo eſt pœna capitalis, vt leg.1.de famoſis libellis.nemini enim licet imponere malum nomen.ff.ad Trebel.l.facta.§.ſi in danda. nam non reperitur in iur.de iſta pictura, quod ſit permiſſa, niſi forte habentibus merum imperium, & cauſa cognita, & lata diffinitiua ſententia. & ideo qui vult iuſtificare hoc debet probare, hoc per conſuetudinem armorum: & ſe feciſſe illud, quod arma requirunt. & facit.ff.de iniu.l.veſtem ſordidam. ſed iſta nõ determinant propterea quæſtionem; quia qõ eſt,cum ſit cauſa ꝓditionis,an debeant inuicem duellare,vt Inſt.de hær.quę ab inteſt.§.per contrarium. & videtur, ꝙ ſic.In contrarium: quia iſtę proditiones non reſpiciunt idem ſubiectum, nã Iorius dicit, quod alter voluit prodere Marchionem; & hoc tentauit: aduerſarius dicit, quod iſte prodidit ſe,cuius erat frater,&c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXIX.

1 *Iuriſdictio,honor,territorium,diſtrictus, comitatus, præſtationes naturales,reales,perpetuæ,temporales,decimæ,decimationes,quomodo inter ſe differant, & quæ ex his debeantur archiepiſcopo.*

In Chriſti nomine. Ad euidentiam ꝓmittendum eſt, ꝙ ſecundum ea,quæ præponuntur, dñs Archiepiſcopus Mediolanenſis in dicta magna valle habuit,& habere conſueuit iuriſdictionẽ,honorem,diſtrictũ,& quaſdã reales,& perpetuas præſtationes,& frumenta ſub antiqua menſura menſurandi, quæ minor erat,quam nouella.Iſta.n.differunt,nam iuriſdictio eſt poteſtas iuris reddendi per ſe,vel alium,vt ff.de iuriſ.om.iu.l.imperium.§.fi.& tam per modũ neceſſariæ iuriſdictionis, & contentioſæ, vt ff.de ver.ob.l.inter ſtipulãtem.§.1.quã per modũ iuriſdictionis voluntariæ in beneplacitum partium, quæ deſiderant iudi-
1 cis decretum,vt l.2.ff. de officio proconſul. † honor aũt eſt, qñ in iucunda viſitatione dñi Archiepiſcopi fiunt ei honorantiæ, ſicut ſunt xenia, & caritiæ, ſeu blanditiæ, quæ fiunt pro ipſo viſitando,vel miſſo ab eo, & ſimilia. ad iſtam ẽt honorificentiam pertinent omnes operæ obſequiales,& reuerentiales, vt in c.1.§.ſimiliter.qui.mo.feu.amit.coll.10.diſtrictus aũt eſt territoriũ, cui iuriſdictio ineſt,vt in c.vbi periculum.de elect.lib.6.& no.in l.1.C.vbi de poſ.agi oportet.& Inſtit.de act.§.rurſus.& differt à comitatu: qa comitatus proprie eſt ciuitatũ diſtrictus,ẽt dominorum. eſt.n.comitatus quædam ciuitatis acceſſio, & eius naturales pertinentiæ,de reſt.ſpo. c. cum ad ſedem.reales autem, & perpetuæ præſtationes ſunt, veluti quolibet anno tantũ frumentum, vel tanta quantitas pecuniæ loco frumenti. Item & decimæ ſunt realiſſimæ præſtationes: & ſi quidem deſcendunt à iure ſpeciali, non poſſunt oĩno transferri ad laicos: ſed ſi deſcendunt à iure tpali,quę proprie non appellantur decimæ,ſed certæ decimationes,bene cadunt in laicos,vt ſi Imperator concedat mihi decimas cuiuſdam ſui territorij tpalis: ſicut enim p̃t concedere totum,ita& partem:ſed de hoc nihil ad propoſitum noſtrum:ſed ſolummodo conſiderandũ eſt,ꝙ temporales,perpetuæ, & reales: & quaſi reales præſtationes, quarum exactio auctoritate regis,vel Principis initiata eſt, tpalis ſimpliciter eſt dicenda: & ad tpalitatem,nõ ad ſpiritualitatẽ pertinet Archiepiſcopatus, niſi inquantũ eſt res eccleſiaſtica: qa ſancta ſanctorum ſunt dñi,vt dicit Inno.His pręmiſſis conſiderandũ eſt,ꝙ ex quo dñs Archiepiſcopus nõ vtitur tpali iuriſdictione in iuſdicendo,onera,quæ concernunt exercitium illius iuriſdictionis, dicti vallenſes non tenentur ſubire: cum ea faciunt ſub Magnifico,arg.ff. de condi. & dem.l.Plautius.§.item ſcinditur.& ff.de alimen.leg.l.alumnæ.§. Seia.quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. Alia aũt onera,quæ reſpiciunt honorificẽtias, reales præſtationes,cũ re vera territorium non ſit à dominio Archiepiſcopi ſeparatum,immo habeat directum vniuerſale dominium, ſubire tenentur; quia non ceſſat cauſa; ergo non ceſſat, effectus.& in his debet adhiberi conſideratio boni viri,vt ff.de cõtrah.empt. l.officio. vbi dicitur, ꝙ diminuere æquo iudicis arbitrio debet fieri diminutio:& tandiu, quandiu æquum eſt fieri,& non vltra. De menſura autem veteri,& noua dicendum eſt,quod originalis debet attendi: niſi innouata ſit per conſuetudinem, vt extra de cenſi.c.olim.vel per pactum, vt ff.de fideiuſ.l.ſi ita fideiuſſorem accepero.& breuiter iſta quæſtio ſtat relatiue, nam deſtructo vno extremo deſtruitur reliquum: & econtra conſtruitur, & remanet ſaluum, vt l.fi.ff.de acceptila.& ff.de tranſact.l.qui fidem.& ideo inſpiciendũ eſt, quid pro quo præſtetur, vt ſic iuſtitia,& humanitas hincinde ſeruetur.vnũ non eſt omittendum ꝙ ſi dñs Archiepiſcopus eſt in poſſeſſione percipiendi,iſta poſſeſſio nõ dẽt ei ſubtrahi,nec interuerti per ſubditos, niſi auctoritate ſuperioris.vt extra de elect.c.querelam.niſi dñs Archiepiſcopus hoc ſpõte pati velit propter paupertatẽ ſubditorum. quib. eccleſia debet compati, ſicut pater compatitur filijs ſuis. hoc expreſſe legitur,& no.C.de annonis,& trib.l.omnes penſitare.lib.10.& hoc ad tempus, ſcilicet quandiu illa paupertas durat:& extraordinara onera incumbunt,& non alterius,vt ff. de vacatione munerum.l.his oneribus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXX.

1 *Diſtrictus, & pertinentiæ qualiter probentur.*





2 *Merum Imperium conſiſtit in quatuor.*
3 *Iudicis partes quæ ſint,cum vtraq; pars pari modo fundat intentionem.*
4 *Super factis antiquis quæ inſtrumenta meliora ſint.*
5 *Pertinentiarum nomine quid continetur.*
6 *Teſtes vniuerſitatis an teſtificari poſſint ſuper territorio.*
7 *Vaſallus an poſſit pro domino teſtificari: & domeſtici.*
8 *In poſſeſſorio obtinet,qui probat de antiquiori poſſeſſione,vel de titulo.*

In Chriſti nomine. Verba principis Montis ferrati dicunt: quæſtionem, quæ vertitur, & verti ſperatur inter dilectos noſtros vaſallos dños Gabiani,cõmune,& hoĩes dicti loci ex vna parte, & hoĩes Fontaneti ex altera, occaſione podericorũ,& finiũ dictorum locorum. & occaſione quoruncunq; dependentiũ ab eiſdẽ, cõmittimus,delegamus ſapienti viro dño Ioanni vicario noſtro audiendam, cognoſcendã, & fine debito terminandam ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ceſſantibus dilationibus, & cauillationibus quibuſcunque, ſola veritate, inſpecta: & quod non admittat appellationem ab interlocutoria, niſi ſecundũ ius ciuile,nec etiã ex p̃ſenti poſſeſſione ius aliqđ alicui dictarũ partiũ tribuat &c. Modo ꝓ parte dicti cõis Fontaneti nõ oblata aliqua petitione; qa voluerunt ſe facere actores, fuerunt facta capitula ſuper finibus, & territorijs ipſorũ aſſerentiũ, ꝙ eorũ poderia vadunt vſq; ad ripã padi; & ꝙ territoria aduerſariorũ nõ extendunt ſe niſi vſq; ad ripã padi,ſed econtra alia pars tentauit poſſeſſoriũ retinẽdæ ſimul cũ inſertione petitorij, & cum aſſertione notorij,& perpetuæ famæ circuncolentium: & capitula hincinde facta ſunt multũ prudenter: tamẽ prudentius ꝓ parte dictorũ nobilium; qa intentant poſſeſſionẽ cum patientia aduerſarij vſq; ad diem præſentis controuerſiæ, quæ patientia in incorporalibus multum operatur, vt in ſeruitutibus, iuriſdictionibus talibus,& ſimilibus, vt l.2. C. de ſerui. & aqua.& quãquam pro dicto communi Fontaneti;quia nihil eſt petitum,non poſſet fundari ſententia condẽnatoria partis aduerſę:tamen quia pars nobilium, hoĩum Gabiani dedit petitionẽ ſuam, fundatũ eſt iudiciũ hinc & inde: & ideo reſtat venire ad probationẽ teſtium, & inſtru-
1 mentorum.† Præmitto ad euidentiam totius materiæ,qualiter pertinentiæ, & diſtrictus ꝓbentur: Dico,ꝙ interdum loca territoriorũ ſunt euidenter,& notoriè diſcreta: quandoq; per vias regales: quandoq; per flumina: quandoq; per montes, vel valles, quandoq; per lapides, vel ſigna multum apparentia,& iſtis modis territoria cõiter diſtinguuntur. vt no.Ioan.An.ſecundũ Gof.extra de ꝓba.c.cum cauſam.interdũ etiam ꝓbantur fines iuriſdictionũ, per expreſſas, vel tacitas aſſertiones partium, vt no.C.de contrah.& cõmit.ſtip.l.optimã.& C.de iure delib.l.cum aliquis.interdũ per vulgi opinionẽ,& iudicium circuncolentiũ,qui in hac materia ſunt teſtes magis idonei,quã alij,vt in l.1.§.1.ff.de flumi.& quãto ſunt ſimpliciores,& ruſtici,ſunt credibiliores; qa non deponunt,niſi de poſſeſſione facti tanquam oculis ſuis ſemper aſtantes ſuper ipſa loca,vt no.ff.de ver.obl.l.ſtipulatio iſta.§.hi quoq;. Item ꝓbantur per ſententias iudicũ, & arbitratorũ,vt ff.de arbi.l.inter Caſtellianum.& inſti.de offi.iudi.§.fi.interdum per perceptionẽ reddituum,vt C.finium regũ.l.ſi quis ſuper. Pone ergo,ꝙ teſtes dicũt,ꝙ viderunt vnam partem poſſidere à tali flumine verſus frontẽ talis caſtri, vel à tali magno,& inſigni lapide,& immutabili,nunquid præſumatur flumen illud, vel lapis inſignis eſſe terminus, necne? Et dicendum, ꝙ præſumitur: quia ſic conſueuit fieri. nam conſuetudo magnã partẽ indicat eius, qđ quid eſt, vt ff.de ædil.edic.l.quod ſi nolit.§.qa aſſidua.& ff.de fun.inſtru.l.cum de lanionis.§.aſinam.& ff.de leg.3.l.ſi chorus.§.1. Itẽ quandoq; probantur confines per appoſitionẽ cuſtodũ,vt ff.de fun.inſtr.l.ſi ita.§.villę cuſtos.Itẽ per exercitium iuriſdictionis,exactionẽ talearum, & ſimilia, per iſta enim ꝓbatur diſtrictus tam in terra, q̃ in mari, immo in cœlo, & aere: qa vſq; ad cœlum debet eſſe liberum poſſidentis, vt in c.vbi periculũ.de ele.li.6.hoc modo furcæ ſi-
2 gnificant dñium aeris: qa ſuſpenſi pendent in aere. † & iſta eſt magna ſignificatio meri imperij, qđ conſiſtit in quatuor: ſicut ſunt quatuor elementa in aere, vt dixi,in igne,vt qñ aliqs comburitur pp maleficium: in aqua,vt qñ quis ponitur in culeo,& in aquam, ſeu in flumen proijcitur, vt l.1.C.de his qui patr.vel fil.occiderunt, in terra, vt cum quis in terra proſternitur,& decapitatur, vt l.3.C.de epiſ.audi.cum ſi.Quia reuertẽdo ad propoſitum dico,quod illa pars, quæ melius probauit confinia neceſſaria, vel veriſimilia, illa pars debet obtinerẽ in cauſa, quia iuſtitia pro bonis facit melius probantem eſſe potiorem, vt C. de edic.diui Adri.tol.l.edictio.§.1.& ibi magiſtraliter hæc do-
3 ctrina,† qñ vtraq; pars fundat intentionẽ,ſed vna melius quam altera. Sed ſi pari modo fundat intentionẽ, poteſt iudex ex diſcreto motu animi ſui, ſolo deo inſpecto,& nõ adhærendo per viam alicuius carnalitatis, vel amicitiæ, vel alterius paſſionis eligere, quam partẽ vult obtinere, vt ſingulariter no.ff.de reiudi.l.duo iudices dati. ſed ſi non vult adhærere; quia animus ſuus non applicat ſe magis ad vnum, quam ad alium, tunc habet locum diſputatio illa de duobus pariter probantibus in vti poſſidetis, de qua no. C. vti poſſi.l.1.ſed attende, ꝙ illa diſputatio non hẽt locum in iudicio finium regundorum; qa eſt iudicium petitorium, vt no.C.de interd.l.incerti. vnde nõ p̃ot dicere iudex, vti petitis, ita petatis: qa iſta ſñia nihil contineret,vt l.3.C. de ſen.& interlo.om.iudi. oportet ergo,ꝙ inuitis dentibus ſuis diffiniat. Sed qd eſt,poterit vti ope agrimeſſorũ,& prudentum làicorũ conſilio, & maximè ſeniorum, qui ſunt in hac re magis teſtes credibiliores, vbi de rerum materia agitur, vt ff.de aqua
4 plu.arcen.l.1.in fi.& ff.de proba.l.ſi arbiter. † Item ſup iſtis factis antiquis meliora ſunt inſtrumenta, quæ facta ſunt de conſenſu partium,quę ꝓ tẽpore erant,in quorum loco nouelli ſucceſſerunt tanquã palmites ex radice,vt ff.finium regũ.l.eos.& ff.de proba.l.Celſus.& ibi no.Iſtis ergo ſic theoricè præmiſſis, & notandę ſunt iſtæ iuris regulæ ad practicã noſtræ qõnis:& diligenter diſcutienda ſunt dicta teſtiũ. Tamen etiam ꝓmittendum eſt, ꝙ pertinentiæ nõ ſolũ in poſſeſſione, ſed etiam in iur. & iuriſdictione conſiſtunt, vt ff.de ver.ſig.l.verbũ pertinere.&
5 in d.c.cum ad ſedem.de reſti.ſpo.vbi dicit Inn.† ꝙ pertinentiarum noĩe tantum intelliguntur,quæ ſtatuto,vel conſuetudine, vel lege diſpoſita ſunt, vt accedant.& ſubdit hæc verba, caſtro autẽ nihil deputatur à iure,qđ ſit eius pertinentia:ſed tamen ab hominibus, & eorũ ſtatutis conſueuit certũ caſtro territorium aſſignari, quod ſibi in iuriſdictione debeat,& alijs reſpondere. Specu.autẽ in tit.de reſti.ſpo.§.quia vero.verſi.quid de colligentibus pedagia.dicit, ꝙ quædã ſunt, quæ nõ conſueuerunt obtineri, nec p priuilegium Principis, vt pedagia, paſſagia, vel ſalmaria.& vbi non conſtet de priuilegio, requiritur poſſeſſio, & quaſi tanti temporis,cuius contrarij memoria non exiſtat,vt extra de ver.ſi.c.ſuper quibuſdam.non tamẽ credo idẽ in præſcribenda iuriſdictione contẽtioſa: quia illa competit municipijs de iure cõi quantum ad ſimplicẽ iuriſdictionẽ,& quaſdam paruas mulctas, vt in auth.de defen.ciui.§.& iudicare.merum etiam, & mixtũ imperium pſit præſcribere longiſſimo tẽpore, vt C.de diuer.offi.l.viros.lib.12.non tamẽ paſſagia & c.quę ſunt Principi reſeruata, vt in c.1.quæ ſint regaliæ.coll.10.Item præmittendum eſt,ꝙ antiquior poſſeſſio,quę antiquitus fuit pacifica, licet poſtea incœperit turbari, potior eſt nouella in quietatione aduerſariorum; quia quanto antiquior tanto iuſtior,& vis turbatiua non dẽt turbantibus patrocinari,vt extra de ꝓba.c.licet cauſam. His igitur ꝓmiſſis conſidero hinc & inde teſtes eſſe multum varios, & diſcordes in poſſeſſione, & quaſi territorij: quinimo aliqui conantur iuriſdictionẽ, & quaſi poſſeſſionẽ iuriſdictionis approbare: & incipio à nobilibus,& communitate Gabiani: quia actores ſunt,& probant ipſorum territorium, ſiue pertinentias vltra padũ vſq; ad locum Vialegij, & locum Canecagnarũ. Item aliqui teſtes dicunt, ꝙ ſi mittebantur beſtiæ infra dictos terminos,domini,& hoĩes Gabiani mittebant ad capiendum ipſas, & faciebant, ꝙ illi, quorũ erat, reſtituebant damnũ: & ſoluebant pœnã,& ita dicunt Franciſchinus, Gocetius, & Corradus. Item Gulielmus de Vbio dicit, ꝙ dicti nobiles,& hoĩs Gabiani tenuerunt, poſſederunt, & quaſi prædia,bona, poſſeſſiones,& res in contra Valiſij incluſiue veniendo verſus Gabianum vſq; ad ripam padi liberè tanq̃ proprium territorium,& poderium,& de poderio,& diſtrictu Gabiani.Item Io.ſuper 4.capitulo.Item Facinus ſuper 4.ca.dicit, quod hoĩes Fontaneti per vim, & violentiam miſerunt beſtias ſuas ad deſtruendum prata &c. Item Gulielmus de Lotella ſuper 1.& 10.c. Item Gulielmus de Ranerio ſuper 10.ca.& ſuper quinto, licet dicat ſe neſcire, quid eſt quaſi poſſeſſio. Item Antonius ſuper c.1.qui etiã interrogatus, quid eſt territorium, reſpondit,ꝙ ſunt terræ, prata,poſſeſſiones,& nemora.Itẽ Angelinus de Monte. Item Gulielmus de Ranis; tamen notandum

eſt, quod quidam teſtes deponunt ad plenum, quidã non. Item notandum eſt pro parte iſtorum nobilium inſtrumẽtum antiquum publicũ, quo cauetur, ꝙ his fuit iam de dictis confinibus: & fuit declaratũ, cui declarationi eſt ſtandũ, vt ff. de arbi. l. inter Caſtellianum. Nunc videamus teſtes, videlicet pro cõmunitate Fontaneti, & certè teſtes eorum deponunt in effectu totum contrarium: & ſunt 8. teſtes, vel circa, qui per viſum deponunt, quod territorium Fontaneti extenditur vſq; ad flumen padi, & deponere videtur, ꝙ inſolidum, & per conſequẽs, ꝙ domini, & homines Gabiani non habeant ius in dicto territorio, vt extra de cauſa poſ. c. cum eccleſia, modo quæritur, quid dicẽdum eſt in iſta materia? Non põt negari quin teſtium, & turbationum hincinde varietas obſcurant litẽ, & poſſeſſionẽ, vt eſt gl. ordi.
6 ff. q̃d met. cau. l. extat. † Itẽ non põt negari, quin ſit dubium in iure, vtrum teſtes vniuerſitatis poſſint teſtificari ſup territorio: tamẽ cõmunis opinio eſt, ꝙ ſic, ſi eis non applicatur cõmodum, vel incõmodum, ſecus ſi immediatum cõmodum perciperent, vt no. in Spec. de teſte. §. opponitur. ver. ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis. & l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerũ diui. & C.
7 de teſti. l. parentes. per Cy. † Item de vaſallo, vtrum poſſit teſtificari pro domino, ſimiliter eſt dubium in iure: tamen finaliter dicendũ eſt, ꝙ iſti non repellunt ex aliquo capite principali alicuius legis hoc dicentis, ſed ex generali capite; quia ſunt domeſtici: & eis põt imperari. Specu. vr̃ dicere, quod repellantur, in Specu. de teſte. §. op. ver. itẽ excipitur. quod eſt domeſticus, ſed nonne cõmunitas poteſt imperare vni de cõmunitate, & tamẽ non repellitur? Itẽ q̃s eſt magis domeſticus, quã ciuis eiuſdẽ ciuitatis, & tamẽ non repellitur ſecundũ eundẽ Spec. vnde ſi hęc conſideres, Specu. vr̃ contrariari ſibijpſi. Solutio, dicendũ eſt, hoc eſſe arbitrarium; nam teſtis eſt bonæ vitæ, & famæ, & veriſimilia deponit: & maximè ſi coadiuuatur dictis aliorũ, qui non ſunt vaſalli, creditur eorum teſtimonijs tanquam corroboratis per bonam vitam, famã, & alios teſtes extrinſecos, vt ff. de leg. 3. §. tu magis. & ff. de eden. l. ſi quis ex argẽtarijs. §. 2. ibi, q̃d enim
8 &c. † modo oportet recolligere omnia prædicta, & venire ad concluſionẽ: & dico, quod res eſt omnino dubia pp intricationem probationum, & poſſeſſionũ, & mixturam actuum hincinde. ille vincit in cauſa, qui habet antiquiorẽ poſſeſſionem, vt, extra de proba. c. licèt cauſam, & ſi non conſtet quæ poſſeſſio ſit antiquior, & vnus habet titulum, alter non habet titulum, ille vincit tam in petitorio, quam poſſeſſorio, qui habet titulum. hoc expreſſe determinat Iac. de Are. C. de rei ven. l. quoti. & quia nobiles de Gabiano oſtendunt de eorum titulo, & cauſa per compromiſſum, & laudum inde ſequutum, quod habet vim tranſactionis, & per conſequẽs vim rei iudicatæ, & diffinitiuæ ſentẽtię, vt not. in Auth. vt diff. iud. §. 1. Quatenus continetur in eorum inſtrõ, nihil eſt dubium, quod ipſi habẽt ius. & ſi dubitatur, an ſint eadẽ corpora, eatur ad loca: & ſubijciatur res oculis, vt ff. finium regun. l. ſi irruptione. §. ad officium. quãtum vero ad alia dicti nobiles, & cõmune vincunt p antiquiorẽ poſſeſſionẽ probatam p teſtes minus ſuſpectos, vt C. de edic. diui. l. edictio. §. 1. & quia probatum eſt, ꝙ homines de Fontaneto fuerũt turbatores: ergo poſteriores, vt no. in l. 1. C. de app. Concluditur igitur, & neceſſario ſequitur, ꝙ iſti nobiles de Gabiano, & cõmune Gabiani fouẽt iuſtitiam, & pro ipſis ferẽda ſententia: & alteri parti ꝑpetuum ſilẽtium imponẽdum. Et ita teneo ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXI.

1 *Vxor an poſſit recipere à marito refutationem depoſiti olim facti patri ſuo, cuius ipſa non eſt hæres, ſed nomine fratris ſui, qui eſt hæres.*

1 In Chriſti nomine. † Quęritur, vtrum vxor poſſit recipere à marito refutationẽ cuiuſdam depoſiti olim facti patri ſuo, cuius ipſa non eſt hæres, ſed recipit eam nomine fratris ſui, qui eſt hæres? Et videtur, ꝙ non: quia præſumitur donatio, quæ non valet inter virum & vxorẽ. Item quia præſumitur non habere pecuniam niſi de bonis viri, vt ff. de dona. inter vir. & vxor. l. quintus. & ſic viro non eſt ſatisfactũ. Contrarium dico, nam iſta non eſt donatio inter virũ & vxorẽ: cum vxor nõ efficiatur locupletior ex tali liberatione, vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi ſponſus. §. conceſſa. Item non ob. l. ex quintus. q̃a non p̃ſumitur, ꝙ pecunia ſit viri: cum cõtrariũ aſſeueret, immo p̃ſumitur eſſe illius, cuius nomine ſoluta eſt, vt ff. de prob. l. cum de indebito. illud etiam non eſt dubitandum, ꝙ etiam per pactum valet liberatio, etiam non appoſita cauſa donationis, vt ff. de pac. l. tale pactũ, in prin. ſatis etiam pueriliter q̃ritur, vtrum poſſit ꝓbari per inſtrumentum cum duobus, vel tribus teſtibus deſcriptis in inſtrumẽto? & nõ eſt dubium, ꝙ ſic, vt C. de teſt. l. teſtium. & in Auc. de fide inſtr. §. oportet. cum tota ſuã materia vulgatiſſima. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXXII.

1 *In dote, & in donatione ante nuptias quis alteri ſtipulari poteſt, ſed an mulier poterit agere ſine ceſſione.*

In Chriſti nomine. In ciuitate Alexandriæ talis eſt caſus. Gregorius fuit confeſſus ſe à fratribus Franciſchinæ eius vxoris dotis nomine habuiſſe lib. quadringẽtas imperialium in dotẽ, & nomine dotis, ac ſolẽniter ſtipulantibus nomine, & vice Franciſcinæ ſororis ſuæ, & vxoris dicti Gregorij: vnde dictus Gregorius dedit dictæ Franciſchinæ ꝓ donatione pp nuptias, & nomine antefati ſecundũ morẽ, & conſuetudinẽ ciuitatis Alexandriæ. li. 100. imperialiũ, quã dotẽ cum antefato p̃dictus Gregorius ꝓmiſit dicto Lodouico, & fratribus recipientib. dicto nomine dare, & ſoluere, ſi caſus extiterit exigendæ, & recuperandæ dotis, & antefati. Modo extitit caſus recuperandæ dotis, &
1 donationis ante nuptias. † quęritur, vtrũ mulier poſſit agere ſine ceſſione? Et videtur ꝙ non, p iura vulgaria, quæ dicunt, ꝙ alteri p alterum non q̃ritur actio, niſi poſtea cedatur, vt inſtit. de inuti. ſti. §. ſi quis alij. & plenè no. C. de act. & ob. l. 1. & 2. ff. fam. erc. l. planè. ff. manda. l. ſi procuratorẽ. §. fi. ff. de leg. 1. l. hm̃oi. in princ. ff. de pac. do. l. inter ſocerũ. §. pro ſe. ff. de le. 1. l. hm̃oi. in princ. nam cum ſpeciale ſit in certis caſibus, vt agatur ſine ceſſione, vt ff. de adop. l. nõ alter. & l. his verbis. ergo in cõtrarium eſt ius cõe, vt ff. de legi. l. ius ſingulare. Amice conſidera, ꝙ mulieri, q̃ extraneus dotat etiã ſine vlla ſtipulatione cõpetit actio directa ex ſtipulatu, vt C. de rei vxo. act. l. 1. §. 1. multo fortius ex ſtipulatione inutili. idẽ ꝓbat̃ expreſſe in eadẽ. l. §. accedit. & C. de pac. conuen. l. ex more. & ideo de hoc ridiculũ eſt dubitare: quia eſt caſus legũ in dote. ſed de donatione pp nuptias poſſet dubitari: q̃a nullo iure expreſſe cauetur, ꝙ mulier donationem pp nuptias videatur tacitè ſtipulata, ſed tamẽ idẽ dicendũ eſt in donatione: ſed alia ratione. ſ. q̃a in cõtractu donationis eſt ſpeciale, vt l. 1. C. de don. quæ ſub modo. Itẽ quia cum verba inſtrumenti dicant, ꝙ do. Gregorius dedit eidẽ Franciſchinæ pp nuptias, præſumitur, ꝙ dicta Franciſchina fuerit præſens, tex. eſt in l. 1. C. de contrahen. & commit. ſtip. & ſiue arbiter, ſiue iudex pronuntiauerit cõtrarium, fuit in lata culpa: quia ignorauit ius: & nõ eſt iſtud ius abſconſum, ſed omnibus in iure peritis notorium, vt ff. de ver. obl. l. ſciendum. & inſti. de inuti. ſtip. §. ſi ſcriptum. & ad confirmationẽ prædictorum facit. ff. de verb. obli. l. ſi ꝓcuratori præſentis. nec expedit hic ad materiam legis Caius. ſol. mat. & iſta eſt veritas. & ſic domina Franciſchina habet iuſtitiam luculentam. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXIII.

1 *Subſtitutio dubia inter liberos an interpretetur fideicommiſſaria, an pupillaris.*

In Chriſti nomine. Verba teſtamenti dicũt, inſtituit Nicolellum, Petrũ, Henricũ, Iacobũ. & Franciſcũ æqualibus portionibus: ita ꝙ vno moriente ſine hęredib. ex ſe deſcendẽtibus alius, & alter alteri ſuccedat. Iſte notarius fuit peſſimus grãmaticus:
1 † dubitat̃, vtrũ iſta ſubſtitutio ſit pupillaris, ita ꝙ mater excludatur totaliter. & videt̃, ꝙ nõ: q̃a iſta ſubſtitutio videt̃ fuiſſe fideicõmiſſaria pp illa verba, ſine legitimis hæredibus, vt not. C. de impu. & alijs ſubſti. l. precib. & extra de teſta. c. Raynutius. & cap. Raynaldus. In contrariũ videt̃ p gl. ord. q̃ eſt inſti. de pupil. ſubſtit. §. qua ratione. q̃ gl. dicit expreſſe, ꝙ in pupillari ętate iſta ſubſtitutio eſt pupillaris. Præterea hoc ꝓbat̃ tali ratione; vbi gl. ſunt cõtrariæ, q̃ſtio eſt dubia: ſed de iſta ſubſtitutione ſunt glo. contrariæ: ergo iſta ſubſtitutio eſt dubia: tunc arguo ſic, ſubſtitutio dubia inter liberos: cenſet̃ directa, vt not. ff. de vulga. ſubſtitu. l. verbis ciuilib. vbi eſt gl. ſingularis. ad idẽ, q̃a in teſtamẽtis fauorabilior pars eſt eligẽda: ſed ſubſtitutio pupillaris eſt fauorabilis, fideicõmiſſaria vero nõ eſt fauorabilis, vt no. C. de inof. teſt. l. ex tribus. ergo in dubio iſta ſubſtitutio eſt interpretanda pupillaris. p̃terea hoc cõfirmat̃ ex voto parentũ, qui q̃ pleniſſime videtur liberis ſuis ex voto cõferre, vt C. de fideic. l. cũ acutiſſimi. & ff. de bonis libe. l. nihil. §. facilior. Itẽ ſubſtitutio pupillaris eſt plenior, quã fideicõmiſſaria, ergo amplectanda, vt ff. de hęr. inſtit. l. 1. Præterea hæc verba, ſuccedant alter alteri, ſunt verba directa: q̃a ꝓpriè ſucceſſor eſt ille, qui in vniuerſum ius ſuccedit, vt C. de hęr. inſti. l. fi. Item ille dicitur ſuccedere in dominio, & hæreditate, qui directè ſuccedit, arg. ff. ſi ager vecti. vel emphy. peta. l. 1. §. qui in ꝑpetuum. vltimò hoc eſt expreſſum in c. ſi pater. de teſta. lib. 6. non ob gl. in l. precibus. q̃a illa gl. debet intelligi, q̃n teſtator nõ ꝓceſſit vltra ad verba directa: ſecus enim ſi vltra ꝓceſſit ad verba directa: q̃a tunc eſt ſubſtitutio directa, & mater omnino excludit̃, licet ſit appoſita illa cõditio, ſi ſine liberis. tex. eſt de vulg. ſubſt. l. cẽturio. Ex his cõcluditur, ꝙ vxor dicti teſtatoris debet habere ſolũmodo legata ſibi relicta, q̃ potuit donare, cuicunq; voluit, & ꝙ de dictis legatis nihil petere poteſt. ff. de inoff. teſta. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. Ego Baldus.



CONSILIVM CCCCXXIIII.

1 *Clauſula derogatoria continens impoſſibilia quid operetur? & an habeatur pro non appoſita? & an primum teſtamentum habens clauſulam derogatoriam tollat ſecundum.*

In Chriſti nomine. Verba appoſita in primo teſtamento ſic dicunt: ꝓteſtans dicta teſtatrix, ꝙ non intendit, nec vult facere aliquod aliud teſtamentũ, ſeu codicillũ, nec etiã intendit dicto teſtamẽto in aliquo derogare, & ſi aliquod teſtamentũ appareret poſt præſens teſtamentũ, non valeat, niſi in eo deſcriptum eſſet totum pſalterium eccleſiæ. deinde dicta teſtatrix decurſo quaſi decennio fecit ſecundũ teſtamentũ pręmittens hæc verba: videlicet dixit, ꝙ vult, & mandat, ꝙ omne teſtamentũ per ipſam hinc retro factum, & omnis eius vltima voluntas ſit caſſum, & caſſa, & iſtud p̃ſens teſtamentũ, & contenta in eo in ſuo robore perſeuerent: in omnibus alijs bonis ſuis inſtituens eundem hæredẽ, quẽ primo: ſubijciens deinde clauſulam codicillarẽ in forma cõmuni. modo quæritur, quod iſtorũ teſtamẽto-
1 rum debeat p̃ualere. † conſidera, ꝙ clauſula derogatoria appoſita in primo teſtamẽto habet quædã verba derogatoria enuntiatiua ibi, dum dicit, ꝙ non intendit, nec vult facere, nec derogare. Item habet quædã verba derogatoria diſpoſitiua ibi, dum dicit, nõ valeat cum quodam adiuncto, videlicet niſi &c. Quia modo ſi conſideras verba enuntiatiua, illa nihil operantur: q̃a intentio, & voluntas poteſt mutari: & naturaliter, & neceſſario euenit, ꝙ anima hominis nõ ſtat in eiſdem moribus. Item & de iure hoc euenit, ꝙ mutare poteſt, vt l. 1. C. de ſac. ſanct. eccle. & l. diui. §. licet. de iure codicil. ff. de adimen. leg. l. ꝙ iterum. ff. de legatis 3. l. ſi q̃s in princ. teſtamenti. ff. de legatis 1. l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. Si autem conſideras verba diſpoſitiua, videlicet verbum nõ valeat, hoc teſtator nõ potuit facere, ꝙ vltima ſua voluntas non valeat: niſi nõ referat ſe ad iuris diſpoſitionẽ, ſed ad ſuam intentionẽ dicendo, quod ꝓteſtatur, ꝙ nõ vult valere: tñ ſi iungas verba enuntiatiua diſpoſitiuis, iſte eſt ſenſus verborũ, quod ex nunc, prout ex tunc nõ vult valere, niſi ſeruetur illa forma deſcriptionis totius pſalterij. Sed aduerte ſuper hoc, niſi, quia iſtud niſi, eſt impoſſibile, aut impoſſibile propter nimiam difficultatẽ, & ideo iſtud niſi &c. habetur pro nõ adiuncta, ac ſi diceret, niſi cœlũ digito tetigero, vt l. 1. ff. de conditio. inſtit. Ex quo ſequitur quod clauſula derogatoria remanet ſolum in ſuis finibus, videlicet derogatorie, ex quo ſequitur, ꝙ ſiue dicamus dictam clauſulã appoſitam in derogationẽ legum non valere, ſiue in derogationẽ voluntatis, ſublata eſt per poſteriorẽ derogatoriam conſimilẽ quantũ ad generalitatẽ verborum affectualium, & maioris potentiæ: quia vltima derogant prioribus: & maximè quo ad legata, & ad pias cauſas, vt ff. de teſtam. mili. l. militis codicillis. §. veteranus. C. de lega. l. datum. C. de fideic. l. fideicom. & inſti. de ademptione legatorum. §. 1. cum ſimilibus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXV.

1 *Collegium conſtat ex duabus partibus trium partium.*

In Chriſti nomine. Statuto venerabilis collegij medicorũ, & artiſtarũ ſtudij Papien. cauetur, ꝙ omnia ſtatuta intelligenda ſunt ſimpliciter, ꝓut ſonãt; nec gloſſanda ſint, niſi ad ſenſum, quẽ manifeſtè faciunt: nec poſſit de aliquo terminato p ſtatutũ cum aliquo diſpenſari, niſi fuerit de voluntate trium partium doctorum collegij. Item ꝓponitur, quod alio ſtatuto cauetur, quod doctores numerarij debeant eſſe duodecim, q̃ habeant voces, & ꝑcipiant ſalarium: poſſint tamẽ, & debeant aliq̃ recipi ſupnumerarij in dicto collegio, d[illegible] odo ſint doctores originarij, vel d̃ diſtrictu, vel epiſc[illegible] Papiæ, v[illegible] Foreſes, dũmodo ſint ſalariati, & legentes: & iſ[illegible] pernumerarij poſſint [illegible] ſentare, & cõuentuare. modo accidit, ꝙ conuocato dicto collegio interfuerunt ſeptẽ, & prior: ibi omnes fuerunt citati, tamẽ tres erant abſentes, alij vero nõ interfuerunt vno excepto, q̃ cõparuit poſt ꝓpoſitã factã à priore, & cõtradixit: numerus autẽ o-
1 mium habentiũ plenã vocẽ erat tredecimus doctor. † Quæritur, vtrũ ille, de quo q̃rit̃, ꝙ erat doctor artiũ, ſed nõ ſalariatus, & erat ſiculus, p priorẽ poſſit, [illegible] debeat r[illegible]cipi? Itẽ q̃ritur, an ſi de rigore nõ deberet recipi, poſſit tamẽ p dictũ priorẽ rebus ſic ſe habentibus recipi, maximè cũ abſentes ſint cõtenti, ꝙ recipiat̃. ſup iſtis ꝓpoſitis multa poſſent dici. Nam primo videtur, ꝙ nõ poſſit, & nõ debeat recipi: & hoc tã de iure cõi, quã p formã dicti ſtatuti: nam in ꝓpoſita citatione, quã fecit prior, nõ interfuerunt duæ partes collegij: q̃a octo nõ ſunt duæ partes. determinatũ ergo collegiũ nõ fuit cõgregatũ: q̃a duæ partes publicæ cõgregatæ faciunt collegium, & nõ pauciores, vt ff. q̃d cuiuſq; vniuerſi. nomine. l. nulli. & C. d̃ decurio. l. denomina. formæ. & plenè not. ff. de reg. iur. l. aliud. §. refert. & ff. ad muni. l. ꝙ maior. Item p formã ſtatuti: q̃a ſtatutum vult, ꝙ cõſentiant tres partes doctorũ collegij, q̃ verba vident̃ ſonare numerũ ꝑſonarũ, vt in c. ꝙ circa. de electio. in cle. vnde poſito, ꝙ interfuiſſent nouẽ, tamen nõ cõſenſerunt tres partes de toto numero collegij, ergo & c. cum debeat ſtari primę faciei verborũ ſine alia interpretatione. In cõtrarium videt̃ ipſa veritas: q̃a licet à principio nõ fuerint, niſi octo, ſuperuenit nonus incontinẽti: & eſt in actu ſequenti, dũ ille loqueret̃: & licèt cõtradixerit, fecit tamen numerũ, ſicut nos dicimus in arbitris, cum minus noceat contradictio in p̃ſentia, q̃ abſentia, vt ff. de arbitris. l. tres. non enim erat actus cõſumatus, cum adhuc duraret tractatus, & deliberatio q̃d fiendũ. & ſic nõ erat in actu excluſiuo, vt l. contractus. C. de fid. inſtr. & C. de teſta l. cum antiquitas. vnde apparet, ꝙ congregatio fuit ſolẽnis, & p̃fecta; q̃a interfuerunt pluſquã duę partes, nõ cõputato priore. Ex hoc immediate ſequitur, ꝙ tres partes iſtarũ duarum partiũ, q̃ conficiunt plenũ collegium, dictam deliberationẽ facere potuerunt, p iura vulgaria ſuperius allegata: quinimmo voces abſentiũ p̃ſentibus receſſiſſe, & acceſſiſſe, videntur, vt ſingulariter not. Iac. de Are. ff. de fideicommiſſ. liber. l. ſi legatario. §. à duobus. & expreſſe ꝓbatur extra de electione. c. cum nobis olim. ſed poſito, & nõ cõceſſo, ꝙ nõ deberet de neceſſitate recipi, dico, ꝙ põt de iure recipi, & de vrbanitate debet recipi. vbi eſt conſiderandũ, ꝙ forma ſtatuti ſup recipiendo dicit, poſſint, & debebant: ita ꝙ tradit formã neceſſitati, & poteſtati ſimul futuræ p copulã. ſoli autẽ poteſtati non tradit formã, & quicq̃d iudicis neceſſitati nõ imponitur, etiam poteſtati denegare videtur. ff. de iudi. l. nõ quicq̃d. & l. 1. C. quomodo, & quando iude[illegible] propter videtur mihi, ꝙ conſultius à temerario contradictore deſiſtatur, q̃ honor debitus impediat̃. & maxime cum forte dictũ ſtatutũ in aliquo ſapiat monopoliũ, vt extra de præben. in cap. venerabilis. §. nos igitur, & extra de conſt. c. omnes. §. mandamus. Illud ſtat de iure cõi, ꝙ abſentes extra iuriſdictionẽ citandi nõ ſunt, nec p̃ſentes impediunt, vt iſta fiat nominationũ forma. & notatur in cap. præſentium. de teſtib. lib. 6. in gl. ſuper verbo, ipſorum. Item illud eſt certum, ꝙ quando dubitatur de mente ſtatuti, ſtatutum debet intelligi ſecundũ ius cõe, vt C. de noxa. l. ſi ſerui. extra de cõſue. c. cum dilectus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXVI.

1 *Pœna furcarum an ſit maior pœna decapitationis, & nu. 4.*
2 *Pœna qualiber corporalis eſt maior quacunq; pecuniaria.*
3 *Quando lex confiſcat bona, iſta pœna venit per ſententiam legis.*
5 *Priuari ſepultura eſt maxima pœna.*
6 *In pœna furcarum non veniunt bona.*

1 In Chriſti nomine. † Pręmittendum eſt ad euidentiam quod pœna furcarum maior eſt, quam decapitationis: licet per vtranq; pœnam anima ſeparetur à corpore. & ideo milites, qui debent perdere vitam ꝓpter maleficium, de conſuetudine decapitantur:

tur: non autẽ ſuſpenduntur furca, etiam ex delicto, ex quo ple-
beius ſuſpenditur. ita dicit notabiliter glo. in l. deſertorem. §. 1.
2 ff. de re mili. † Secundò ego præmitto ad euidentiam, ꝙ quæ-
libet pœna corporalis maior eſt quacunq; pecuniaria, vt leg. &
no. ff. de pœnis. l. in ſeruor. §. fin. & ideo facta cõparatione pœ-
næ perſonalis ad pecuniariam, ſemper pœna perſonalis intelli-
gitur eſſe maior, vt C. de infa. l. ſi ſeuerior. & ff. eo. l. qđ ergo.
3 §. pœna grauior. & ibi pleniſſimè notatur. † Tertiò p̃mitto ad
euidentiam, quod quando lex ipſo facto cõfiſcat bona, iſta pœ-
na venit per ſententiam legis, quamq̃ ſit neceſſaria declaratio
iudicis, vt in capit. pro humani. de homi. lib. 6. & argum. ff. de
iure fiſc. l. eius, qui delatorem. & hic conſueuit appellari canon
latæ ſententiæ, vt not. ff. de cap. dimi. l. amiſſione. §. qui defici-
unt. Quartò eſt p̃mittendum, quod decretum domini loquitur
de extrahendo bannitum de banno ſimili, pari, vel minori, vt
4 patet in litera decreti. † Sed facta comparatione pœnæ furca-
rum ad pœnam decapitationis, pœna furcarum eſt magis rea-
lis, & magis ignominioſa: quia pœna decapitationis eſt inſtan-
tanea: pœna vero furcarum habet aliquem temporis tractum.
5 vnde non eſt dubitandum, ꝙ eſt naturaliter maior. † Item quia
corpus non traditur ſepulturæ, & priuari ſepultura eſt maxima
pœna, vt C. de his, qui patrẽ, vel lib. occi. l. 1. huc accedunt duæ
viuę rationes. nam pœna furcarum hic fuit maior re, & effectu;
quia executa, & deceſſit ſeruus pœnæ. homo autẽ, de quo quæ-
ritur, viuit tam naturaliter, quã etiam ciuiliter, id eſt de iure, &
de facto: cum nõ ſit in fortia iuſdicentis, vt in capit. paſtoralis.
de re iudi. in clem. & l. in laqueum. ff. de acqu. rerum domi. Pręte-
rea iſta ſunt duo banna, vnum in perſona, aliud in bonis: quia
pœna adiuncta per copulã, &, facit duas eſſe ſententias: vnã in
perſonam, aliam in habere: & vtraq; per ſe cenſetur notabilis,
text. eſt in l. 3. C. ſi pend. appellatio. mors interuene. & gl. ordin.
in Auth. de armis. §. oportet. colla. 6. & eſt gl. valde ſing. Quan-
tum vero ad pœnã capitis nulla dubitatio eſt; ꝙ ab ea rebanni-
endus eſt: licet forte bona non recuperet: qa quantum ad bona
6 differt à pœna furcarũ, in qua nõ veniunt bona. † iſta eſt gl. ſin-
gular. in l. 2. C. qui teſta. face. poſſ. cum pœna furcarũ veniat ex
delicto priuato, nõ publico, vt eleganter not. glo. in l. penult. ff.
de condic. ob cauſam. ex quibus euidenter cõcluditur, p̃dictos
bannitos occaſione dicti homicidij ſecundũ verba, & mentem
decretorum domini noſtri, & de rigore iuris, & pro punctis ra-
tionis eſſe à banno capitali radicitus liberandos, ac etiam can-
cellandos. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXVII.

1 *Sententia à partibus approbata non dicitur ſententia, ſi non fuit ſubſtantialis ſolennitas ſeruata in procedendo, ſed vim habet pacti.*

In Chriſti nomine. In cauſa ſpectabilis mi-
litis domi. Vetolini de
Mandello viſa ſententia lata de conſenſu partium per do. Ber-
1 trandũ de Arneſſario &c. † Conſiderato, ꝙ lis nõ fuit conteſta-
ta, nec iuratũ de calumnia, nec aliqs ordo ſeruatus de ordini-
bus ſubſtantialibus, certũ eſt, ꝙ ſententia nõ valuit; qa licèt par-
tes cõſentiant ſententiæ: tamen nõ conſenſerunt, vt ꝓcedere-
tur ſubſtantialibus omiſſis. & poſito, ꝙ conſenſiſſent in omni-
bus, & per omnia, nõ poſſet eorũ conſenſu ordo legitimus im-
pediri, vt C. de lit. conteſta. auth. offeratur. & expreſſe not. ex-
tra de offic. delega. capitulo de cauſis. & extra de libel. capitulo
primo, facit, ꝙ not. in capitulo ſæpe. de verborũ ſignificatio. in
clemen. vnde manifeſte apparet, ꝙ dicta ſentẽtia rei in vim ſen-
tentiæ non valet. Sed videndũ eſt, vtrum dictus conſenſus vale-
at iure pacti: & dicendũ eſt, quod conſentire, & paciſci nõ ſunt
propriè idem, vt l. aliud eſt vedere. ff. de regu. iur. & l. ſi pater. in
fi. ff. de man. vindi. tamen aliquando conſenſus idem operatur,
quod pactũ: immo ipſum ineſt pactũ, quando ex cõſenſu ven-
tum eſt ad traditionẽ, vel quaſi. nam ille, qui eſt munitus tradi-
tiuo cõſenſu, iuſtam habet exceptionẽ: licet pactũ de ſe ſit nu-
dum, vt ff. de pac. l. diuiſionis placitũ. & ideo dicta ſententia in-
quantũ eſt abſolutoria, quamquã ſententia non valeat, tamen
quia conſenſus habet vim pacti de non petendo, obſtat agenti
exceptio, ſi dominus Vetolinus eſt in poſſeſſione, vt in l. 1. C.
cõmunia vtriuſq; iudic. Illud non eſt dicendum, ꝙ iſtud pactum
dicatur factũ in iudicio; qa iſtud non eſt iudicium, cum nõ fue-
rit ſeruata ſolennitas. remanet igitur conſenſus in forma nudi
pacti, ex quo de iure ciuili oritur exceptio, non actio: ſed de iu-
re canonico oritur actio, ſi nihil eſt impletum ab agente, vt ex-
tra de pactis, capitulo primo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXVIII.

1 *Appellari ab executione quando poſſit, & qualiter, & an per appellationem etiam ſi non fuerit admiſſa, retardetur executio.*

2 *Clauſula, non admittimus niſi, & quatenus, & de iure tenemur, quomodo intelligatur.*

3 *Dictio, niſi, quid importet.*

In Chriſti nomine. Delegatus apoſtolicus
ſuper collatione, & aſ-
ſignatione prioratus poſt appellationẽ interpoſitã, quã appel-
lationẽ non recepit, niſi in forma, q̃ ſequitur, videlicet non de-
ferimus, niſi inquantũ deferre tenemur de iure, implorat bra-
1 chiũ ſeculare ꝑ executionẽ collationis p̃dictæ. q̃ritur, † vtrum
rebus ſic ſe habentibus iudex ſecularis teneatur, vel poſſit de
iure eius parere mandatis: cum cõtra literas apoſtolicas fuerit
oppoſita ſurreptionis exceptio: & ſiue ſuper ea fuerit ꝓnun-
tiatũ, ſiue non: viſis apoſtolis, & actis actitatis in cauſa, dicendũ
eſt, ꝙ delegatus ad cõferendũ ſi apparet cõtradictio, ſiue ante-
quã conferat, ſiue poſtea, qui ſe allegat iuridice poſſidere, non
debet facere executionẽ collationis, niſi aſſumat partes iudicis
delegati: qa cognoſcere de cauſa reqrit iudiciariã diſceptatio-
nẽ, vt eſt tex. & gl. magiſtra in c. 1. de offic. delega. in clem. & ideo
appellationẽ rationabilẽ tenet admittere, q̃ ſit à realitate exe-
cutionis. & ſic rite, etiã ſi non ſolẽniter. nã in omni executore,
qui exequit id, ꝙ eſt extra munus iuriſdictionis, poteſt appel-
lari, inſerta rationabili cauſa, vt C. quorũ appellatio. non reci. l.
ab executione. licet ſecus eſſet in executore, qui nullã haberet
agnitionẽ, vt extra de re iudi. capitulo decætero. & de appella-
tio. capitulo nouit. niſi excederet fines cõmiſſionis in exequen-
do, & tunc nõ eſt ꝓprie appellatio: ſed quidã recurſus, cum fiat
à non iudice, vt ff. qui ſatiſd. cog. l. arbitro. ſecundũ vnã lecturã.
Item notiſſimũ eſt in iure, ꝙ pendente appellatione ab vltimo
fine litis nihil poteſt innouari. ff. nil nouari appellatio. penden.
per totũ. & l. 3. C. de appellatio. & C. de ſentẽtijs, & interlocu-
to. l. cum ſolitis. & ff. de mino. l. intra vtile tẽpus. & ff. de infami.
l. furti. §. 1. Ex quibus apparet, ꝙ in caſu noſtro cum pendeat ap-
pellatio ceſſat executio, vt in capitulo nõ ſolũ. de appellat. li. 6.
2 ſed vltra hoc eſt ad euidẽtiam † p̃mittendũ, ꝙ qñ iudex dicit, ꝙ
non deferimus appellationi, niſi quatenus tenemur de iure: ꝙ
aut dat apoſtolos refutatorios tm̃, aut mixtos, videlicet refuta-
torios, & reuerẽtiales, primo caſu videretur dicendum, ꝙ dicti
apoſtoli eſſent ſimpliciter refutatorij, tamẽ non eſt verũ: quia
apoſtoli refutatorij ſunt expreſsi, ſed tacitè incluſi ſub dictio-
3 ne, niſi ſint admiſſorij. † & hoc pp naturã dictionis, niſi: qa vbi
habet antecedens negatiuũ, vr̃ affirmare, vt not. Dyn. in capitu-
lo peccati. de reg. iur. li. 6. cum ſimilibus. Secundo caſu nullum
eſt dubium, qñ apoſtoli ſunt mixti, nã ſenſus apoſtolorũ eſt, non
deferimus, id eſt nõ debemus deferre de iure: ſed pp reuerẽti-
am deferimus. & natura iſtorũ apoſtolorum eſt, ꝙ tales apoſto-
li ſunt delatiui, tamẽ modificatiui delationis. quia pp reuerẽti-
am, iuriſdictionẽ tamẽ ad ſe aduocat, ſi quã tamẽ retineret, vt
in capitulo ab eo. de appellatio. lib. 6. Puta quando appellatio
eſt dubia, vtrum de iure teneat, necne. ſemp eſt deferẽdum: &
ſi non defertur à iudice, defertur à lege, vt l. ſi cuius. ff. de appel-
lat. reci. ſed hic non poteſt negare, quin ſit dubium: quia quæ-
ſtio facti per negationẽ efficitur dubia, donec ſentẽtia tranſeat
in rem iudica. ff. de condic. indebit. l. eleganter. §. ſi poſt. Porrò
examẽ iſtius veritatis tranſlatum eſt ad Papam per appellatio-
nem interiectam, vt C. de tempo. appellatio. l. per hanc. & ad-
uertẽdum eſt, quod illa verba, ſi & inquantum. pendent ex fu-
turo euentu, qui debet declarari per iudicẽ appellationis, &
ideo interim eſt ſuperſedẽdum, vt in cap. 2. in fin. extra de reſti-
tut. in integr. & ff. de excuſatio. tuto. l. diximus. Quapropter ſe-
quitur, quod inuocatio brachij ſecularis nullo iure ſubſiſtit. Et
conſiderandum eſt, quod iſta impetratio non habet locum, ni-
ſi in notorijs, à quibus non põt appellari, & ſic reducuntur ad
concordantiam Inno. & Archidi. qui contrariari videntur ad-
inuicẽ, ſcilicet Inno. in cap. ſignificaſti. de offic. deleg. & Archi-
diac in capit. vt officium. de hære. lib. 6. & facit capitul. vltra. de
exceptione ſui. & maximè attẽta pendentia termini p̃dicti 50.
dierũ, qui nondũ lapſus eſt, extra de appellatio. capitul. ꝑſonas,
verb.



verb. ex tunc. & quod not. in dic. cap. cum appellationibus. in
gl. pen. in verſi. ſed elapſo termino aſsignato. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXXIX.

1 *Ignorantia an excuſet feudatarium, qui non petijt inueſtituram intrà annum, & diem. & quid de impotentia. nu. 2. & 4.*

3 *Feudatarius, qui cecidit à feudo, an cadat ipſo iure: an requiratur ſententia.*

In Chriſti nomine. Quidam nobilis poſ-
ſedit quoddã feudum
antiquũ & paternũ, ꝑ ſexaginta annos, & vltra, cõputato tẽpo-
re ſuo, & ſuorũ auctorũ, & deceſsit relicto hærede, qui dictum
feudũ nõ poſſedit, & qui ignorabat res eſſe feudales, quibus ex
cauſis nõ petijt inueſtiturã infra annũ, & diẽ. vnde Abbas dictũ
feudũ alteri aſſignauit, & ſolẽniter inueſtiuit. orta igit materia
q̃ſtionis ſup dictis rebus feudalibus hæres dicti nobilis duo al-
1 legat. † antiquiſſimã poſſeſsionẽ abſq; eo, ꝙ ſui ꝓgenitores vn-
quã inueſtiturã petierint: ꝓpter ꝙ p̃ſumitur libera, niſi ꝓbetur
contrarium iure ꝓprio poſſediſſe, & p̃ſcripſiſſe: qa omnis res
p̃ſumitur libera, niſi ꝓbetur contrariũ, vt nota. in l. altius. C. de
ſerui. & aqua. & ꝑ Dy. in l. ſi prius. de noui oper. nunc. Item ſpa-
cio quadraginta anno. p̃ſcribitur bona fide cõtra eccleſiam, in
quo animus poſſidentis inſpicitur, & non animus eius, contra
quẽ p̃ſcribitur, vt C. ne rei dominicæ, vel tẽplorum. l. vniuerſas.
& extra de p̃ſcript. capitulo de quarta. ſi autẽ ſcirent rẽ eſſe feu-
dalẽ, nullo tẽpore p̃ſcriberent, vt C. de p̃ſcrip. triginta annor. l.
malè agitur. ſed iſte, de quo q̃ritur, habuit iuſtam cauſam igno-
rantiæ, vt ff. de regu. iuris. l. qui in alterius. Item allegat, ꝙ ſi eſ-
ſent res feudales, tamẽ facti ignorantia excuſat: qa impoſſibile
eſt, ꝙ ignorans poſſit cognoſcere feudũ, & petere inueſtituram
tanq̃ de feudo. & ita eſt, ꝙ quoties ignorantia facti reddit factũ
de iure, & de facto impoſsibile, nulla currit p̃ſcriptio. vt ff. de
ædil. edic. l. cum ſex. ff. de cal. l. annis. C. de capti. & poſtli. reuer.
l. nec nos. ff. de condit. & demon. l. multũ intereſt. ff. qs ordo in
bono. poſſeſ. ſer. l. 2. §. dies. & eſt expreſſum in capit. 1. quo tem-
2 po. miles. in verbo, niſi iuſta cauſa. † Item regula eſt in materia
feudorum, ꝙ impotẽtia excuſat, vt in c. fina. de feud. ſine culpa
nõ amit. & gl. ibi dicit, notabile verbũ eſt iſtud, nam interdum
erga vaſallũ potius dẽt ſeruari æquitas, quã iuris rigor, nec ſuf-
ficit omnis occaſio ad feudũ auferendũ, vt in cap. 1. §. ſi qs. quib.
cauſis feudũ amitt. nec enim cum feudatarijs tanq̃ cum infeſtis
agendũ, ſed benigne: nam origo feudorũ eſt q̃dam benignitas,
& gratioſitas, vt patet in diffinitione feudi. & iſta eſt ipſa veri-
tas, ꝙ iuſtè ignoranti factũ non imminet impoſsibilis neceſsi-
tas petendæ inueſtituræ infra annũ: qa conſuetudo nõ obligat
ad impoſsibile, maximè cum nec ſeruis aliquid impoſsibile ſit
iniungendũ. nam omne, qđ eſt impoſsibile, pro ſua impoſsibi-
litate cadit, vt l. vnica. C. de ſententijs, quæ pro eo, ꝙ intereſt.
3 † Hic etiã occurrit aliqua dubitatio: videlicet poſito, ꝙ ceci-
derit à iure ſuo, vtrũ ceciderit ipſo iure, an ſit neceſſaria ſenten-
tia, & gl. determinat, ꝙ ipſo iure, vt dixi in dic. cap. 1. quo tẽpore
4 miles. † Sed ſupereſt alia dubitatio, ſi hæres non poſsidet, ſed
poſsidet eccleſia, vtrũ ſi non petit inueſtiturã infra annum, &
diẽ, cadat à iure ſuo: & forte põt dici, ꝙ non, qa nõ tenetur ec-
cleſia p̃ſtare ſeruitia, ergo nõ tenetur ei polliceri, cum frui non
poſsit, ſicut colonus nõ tenetur ſoluere penſionẽ, ſi eſt à colo-
nia expulſus: forte ſecus ſi poſsideat. Tertiò: qa negligẽtia ſua,
qui non ꝓſequitur ius ſuum, non dẽt dño nocere: ſed certe hæ-
res nõ fuit hic in culpa poſſeſsionis ꝑdendæ: & ideo qui nõ hẽt
emolumentũ, non dẽt ſentire onus, vt C. de fur. l. manifeſtiſsi-
mi. §. cum in ſecundo. & facit, qđ plenè no. ff. loc. l. ſi vno. §. item
cum quidã. ſi igitur dominus nõ poteſt inueſtire; qa tertius poſ-
ſidet, nõ currit vaſallo tẽpus inueſtituræ petẽdæ. & hoc dictum
eſt ſatis rationabile. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXX.

1 *Donatio facta per patrem filio exiſtenti in poteſtate, etiam ſi interuenerit iuramentum de non reuocando, an valeat, & an poſſit pater eam reuocare: & quid iuris ſimiliter in filia, cui pater donauit propter dotem iurando, & conſtituendo ſe poſſidere nomine filia.*

1 In Chriſti nomine. † Pręmittendum eſt ad
euidentiam, ꝙ donatio
facta filio in poteſtate, quamq̃ pater dicat ſe donare irreuoca-
biliter, & inter viuos; tamẽ non valet à principio; ſed morte pa-
tris cõfirmatur, vt C. de inoffic. donat. l. ſecunda. C. de donatio.
inter virum & vxor. l. donationes: & ideo poteſt reuocari per
patrẽ; qa habet vim relicti, vt not. C. de collat. authẽti. ex teſta-
mento. nã inter patrẽ, & filiũ in poteſtate nõ tenet alienatio, vt
ff. de cõtrahẽda emptione. l. 2. nec ciuilis obligatio, vt ff. ad Tre-
bel. l. Imperator. & ff. de cõdictio. indebi. l. frater à fratre. & ff.
de fide inſtrum. l. ſi qs pro eo. §. primo. & ff. de vſu. l. ꝓ donato. l.
prima. §. ſi pater filio. & niſi fuiſſet interpoſitũ iuramẽtũ, nulla
eſſet dubitatio. Sed ꝓpter iuramentũ põt dubitari: & primo vi-
detur, ꝙ nõ valeat iuramentũ; qa, vt dixi, habet vim relicti; ergo
habet locũ pœnitentia, vt extra de celebra. miſſa. capitulo cum
Marthæ. & ibi ſolet plenè tractari de iſto iuramento. Præterea
lex dicit, ꝙ ſpeciale eſt in dote, ꝙ filiusfamilias eſt capax, vt ff. fa-
mil. erciſcund. l. Pomponius Philadelphus. ergo ſimplicis do-
nationis nõ eſt capax: & iuramẽtum p̃ſtitũ nõ capaci nõ valet;
vt leg. & nota. ff. de legatis tertio. l. cũ qs decedẽs. §. Titia. Præ-
terea venditio, quam poſtea fecit pater, eſt alienatio neceſſaria
ꝓpter neceſsitatẽ rei familiaris, & ꝑ eam nõ reuocat donatio;
ſed debetur ęſtimatio, ſi ęquiparetur legato, vt ff. de legatis ter-
tio li. 11. §. ſi rem. Si autẽ æquiparetur donationi inter virum, &
vxorẽ, donatio reuocat, vt C. de don. inter vir. & vxo. l. ſi marit⁹.
In contrariũ videtur; qa iuramentũ eſt res ſpiritualis, & in ſpiri-
tualibus patria poteſtas non currit, vt in c. ſi annum. de iudicijs.
lib. 6. ergo ꝑ tale iuramentũ nõ obſtante patria poteſtate cõtra-
ctus validatur, & tranſit ex eo dñium, vt in cap. 2. de pactis. li. 6.
Præterea donatio inter virũ & vxorẽ, interueniente iuramẽto,
& traditione transfert dñium: nec põt reuocari, vt nota. Cyn.
ſecundũ Petr. C. de ſacroſanct. l. 1, in fine. Itẽ ex iſto iuramẽto eſt
ius q̃ſitum filiæ: ergo ꝑ ſtatutũ, de quo in puncto fit mẽtio, eſt
ꝓhibitũ in alium ius transferri. Quapropter videtur dicẽdum,
ꝙ filia debeat potior eſſe in rebus donatis, & ei traditis ꝑ con-
ſtitutionẽ precarij, quã conſtitutionẽ precarij pater interuerte-
re nõ põt, vt C. de acquir. poſſeſsio. l. ex liberis. Præterea pater
ꝑdidit poſſeſsionẽ, & in filiã tranſtulit, vt ff. de acqui. poſſeſsio.
l. 1. §. ſi vir vxori. ergo omnib. inſpectis, ſcilicet tã de iure cõmu-
ni, quã municipali: & qa iuramentũ non ſolũ afficit iurantẽ, ſed
etiã eum, qui ab eo habet cauſam, vt not. extra de iureiur. cap.
cum cõtingat. in nouella, p̃dicta filia ꝓpter robur dicti iuramẽ-
ti debet iudicari. iſta tamẽ q̃ſtio eſt ſatis dubitabilis, ꝑ ea, q̃ not.
Bar. q̃ poſſunt allegari ꝓ, & cõtra in dicta. l. ſi qs, ꝓ eo. teneo ꝙ
dixi: ſalua deliberatione meliori. quamq̃ ex iuramento nõ oria-
tur obligatio ciuilis, oritur tamẽ obligatio canonica, quę habet
vim ciuilis, & naturalis: etiã inter dñm, & ſeruum, Abbatẽ, &
monachũ: ſic tale eſt iuramẽtum, ꝙ poteſt ſeruari ſine p̃iudicio
ſalutis æternæ. ad hoc facit, quod not. extra de inſtit. cap. cum
veniſſent. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXXI.

1 *Sententia lata ſuper hypothecaria an dicatur diffinitiua.*

2 *Sententia lata, quæ annullauit ſententiam ſuper hypothecaria lata, quia excuſsio non fuit facta, an ſit diffinitiua, vel interlocutoria.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, quidam
Titius egit hypothe-
caria cõtra extraneũ poſſeſſorẽ, auocãdo res ſibi hypothecatas:
finaliter ſententia fuit lata in fauorẽ iſtius Titij: & poſſeſſor ex-
traneus fuit condẽnatus ad diſbrigandũ, & vacuandũ iſtas res
obligatas quãuis fuiſſet obiecta excuſationis exceptio: ab ipſa
ſentẽtia extitit appellatũ, & in cauſa appellationis fuit ꝓnun-
tiatũ, male iudicatũ & bene appellatũ, eo ꝙ nõ p̃ceſsit legitima
excuſsio in bonis principalis debitoris, q̃ p̃cedere debuit. Item
ab expẽſis fuerant partes abſolutæ ꝓpter iuſtã cauſam eorũ li-
tigantiũ, ab iſta ſentẽtia extitit appellatũ, nulla inſerta cauſa in
appellatione. dubitatur, vtrũ iſta ſentẽtia, in qua eſt ꝓnuntiatũ
male iudicatũ, & bene appellatũ: eo ꝙ non p̃ceſsit legitima ex-
cuſsio, abſolute ſit interlocutoria, an diffinitiua. ſi eſt diffinitiua
appellatio ab eo interpoſita, eſt rite interpoſita: ſi vero ſit inter
locutoria, appellatio inepte erit interpoſita: eo qa nulla cã in ea
eſt interpoſita. Modo à nobis ex p̃dictis q̃rit, nunqđ iſta ſenten-
tia taliter lata dẽat dici interlocutoria, an vero dicat diffinitiua?
Quia motiua hincide ſunt tacta valde prudẽter, iõ nõ repetitis
1 motiuis venio ad determinationẽ primi paſſus. † & dico, ꝙ ſen-
tẽtia lata ſup hypothecaria eſt diffinitiua, & ab ea appellat tanq̃
à diffinitiua. iſta gl. eſt ordinar. q̃ generaliter determinat hoc in
qualibet reali actione, vt ff. de rei vendi. in vlt. gl. melior in iure
nõ reperit, & cõfirmat in l. debit. §. iuſſus. ff. đ appel. Scđo dico,
quod

quod ſententia in contrarium lata per iudicem ad quem, qui pronunciauit malè indicatũ, & bene appellatũ: eſt diffinitiua. iſta glo. ordina. adhuc de melioribus, quæ ſit in iure. C. de ſententijs, & interlocuto. omn. iudic. l. p̄ſes. & ibi ponit glo. rationem, quare ſit diffinitiua. & ideo omiſſis ambagibus appellari poteſt ſine inſertione cauſæ, vt no. C. de his, quibus vt indign. l.
2 minoribus. † Modò venio ad ſecundũ articulũ, quo quæritur, vtrum reus principalis præſumatur eſſe abſens, vel p̄ſens, & cui incumbat ꝓbatio? Reſpondeo eſſe præſentẽ, vel abſentẽ concernit facilitatẽ conueniendi. & ideo ſicut dicit glo. ord. ita dico, ꝙ aut ſunt eiuſdẽ domicilij, & iſta dicitur pręſentia: aut ſunt diuerſi domicilij, & iſta dicitur abſentia, vt nota. in auth. de fideiuſſoribus. §. ſed neq;. in glo. quæ incipit, præſens. & not. ex eo, ꝙ ſatis eleganter legitur, & no. in capitulo ſtatu. §. cum autem. de reſcrip. lib. ſexto. Tandẽ fui interrogatus de tali dubio: vtrum ſi pendẽte appellatione debitor principalis incepit abeſſe, conualeſcat iudicium male ordinatum per prius: & non credo, quod hoc ſufficiat appellatione pendente: quia hoc eſt nouum factum penitus prioribus nõ coniunctum in abſente, vt C. de tempo. appellatio. l. per hanc. licet ſi pendente primo iudicio hoc ſuperueniſſet, forte ſuffeciſſet, quia Albert. Galeoti tenet, quod excuſſio pendente iudicio poſſit fieri per ipſius iudicis confirmationem. per l. ſi rem. §. fin. ff. de pigno. actio. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXXII.

1 *Creditores ſi ſint multi, & debitor non eſt ſoluendo omnibus, qui ex ipſis præferantur, & qui pro rata debiti concurrant ad bona debitoris.*
2 *Confeſſio facta coram iudice habet vim in ſententia.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, A. campſor publicus ciuitatis Papiæ debitor plurium pſonarum fregit bancum, & fidẽ ſuam, ac nolens, ſeu non potens reſpondere, ſeu ſatisfacere creditoribus ſuis fugam arripuit, & dum eſſet in fuga, non audens intrare ciuitatẽ, & in publicum comparere, ſe conſtituit debitorem Caij de mille ex cauſa depoſiti: obligando eidẽ omnia bona ſua ex cauſa prædicta. deinde poſt aliquos dies ſibi conceſſo ſaluo conductu per magnificum D. D. noſtrum, & reuerſus ad ciuitatẽ in præſentia iudicis ꝓteſtatus, & cõfeſſus fuit ſe eſſe, & fuiſſe temporibus in libris ſuis deſcriptis verum debitorẽ Titij de mille ex cauſa depoſiti obligando occaſione pręedicta eidem Titio omnia bona, conſtituendõ &c. Ex prædictis quęritur primo, an inſtrumentum factum per dictum campſorẽ in fuga valeat de iure? Secundò ſuppoſito, quod valeat in præiudicium dicti campſoris, an valeat in præiudicium alterius creditoris, cui ſecundo loco in p̄ſentia iudicis confeſſus fuit ſe eſſe, & fuiſſe verum debitorẽ de alijs mille, & cui obligauit omnia bona
1 ſua, vt ſupra eſt expreſſum? † In primis conſiderandum eſt, an in perſona dicti Caij aliqua p̄ceſſiſſet obligatio tẽpore, quo dictus campſor ſe conſtituit debitorẽ, necne. nam ſi aliqua p̄ceſſit obligatio vera, dic, vt infra. Si autẽ non præceſſit obligatio: tunc iſtud conſtitutum intelligitur factum in fraudẽ creditorum, & deberet reſcindi tam ipſum, quam hypotheca bonorum. iſte eſt caſus in l. 2. ff. quæ in fraudẽ creditorum. & inſti. de acti. §. item ſi quis in fraudẽ. nam ſi hoc eſt in dote confeſſata, quæ eſt priuilegiata, quod præſumitur confeſsio facta in fraudem creditorũ; vt not. in l. aſsiduis. §. 1. C. qui potio. in pig. hab. & C. de donat. ante nupt. auth. ſed iam neceſſe. ergo fortius in alijs cauſis. ad hoc etiam validæ ſunt coniecturæ, primò fuga, vt ff. de condictio. indebi. l. ſi non ſorte. §. 1. & ff. de ſolutio. l. fugitiuus. Secundò quantitas magna, quia mille, vt ff. quæ in fraudem creditor. l. omnes. §. Lucius. Tertiò; quia fugitiuus præſumitur in dolo, vt ff. de ſuſpect. tutor. l. impuberibus. Si autẽ pręcedebat verum debitum, tunc ſi quidem iſte Caius eſſet ſolus creditor, vel etiam multis alijs, & bona eſſent ſoluendo, non eſt dubium, quod valeret conſtitutio debiti: & etiam hypotheca. ita quod in hypothecaria prior tempore potior in iure, vt in regula qui prior, & quod ibi plenè per Dyn. cum ſimilibus. Si autem bona non ſunt ſoluendo, tunc regula eſt, quod quando omnes chirographarij ſunt ex contractu, debet omnib. ſatisfieri pro rata, ſi pariter vigilant ad ſuum conſequendum, vt ff. de priuileg. credito. l. priuilegium. tamen in cauſa depoſiti eſt conſiderandum, an extant res, vel pecuniæ depoſitæ: & præfertur deponens omnibus alijs. ſi autẽ non extant, tunc depoſitarius præfertur mutuanti. Si autem omnes ſunt ex cauſa depoſiti, veniunt pro rata, vt l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credito. & hæc vera ſunt, quæ dixi de rata: niſi in duobus caſibus primus eſt, quando vnus creditor vigilauit: & à ſponte ſoluente fuit ei ſatisfactum: nam alijs creditoribus non tenetur cõmunicare. ſecundus caſus eſt, quando vigilauit, & præuenit per ſententiam iudicis: nam vigilando meliorẽ conditionẽ ſuam fecit, vt l. pupillus. ff. quæ in fraudem creditor. licet enim dicto Caio per gratificationẽ eſſet prius facta recognitio debiti, tamen potior eo videtur, qui per ſententiam præuenit, vel ad æquipollens.
2 † nam confeſsio facta coram iudice habet vim ſententiæ: & ex ea naſcitur actio in factum, & ideo poſſet perſuaderi, quod ſi vera eſt confeſsio facta poſteriori creditori, & non ſimulata, quod iſte poſterior prius videatur ad iudicis præſidium cõuolaſſe, & ipſum meruiſſe: & ideo ſit præferendus, quaſi habens paratam executionẽ, vt no. Dyn. Iacob. de Are. & Bart. in dicta l. pupillus. non obſtante hypotheca alterius in fraudẽ conſtituta, vt dicta l. 2. ff. quæ in fraudẽ credito. in verbo, proponant, vt dicit glo. rem hypothecando, dũmodo ſimul omnes inſtarent: quia iſtud de prælatione eſt mihi dubium: ſed de rata non dubito, ſecundum ea, quæ proponuntur.

CONSILIVM CCCCXXXIII.

1 *Collectæ qualiter ſunt imponendæ, & exigendæ, & obſeruantia, & tempus habentur pro veritate.*

1 In Chriſti nomine. † Sicut hactenus obſeruatum eſt ſoluendo per longiſsima tempora, ita in poſterum obſeruandum eſt per quẽcunq; poſſeſſorẽ: vt C. de agric. & cenſitis. l. litibus. lib. 11. vbi eſt expreſſum: nam iſta ſunt onera realia, vel mixta, quæ ſequuntur res ipſas, ad quẽcunq; vadant: vt C. ſine cenſu, vel reliquis. l. omnes. C. de mulie. & in quo loco. l. 1. lib. 10. ff. de impenſis in rebus dota. factis. l. neq;. ff. de vſufr. l. ſi pendentes. §. ſi quid. ideo enim iſta ſunt munera realia: quia ſunt perpetua, & ordinaria: & poſſeſſoribus tantum imponũtur, videlicet pro poſſeſsionibus, quæ ſunt in territorio, vt C. de muner. patrimo. l. 1. & l. fin. & C. de decurio. l. vacuatis. & C. de anno. & trib. l. omnes penſitare. & l. omnes omnino. & cum ipſis poſſeſsionibus ius dicatur, licitum eſt habenti iuriſdictionẽ in ſuo territorio vti ea iuriſd. & pignorare, & grauare poſſeſſores: & fructus ſequeſtrare, & ſimilia facere, ſicut hactenus conſueuit, vt C. de exactoribus trib. l. miſsi opinatores. & ibi tex. notabilis de iſta conſuetudine. & in Auth. de mandatis princ. §. coges. Porrò ſi dubitetur, vtrum iſta p̄dia ſint de eius iuriſdictione, necne, ex antiqua obſeruantia præſumitur veritas: vt ff. de vſuris. l. cum de in rem verſo. nam antiquitas dat iuriſdictionẽ: vt C. de eman. libe. l. 1. & merum, & mixtum imperium: vt no. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. l. more maiorum. C. de diuerſis offic. l. viros. per quam legẽ ſatis quæſtiõ noſtra determinatur. Præterea ex quo longiſsimo tempore fuit facta ſolutio de iſtis poſſeſsionibus tanquam intra territorium, ſatis probatur, quod ſint de territorio: quia tot ſolutiones, & tam longiſsimo tempo. factæ habent quaſi inducere poſſeſsionẽ, & præſcriptionẽ, vt extra de electione, cap. querelam. ſanè tempus pro veritate habetur, vt leg. & not. in l. 1. C. de ſerui. & aqua. ex his apparet, ꝙ niſi ſoluatur debitum, non debent reddi ciuilia pignora, ſeu frumenta, quæ iure capta, ſeu arreſtata ſunt. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXXIIII.

1 *Pacta inter locatorem, & conductorem quõ intelligenda.*

1 In Chriſti nomine. Pactum inter locatorem & conductorem ſic loquitur. Item ſi propter guerram, vel rupturã Padi contigerit non poſſe colligere fruges, quod ſit in arbitrio dicti conductoris dimittere fruges, vel fictum ſoluere: ita tamen quod de terris ſeminatis cum bobus ipſius conductoris teneatur dictus conductor dare tertiam partem locatori prædicto. contigit, quod victus conductor ex poſſeſsionibus prædictis collegit fœnum, frumentum, hordeum, ac ſpeltam. & cæteros, qui colligendi erant per totum menſem Auguſti. deinde de menſe Septẽbris ſuperuenit ruptura Padi: & propter inundationem aquæ dictus conductor non potuit colligere aliquam partem milij, & miligæ exiſtentis in aliquibus fundis dictarum poſſeſsionum: nec aliquam partem fæni remerſi, quod bis in anno ſecatur:



catur: propter quæ dicit pręedictus conductor non velle ſoluere fict. locatori: ſed fingens velle dimittere propter pactum ſupra dictũ. replicat locator mercedem ſibi deberi, eo quia maiorem partẽ frugum, & quaſi oẽs fruges collegit conductor: offert tamen ſe paratum, ꝙ ſi ſecũdum bonã fidẽ tenetur aliquid dimittere de mercede, habito reſpectu ad damnum, illud velle remit
1 tere. modò q̃ritur, quid iuris. † Et primò videtur, ꝙ conductor foueat iuſtitiã, dico iuſtitiã cõuentionis, qua nulla eſt maior in contractibus, vt ff. depoſi. l. 1. §. ſi conuenerit. & in cap. 1. §. ſi id, propter quod. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. coll. 10. & declaratur ſic: cauſa finalis penſionis ſumitur ex vniuerſo, id eſt, ex ipſis frugibus, non ex aliqua particulari perceptione; quia conuentio penſionis eſt concepta ſub quodã integrali. ſed iſta cauſa finalis ceſſat, ergo ceſſat promiſſio, vt ff. de loca. l. quæro. §. inter locatorem. Item cõuentio eſt indiuidua: vnde ſufficit, quòd aliquæ fruges ſint impeditæ, argumento. ff. fam. erciſc. l. hæredes. §. idem iuris. Item imputet ſibi locator; quia confuſo ſermone locutus eſt, nam qui confuſo ſermone loquitur, in promptũ incidit periculum, vt C. de dotis promiſſ. l. fi. Item à verbis contractus non eſt recedendum, quia clara ſunt, vt ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſ. magiſtratuum. §. 1. ff. de verb. obl. l. quicquid aſtringendæ. C. de proba. l. cum precibus. Pręterea iſta conuentio eſt licita, quæ proſpicit futuram indemnitatem caſus fortuiti, vt ff. de contrah. emptio. l. fiſtulas. §. ſi frumenta. & l. 2. in prin. C. de iure emphyt. Itẽ non dicuntur fructus percepti, niſi totius illius anni ſint percepti: quia totius anni vnus fructus eſt, vt ff. ſoluto matrimon. l. diuortio. §. quod in ſemente. Item licitum eſt propter pactum etiam pro vno nummo recedere à cõtractu, vt not. C. de ſac. ſan. eccl. auth. qui rem huiuſmodi. In contrariũ videtur, videlicet, ꝙ officio iudicis penſio minuatur, & in totũ recedatur à penſione, vt ff. de contrah. emp. l. officio. niſi damnũ excederet dimidiã, vt ff. de contrah. emp. l. domũ. Non obſtãt verba contractus: quia non ſunt verba præciſa, vnde debent intelligi ſecundum naturã contractus: vel ſaltem iuxta naturã, ita ꝙ multum non exuberent ab ea, vt l. damni. ver. & quod in ſtipulatione. ff. de dam. infec. verba Ia. de Are. ibi, ſic dicũt, nota verba ſtipulationis & contractus, intelligi ſecundum naturã negocij, ꝙ agitur, vt hic, & ſupra eod. l. damni infec. ſtipulatio competit. & l. fluminum. §. hæc ſtip. cum §§. ſequentibus. & ſupra ff. loc. l. ſi vno. §. ſed ſi verbo. & fam. er. & l. puto. ſecund. Iaco. de Are. & licet in totum poſſimus hic deſeruire naturæ contractus; quia propter nimium damnum nihil minueretur de penſione, tamẽ deberet aſſumi quædã via media, & cõgrua arbi. boni viri, vt videlicet quatenus valuiſſent meſſes deperditæ, ſi p̄ceptæ fuiſſẽt, eatenus diminuatur de pẽſione. nam dicere contrariũ eſſet valde iniquũ: certum eſt. n. ꝙ pacta debent interpretari ſecundum æquitatẽ, vt ff. pro ſoc. l. ſi ſocius ꝓ filio. & iſtã partẽ amplector tanq̃ æquiorẽ: nam in contractib. bonæ fidei plus valet æquitas, q̃ nimia ſubtilitas, vel dialectica argumẽtatio. cõcluſio hæc eſt, ꝙ pp damnũ particulare eatenus receditur à contractu, vt ff. locat. l. ſi fundus. §. fi. & l. hæc venditio. & p̄dicta confirmantur inconuincibili ratione. nã verba contractus dicunt, ꝙ ſit in arbitrio, &c. Sed nomine arbitrij intelligitur arbitriũ boni viri. iura ſunt vulgaria, ſed bonus vir nunq̃ arbitratur, ꝙ pp minuſculã lęſionẽ recedatur à toto: ſed ꝙ reducatur ad æquitatẽ, & ideo eſt caſus huius quæſtionis in d. l. officiũ. & ff. de oper. lib. l. ſi libertus ita. & extra de iureiur. in cap. quintauallis. Conſilium domini Bald. & habuit decem ducatos. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXXXV.

1 *Pro dimidia qualiter interpretetur.*

In Chriſti nomine. Proponitur, ꝙ fuit factum quoddam pactũ, ꝙ Titius deberet inueſtiri de dimidia cuiuſdam feudi, & Sem-
1 pronius de alia dimidia cuiuſdã feudi. † quæritur, qualiter iſtud verbum, pro dimidia intelligatur: pone enim, ꝙ dictum feudũ conſiſtit in decimis, & ſic in iure incorporali. Item pone, quòd quædam prædia decimalia ſunt, & fuerunt antiquitus occupata: modò contingit, ꝙ quidam nobilis occupauit, vt ſupra medietatem dictæ villæ decimalis: dicit Titius Sempronio, ego volo medietatem meam in ea parte, in qua non eſt occupata: tu autem Semproni vadas contra occupatorem, & ibi tuam dimidiã proſequere: Sempronius verò dicit, ꝙ vterq; debet habere partem cõmodi & incõmodi, licet repudiatio ſit facta pro dimidia ita ſimpliciter loquendo, cũ inueſtitura ſit facta cuilibet pro dimidia in genere. quæritur, quid iur. Rñdeo, Titius, qui vult pro ſe bona, & pro conſorte ſuo mala, neq; ius, neq; æquitatem habet. Et primò ex natura cõmunionis pro indiuiſo: quia quilibet ceſpes terræ reſpicit pro indiuiſo pro quolibet ſociorũ, vt ff. de rei vend. l. Pomp. ſi ex æquis. & ibi plenè no. hoc etiã plenè not. ff. de verb. ob. l. q Romæ. §. duo fratres. & ꝓbatur expreſſe. ff. de le. 2. l. Meuius. §. duobus. cũ. n. corpore nõ ſint diuerſa inter eos quo ad decimas, nullus eorũ poteſt dicere ſe reſpectu alicuius corporis debere plus recipere, q̃ alter. Præterea iſtæ decimæ ſimiles ſunt falcidiæ, q̃ debẽt detrahi in omnib. rebus, & nõ in vna re, vt plenè legitur, & no. in l. 2. C. ad legẽ Falci. Præterea iſta eſſet diuiſio leonina, qđ eſſe nõ debet, q̃a in diuidẽdo debet ſeruari æqualitas, vt l. 2. C. qñ & quib. 4. pars debet. li. 10. & lex expreſſe dicit, ꝙ peræquatio debet fieri cõfuſis prædijs idoneis, & nõ idoneis: nã qui vtilia loca poſſident vel quęrunt, etiã deſerta ſuſcipiant, vt C. de omni agro deſerto. l. qui vtilia. lib. 11. Præterea cõmunio propria eſt pro indiuiſo: nam facta diuiſione nulla eſt communio, ſed ſunt res omnimodo ſeparatæ, vt ff. commu. præd. l. ſi quis duas. Item qua ratione Titius vult præferri Sempronio, eadem ratione Sempronius deberet præferri Titio: q̃a quod quiſq; iuris, &c. vt ff. quod quiſq; iuris. l. 1. & extra de conſtit. ca. cum omnes. Item par in parem non habet imperium, vt ff. de arbit. l. nam magiſtratus. vnde nemo poteſt arctare ſocium ſuum, maximè ad legendum deteriora, vt ff. cõmuni diuid. l. Sabinus. & ſi dicatur, iſte renuntiauit medietatem, ergo debet dare medietatẽ: iſtud non eſt verum; quia iſta verba nil aliud inducunt, niſi quod facit illum conſortem pro indiuiſo in eo iure, quod iſte concedens habebat, vt ff. de contrahen. emptio. l. qui tabernas: & extra de donatio. cap. paſtoralis. & ſic de primo ad vltimum concludendo patet, dictum Titium nullam prærogatiuam habere debere, ſed æqualem per omnia eſſe debere cum dicto Sempronio, & Sempronium cum ipſo. Et ita dico & conſulo ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXXXVI.

1 *Compromiſſum prorogatum an dicatur vnum, et idem cum primo, an quid nouum, & ſi iuramentum non fuit ſpecificè in prorogatione repetitũ, non intelligitur amplius iuratum.*
2 *Ratione prorogationis intelligitur vnum & idem, quando vtrunq; eſt eiuſdem formæ & naturæ: alias ſecus.*
3 *Dictio, &c. quid importet.*

1 In Chriſti nomine. Quæritur, † ſi factũ fuit compromiſſum cũ appoſitione certi termini, & certæ pœnæ, & cum iuramento corporaliter præſtito de non veniendo contra: & tandem infra terminum fuit dictum compromiſſum prorogatũ, facta prius narratione cõtentorum in primo cõpromiſſo, & nõ ſpecialiter de aliquo iuramẽto, niſi adiũcto verbo, &c. vtrũ iuramentũ intelligatur eſſe repetitum, ita ꝙ ſi veniatur contra laudũ latum poſt terminum primi compromiſſi, contrauenien̄s poſſit dici periurus, ſeu per cenſuram eccleſiaſticam cogi ad obſeruationem iuramenti? Et videtur, quòd ſit periurus, ſeu cogi poſſit ad obſeruationẽ iuramenti: quia vnum & idem eſt compromiſſum, vt ff. de precario. l. ſed ſi manente. In contrarium videtur, quia re vera duo ſunt compromiſſa, vt no. glo. & expreſſe domi. Cyn. ponit in l. ſi cum dies. in prin. ff. de arb. & ad l. ſed ſi manẽte. reſpondet, quòd aliud in precario, de cuius natura eſt quodammodo temporis appoſitio, vel ſaltem tacitus intellectus. Solut. in quęſtione noſtra dicendum eſt, quòd iuramentum cum ſit corporaliter præſtandum, & verbis expreſſis, & hæc eſt forma ſibi data à iure, non intelligitur repetitum, vt extra de iureiur. cap. clericus. & illud capitulum induco pro caſu ſic: primum iuramentum fuit tempore limitatum, videlicet ſi contingat arbitramentum fieri infra præfixum terminum, deinde poſtea ex interuallo ſtatuerunt partes prorogando terminum: vnde quod poſtmodum ſubſecutum eſt, vinculo primi iuramenti, quod erat limitatum non aſtringitur. etiam forte ſi dictum eſſet expreſſe, ꝙ teneretur per idem iuramentum, dum tamẽ expreſſe nõ fuerit repetitum in ea forma, in qua debet iurari: quia aliud eſt dicere ſub eodem iuramento, aliud eſt dicere de vno iurare. iſte eſt caſus in dicto capitulo clericus. ſecus ſi eſſet actum in primo compromiſſo de termino prorogãdo. & eſt ratio differẽtiæ in promptu: quia iuramentum non extenditur ad ea de quibus non fuit

cogitatum tẽpore iuramenti,ſed benè porrigitur ad ea, de qui-
bus fuit cogitatũ,vel debuit cogitari ex natura actus, vt ibi not.
per Bar.& Inno. Item iurare ſuper non viſis eſſet quid ſtultum,
arg.ff.de tranſa.l.de his. & ideo nõ præſumendũ ſecundũ Hoſt.
ad idẽ facit.ff.de aur.& arg.leg.l.ſi ita.& quod no. ff.de ver. obl.
l.qui Romæ.§.duo fratres. Item iurare eſt quid odioſum & pe-
riculoſum.& ideo nõ extendendũ ſecundũ Io.And. Præterea ſi
volumus videre,vtrum ſit idẽ cõpromiſſum,vel non:aut loqui-
mur quantũ ad veritatẽ terminorum,ſiue formæ & nõ eſt idem
cõpromiſſum,quia quoties aliquid additur vel detrahitur, eſt
quoddam tamen quid nouum, vt ff. de iuſt. & iur.l.ius ciuile. ff.
loca.l.cũ in plures.§.lege dicta.ff.de præt.ſtipu.l.Valerianus.&
eſt expreſſum.C.de noua.l.fi.aut loquimur quantũ ad interpre-
tationem & fictionem extenſiuã:& tũc eſt idem cõpromiſſum,
quia habebat hanc aptitudinem prorogationis à principio, &
ideo licet pœna pecuniaria intelligatur eſſe repetita, vt no. in l.
cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo, per Innoc. extra de appel.c.
præterea.tñ ſecus in pœna periurij,quæ eſt periculoſa,& maior
2 qualibet pecuniaria.† Præterea hoc confirmatur per iſtam no-
tabilẽ doctrinã: quia tunc ratione prorogationis intelligitur v-
num & idẽ,qñ vtrunq; eſt eiuſdem formæ & naturæ,ſecus ſi nõ
ſint eiuſdẽ formæ & naturæ,vt eleganter no.in c.hi,qui autẽ.de
præben.lib.6.ſed hic prorogatio non fuit eiuſdem formæ: quia
ſine iureiu.quare ergo non intelligitur vnum & idem compro-
3 miſſum.†Non obſt.dictio,&c. quia iſta dictio cõcludit natura-
lia vel conſueta apud diſcretos:ſed iurare ſuper futuris,& nõ vi-
ſis,non eſt de cõſuetudine virorum prudentũ,vt ſupra dixi, nec
de natura cõpromiſſi,imo eſt cõtra naturã cõpromiſſi, vt C. de
arbi.auth. decernimus.ſed ea, q̃ fiũt cõtra naturã, nõ intelligun
tur tacitè repetita ſecũdum vulgarẽ doctrinã,ergo,&c.Præter-
ea prorogantes expreſſerunt pœnã pecuniariã: de pœna periu-
rij nihil dixerunt, ergo pro omiſſo debet haberi, vt ff. de fundo
inſtruct.l.quæſitũ.§.idẽ reſpondit. ex quibus cõcluſio mea red-
ditur apertè verificata, videlicet ꝙ hic iuramentum nec intelli-
gatur,nec poſſit per dicta verba repetitum intelligi,& ideo fru-
ſtra tractatur de eius obſeruantia. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCCXXXVII.

1 *Filia dotata à patre renuntiauit cum conſenſu parentum fratribus hæreditatem paternam: mortuis fratribus in vita patris an poſſit habere partem hæreditatis, non obſtante renuntiatione, & an talis renuntiatio valuerit, etiam cum mille iuramentis.*
2 *Filia, quæ renuntiauit poſt mortem fratrum patri acceptanti pro ſe, & hæredibus ſuis, an dicta renunciatione non obſtante poſſit poſt mortẽ patris conſequi partem hæreditatis paternæ, & quid iuris in bonis feudalibus, ſiue emphyteuticis, an talis renuntiatio ad ea extendatur, nu. 3.*
4 *Diuiſio an præſumatur ex decennali poſſeſſione.*

1 In Chriſti nomine. †Quædã puella fuit do
tata à patre , quocirca
de conſenſu parentum renuntiauit dictis fratrib.hæreditati pa-
ternæ & maternæ , qui fratres deceſſerunt viuo patre & matre.
Quæritur, vtrũ dicta renuntiatio ſibi noceat? Et videtur ꝙ ſic;
quia dicta renuntiatio trãſiuit in pactũ & contractũ inter viuos,
ſicut apparet ex forma renuntiationis,vt ff.de dona.cauſa mor-
tis.l.cũ ita donatur.ergo tranſit ad hæredes dictorum fratrũ , vt
ff.de proba.l.ſi pact.&ff.de pact.l.iuriſgentiũ.§.pactorũ.In con-
trariũ eſt veritas,qa in hæreditate paterna & materna dicti fra-
tres non habent hæredẽ: quia deceſſerunt viuo patre & matre,
vnde nec ipſi ſuccedũt,nec alios hæredes faciunt. Quapropter
dicta renuntiatio & pactum eſt cauſa caduci , vt C.de cad. tol.§.
pro ſecundo.Præterea iſta renuntia. & pact. collata fuerũt poſt
mortem parentum : quia in vita eorum eis ſuccedi non poteſt:
quoniã nemo viuens hæredẽ habere poteſt, & ſi mille interue-
nirent iuramenta ; id,qđ naturaliter eſt impoſſibile,non poteſt
per iuramentũ fieri poſſibile, vt ff. de pact.l.iuriſgẽtiũ. §.pacto-
rum.& ideo impoſſibile eſt, ꝙ quis per renuntiationem exclu-
datur à ſucceſſione futura , niſi tunc demum cum ſucceſſio de-
fertur,& nõ ante,vt ff.de condi.& dem.l.Titius vſufru.niſi quis
diceret,ꝙ renuntiat ſpei de futuro,& talis renuntiatio valet; qa
eſt de non ſuccedendo ſecundum Barr. ſecus in pacto de ſucce-
dendo, quia inducit votum captandæ mortis, & viſum eſt huic
doctori eximio præceptori meo,quòd iſta ſua opinio ſit de iure
nul.valida,vt ipſe tenet in l.fi.de pact. & ff.de verb. obl. l.ſtipu.
hoc modo. ſed aduerte tu ; quia prædictus doctor non conſide-
rat,niſi vnum extremum, qđ eſt ex parte renuntiantis : ſed non
conſiderat extremũ , qđ eſt ex parte ſuſcipientis renunciationẽ.
nam iſte tractat de ſucceſſione futura amplianda per renuntia-
tionẽ:& ideo non poteſt negare : cũ & pactũ ſit duorum cõſen-
ſus,quin recipiens renunciationẽ faciat contra bonos mores,
niſi cõſentiant hi,de quorũ ſucceſſione agitur : & perſeuerẽt in
cõſenſu vſq; ad mortẽ,vt d.l.fi.C.de pact. & ideo errãt. qui cre-
dunt tale iuramentũ valere,vt not.C.de colla.l.pact. niſi fiat in-
ter alios,qui tractant de ſucceſſione futura de cõſenſu parentũ:
de ſucceſſione agitur,in quo perſeuerent vſq, ad mortem: ipſis
autẽ parentib.in eorum fauorẽ non teneret renuntiatio, etiam
cũ iuramento de iure ciuili:ſecus de iure canonico. ſed in prio-
rem caſum, vbi fit pac.de ſucceſſione tertij,iuramẽtum nihil o-
peratur:quia contra bonos mores : & cum hac diſtinctione de-
bet intelligi,c.quãuis.lib.coniuncto c.non eſt obligatorium.de
reiu. eadẽ cõpilatione.& hæc vera ſunt non ſolùm patre viuen-
te,ſed etiã ſi incertum ſit de eius morte , vt C.de captiuis. l. nec
nos. Itẽ non valet iuramentũ contra vim & auctoritatẽ legum
præſti.vt ff.de leg.1.l.ſi quis inquilinos. §.vlt. & plenè not. C.de
pact.l.pacta,quæ contra.vbi notabiliter dicit,idem ſi frater con
tra alias partes iuris.ſed certe iſte intellectus non placet, nã tex.
ibi dicit , ꝙ iſtud pac. patri fact. à filia &c. improbat lex ciuilis:
ſed ſecundum te non improbat,ſed approbat, vt dict.l.fin.C.de
pact.ergo tuus intellectus non eſt bonus. Solu.patet ex prædi-
ctis,quia aut pactum fit cum eo , cui ſucceditur , & ſic loquitur
illud.c.aut cum quodam tertio : & tunc aut conſentiente eo, de
cuius ſucceſſione tractatur,& perſeuerante in cõſenſu, & valet
iuramentũ,aliàs non: modò reuertẽdo ad caſum noſtrum , quia
fratres deſierunt eſſe in rerum natura,deficit pactum principa-
le:ergo & iuramẽtum,quod eſt eius acceſſoriũ, præſertim cum
non poſſit negari,quæ debent in pactũ conſiderari, vt no. C.de
pact.l.creditori tuo,ergo mortuo donatario in vita donãtis re-
ſoluitur pactũ,vt l.non omnis.ff.ſi cert.peta. Item regula eſt ta-
lis,ꝙ illud pactum eſt perſonale, qđ nõ tranſit ad hæredem, ſed
iſtud pactum non tranſit ad hæredem dictorum fratrũ,ergo nõ
eſt perſonale; nam regula datur , ꝙ perſonale ad hæredem non
tranſit,vt ff.de pactis.d.§.pactorum. & l.qui in futurũ. §.ſi ex al-
tera.l.auus.eod.tit. & C.de rei vxo.actio.l.rem in præſenti.§.vi-
deamus, ex quibus apertè concluditur, ꝙ dicta renuntiatio non
officit dictæ puellæ, quæ renuntiauit.nec ſumus in c.quãuis. qa
non venit contra iuramentũ vllo modo.Sequitur ſecunda quę-
2 ſtio ſub his terminis, †quia quædã alia puella mortuis dictis fra-
tribus renuntiauit in manu parentum recipientiũ pro ſe & hæ-
redibus ſuis eorum hæreditatib.tam ex teſtamẽto, quàm ab in-
teſtato, cum iuramento & tempore, quo fuit dotata, hac inſer-
ta cauſa, videlicet, quia confeſſa & contenta fuit ſe eſſe ſufficien
ter dotatã,& habere ſibi debitã legitimã portionẽ: & verba re-
nuntiationis & pacti ſunt valde lata:tandẽ deceſſit pater, de cu-
ius ſucceſſione tractatur ab inteſtato,relic.quibuſdam ſororib.
non dotatis,& eſt verum, ꝙ iſta, quæ renuntiauit, cum eſſet mi-
nor,hæc fecit cum auc.curat.& decreto.modò iſta,quæ renun-
ciauit , vult ſuccedere cum alijs ſororibus, & conferre dotem,
quæritur,nunquid poſſit:& videtur ꝙ non:quia caſus eſt in d.c.
quãuis.quia nemo poteſt redire ad id, cui renuntiandum puta-
uit,vt ff.de ædil.edict.l.quæritur. §.ſi venditor. nã dicta renun-
tiatio fuit collata poſt mortẽ patris : vnde perinde accreſcit ſo-
rori non dotatæ,ac ſi mortuo patre eſſet facta renuntiatio,quia
actus agentiũ operant̃ ſecundũ tp̃s,in qđ cõferunt̃,vt C.de don.
ante nup.l.qđ expenſæ.In cõtrariũ vr̃ veritas, nã multũ cõſide-
randũ eſt in talib. renũtiationib. vtrũ extet pſona,q̃ ex pſumpta
volũtate pr̃is excludat renuntiantẽ,& tũc renũtiatio nocet,pu-
ta ſi extat filius maſculus,vt ff.de pac.l.tale pactũ.§.fi.ſecus ſi nõ
extat pſona,q̃ excludat renũtiantẽ ab inteſtato venientẽ ex prę-
ſumpta volũtate pr̃is.pone.n.ꝙ neq; filius,neq; filia extaret,ſed
ſolus fiſcus,vel aliq, q nõ eſſent de liberis , nunqd filia exclude-
tur? nõ puto de hoc caſu cogitatũ ; qa eſt caſus in dicta l. tale pa-
ctũ.§.fi.pone,ꝙ tp̃e datę dotis patrimoniũ erat minus,q̃ tẽpore
mortis , ita ꝙ habita conſideratione non habet legitimã, q̃ fuit
finalis cauſa renuntiationis:certè ceſſante cauſa finali renuntia-
tionis ceſſat eius effectus,ar.ff.de vacatio.mun.l.his honoribus.
§.auctis.Itẽ iſta renũtiatio eſt odioſa : & ea q̃ ſunt odioſa,potius
debent reſtringi,q̃ ampliari.Item hic eſt ſubtiliter cõſiderandũ,
qa aut nõ cõſideramus renuntiationẽ, vt ſimplicẽ renuntiatio-
nem:& tunc non valet, vt l.is poteſt. ff. de acq.hære. aut vt pac.
de non



de non petendo:& tunc non excludit ius adeundi.Sed adire po
teſt hæreditatẽ paternã.Sed quid eſt,ſi aſſignat vt hæres : & ob-
ſtaret ſibi exceptio pacti , niſi qa pater recepit renuntiationem
ꝓ ſe,& hæredib.ſuis,& decedendo ab inteſtato lex 12.tabularũ,
& tacita patris voluntas , cũ ſit de ſuis & neceſſarijs hæredibus,
faciunt eam hęredẽ:ergo licet repulſa ſit vt filia,tñ ex tacita vo-
luntate parẽtis,quæ ſuperuenit poſt pactum tẽpore mortis pa-
tris,qa in illo pũcto pater eã videtur tacite inſtituiſſe , nimirum
ipſa admittitur,ac ſi expreſſe eſſet inſtituta: nõ ſimpliciter tanq̃
filia,ſed ex ſuperueniente voluntate parentis, vt ff.de iure codi.
l.ſi quis cum nullũ.vnde videtur apertè concludi , ꝙ dicta ſoror
ſuccedat vna cũ alijs ſororib.conferendo dotẽ.Itẽ hoc dictat ę-
quitas naturalis , & patris erga filias æqua dilectio, arg. l.2.C.de
inoff.teſta.& hoc ſubtiliter dicit egregius Doctor.d. Bar.de Sa-
ly.hono.mihi frater in conſilio eiuſdẽ puncti.ſed & illud non o-
mitto,ꝙ dicta puella erat minor, & ꝙ ad donandũ non põt dari
curator,nec iudex põt interponere decretũ: & ideo ſi ſtatutum
requireret decretũ,& auth.curatoris ſimul cum iuramento, nõ
eſſet ſtatuto ſatisfactum,tex.eſt expreſſus. C.ſi maior factus.l.fi.
§.cum autẽ.ſed quia forſitan dicta ſubtilitas nõ placeret multis
in bonis proprijs paternis , ſeu allodialibus , ſequitur videre de
3 tertio.Sequitur itaq; †tertiũ dubium,videlicet,quid in emphy-
teuticis.ſi inſtrumentũ dicit , ꝙ recipit emphyteuſim pro ſe, &
ſuis deſcendẽtibus : & breuiter abſq; dubio dicendũ eſt, ꝙ dicta
renuntiatio non porrigit̃ ad bona emphyteutica tribus rationi-
bus ad idẽ tendentibus. primo : quia dicta bona non capiuntur
iure hr̃ditario,licet de hoc ſint opi.tñ Bar.ita firmat in l. Gallus.
in prin.ff.de lib.& poſth.& ff.de ope.li.l.vt iuſiurandi.§.ſi liberi.
Secũdò;quia noua emphyteuſis eſt in perſona liberorum , vt ff.
de ver.ob.l.ſtip.iſta.§.ſi quis ita.& C.de vſuf.l.fi. Tertiò:qa hoc
eſt expreſſum, ꝙ licet quis renuntiet hr̃ditati paternæ , non re-
nuntiat feudo, niſi per verborũ conceptionẽ vel interpretatio-
nẽ legis debeat eſſe hæres, ita intelligitur c.1.an filius vel agna-
tus.col.10.ſed ſubtiliter intuere verba contractus.nã in iſta em-
phyteuſi nõ debetur legitima,ſed tota,non quota omnib.filia-
bus,vt not.in l.etiã.ff.ſol.mat.& ideo cõmemoratio cauſæ fina-
lis.i.legitimæ nõ ptinet ad bona emphyteutica, qa à quo remo-
uentur verba cõtractus,remouẽtur iura cõtractus, vt ff.de con-
4 trah.em.l.q tabernas.Plura q̃runtur, † & primò an diuiſio pſu-
matur ex decẽnali poſſeſſione facta ꝓ diuiſo? & dicendum eſt, ꝙ
ſic;qa poſſidere eſt facti hincinde interueniẽtis.& hoc determi-
nat gl.or.in l.pen.C.cõi diui.licet aliqui nõ intelligentes dicant
cõtrariũ: q dicunt ex ſola patiẽtia contractũ nõ pſumi, nõ con-
ſiderãtes, ꝙ facta relatione de patiẽtia ad patiẽtiã reſultat quæ-
dam pmutatio,cui ineſt diuiſio. Ex his apparet ſolutio aliorum
dubiorũ depẽdentiũ à pdictis.Super puncto dñæ de more,quæ
fuit hæres relicta,dicendũ eſt rebus ſic ſe habẽtibus, ꝙ fuit reli-
cta domina,vt l.his verbis.ff.de hær.inſt. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCCXXXVIII.

1 *Pro iuribus incorporalibus, quæ remedia intententur.*
2 *Poſſeſſio vniuerſitatis an per ruſticos vtentes nemore probari poſſit.*
3 *Teſtes de vniuerſitate an ſint idonei teſtes.*

1 In Chriſti nomine. Præmittendũ eſt ad eui
dentiã, ꝙ †qñq; propo-
nitur petitorium, & nõ poſſeſſoriũ: qñq; poſſeſſorium , & non
petitorium:qñq; vtrunq;:qñq; proponitur officiũ iudicis:qñq;
proponitur negatoria pro iuribus incorporalibus. prima duo
membra ſunt clara,per ea,quæ plenè leguntur,& no. ff.de acq.
poſſ.l.naturaliter.§.nihil cõmune.& ff.de iudi.l.ſi de vi.C.de rei
vendi.l.ordinarij.& C.de interdict.l.incerti. quartum membrũ
de offi.iud.probatur in l.fi.ff.de off.procu.Cæſaris. ff. de var.co-
gni.l.de vſu aquæ. eſt & alius modus agendi, ſ.per actionẽ iniu-
riarum,vt ff.de iniur.l.iniuriarum.§.fin.& ff.de actio.emp. l.qui
pendente.& differẽtia eſt,vtrum ꝓponatur interdictum vel of-
ficium iudicis.nam in interdicto vti poſſidetis requiritur libelli
oblatio,&lit.conteſt.vt inſti.de interdict.§.hodie.Itẽ in his vin-
cit,qui probat ſe poſſidere tẽpore lit.conteſt. quod eſſe poteſt,
vel cõtinuatiuè continuando poſſeſſionẽ veterẽ: quia qui olim
poſſedit, præſumitur in interdicto vti poſſidetis hodie poſſide-
re:niſi cõtrariũ ꝓbetur, vt extra de proba. c.licet cauſam. & no.
per Odof.& per Cy.C.de proba.l.ſiue poſſidetis.in officio autẽ
iudicis nõ requiritur in hoc caſu libellus:ſed ſimplex petitio, &
ꝓbatio,vt no.Spe.in ti.de petitorio & poſſeſſorio. §.pe.verſi.in
ſumma no.& eſt expreſſum in l. liberis. §.vlt. ff.de li.cau. ſecun-
dum Andream de Piſis.Secundò præmittendum eſt ad euiden-
tiã, ꝙ facile eſt probare , ꝙ ſinguli poſſideãt, puta Petrus vel Io-
annes; quia totum probandũ conſiſtit in viſu: nã & fundus vide-
tur,& actus hominum ſubijciuntur viſui , & oculata fide perci-
piuntur, vt ff.de ver.obl.l.ſtipulatio iſta.§.hi quoq;.& not.in l.1.
§.1.ff.de itinere actuq; priuato.ſed probare, ꝙ vniuerſitas poſſi-
deat,iſtud eſt difficile; qa vniuerſitas eſt nomen iuris,& nõ per-
ſonarum,vt no.Inno.extra de ſenten.excomm.c.grauem. Item
qa licet ſinguli poſſideant,tñ vniuerſitas non poſſidet,niſi pro-
betur, ꝙ habuerunt mandatum ab vniuerſitate in cõſilio vel in
arengo,vt l.1.in fi.& 2.ff.de acq.poſſ.per gl.& Bar. & ff. de dolo.
l.ſed ex dolo.§.1.& ff.de re iudic.l.aliud.§.refertur. eſt verum, ꝙ
2 glo.†mouet dubium,vtrum per ruſticos vtentes nemore pro-
betur poſſeſſio vniuerſitatis , & dicendum eſt, ꝙ ſic, ſi nomine
vniuerſitatis poſſederunt vniuerſitate ſciẽte,alias ſecus,vt not.
in l.ſicut.§.1.quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine.& quia vniuer-
ſitas nihil propriè poteſt ſcire, oportet, ꝙ probet ſcientiam ad-
miniſtratorum eius ratificatio vel conſenſus,vt legitur & no.ff.
ad exhiben,l.tigni.§.Item. His ſic præmiſſis ſequitur quoddam
aliud.Ad euidentiã præmittendum eſt, ꝙ in poſſeſſorio , vel re-
tinendæ,vel officio iudicis,quòd tendit ad remouendum iniu-
riam turbatoris, impoſſibile eſt , ꝙ vniuerſitas vincat, niſi pro-
bentur prædicta, quæ vniuerſitatem repræſentẽt,& per hoc eſt
impoſſibile, quòd commoditas Gabiani in hoc poſſeſſorio vin-
cat:ſcilicet quia ꝙ poſſident vt vniuerſitas , nõ eſt articulatum,
nec probatum. Item ꝙ poſſederint ſinguli, qui ſint iſti ſinguli,
eſt incertum,& incerta probatio nulla eſt: quia homo in genere
non poſſidet,ſed certus homo, vt extra de probatio. c.licet cau
ſam. Item quia hic tractatur de poſſeſſione territorij & iuriſdi-
ctionis , conſtat autẽ territorium caſtri à ſingulis poſſideri non
poſſe,nec iuriſdictionẽ,cũ ſit publici iuris , vt patet expreſſe in
l.1. in fi. de acq. poſſ. Item quia per homines Fontaneti nihil eſt
petitum, vnde non poteſt eis aliquid adiudicari.iſta eſt gl.ordi-
na.& dictum Azonis in l.1. C.vti poſſ. videlicet Azo. in ſumma,
& Accurſius in gl.quæ incipit, precariò tenet , verſic.ſed pone.
iuxta naturalem regulã iudiciorum, quæ eſt, ꝙ nihil petenti ni-
hil poteſt adiudicari, vt ff.de except. rei iu. l. ſi inter me & re. &
hoc profunde diſputando tenet Hoſtien, Ioan.And.in c.ex con
queſtione.de reſtitu.ſpoliat.nec proſunt quantum ad effectum
victoriæ tanquã actoris probationes ſine libello, quia facta ſunt
lite non conteſtata, vt extra de lit.conteſt.cap.1. & extra de ele-
ctio.cap.dudum.oſtenſo igitur, quòd communitas & homines
Fontaneti non poſſunt tanquam actores vincere, videamus,an
poſſint vincere tanquã rei. Et ad euidentiam eſt præmittendus
tenor inſtrumenti publici, quo cauetur, ꝙ commune, vniuerſi-
tas , & homines Fontaneti approbauerunt , & ratificauerunt
quoddã cõpromiſſum,& laudum inde ſecutũ, quod fecerunt cũ
dominis de Gabiano,videlicet dñis Iacobo & Thoma, q tunc e-
rãt dñi dicti caſtri,an quib.dñis deſcendiſſe pſentes nobiles na-
tos eorũ notoriũ eſt: pſentib. & recipientib. pacẽ & finẽ, & pa-
ctũ de non petẽdo de toto eorũ iure,& dicti cõmunis remiſſio-
ne,& de omni eo,& quodcunq; dictũ cõe,& homines Fõtane-
ti petere & requirere poſſent in inſula , & paſcario, &c. de qui-
bus rebus nũc eſt controuerſia, vt patere põt ad oculũ, & patet
p cõfinia, vt ff.de cenſib. l.forma.in quo inſtrumẽto eſt cõſtitu-
tio precarij : vnde nunq̃ potuit vniuerſitas interrũpere poſſeſ-
ſionẽ,nec interrũpit dictis nobilibus , vt C.de pſcri.30.anno.l.
malè agitur. & in hac materia quanto antiquior eſt poſſeſſio,
tãto melior, vt legit̃ & no.ff.de ꝓba. l. cenſus. & extra de ꝓba.c.
cauſam,vnde nõ eſt dubitandũ, ꝙ omnis poſſeſſio, q̃ habuiſſent
cõe,& homines Fontaneti, ꝓdeſſet dictis nobilib. de Gabiano:
quia is poſſidet,cuius nomine poſſidet̃, vt ff.de acq.poſ.l.quod
meo.Præterea quantũ ad poſſeſſionẽ dictorum nobilium nihil
eſt aduerſatiuè probatum, vt ex præmiſſis apparet euidẽter cui-
libet nõ claudenti oculos intellectus,& pdictorũ nobiliũ certũ
eſt, ꝙ cõmunitas Gabiani habet ab eis cõſenſum & cauſam : vn-
de abſq; dubio ſunt victores. nec dicat aliqs ꝙ libellus ſit malè
formatus; qa ord.ita hũc libellum formant in l. Aurelius. §.cen-
tum.ff.de libe.leg.& Spec.& omnes.itẽ habet omnia ſubſtãtia-
lia libelli, ergo libellꝰ eſt bene formatus, vt no.in l.1.ff. de eden.
Præterea nõ põt rñderi, quin ex poſſeſſione tãti tpis ſit probatũ
dominium rerum , territorij & iuriſd. quia ſunt lapſi 100.anni,

 & vltra

& vltra à tempore dicti inſtrumenti confecti continuatiuè vſq; nunc, vt C. de ſac. ſan. ecc. l. fi. Item qui dat mihi titulum, non poteſt mihi referre quæſtionem dominij, nec qui ſe obligat mihi, vt C. ſi cer. pe. l. non vnde originem. & ff. commo. l. ita vt ſi fur. cum vulgari. ex quib. cum dictus libellus ſit fundatus ſuper ſubſtantia veritatis, & ſuper vero robore probationum, nullus valẽs vir poteſt negare, quin nobiles Gabiani, & homines Gabiani debeant obtinere. & iſtud conſilium ſecundum eſt, quòd ve-
3 riſſimum eſt.† ſed nec illud eſt omittendũ de teſtibus, vtrũ ſint idonei illi, qui produci habent pro parte hominum Fontaneti. & ſi inſpiciatur eorum ſyndicatus & procuratio, dicendum eſt, ꝙ non: quia mandatum cõcernit vniuerſaliter vniuerſos, & ſingulariter ſingulos: & his nominib. formati ſunt articuli: & ideo ſinguli non poſſunt eſſe actores & teſtes. nec eſt neceſſe ire ad dictum ſpe. & aliorũ ſuper ar. an ſinguli de vniuerſitate poſſint teſtificari in cauſa vniuerſitatis; quia iſta eſt cauſa mixta tam nomine vniuerſitatis, quàm ſingulorum, vt no. per Bart. in l. 4. §. actor. ff. de re iud. Item dictũ ſpecu. recepit limitationẽ de commodo, vt plene not. per Cy. ff. de rerum diui. l. in tantum. §. vniuerſitas. facit, quod no. Bar. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fiſci. Porro ille nõ proc. ſed actor ſingularis, vt ff. de procu. l. filius. §. veterani. ibi, vel qui cõmunem cauſam, &c. hoc addo, vt nihil de contingentibus omittatur. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXXXIX.

1 *Arbiter non poteſt præcipere alicui partium, vt vendat ſeu dimittat rem ſuam pro alia re.*

1 In Chriſti nomine. Viſis conſilijs meis, in quibus dicebam,† ꝙ arbiter, & arbitrator non poteſt mandare alicui parti, ꝙ ius ſuum alteri concedat pro precio declarato, vel nõ declarato, vel pro aliqua alia re danda, vel remittẽda; quia de hoc compromiſſum non eſt, nec pertinet ad conſequentiã rei compromiſſæ: & quia iniurioſum eſt quẽ inuitum cõpelli, rem ſuã diſtrahere, vel aduerſario concedere etiam maximo precio, vt C. de iure delib. l. nec emere. ff. de rei vend. l. nec quaſi. & talis arbiter non ſolum excedit fines cõpromiſſi, vt ff. de arb. l. nõ diſtinguemus. §. quæſitum. quia non fuit compromiſſum de re vendenda vel concedenda, ſed lite dirimenda, ac etiã quia eſt error expreſſus in ſententia: quia contra dictã legem, nec emere. Sequuta eſt tandem quædã ſentẽtia confirmatoria, in qua pronuntiatur dictũ laudũ validum, quod non continet aliquam cauſam inſertis cauſis, videlicet quia dictum laudum eſt æquũ, non obſtante ꝙ dictũ eſt de emptione & vend. qa nõ fit mentio in laudo de empt. & ven. ſed ſolùm dñr hæc verba, ꝙ in recõpenſationem precij valoris dicti plani caſtri, & valoris pdictarum rerum caſſat, & annullat quoſdã proceſſus, & remittit quaſdã pœnas: vnde dicit iſte pronuncians, ꝙ iſta verba non ſapiunt emp. & vend. vbi requiritur res & preciũ: & ideo ratio allegata in cõſilio meo non procedit. mirũ eſt de iſta ſententia; qa ego dixi & dico, ꝙ nõ poteſt dñium auferre compromittẽti pro aliquo precio, qđ in donatione vel remiſſione conſiſtat: nec etiã aliquo modo pcipere, ꝙ quis rem ſuam dimittat pro alia re, ſiue hoc cadat in contractu nominato ratione precij, ſiue in cõtractu innominato. caſus eſt in d. l. nec emere. quã ſciunt lippi & tonſores. Itẽ nemo vnquã dixit, ꝙ valeat laudum, qđ excedit fines, & naturã cõpromiſſi. Sed ſi iſtud laudum etiã pro bono pacis fuiſſet latum, nõ tñ eſſet bona pax iniuſtitiã facere euidentẽ, & cum magno detrimẽto. nã dicere, ſi vis habere pacẽ, careas re tua: non eſt hoc verbum iuridicum, etiã quacunq; ficta mente prolatũ, deinde dictus iudex adiecit hanc nouationẽ ad confirmationẽ dicti laudi: videlicet, quia dixit, ꝙ dictũ cõmune violenter in vẽdendo dictum planũ, & ſpoliando dictum Antoniũ pacifica poſſeſſione, in qua erat, omne ius qđ habebant homines, & dictũ cõmune amiſerunt; de qua cauſa debet mirari quicunq; intelligẽs, quia per l. ſi quis in tantã. nõ cadit quis à iure ſuo ipſo iure: ſed demũ tunc lata ſñia priuatiua, intẽtata cõdictione ex illa l. quã ſentẽtiã ego in actis nõ reperio, nec etiã libellum intentatũ ſuper d. l. ſi quis in tantam. vnde certũ eſt, ꝙ dñs nõ cadit à iure ſuo, niſi per ſententiã, vt ibi not. Secundò quia non eſt probatũ, ꝙ dictũ cõmune, cuius eſt planum, aliquã violentiã intulerit: quia non eſt probatũ, ꝙ hoc fuit deliberatũ in cõſilio vniuerſitatis, nec ꝙ in forma vniuerſitatis fuerit illata aliquã violẽtia. vnde vniuerſitas nõ cadit à iure ſuo pp delictum certarũ perſonarũ, vt not. in l. aliud. §. refertur. ff. de re. iu. cũ materia vulgari, q̃ eſt omnib. nota. Tertiò quia dicti homines cõtinuauerũt antiquã poſſeſſionẽ à tẽpore prædeceſſorum iſtius nobilis ſemper tẽtam, & continuatã. quapp̃ter propria auth. eſt licitum aggredi poſſ. vt l. 1. C. vnde vi. & l. ſed & ſi quemcunq;. ff. ad l. Aquil. & ff. qđ vi aut clam. l. ſi vitem. §. qui ad ianuam. & l. ſi ſeruus. C. quod cum eo. Quartò: quia iſte pronuntians eſt ſibijpſi contrarius, nam ſi communitas ceciderat à iure ſuo: ergo nihil ſibi debebat dari in recompenſationem, vt d. l. ſi quis in tantam. igitur laudum cõtradicit confirmationi, & confirmato laudo, & ratione perplexitatis non valet, vt ff. de re iu. l. vbi repugnantia. Cum igitur prædicta dicantur vera, & ſup hoc acta loquãtur, apparet nedum error, ſed ſatis magna culpa dicti pronuntiantis: vel parua conſideratio actorũ, & ideo dicta pronuntiatio debet reuocari indubitanter, & per hoc dicti ruſtici offerunt ſe paratos ſtare conſilio cuiuſlibet collegij non ſuſpecti. Et ita dico & conſulo ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXL.

1 *Promiſſio patris filiabus, quòd faciat ipſas hæredes, non valet.*

In Chriſti nomine. Factum tale eſt, Cechinus de Colleſſimo habuit tres filias, vnã nupſit; & ſubſequenter alias maritauit, vltimã natam in domo tenendo, & generũ in domo ſuſcipiẽdo. deinde ſuũ ſolẽne cõdidit teſtm̃, in quo duas filias ſibi hæredes inſtituit in dotibus, & vltra: filiã vero exiſtentẽ in domo nomine Federicã hæredem vniuerſalẽ inſtituit. poſtea mortuus eſt, vt apparet publico inſtrumẽto ſcripto manu Petri no. pſentis, & qui 30. ann. elapſis officium nõtariatus exercuit. poſt eius mortem Federica eius filia vniuerſalis inſtituta hæres hæreditatẽ quõdã ſui patris adiuit, & ſe immiſcuit, & pacificè poſſedit. tẽpore procedente, aliæ duæ filiæ Cechini nuptæ dñt bona quondam Cechini earum patris ad ipſas ſpectare pro rata: quia dñt, ꝙ Cechinus primogenitã maritauit; & ꝙ promiſit ſuo marito, & notario ſtip. ꝙ ſi decederet ſine filijs legitimis maſculis, ꝙ ipſa primò promiſſa ſponſa vnà cum alijs filiab. maritandis ſuccederẽt pro rata per capita, & obtulerunt libellũ in actione cõi diuidundo petendo, ꝙ ipſa Federica diuidat cũ alijs ſororib. omnia bona, iura, & actiones, pro parte Federicæ. excipit, ꝙ inſtr̃m eſt nullũ tam reſpectu opificis & fabricãtis, q̃ reſpectu formę, & ſubſtantiæ: quia non eſt, nec poteſt eſſe notarius. & etiam tradit inſtrumentum partib. in alia forma, quàm productum fuerit in iudi-
1 cio. quæritur, quid iuris. Non† expedit tot verba allegare: quia caſus eſt in l. pactum, quod dotali. C. de pactis, ſcilicet, ꝙ nõ valet pactum, & ideo conſilium verum eſt. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXLI.

1 *Si domus locata ad vſum profeſſoris Grammaticæ per ipſum præceptorem commendata cuidam iuueni prouido fuit à caſu igne cremata, an teneatur præceptor, an iuuenis, an nullus de damno ipſius domus ipſi locatori.*
2 *Declaratio ad illud, quòd incendia plerunq; fiunt culpa inhabitantium.*
3 *Culpam caſus fortuiti quis probare teneatur, locator, an conductor.*

In Chriſti nomine. Quidã magiſter Grammaticæ ad cuſtodiam ſcholarum dimiſit quendam adultum ętatis 20. an. tñ induſtrioſum & diſcretum ſecundũ ætatem ſuã nepotem ſuum, ac diſcipulum: mandauitq; eidem, ꝙ diligentiam haberet ſuper cuſtodia domus & denariorũ; qui more Grammaticorũ habebat ibi lectos, vt viſitaret cameras ſcholarum, prout ipſe magiſter erat conſuetus facere, & nocte faceret extingui lumina: qui ſero hora cõpetenti viſitauit cameras, & non inuenit niſi vnum lumẽ, qđ extingui fecit. Tandem ex inferius ea nocte ſurrexit ignis, & cõbuſſit domum, & omnia, q̃ intus erant dicti magiſtri magni valoris, petitur à dicto magiſtro emendatio damni. Quæritur,
1 quid iuris per locatorẽ dictæ domus.† Conſiderandũ eſt, ꝙ iſta petitio poteſt fundari in duobus. primò in actione ex locato, in quo natura cõtractus non venit culpa leuiſſima, vt ff. loca. l. ſi vt certo. §. nunc videndũ. ſecundo in actione legis Aquiliæ, in qua venit leuiſſima culpa in cõmittẽdo, nõ negligẽdo, vt ff. de vſufr. l. ſi cuius. §. deniq;. adhærendo textui, & non gl. nam ſecundum tex. ille §. ſemper allegatur, ꝙ actio l. Aqui. datur pro damnis datis cõmittendo, nõ omittendo ſecũdum do. Ray. & alios. videatur igitur nunquid iſte magiſter fuerit in aliqua culpa: & ſi fuerit in culpa, an leui vel leuiſſima. Et videtur, ꝙ fuerit in graui, vel ſaltem leui culpa: quia non debuit puero committere tantã ſolicitudinẽ: cum naturaliter talis ætas non regatur per ſe, ſed per procura[illegible], quia conſtat non habere plenã induſtriã, vt legi. & [illegible] l. ſed & ſi quis. §. pupillus. item qui negligenti rẽ [illegible] cõmittit, ſibi imputare debet, vt ff. de act. & obl. l. 1. §. [illegible]. & inſt. qui. mo. re contrahi. oblig. §. præterea. Sed hic [illegible]ntia probatur per locũ ab effectu; quia ſi fuiſſet diligẽs, caſus incendij non occurriſſet: ſicut non occurrerat per prius, vt ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi fornicarius. itẽ in incendio ſemper pſumitur culpa, vt ff. de peri. & com. rei ven. l. ſi vẽditor. In contrariũ videtur, qa ætas 20. anno. apta eſt ad conſiliũ & prudentiã animi, vt C. de his, qui ve. æta. impetra. l. 2. Et tales habentur loco maiorũ, ſi conſueuerunt facere id, ꝙ diligentiores faciunt, vt C. qui, & aduerſus quos. l. 1. in prin. Item quia conſuetũ eſt pro modico tẽpore cõmittere cuſtodiã ſcholariũ occurrente aliqua neceſſitate rei familiaris. Et certè in tali ętate eſt aptus regere ſcholas, & eſſe doctor in Grammatica, & in artibus, imo & in legibus, vt ff. de poſtu. l. 1. §. pueritiã. ergo multo magis ad cuſtodiã ſupellectilium. itẽ in iſto iuuene apparet animi probitas, conſilium, & ſolicitudo rei, quæ ſufficere debent. fecit enim qđ quilibet magiſter diligens facere debuiſſet. Itẽ erat nepos conductoris, in quo nodus & ſanguinis vinculum confidentiam inducebat, ff. cõ. l. ageretur. Item maior 17. annis à iure idoneus procurator ad negotia cenſetur, vt inſt. qui manu. nõ poſſunt. §. ſemel. & in c. qui generaliter. §. nedum vero. de proc. li. 6. & vtrobiq; eſt caſus iſtius quæſtionis quo ad punctũ de idoneitate præſumenda. item abſentia fuit nõ improbabilis. Itẽ dictus ignis ab incerto authore cauſam habet, nõ debet imputari ipſi magiſtro, etiã ſi vnus ex ſcholarib. ignem tacitè ſumpſiſſet, vt d. l. ſi vendita. vbi eſt caſus iſtius queſtionis. certè vti opera ſcholarium nõ eſt vti opera malorũ hominũ, ſed opera filiali: Nam eos filios noſtros rectè dicimus, vt ff. de verb. ſig. l. quibus præcipua. igitur ex eorũ culpa non contrahitur noſtra obligatio, niſi origo culpæ pficiſceretur à nobis, vt ff. furti aduerſus nau. l. 1. §. in ſeruo vero. licet gl. ibi ſoluẽdo cõtrarium de l. videamus. locati. dicat, ꝙ aliud, qñ quis inducit in domũ ſuã, aliud qñ in alienã. & bene dicit, qñ res aliena nõ eſſet ad hunc vſum parata. Sed hæc domus Grãmaticæ erat parata ad illũ vſum ad ducendum & tenen. ſcholares, vnde inductio nõ habet in ſe culpã, vt ff. de vſuf. l. arboribus. §. nauis. Itẽ nec appoſitio cuſtodis, quia cuſtos fecit id, quod diligens faceret: & quod eſt de natura, vt ita dixerim, & conſuetudine talis cuſtodiæ. & habemus ſimile in cuſtodib. pecorum, qui vt plurimũ ſunt pueri, nã per conſuetudinem excuſantur illi, qui cõmittunt eis cuſtodiam: quia illius diligẽtiores capaces ſunt. vnde ſi vera ſunt ea, q̃ proponuntur in facto, quæſtio iſta, quæ facti eſt & iuris, determinatur pro dicto magiſtro Grãmaticæ. ad quod optimè & formaliter facit d. l. 2. in prin. C.
2 de his, qui ve. æta. impetra.† Ad illud autẽ qđ dicitur, incendia culpa inhabitantiũ plerunq; fiunt, vt l. 3. §. & quia. de offi. prefecti vigilũ. Rñdeo vt ſ. Quia nõ cõſtat per cuius culpã, vnde nõ tenetur cõductor. & quia dicit, plerunq; conſtat, ꝙ aliquãdo ſine culpa, vt qñ per ſcintillã vento immiſſam ignis euolat in paleam, & inuiſibiliter multiplicatus eſt ignis paleis, qđ etiã ſicut
3 ex aſtutia inimici nocte ſubmiſſus diligentiſſimis cõtingit.† vnde cũ locator habeat probare culpã, ſuccũbit, ſi nõ probat. nam probatio debet cõcludere de neceſſitate, vel quaſi: nã in alterutrã partẽ cõtingentib. fauemus reo, vt extra de prob. c. in præſentia. & l. non hoc. cũ ſua materia. Item cuſtodiã adhibuit, qualẽ diligens ipſe idem in ſuis. l. cuſtodiam. de peric. & commo. rei vend. prædictæ enim legis ſonus nõ intendit dicere, niſi in contractu eſſet appoſitum aliud pactũ. & facit ff. nau. cau. ſta. l. nautæ. & caupo. Et ito dico & conſulo ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLII.

1 *Legatum factum de debitoribus, eſt intelligendum de veris & liquidis.*
2 *Dictio, ſeu, quid importet.*

In Chriſti nomine. Verba ita dicunt, ꝙ Gimetus teneať infra mẽſem tradere & deliberare tutorib. Peruſij tot & tantos debitores, & inſtrumenta contra ipſos debitores, q̃ aſcendant ad ſummam & quantitatẽ flor. 225. Ianuenſium, videlicet de illis, & ex illis debitorib. qui tenẽtur & obligati ſunt dare Ioanni de Corrado, &c. occaſione apothecæ pannorũ, & ex illis debitoribus, & nominib. debitorũ, &c. Et ſint tales debitores, & quantitates debitorum ex illis, quos & quas ipſi tutores voluerunt eligere & capere, ac ipſis in ſol. pro ipſa quãtitate retinere, qui in libris apothecæ ſint deſcripti. Modo q̃ritur, quid importent hæc ver-
1 ba.† Et ſicut apparet, hæc verba diuidũtur in tres partes, in prima obligatio dãdi nomina debitorũ, ſeu inſtrumẽta vſq; ibi, videlicet de illis. in ſecunda declaratio, de quib. debitoribus, vſq; ibi, & ſint tales debitores. in tertia dicit electio ipſorũ noĩm tutoribus, vſq; ibi, hoc acto. dico igitur accipiẽdo tertiã particulam, ꝙ dicti tutores nõ tenentur acceptare, niſi veros debitores deſcriptos in libris dictæ apothecæ: qa data eſt eis optio nominũ debitorũ deſcriptorũ, liquere ideo oportet ipſos debitores eſſe. & hoc ex prima parte ſcripturæ, & ex cõmemoratione inſtrumẽti; quia dicit tot & tãtos debitores. & inſtrumẽta: q. d. ꝙ noĩa debẽt eſſe liquida. docere igitur debet dictus Gimetus debita ſubſiſtere, & vera eſſe, vt in l. 1. C. creditorẽ euictionem pignoris nõ debere. vbi teneť docere creditorẽ eſſe illũ: aliter te-
2 netur actionẽ cedere. ibi eſt tex. & ibi hoc dicit But. & Bar.† Itẽ illa dictio, ſeu, ſiue ponatur expoſitiuè, ſeu ampliatiuè, hoc ſonat, vt ff. de aur. & ar. le. l. ſi quis ita. ſiue ponatur alternatiuè. q. d. per inſtr̃m. aut aliter intelligitur de alia probatiõe, q̃ per inſtrumenta, quæ ſit expedita, liquida, & clara: vt C. de compenſ. l. fi. hoc etiã probat tertia particula, de qua ſ. quia dicit, tutores habent electionẽ, ergo pñt eligere debita clariora. intereſt. n. creditoris habere facilẽ probationẽ, & cũ habeat electionẽ, poteſt eligere, quod ſibi magis expedit: dũmodo eligat de debitoribus deſc. in libro dictæ apothecæ. facit, quod no. per Cy. in l. fi. in pr. C. cõmunia. de leg. imo fatuũ eſſet eligere debitorem, quẽ non poſſet probare eſſe debitorẽ: qa quod caret pbatione, p nullo habeť, vt l. duo ſunt Titij. de teſta. tute. & l. in l. de cõtrah. empt. & l. Ruttilia Polla. & hoc patet; quia ecõtra ſi data eſſet electio debitori, poſſet eligere, quæ nomina vellet dare, vt ff. de contrah. emp. l. comprehenſum. dum tamen eſſent vera nomina, & veri debitores, vt in l. ſi nomen. ff. de hæredi. vel actio. vendita. vbi eſt caſus quæſtionis noſtræ. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXLIII.

1 *Sententia an poſſit ferri ſub conditione.*

In Chriſti nomine. Quidã aſſeſſor fecit executionẽ contra Titiũ, qui Titius in ſyndicatu cõqueritur de iudice dicens, ꝙ illud debitũ iã ſoluerat. modo contigit, ꝙ in ſyndicatu iſte aſſeſſor fuit abſolutus hoc ſaluo: ſi dictus debitor probauerit ſe ſoluiſſe: & ſi
1 probauit, fuit condemnatus. iſte pbauit ſe ſoluiſſe.† Quæritur, vtrũ dicta ſentẽtia ſit contra dictum aſſeſſorẽ executioni mandanda, nec ne: & videtur ꝙ ſic; qa ſentẽtia licet ſit cõditionalis, valida eſt, & exiſtẽte conditione exequibilis, vt C. de ſenten. & interlo. om. iudic. l. cũ eorũ. & in l. 1. §. biduũ qñ app. ſit. In cõtrariũ eſt veritas. Et ad euidentiã eſt præmittendũ, ꝙ qñq; ſentẽtia fertur cõtra ius legis, qñq; cõtra ius partis, qñq; cõtra ius iudicis, qđ tertium membrũ addo ad clariorẽ intelligentiã, licet cadat ſub illo mẽbro cõtra ius partis. Et accipio iſtud tertiũ membrum: & dico, ꝙ iudex ex nouiter probandis poſt ſuã ſentẽtiam nõ poteſt ex imperitia cõdemnari, nec etiã dolo; qa probatiões factæ poſt ſententiam non arguunt iniquitatem iudicis, nec eũ cõuincere poſſunt: ſed de ſe cõqueri poteſt ille, qui non probauit. iſte eſt caſus. ff. de eden. l. argentarijs. §. cum autẽ. hoc idẽ dicit decretalis ad literã extra de priui. c. cum olim. quapropter de dicta ſentẽtia ſatis eſt admirandũ, & ideo vtile per inutile nõ vitiatur: remanetq; dictus aſſeſſor abſolutus, & nullatenus cõdemnatus: & ſi condemnatio eſſet aliqua, debet reſcindi tanquã euidenter iniqua ex ſui inſpectione. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXLIIII.

1 *Inſtrumenta & contractus differunt.*
2 *Inſtrumenta quæ probent, & quæ redargui poſſint de falſo.*
3 *Probare quis teneatur falſitatem inſtrumenti per debitorem excipiendo allegatam.*
4 *Famuli abbatis pro monaſterio, & tutores pro pupillo, & coloni pro domino an poſſint eſſe teſtes.*

1 In Chriſti nomine. Ad euidentiã præmittẽdum eſt, † ꝙ aliud eſt contractus & eius partes, aliud eſt inſtrumentũ, & partes inſtr̃i. cõtractus. n. principalis cum omnib. ſuis clauſulis eſt factũ partiũ, appoſitio diei, & cõſulis, loci, & teſtium, eſt factũ notarij, vt le. & no. in l. 1. §. edi. in fi. magnæ gl. ff. de eden. Secundo pmittenda ſunt quædã verba Ia. Bu. q̃ prima facie vñr in multis obſtare monaſterio, q̃ ipſe ponit. C. de eden. auth. ſi qs. in aliquo doc. q̃

2 talia ſunt.† item q̃ro, q̃ inſtrumenta probent? Reſpon. priuata
non, niſi ſolẽnia, vt no. in l. inſtrumẽta. de proba. publica vero, q̃
hñt tria nomina. ſ. originale, exemplar, & protocollum; ꝓbatur
regulariter in l. cũ precibus. de prob. fallit, ſi reddatur ſuſpectũ,
quod contingit altero de tribus modis. vno modo, quia eſt ra-
ſum, abolitum, vel cancellatum in loco, de quo eſt quæſtio: &
tunc illud inſtrumentũ non probat, neq; tale vitium poteſt pur
gari, vt ff. de edi. diui Adri. toll. Secundò redditur ſuſpectum ex
perſona producentis, vt quia eſt vilis & abiecta perſona, & ſoli-
tus aliàs falſa producere. & hoc vitiũ bene purgatur, ſi alius ho-
neſtus ſimiliter producat cum eo: & probatur, vt l. ſi quis. §. co-
gentur. ff. de eden. Tertio modo redditur ſuſpectum ex perſo-
na ſcribentis, quia aliàs eſt ſolitus falſa ſcribere: & tale non pro-
bat, l. ſi aliquid. de ſuſceptoribus, & archa. ſed licet hodie repe-
riatur falſa ſcribere inſtrumenta, nõ propterea vidẽtur falſa in-
ſtrumentá in p̃teritum facta, imo probabunt, licet aliqualis ſu-
ſpicio ſit in eis, Iac. Bu. cum igitur inſtrumentũ productũ ꝑ par-
te monaſterij laboret duob. vitijs, ſ. vitio faciei, quia caſſum in
loco ſuſpecto, ſ. in perſona teſtis: & quia notarius eſt multũ dif-
famatus, & intantũ apud bonos & graues, ꝙ præſes prouinciæ
pro ſua grauitate non debet ei credere: ergo tã ratione formæ,
ſiue figuræ inſtrumẽti, q̃ ratione pſonæ non debet ei credi, imo
debet tanq̃ falſus repelli, vt extra de priui. c. cum olim, propter.
3 ſed ex aduerſo. Præmitto ad euidentiam dicti Spe. in tit. de pro-
ba. §. 1. ver. ſed pone. cuius verba hæc ſunt, ſed pone, peto à te
100. quæ mihi debes: tu negas debitum: produco inſtrumẽtum
ad probandum: tu excipis contra illud de falſo. Nunc quæritur,
quis noſtrum debet probare. Iaco. diſtinguit, nam aut de falſo
agitur ciuiliter aut criminaliter: ſi ciuiliter, aut inſtrumentũ il-
lud eſt prima facie ſuſpectum: puta eſt cãcellatum, vel in aliqua
ſui parte abolitum, vel tabellio alias falſas ſcripturas conſueuit
facere, & tunc producens debet probare illud verum eſſe, C. de
proba. l. iubemus. aut non ſuſpectum, & tunc excipiens debet
illud probare eſſe falſum, C. de eden. l. qui accuſare. Si autẽ cri-
minaliter de falſo agitur, tunc vterq; debet probare, primo ta-
mẽ excipiens, & ſubſequẽter producẽs, vt C. de fal. ibi, iſta ſunt
verba Speculatoris, quæ continent ipſam veritatẽ; quia eſt tex.
in d. l. iubemus. Cancellationes enim & denigrata fama tabel-
lionis niſi eſſet exauctoratus, ad fidei pertinet quæſtiones, vt C.
de teſtamentis. l. ſi vnus. & ideo aut imponitur fides inſtrumen
to, aut non: oportet autem hãc fidem imponi per legitimos te-
ſtes, aliàs inſtrumento non creditur: & ſi quidem legitimi te-
ſtes deponant directè de veritate inſtrumenti: quia interfue-
runt negotio, vt C. de teſti. l. teſtium. tunc planum eſt, quòd ſta-
tur inſtrumento, ſi teſtes ſunt legitimè recepti, & ei impoſita fi-
des, ſiue loquamur in ordinarijs iudicijs, ſiue in ſummarijs. Sed
antequam ſit impoſita fides in ſummarijs, nõ debent recipi iſti
teſtes, qui pertinent ad altiorem indaginem in ordinarijs. ſic no
tat lex edicto. quia in illo edicto neceſſe eſt, quòd ſcriptura non
appareat læſa: tamen in ipſa ſcriptura conſiſtat ſubſtantia quæ-
ſtionis. nam in illo edicto iudex debet procedere oculata fide,
non per auditum aurium, vt inſt. de gradibus. §. ſed cum magis.
Item dico, quòd ſufficit probatio indirecta; vt quia debitor fidẽ
cautionis agnouit, vt l. cum fidem. de non num. pec. quia igitur
hoc modo eſt impoſita fides dicto inſtrumento per duos teſtes
bonæ famæ, ſtandum videtur dictæ ſcripturæ: quinimo magis
dictis teſtibus. Item quia ſcriptura ſuſpecta non eſt omnino in-
ualida: imo mutuo ſe iuuant ſcriptura & teſtes, vt d. l. ſi quis ex
4 argentarijs. §. cogentur.† Non ob. ꝙ vnus teſtis ſit famulus ab-
batis, alter colonꝰ antiquus: quia in cauſa monaſterij bene poſ-
ſunt teſtificari, vt in Spe. de teſte. aliàs eſſet in poteſtate abbatis
ſubtrahendi probationes monaſterij faciendo aliquem ſibi fa-
mulum vel colonum. Item nemo dubitat, ꝙ famulus tutoris po
teſt eſſe teſtis in cauſa pupilli. Item licet colonus dicatur fami-
liaris taliter, qualiter, non tamen ei poteſt de iure imperari: nec
etiam amici repelluntur à teſtificãdo, tex. eſt ff. de vſuris. l. ſcien-
dum. & iſta pertinent ad iuris ſubtilitatem, veritatem autem
Deus, qui eſt veritas, tueatur ſiue pro, ſiue contra: quia ignoro.
ſed ſolùm ſecundum conſcientiam ex actis informatam allega-
tiones feci. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLV.

1 *Pactum factum cum famulo deputato ad vendẽdum merces domini, quòd non poſſit vendere aliquas merces alteri ſub pœna, an valeat.*
2 *Pœna an toties committatur, quoties fuerit contra factum.*
3 *Vendere an poſſit per interpoſitã perſonam ille, qui non vendere promiſit.*
4 *Ex nudo pacto an poſſit agi ad pœnam.*

In Christi nomine. Titius locauit operas
ſuas Seio ad vendendũ
ꝑ ipſo in M. pannos auri, ꝓmiſitq;, ꝙ dictus Titius pro alio, vel
etiã pro ſeipſo nõ venderet pannos auri in dicta ciuitate M. du-
rante dictæ locationis tpe ſub certa pœna toties committenda,
quoties cõtrauentũ fuerit: nec ſtipulatio pœnæ aliter interceſ-
1 ſit.† Modò q̃ritur, primò, an pactũ valeat: & vr̃ ꝙ non: qa eſt con
tra publicã vtilitatẽ: nã publicè intereſt plurimos mercatores
in ciuitatib. eſſe, vt l. 1. C. de monopolijs. In contrariũ videtur, ꝓ
regulã ait prætor, pacta ſeruabo. Item graue eſt fidẽ fallere, vt l.
1. in prin. ff. de conſtitu. pecu. Item iſtud eſt pactũ vnius ſingula-
ris perſonæ, qđ non derogat publicę libertati; qa infiniti ſunt a-
lij, qui pñt vendere dictos pannos. Itẽ vnus non facit monopo-
liũ, ſed congregatio. Itẽ licitũ eſt pactum, ꝙ famulus meus de-
beat mihi ſoli operari durante tpe operarũ, nec diuertere ſe ad
contrariã operã, & mihi nociuam, vt ff. locati. l. in operis. item
debet eſſe ſolicitus cõmodo meo, cõtra quoſcunq; ago, & con-
tra ſeipſum, vt ff. de cond. ind. l. frater à fratre. §. potius. Itẽ in iſto
ſermone ſpeciali cõtinetur perſona loquẽtis, vt l. inquiſitionib.
veritatis. C. de ſolu. item valet pactum, ne liceat tibi piſcari, vbi
ego piſcor: ſicut valet conſuetudo & præſcriptio, vt l. vt iniuriã.
in fi. ff. de feriis. & l. venditor. ff. cõmunia prædio. Itẽ no. caſum
expreſſum. ff. de ope. lib. l. libertus negotiatoribus. à contrario
ſenſu. Pro hoc induco dictum Spec. in tit. de locato. §. reſtat. vbi
dicit, ꝙ locator operæ debet fideliter, & ſolicitè facere, q̃cunq;
cõductori, atq; negotijs ſuis vtilia crediderit: & à cõtrarijs abſ-
tinere. & ponit hæc verba in formam pacti. & ſic bene facit ad
propoſitũ, quod tñ pactum in annona tanquam contra publicã
vtilitatem, & contra fauorem alimentorum factum ipſo iure
eſſet nullum, ſi quis paciſceretur, ꝙ non poſſet portare frumen
tum indigẽtibus in plateam, vt l. 1. ff. ad legem Iuliam de anno-
2 na.† Secundo quæritur, nunquid pœna cõmittatur infinitis vi-
cibus? Et videtur, ꝙ ſic: nã iſtud pactũ quod toties, quoties, &c.
eſt approbatum à iure, vt ff. de arbi. l. ſi duo. ſed hoc videretur
valde iniquum, vt C. de ſententijs quæ pro eo, quod intereſt. l. 1.
in fi. quia nõ debet excedere quadruplum totalis intereſſe. Sed
gl. ibi dicit, ꝙ in pœnis non multiplicatur intereſſe, niſi quando
p̃ nomina multiplicatiua refertur ad intereſſe, vt ff. de ver. ob. l.
ſi iſta. §. ante. ſed dices, hic ſunt nomina multiplicatiua, l. toties,
quoties. tñ non referũtur ad intereſſe ex tenore verborum. ſed
opinio vltra montanorum attendit realitatẽ: nos verò cõmuni-
ter ſeruamus gl. Nõ tñ obſtat. ff. de leg. 3. l. fideicõmiſſa. §. ſi quis
3 decem. quia alius eſt ibi caſus.† Tertium punctũ eſt, vtrum qui
promiſit non vendere, poſſit per interpoſitam perſonam ven-
dere. & dicendum eſt, ꝙ non quia venit contra mentẽ conuen-
tionis, vt ff. de legibus. l. fraus. & ff. de cond. & demonſt. l. hæres
4 meus. §. quod in fraudẽ.† Quartũ & vltimũ punctũ eſt, vtrũ ex
nudo pacto poſſit agi ad pœnã. & dicẽdum eſt, ꝙ ſic, quia acceſ-
ſoriũ veſtitur à principali per cohærentiã cõtractus, vt ff. ſi cert.
pet. l. lecta. quod plene not. in l. petens. C. de pactis. Item quia
propter ſcripturã præſumitur ſtipulatio interceſſiſſe, vt plene
no. in l. ſciendum. ff. de verb. obl. & inſtit. de inutilibus ſtipula-
tio. §. ſi ſcriptum. Et ita dico & conſulo Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLVI.

1 *Si teſtator diſpoſuit, quòd omnia debita tam contracta per filium hæredem, quam per quemcunq; alium hæredem debeãt ſolui per dictos hæredes, an intelligatur quilibet pro dimidia? vel qualiter.*

In Christi nomine. Caſus talis eſt, Grego-
riꝰ de Marinetis de Fer
rária, & Galeotus eius filius emancipatus emerunt quaſdam ga
bellas à cõmuni Ferrariæ pro tempore duorũ annorum, ſoluen
do ſingulis menſibus pro rata: tandẽ dictus Gregorius veniens
ad mortẽ condidit teſtamentũ, in quo mandauit, quòd omnia
debita contracta tam per dictum Galeotum, quàm per quem-
cunq; alium de Marinetis de Ferraria, in quibus debitis ipſe te-
ſtator non eſt obligatus, cõmuniter ſolui debeãt per infraſcri-
ptos ſuos hæredes, videlicet per dictũ Galeotũ pro dimidia, &
Io. & Nicolaum eius nepotes ex alio filio præmortuo pro alia
dimidia: & dũmodo dicta debita cõtracta, & facta ſint ante mor
tẽ dicti teſtatoris. & ibi ſubiecit hæc verba, volens & mandans,
quòd



quòd propterea dictis creditoribus nõ quæratur hypotheca. &
mortuus eſt dictus teſtator poſt menſem dictæ cõductionis, vel
poſt annũ, nõ curo, ſubſiſtente dicto cõtractu, & factis omnib.
ſolutionibus vſq; tũc, poſt cuius mortẽ ſucceſſiue decurſerunt
plurimi menſes, pro quibus nõ fuit ſolutũ. Quærit̃, qualiter ſit
ſoluendũ? Nam dicũt, ꝙ ex dicto cõtractu ſurrexit duplex obli-
gatio, videlicet in dictũ Galeotũ pro dimidia, & in dictũ Geor-
gium pro alia dimidia: quodq; dictus Galeotus ex ſua perſona,
& nõ hæreditario nomine tenet̃ in dimidia. Item dictus Geor-
gi. ex ꝓpria perſona tenebat̃ in alia dimidia, quæ obligatio dicti
Georgij diuiſa eſt per legẽ 12. tabularũ inter dictos hæredes pro
hr̃ditarijs portionibus, vt C. de pact. l. pacto debitorũ, & C. de
hær. act. l. pro hr̃ditarijs. ex quo inferũt de neceſſitate, ꝙ Galeo-
tus ex ſua perſona tenetur pro dimidia. Item tanquã hæres te-
netur pro dimidia alterius dimidiæ. Sed econtra dicit Georg. ꝙ
iſtud nõ eſt verũ: & hoc vigore dicti legatarij ſtatuẽtis, ꝙ omnia
debita tam cõtracta per dictũ Galeotũ eius teſtatoris filiũ, quã
per quemcunq; aliũ de Marinetis debeant ſolui per dictos hæ-
redes, videlicet per dictũ Galeotũ pro dimidia, & alios nepotes
ꝓ alia dimidia, ꝙ quidẽ legatũ, imo prælegatũ valet, vt ff. de leg.
1 2. l. cum ab vno. Modo quærit̃, quid iuris?† Videlicet vtrũ dictus
Galeotus teneatur ꝓ trib. partibus, & dicti nepotes pro quarta
parte totius dicti debiti: an vero dictus Galeotus tenetur ſolum
pro dimidia, & dicti nepotes ꝓ alia dimidia totius debiti excur-
ſi poſt mortẽ teſtatoris: & nõ eſſet quæſtio, niſi eſſet dictũ lega-
tum, & ordinatio teſtatoris. Pro Galeoto allegãtur verba teſta-
menti. Primo, quia verba dñt, ꝙ omnia debita contracta per di-
ctum Galeotũ ſoluãtur ꝓ dimidia, vt ſ. & qui omnia dicit, nihil
excipit, vt ff. de leg. 3. l. Iul. in prin. cum ſi. Secundo ꝓpter verbũ,
ſoluenda. nam hoc verbum futurũ tempus demonſtrat excur-
rens, tam poſt teſtm̃ ante mortẽ, quã poſt mortẽ teſtatoris, vt
ff. de verb. ſig. l. verbũ oportebat. & l. verbũ facere. Tertio hoc
vr̃ probari aperte per illa verba, dummodo dicta debita ſint fa-
cta, & cõtracta ante mortẽ dicti teſtatoris. nam nõ eſt dubium,
ꝙ dictus cõtractus originẽ, & formam habuit in vita teſtatoris:
quia cõtractũ dicimus ea die, qua celebratus eſt cõtractus: vt il-
la dies ponit̃ in inſtr̃o, vt ff. de eden. l. 1. §. editiones. Item factũ
dr̃, ꝙ pro infecto haberi nõ poteſt, vt ff. de captiuis. l. in bello. §.
factę. itẽ cõtractũ accipimus promiſſionẽ hincinde, vt ff. de ver.
ſig. l. Labeo. §. cõtractus. etiã ſi conditionalis ſit cõtractus, vt no.
C. de pact. l. petens. Itẽ verba legatorũ debẽt large intelligi, prę-
ſertim inter cõiunctas perſonas, vt ff. de aur. & ar. leg. l. quintus.
§. fi. & C. de leg. l. cum alienã. Itẽ ad hoc facit æqualitas ſeruanda
inter liberos, vt ff. de leg. 2. l. cũ pater. §. euictis. itẽ ſi dictus Ga-
leotus nõ fuiſſet emancipatus, ſed patri quæſtum retuliſſet, ſua-
deret hoc ratio naturalis, pariter & ciuilis, quaſi pater vſus fuiſ-
ſet opera eius, nõ vt correi debendi, ſed vt miniſtri, vt ff. de edẽ.
l. prætor. §. 1. Sed recte Sabinus. In cõtrariũ videt̃, ꝙ dictũ teſtm̃
nõ contingat caſum noſtrũ. & primo ꝓpter illa verba, in quib.
debitis ipſe teſtator nõ eſt obligatus: nam iſtud debitũ, de quo
quærit̃, eſt vnũ, & idem debitũ, ſi obligauerunt ſe quilibet inſo-
lidũ, vt ff. de pact. l. ſi plures. nã ita veriſimile eſt, ꝙ contineatur
in inſtrumẽto, quæ obligatio eſt reſpectu fiſci: ſed inter ſe quili-
bet tenetur pro parte, vt no. in l. 1. C. de duobus reis. item ſi in-
ſtrumentũ non diceret, quilibet inſolidũ, tamen illa verba, pro
quibus debitis ipſe teſtator non eſt obligatus. non poſſent veri-
ficari, quia nõ eſt vera vniuerſaliter iſta propoſitio, nõ eſt obli-
gatus, ex quo eſt ꝓ parte obligatus ex vno, & eodẽ cõtractu, vt
ff. de duob. reis. l. reos. §. cum in tabulis. Itẽ hoc probatur, quia
teſtator expreſſe voluit conſiderari tempus mortis: ꝙ eo videli-
cet tempore debita eſſent cõtracta, & facta, ad hoc accedunt o-
mnes leges, quæ dñt tempus mortis conſiderari, vt l. Mela. §. 1.
ff. de adimen. leg. & ff. de fun. inſtr. l. Lucius. cum materia ſua. o-
portet tñ videre, quid eſt dictũ debita cõtracta, & facta, nã de-
bitũ poteſt conſiderari duobus modis ſcilicet initiatiuè, & tũc
bene erit initiatũ ante mortẽ dicti teſtatoris, & completiuè, &
tunc non ſuberat tẽpore mortis dicti teſtatoris imo actio ince-
pit ab hærede, vt C. vt actio. ab hæredi. & contra hær. l. 1. nam ex
locatione pro futuro tẽpore non eſt nata efficax obligatio, licèt
plures penſiones reducant̃ ad vnã ſtipulationẽ, tñ nõ reducunt̃
ad vnam obligationẽ, vt ff. de fideiuſ. l. ſi à colono. & ff. de ſtipul.
ſeruo. l. ſi ſeruus communis Mæuij, & caſtrẽſis peculij. §. fi. Por-
rò iſte contractus quantũ ad actum contrahentiũ non habet in
ſui eſſe pendentiam de futuro: ſed quantũ ad actum efficaciam
obligandi: quia cauſa finalis nondũ eſt in actu ſuo: nec poſſibi-
lis eſſe, vt ff. de verb obl. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & l. inter-
dum. impoſſibile eſt, quòd efficax obligatio interim ſit nata, &
ſi eſſet nata, non eſſet apta ad agere. Cum igitur teſtator conſi-
derauit effectum cõtractus ſecundum tempus mortis iam non
ſumus in caſu teſtamenti, & pro hoc adduco tres leges, & vnam
gloſſam ordin. ſcilicet. ff. de leg. 2. l. ſi ita ſcripſiſſet, & ff. de verb.
oblig. l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. & l. ſi à colono. & q̃
no. in d. l. 1. verbum oportebit. Amplius hoc declaro, quia teſta-
tor copulatiuè coniunxit contracta, & facta debita, vt ergo non
ſuperfluat aliquod verbum, illa dictio, cõtracta, refertur ad or-
dinatorem contractus, & illa verba facta debita, de neceſſitate
referuntur ad ſubſtantiam facti debiti: non eſt autem debitum;
quod non eſt certum debitum iri, vt ff. de cond. & demon. l. hæ-
res meus. Item debitum eſt verbum ciuile, quod nondũ factum
ſed obligationis eſt ſignificatiuum, obligatiuum autem accipe-
re debemus, ſi exceptione ſe tueri non poteſt, vt ff. de liberali
cauſa. l. vel obligatus. §. obligatum. ff. de fideiuſſo. l. fideiuſſor
obligari. §. fideiuſſor. ver. nã licèt, & ibi hoc eſt expreſſum. Præ-
terea in vltimis voluntatibus debemus vitare abſurditatem, in-
quantum poſſumus, vt C. de condi. inſer. l. 2. & ff. de leg. 3. l. Of-
filius Imperator. Abſurditas autẽ patet, ſi ponamus, quòd poſt
mortem dicta conductio eſſet lucroſa: nam certè Galeotus vel-
let dimidiam dicti lucri ex perſona ſua, & aliam dimidiam dimi-
diæ ex perſona patris, ergo, &c. vt C. de reſcind. vend. l. ratas. Ex
quibus conſiderationibus, legibus, & rationibus puto dictos
nepotes fouere iuſticiam, quod in effectu non teneantur, niſi
ad quartã partem damni: quia (vt dixi) teſtator ad tempus mor-
tis ſe retulit: & verba efficaciter intelligenda ſunt ſecundũ tem-
pus, ad quod referuntur. Et quia non haberent niſi quartam
partem lucri, vt C. de fur. l. manifeſtiſſimi. §. ſed in ſecunda. Et
ita dico, & conſulo. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLVII.

1 *Contractus coram iudice celebratus & iuratus, non præſumitur dolo initus, nec ſimulatus. & nu. 2. 3. & 4.*
5 *Si in loco requiruntur duo notarij, vnus non facit fidem in alio loco, quia ſtatutum loci inſpicitur.*

1 In Christi nomine.† Contrahentes acceſ-
ſerunt ad iudicem: & ſu
per eorũ cõtractu tẽpore contractus fecerunt fieri ſententiã, ꝙ
dictus cõtractus eſſet verus, & nõ ſimulatus de vero debito: iu-
rauerũt igit̃ ita eſſe, & non cõtrauenire, petit̃ ſententiã, exequi:
opponit̃ cõtra inſtr̃m, ꝙ non valet, quia tabellio aſſertus non eſt
tabellio, nec in legitima quaſi poſſeſſiõe tabellionatus. Rñdeo;
hic exceptio nõ procedit, qa nõ opponit cõtra negociũ, ſed dr̃
2 nõ probare.† Secũdo quæritur, an poſſit opponi exceptio non
num. pecu. & vr̃, ꝙ nõ, quia confeſſio fuit facta in iudicio, vt no.
ff. de interrog. act. l. 1. in gl. pe. Item ꝓpter iur̃m, quia iurauit ve-
ra eſſe, ſecus ſi nõ iuraſſet de veritate, vt no. C. plus valere ꝙ agi-
3 tur. l. emptione. Tertio,† quæritur, nunquid poſſit opponi, ꝙ
cõtractus ſit dolo initus, vr̃, ꝙ nõ, vt in l. 1. C. de prædijs curialiũ.
lib. 10. & C. de tranſact. l. actionẽ. ſcd̃o reſponſo. Quarto, quæ-
4 ritur,† vtrũ poſſit opponi, ꝙ hæc fuerint facta ſimulatè: qa par-
tes agebant, quod eſſet cõtractus ſimulatus. Reſpondeo, puto;
quod ſi fuit in fraudem vſurarum, hoc poſſit opponi prius facta
abſolutione per epiſcopum à iuramento. c. 1. de iureiur. Item ſi
contractus eſſet prædicto modo ſimulatus, quia agens ex eo
peccat in fratrem ſuum; poſſet procedi ad abſolutionem per
viam denunciationis præmiſſa denunciatione Euangelica, vt
extra de iudicijs. ca. nouit. & extra de iureiur. cap. ad noſtram. de
hoc not. C. plus valere quod agitur. l. emptione. & C. de tranſ-
5 actio. l. cum ea.† Quæritur, ſi in loco requiruntur duo notarij,
vtrum vnus faciat fidem in illo loco, vel alibi. Reſpondeo, non:
quia ſtatutum loci inſpicitur quo ad numerum tabellionum,
vel teſtium: quia eſt quædam ſolennitas neceſſaria, quæ debet
adeſſe loco, & tempore contractus, vel vltimæ voluntatis, nam
omnis ſolennitas debet eſſe coniuncta cum actu, ſicut forma
cum materia, vt C. de teſtamentis. l. fi. & no. per Innoc. in ca. du-
dum. de rebus eccleſ. non alienan. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLVIII.

1 *Clericus damnatus ad perpetuos carceres, qui ibi deceſſit, an teſtari potuerit.*



2 Succeden-

2 *Succedentes per auth.bona damnatorum.non ſunt propriè hæredes.*
3 *Damnatus ad mortem, vel ad perpetuos carceros fecit teſtamentum ſolenne, ſecundum poſtea non ſolenne, vtrum eorum ſit validius.*
4 *Hæres inſtitui an poßit ille, de cuius ſtatu eſt incertum: quia quidam dicunt eum ſpurium, &c.*
5 *Spurius an poßit hæres inſtitui in re certa.*
6 *Pater tranſigendo an præiudicet filio in bonis, in quib. habet vſumfructũ.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur in primis, an valeat teſtamẽtũ clerici damnati ad perpetuũ carcerẽ, qui ibi finaliter deceſſit. Et videt̃, ꝙ ſic, quia aut dices hunc eſſe inteſtabilem de iure ciuili: & hoc eſt falſum, quia iſta pœna à iure ciuili eſt reprobata & talis ſentẽtia eſt ipſo iure nulla, vt C. de pœnis. l. incredibile. certum autẽ eſt, ꝙ ſententia ipſo iure nulla nõ facit quem inteſtabilẽ, vt ff. de iniuſto teſt. l. ſi quis filio exhæredato. §. ꝙ ſi quis fuerit damnatus. aut dices cũ inteſtabilẽ de iure cano. & certè non inuenitur hoc in iure canonico expreſſum: ergo intelligitur permiſſum, vt ff. de prob. l. ab ea parte. Item certè ſunt perſonæ numeratæ, quæ non poſſunt teſtari, vt patet inſti. quibus non eſt permiſ. fa. teſta. per totum, & maximè in §. fi. vbi gl. eas enumerat, & inter cæteros eſt damnatus ad mortẽ ciuilem, vel naturalẽ: ſed iſte nõ eſt damnatus ad mortẽ naturalem, licet ſit damnatus ad tędium vitæ. Item nõ eſt damnatus ad mortẽ ciuilem: nam carcer nõ habetur loco mortis ciuilis, vt d. l. ſi quis filio. §. eius, qui. ibi licet in carcere, &c. non obſt. ꝙ Inno. dicit in contrariũ, quia Inno. dicit, ꝙ iſta eſt pœna capitalis, & eſt maior pœna, quæ de iure cano. poſſit imponi, excepta actuali degradatione, & traditione, quæ fit iudici ſeculari, vt in c. degradatio. de pœnis. li. 6. vnde merito iſte damnatus aſſimilatur damnato in metallum, qui damnatus in metallum, licet hodie non efficiatur ſeruus pœnæ, tamen teſtari non poteſt: quia omnia beneficia iuris ciuilis perdit, ergo & factionem teſtamenti, quæ eſt principaliter iuris, vt ff. de teſt. l. eius, qui. §. fi. & ff. de leg. 3. l. 1. §. præfectus. Teſtamenti enim factio iuris publici eſt, vt ff. de teſta. l. teſtamenti factio. & quo ad ius publicum iſte pro mortuo habetur, vt ff. de bono. poſſeſ. l. edicto. §. rei capitalis. & ff. de contrata. l. 1. in fi. ꝙ verius eſt, videlicet, quod iſte teſtamentum facere non poſſit, ſi eſt ad pœnam perpetui carceris per ſuum epiſcopum finaliter condemnatus, per ea, quæ no. Inno. extra de accuſ. ca. qualiter. Non obſt. quod iure ciuili iſta pœna ſit improbata: quia in clericis debemus ſtare iuri canonico, vt extra de for. comp. c. ſi diligenti. Porrò nullum eſſet dubium, ſi cõdemnatus eſſet ad pœnam perpetui carceris bonis ſibi expreſſe ademptis: quia qui nulla bona in ciuitate reliquit, hæredẽ habere nõ poteſt, vt ff.
2 de vul. ſubſti. l. lex Cornelia. † & illi, qui ſuccedunt per auth. bona damnatorũ, non ſunt propriè hęredes, nam nec fiſcus ex hoc capite veniens, vt ff. de noua. l. 1. in fin. & l. nouatio. eo. tit. & ibi no. Et in perſonis, quę teſtari nõ poſſunt, nõ refert, vtrum ſit relictũ ad pias cauſas, necne, vt plene no. in c. quamquã. de vſuris. lib. 6. verũ tamen eſt, ꝙ Speculator in §. compendiosè. de inſtr. edit. vbi enumerat perſonas, quæ non poſſunt teſtari, non facit mentionẽ de iſto condemnato ad perpetuũ carcerem. Sed ego puto, ꝙ contineatur ſub illo de condemnato ad mortẽ, quia etiam ſi nõ moriatur in inſtanti, tamen propter ſqualorẽ carceris vita de neceſſitate ſubtrahit̃, vnde propter pœnam moræ mors eſt in procinctu: vt C. de cuſtodia reorũ. l. 1. ibi, intra carcerũ ſecta letho dare, & poſt ſubdit, longa tabe conſumere, & de facto videmus, ꝙ parũ viuunt, itaq; pœna hæc ordinatur ad mortem, ſicut ſi quis condemnaretur ad perpetua tormenta ſubeunda, donec ſpiritũ exhalaret, & ſi non breuis, longa eſt iſta mors. Et ita de hoc puncto ſentio, ꝙ iſte nec actiuè, nec paſſiuè ſit teſtabilis: tamẽ quia licèt non ſit condemnatus ad mortẽ ſubitaneã, eſt condemnatus ad breuitatẽ vitæ. Eſt & alia ratio melior, quia hæc pœna aut ſeruũ inuenit, aut ſeruum facit, cum in ſeruũ cadere non poſſit, vt d. l. incredibile. coniunct. canonibus cum d. l. nam de iure cano. in vilem perſonam, & abiectam, pœna ſeruituti carceris cadit. & loquor, vbi iſta pœna imponitur vt termi-
3 nus pœnæ per diffinitiuam ſententiã. Secundo † quæritur, clericus teſtabilis fecit teſtamentum ſolenne, in quo inſtituit amicos: poſtea fecit teſtamentũ non ſolenne corã tribus teſtibus, in quo inſtituit fratrẽ carnalem, an primũ teſtamentũ ſit reuocatũ de iure ciuili. Certũ eſt, ꝙ non: cum ex ſecundo teſtamẽto non poſſit adiri hæreditas de iure ciuili, vt no. ff. de iniuſto teſt. l. cum in ſecundo. Item nec per iura Codicis, quæ diſponunt, ꝙ in vno caſu reuocetur primũ teſtamentũ: licet ex ſecundo non poſſit adiri hęreditas de iure ciuili, videlicet quãdo in primo teſtamẽto ſint inſtituti prorſus extranei, in ſecundo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato corã 5. teſtibus: nã eo caſu rumpitur primũ teſtm̃: & tñ nõ valet ſcdm̃, vt ex eo poſſit adiri hęreditas. Sed aperitur via cauſæ inteſtati, ita vt omnes ab inteſtato venientes ſuccedant, nõ ſolũ ille, qui nominatus eſt, & ſi ille repudiet, poſterioribus eſt aperta via. & hoc eſt, ꝙ tex. dicit, iure teſtati. C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. pen. Sed hic nõ interfuerũt 5. teſtes, ſed tm̃ tres, ergo primum teſtm̃ durat firmũ. Non obſt. extra de teſta. c. cum eſſes. & c. relatũ. quia nõ loquunt̃ eo caſu, quo præceſſit teſtm̃ ſolenne. In contrariũ videt̃, quia iſte eſt clericus, & non ſupponit̃ reg. iu. ciui. ſed ſoli iuri gentiũ: quo iure valet conſenſus vltimæ voluntatis, ſicut conſenſus cõtrahentiũ, & in hoc fundat ſe l. 12. tabularũ, vt in Auth. de nup. §. diſponat. de iure ergo gentiũ, ſiue de naturali conſuetudine humana, eſt ita ſeruatum: licet ius ciuile, & prætoriũ aliter diſponant, vt C. de fideic. l. quæſtionẽ. Præterea non iniuria eſt, teſtm̃ fieri à preſbytero, vel corã preſbytero, ſed corã duob. teſtibus, & preſbytero, vel alio clerico in ſacris conſtituto valet teſtm̃, vt no. in d. §. compẽdioſe. verſ. item per ius can. ergo cum clerici ſcdm̃ canones viuere debeant, tale teſtm̃ reuocat primum, imo plus, quia poteſt ex ſecundo adiri hæreditas de iure canonico: ſed quia præſumptuoſum eſſet hoc tenere, ideo teneo primã opinionẽ, ꝙ teſtm̃ primum nõ ſit reuocatũ: niſi forte quo ad caſtrenſia bona prouenĩetia ex ipſo clericatu: ſicut dicimus in milite militante, nã clericus, qui ſemper eſt in diuinis officijs, vt C. de ſacroſ. eccl. l. ſi qui ſub prætextu. ęquiparatur militi militanti, vt no. in l. mi-
4 les. ff. de re iu. † Tertio quærit̃, pone, ꝙ eſt dubiũ, vtrũ aliquis ſit naturalis, vel ſpurius: quia aliqui dñt, ꝙ mater habebat aliũ virum: alij dñt cõtrariũ: vtrũ in dubio iſte poſſit hęres inſtitui, de cuius ſtatu eſt incertũ? Rñdeo, ſic: quia præſumit̃ capax, & vbi lex præſumit, vel diffinit, ibi nulla eſt incertitudo, vt d. l. ſi quis
5 filio. vltra mediũ. Quartò † quæritur, vtrum filius ſpurius poſſit inſtitui in re certa? Rñdeo, ſi indiget vitæ ſubſidio, poteſt inſtitui, vt capiat vſq; ad alimẽta: reliquum remaneat ſucceſſoribus inteſtati, niſi haberet ſubſtitutũ, quia tunc vadit ad ſubſtitutũ. primum de alimentis ſupponitur eſſe verum de iure canon. nõ ciuili, vt extra de eo, qui duxit in matrimonium. c. cum haberet. quo ſuppoſito alia ſunt vera etiam de iure ciuili, vt l. 2. & l. ſi pater. C. de hær. inſti. C. de fideic. l. eam quam. Porro æſtimabitur quantum viuere poteſt, vt ff. ad l. Fal. l. hæreditatum. & ſi res legata non valet pluſquã iſte dubius euentus, capit etiam plenam proprietatẽ, & perpetuã: ſecus ſi teſtator eam rem legaſſet in alimenta: quia tunc extingueret̃ legatũ morte, vt no. ff. de tranſa.
6 l. cum hi. §. ſi vni. Dubitatur † de quadã tranſactione facta à patre ſuper bonis, in quibus habet vſumfructum, an noceat filio, & videtur, ꝙ ſic, ſi cautè, & prudenter tranſegit propter dubiũ litis euentum: alias nõ, vt C. de bo. mater. l. 1. C. de pac. l. pactum curatoris. & C. de tranſact. l. præſes. Conſulo tamen tranſigenti cum patre, quod faciat cum auctoritate iudicis: quia ſemper vtile eſt in contractibus decretum iudicis interuenire, vt ff. de ſolutioni. l. ſi ſtipulatus. §. ſi lancem. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLIX.

1 *Appellatio à ſententia lata à ſubdelegato ad ſubdelegantem an teneat.*

1 In Chriſti nomine. † Delegatus domini Papæ, ſiue executor, ſubdelegauit alteri vices ſuas ſimpliciter, nihilo ſibi de iuriſdictione aliter reſeruato: ſubdelegatus proceſſit ad executionẽ cauſa cognita: & præſentibus partibus, quarũ altera dicens, ſe læſam appellauit ad ipſum ſubdelegantẽ: quæritur, vtrũ dicta appellatio teneat: ſuper hoc articulo ſentẽtia fuit lata de mandato ipſius ſubdelegantis: & fuit pronunciatũ dictam appellationẽ non tenere, quia dictus delegatus nihil ſibi de iuriſdictione reſeruauit. Si enim de iuriſdictione aliquid ſibi reſeruaſſet, dicta appellatio teneret ad eum, vt in c. ſi delegatus. §. ad eum. de off. deleg. li. 6. & hoc tenet ſpe. in Speculo de appellationibus, ſcilicet nũc tractemus. verſ. quod ſi delegatus, & verſ. ſeq. Sed ſi adiectum eſſet in appellatione, ad quemlibet iudicem competentem, bene teneret appellatio tanquam interpoſita ad Papam, vt not. C. de bonis auth. iudic. poſſ. l. cum proponas. Et ad clariorem intelligentiam diſtinguemus, ſunt tres caſus: nam aut ſubdelegatur aliqua pars iuriſdictionis, & tunc appellatur ad ſubdelegantem: aut tota iuriſdictio contentioſa, ſed non executiua, & idem, aut tota tam in cognoſcendo, quam in iudicando, quã etiam in exequendo: & tunc ſi ſubexecutor incepit cognoſcere, functus eſt ſubdelegans officio ſuo: amodo de nihilo cognoſcere poteſt: nec ad eum appellari, quia funditus caret iuriſdictione. Et ideo quando executor ad prouidendum ſubdelegat executionem ad prouidendum, quod verbum intelligitur plenũ, vt no. Inno. in c. literis. de off. deleg. impoſſibile eſt, ꝙ ipſe ſubdelegans iuriſdictionem reaſſumat re non integra: & ideo ad eũ appellari non poteſt. & iſta eſt intentio Speculatoris. Dicet aliquis, nonnè committendo diffinitiuam videtur committere executionem: ergo nihil reſeruauit ſibi de iuriſdictione, & ſic membrum de prædictis eſt falſum, certè hoc tenet Inno. de off. deleg. c. ſi pro debilitate. ſed Hoſti. dicit contrarium, & melius, quia licet committatur ſententiæ prolatio, quæ eſt iuriſdictionis, non videtur committi executio, quæ eſt mixti imperij, licet de iure canonico poſſet expreſſe committi, vt probatur. ff. de re iud. l. à diuo Pio. in prin. ff. de pac. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. l. iubere cauere. Et ideo opinio Hoſti. melior eſt in hoc puncto, quam opinio Innoc. ſed in ſubdelegato, ad prouidendum opin. Innoc. verior eſt, & iſta vt puto fuit conſideratio Speculatoris. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCL.

1 *Præbenda prima non vacat, ſi optans ſecundam non obtinuit pacificam poſſeſſionem, ſecus alias non obſtante proteſtatione.*

In Chriſti nomine. Caſus talis eſt, venerabilis vir dominus Ioan. canonicus maioris eccleſiæ Placentinæ conſtitutus cuiuſdã abbatis optauit quandam præbendam canonicalem tanquam antiquior canonicus vacante per mortem domini Iac. quondam eiuſdem eccleſiæ canonici, ſub hac forma, videlicet, ſic, & inquantum ipſi do. Ioan. debeatur, & non aliter, nec alio modo: proteſtatione per eum præmiſſa, ꝙ ſibi ſaluum ſit, & reſeruatũ omne ius ſibi competens ad eius propriã præbendã in caſu, quo præſens optatio non valeret: & donec præſentis optationis adeptus fuerit pacificã poſſeſſionẽ. modo contingit, ꝙ non potuit
1 adipiſci poſſeſſionẽ, quia dñs terræ noluit. † quærit̃, vtrum ſua prębenda poſſit ab aliquo impetrari? Reſpondeo, ꝙ aut aliquãdo fuit in pacifica poſſeſſione præbendæ optatæ, & tunc prima vacat ipſo iure, & poteſt impetrari tanquã vacans, nec iuuat eũ proteſtatio in iſtis præiudicialibus. Aut nunquam fuit in pacifica poſſeſſione impeditus de facto, & tunc prima præbenda nõ vacat, vt hæc probantur in c. gratiæ. de reſcr. in cle. facit, ꝙ not. extra de elect. c. cũ in cunctis. & in c. de multa. de præb. & ff. de inoff. teſt. l. ſi ſub hac & ff. de cond. ob. cauſam. l. 3. §. Neratius. & quod dixi, quãdo habuit pacificam poſſeſſionẽ, idem dico, ſi per eum ſtaret, quominus impetret ipſam ſupplicando ſuperiori, vt ff. de contrah. emp. l. Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecã. E.B.

CONSILIVM CCCCLI.

1 *Pater an poßit donare vni filiorum bona excedentia inſinuationem.*
2 *Patri aſſerenti filium bene meritum non creditur: ſed oportet, quod filius probet benemerita.*
3 *Inſinuationi an poßit per pactum derogari.*
4 *Summarum coaceruatio quando eſt fienda.*
5 *Valet confeßio, & inſolutum datio inter patrem, & filium.*
6 *Præſentia domini feudi habet vim inſinuationis.*
7 *Pater poteſt donare vni filiorum feudum.*

In Chriſti nomine. Nobilis marchio dom. Bonifacius de Careto fecit quandam confeſſionẽ verſus nobilem D. Georgiũ emancipatum filium ſuum, in qua confeſſus fuit ſe teneri dicto eius filio emancipato in ſex millibus quadringentis nonaginta florẽ. eo quia dictus dominus Georgius ſoluiſſet creditoribus eiuſdem do. Bonifacij de propria burſa ipſius do. Georgij, nõ obſtante, ꝙ in quietationibus, & liberationibus contineretur nomen dicti do. Bonifacij: & non fieret mentio de dicto do. Geor. quapropter idem do. Bonifacius dedit eidem do. Geor. in ſolutionem pro prædicta quantitate quoddam caſtrũ cum iuribus, & pertinẽtijs ſuis: & quia plus valebat in aliquibus milibus florenorũ, donauit illud per ſingulas ſummas quingentorum flor. & renunciauit legibus dicentibus, ꝙ donatio non inſinuata nõ valeat vltra quingentos aureos, & hoc fecit ſaluo iure illuſtris domini D. Marchionis montis Ferrati: eo ꝙ dictum caſtrum eſt feudale ipſius, qui do. Marchio dictum contractum ratificauit:
1 & dictũ D.G. de dicto caſtro, & iuribus inueſtiuit. † Quæritur, vtrum dictus contractus ita celebratus inter patrem, & filium alia inſinuatione non interueniente, quam, vt dictum eſt, de iure valeat, necne: & ſi dicta donatio nõ valeret vltra quingentos aureos, vtrum intelligatur inſinuata coram do. Marchione, eo ipſo, quod fuit ei producta, & per eum approbata, ſeu admiſſa: & an inueſtitura dicti D. Mar. valeat, & habeat perpetuã firmitatem, necne: præſuppoſito etiam, ꝙ dictus do Bonifacius ha-
2 bet alios plures filios, qui de dicto feudo non ſunt inueſtiti. † Et videtur primo, ꝙ non ſit ſtandum aſſertioni paternæ: nam lege cauetur, ꝙ licet pater aſſerat filium benemeritum, tamen non creditur aſſertioni patris, niſi filius probet idonea merita præceſſiſſe, qui tantam affectionem patris debuerint promouiſſe, vt legitur, & no. C. de col. l. ſi donatione. & probatur per l. ſi for-
3 te. ff. de caſtren. pecu. † Præterea legibus diſponentibus de inſinuatione non poteſt derogari per pactum, nam inſinuatio eſt quædam ſolennitas magna, & introducta in inſtrumento, ne in inſtrumentis donationum aliqua fraus poſſit excogitari, vt C. de don. l. data iam pridem. & nemo poteſt facere, ne ſolennitates habeant locum in ſuo contractu, vel vltima voluntate, vt ff. de leg. 1. l. nemo poteſt. ff. de leg. 2. l. codicillis. §. fi. & ff. de pac. l. ius publicũ. Præterea illa verba, ꝙ tot ſint donationes, &c. non operantur, quòd ſint plures donationes, cum ſint factæ ex vno contractu, & vno cõtextu: vnde totum eſt vnum inſtrumentũ: præſertim quia res non ſunt ſingulariter enumeratæ, arg. ff. de
4 verb. oblig. l. ſcire debemus. † Præterea debet fieri coaceruatio ſummarum, cum deſcendat ex vno, & eodem contractu: ſecus ſi ex interuallo, arg. ff. de pac. l. ſi plures. Item iſta verba, ꝙ ſint tot donationes, important quoddam pactum diuiſum: tamen ſubſtantia donationis eſt vniuerſalis, & ſi non valet donatio, nõ valet pactũ: nam iſta donatio in prin. ſui eſt vnica, & vniuerſalis: & ſi illa non valet, clauſula acceſſoria non valet. Item ſi prædicta clauſula operaret̃, ꝙ non eſſet neceſſaria inſinuatio, veniremus cõtra rationẽ legis, quia inſinuatio eſt introducta: nam fraus hic bene poſſit committi, ſicut ſi clauſula eſſet inſerta. Item qui donat omnia prædia ſua, vr̃ per ſingula donare, vt ff. de leg. 3. l. ſi chorus. & tñ non cõſiderant̃ ſingulariter ſingula, ſed vniuerſaliter vniuerſa, vt C. de donatio. l. ſancimus. & l. ſi qs argẽtũ In cõtrarium videtur, & diuido iſtum contractũ in duas partes, pri-
5 ma pars continet dationem in ſolutum, † & hæc valet abſq; dubio inter patrem, & filium emancipatum: quia inter eos omnis obligatio conſiſtit, vt plene legitur, & no. in l. 2. C. de inoff. don. ff. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo. §. 1. ff. de cond. ind. l. frater à fratre. §. quæ ſit. vnde tam confeſſio, quam inſolutum datio valuerunt abſq; dubio, ſcilicet tantum pro tanto. nec eſt nouum, ꝙ cõtractus diuidatur per partes, vt ff. ſi cert. pet. l. nam & ſi fur. 1. reſpõſo. Secunda pars iſtius cõtractus eſt donatio. Modo verum eſt, ꝙ vltra quingentos aureos nõ valet ſine inſinuatione: etiã ſi datum eſſet in præmiũ emancipationis, vt plene no. Cy. C. de coll.
6 l. vt liberis. Tamẽ † ego dico, ſatis dicitur inſinuata, cum ſit inſinuata coram domino feudi iuriſdictionẽ habente. ipſe enim eſt ſuperior, & ad eum pertinet cognitio inter vaſallos, vt extra de iud. c. cæterum. Præterea ex quo inueſtiuit filium de voluntate patris, tenet tanquã inueſtitura facta per dñm de cõſenſu vaſalli: nec habet locũ pœnitentia, vt in c. 1. §. rurſus ſi fidelis, qui. mo.
7 feu. amit. col. 10. † Item pater poteſt donare vni filiorũ feudum, dummodo alijs filijs non ſubtrahat legitimã, ſicut poſſet prælegare, vt in c. 1. an agnatus, vel fi. col. 10. ex quibus infertur ſolutio prædictarum quæſtionum. Concludo finaliter inſtrumentum prædictũ eſſe validum quo ad quamlibet eius partem. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCLII.

1 *Stante ſtatuto, quod filia fœminæ dotatæ non ſuccedant, an poßint petere legitimam? & eſt valde elegans, & ſubtile conſilium.*
2 *Verbum, ab inteſtato, poſitum in ſtatu. quomodo intelligatur. & nu. 5.*
3 *Succeſſor propriè quis dicatur.*
4 *Dictio, cum, quid importet.*
6 *Subrogatio requirit duo extrema.*
7 *Diſpoſitio ſtatuti non poteſt abolere principia naturæ.*
8 *In ſtatutis magis verba, quam mentem imaginariam attendimus.*

In Chriſti nomine. Statuto ciuitatis Mantuæ ſub rubr. de ſucceſſionibus ab inteſtato, ſic cauetur, ſorores ab inteſtato cum fratribus, aut cum nepotibus nõ ſuccedant in bonis patris, teneãtur tamẽ fratres eas dotare, ſi dotatæ nõ ſint, honorificè ſecũdũ patrimo-

patrimonij facultatem. Modo pater habens filios maſculos, &
quandam filiam, ſeu nepotem ex filio nomine Conſtantiã ma-
ritatam honorificè, & dotatam à patre, ſeu auo, inſtituit hære-
des filios ſuos: & vltra dotem fecit aliquod relictum dictæ do-
minæ Conſtantiæ, qui inſtituti adiuerũt hæreditatem ex teſta-
mento, & quia dos, & relictum non ſufficiunt ad legitimam di-
ctæ Conſtantiæ, vult ipſa domina Conſtantia agere ad ſupple-
1 mẽtum legitimæ.† Quæritur, nunquid poſſit, & videtur, ꝙ ſic:
quia hoc ius habet de iure communi, vt C.de inoff.teſt.l.omni-
modo.& l.ſancimus. cui iuri communi ſtatutum non derogat,
niſi ab inteſtato, ergo ex teſtamento poteſt agi ad ſupplemen-
tum, ſiue quia iſte eſt caſus cõtra ſtatutum, ſiue quia caſus omiſ-
ſus à ſtatuto pro omiſſo debet haberi, vt ff.de acq.hær.l.ſi ſeruũ.
§.nõ dixit.item quia ſicut legum correctio eſt vitanda per aliam
legem communem, ita & per municipalem, vt C. de noxali.l.ſi
ſerui veſtri.& extra de conſue.c.cum dilectus. Item quia ſtatuta
ſunt ſtricti iuris, & ideo non recipiunt extenſionẽ, vt ff.ſol.mat.
l.ſi vero.§. de viro. Item ad hoc facit. C.de inſti.& ſubſti.l.gene-
raliter.in prin.vbi ſi aliquis eſt rogatus reſtituere hæreditatem,
deceſſerit inteſtatus, facit deficere fideic.teſtando, quia ſemper
inter ſe pugna eſt teſtati, & inteſtati, vt l. ius noſtrum.ff.de reg.
2 iur.† Nam in ſtatuto ſunt ponderanda tria verba in eo poſita
ſcilicet verbum ab inteſtato, verbum à ſucceſſione, & dictio cũ.
ex primo ergo arguitur, quod non excludatur, quia ſuppletio
legitimæ eſt ex teſtamento, cum factum ſit teſtamentum. & ſic
verba ſtatuti excludentis deficiunt: & verba iuris communis nõ
deficiũt, ergo ſtamus diſpoſitioni iuris communis, ac ſi ſtatutũ
diceret expreſſe, corrigimus ius cõmune ex teſtamento. ſimilis
enim quæſtio formatur in edicto de cõiungendis cum emanc.
lib. vbi multi, & magni moderni tenent, ꝙ ex teſtamento illud
edictum non ſit correctum. idem tenent de differentia eman-
cipationis, & patriæ poteſtatis, licet gloſſatores cõmuniter te-
neant cõtrariũ, de quo per Cyn.in Auth.in ſucceſſione.& no.in
l.Gallis.§.& quid ſi tm̃. & ff.de min.l.ſi filius. & in Auth.de hær.
& Falc.§.exhæredato.C.de colla.l.ſi emancipati.ff.de inoff.teſt.
l.ſi proponas.& in l.1.ff.de coniungen. cum emanc.lib. Item le-
gum correctio eſt vitanda, & maxime vbi correctio includeret
3 odium.iura ſunt vulgaria.† Ex ſecundo, videlicet ex illo verbo, à
ſucceſſione, arguitur ſic, nam ſucceſſor dicitur ille, qui eſt iuris
ſucceſſor: & hoc ex propria ſignificatione vocabuli, vt ff.de edẽ.
l.quædã.§.is aũt.ſed ille, qui ſuccedit in ſola legitima, nõ eſt ſuc-
ceſſor iuris, cum non ſuccedat in re aliena, vt ff.de inoff.teſta.l.
Papinianus.§.4. Quapropter licet ſtatutũ excludat à ſucceſſio-
ne, quæ propriè ius vniuerſum ſignificat, non tamen excludit à
legitima, & confirmatur alia ratione: nam à legitima nunquam
excluditur filius, niſi lex, vel pactũ nominatim hoc dicat, vt C.
4 de inoff.teſt.l.ſi quãdo.§.fi.† Ex tertio ſcilicet ex dictione, cum,
arguo ſic: iſta dictio, cum, habet coniungere, quando profertur
affirmatiuè, vel negatiuè, vt ff.de vſuf.accreſcen.l.ſi mulieri cum
liberis.& hoc eſt, ꝙ alibi dicimus, nepotes vehemẽtius cum pa-
truo ſuccedunt in ſtirpes: ſed ſi per ſe, ſuccedũt in capita ſecun-
dum Azonem.nam iſta dictio, cum, ſignificat vna cum.iſte ergo
eſt ſenſus ſtatuti, ꝙ non poſſit fœmina ſuccedere vna cum ma-
ſculo. Sed iſta, quæ ſuccedit in legitima, non ſuccedit vna cum
maſculo, ſed ſeorſum, & diuerſo iure. Itẽ ille vniuerſaliter, hæc
particulariter: & ſic inter eos nulla eſt coniunctio, vt ff. de bo-
no.poſſeſ.l.ſed cum patrono. videt' ergo bonum cõſilium con-
ſulere maſculis, ꝙ repudient ex teſtamẽto, & adeant ab inteſta-
to, nihil faciant in fraudẽ teſtamenti, vt ff.de leg.2.l. cum pater.
§.ſi Titio. ſed ſi adirent ex teſtamento, ſibi imputent, quia ſuo
5 pacto ſe ad legitimam obligauerunt.† Et hæc opinio, ſcilicet ꝙ
dicta mulier poſſet petere legitimam ex teſtamẽto, adhuc pro-
batur ſic, ille ablatiuus ab inteſtato, conditionaliter exponitur,
vt ff.de cond.& dem.l.à teſtatore. ſed ex conditione ſumitur ar.
à contrario ſenſu, ac ſi aperte diceret, ꝙ teſtamento non exclu-
datur: vt ff.de off.eius, cui man.eſt iuriſ.l.1.§.eius rei. Illud con-
ſtat, quod iſtud ſupplementũ facto teſtamento eſt ex teſtamen-
to non quidem formaliter, ſed cauſaliter, ſicut dicimus. C. de
colla.l.vt liberis. Amplius ſtatutum prouidet dupliciter ſcilicet
de ſucceſſione in fauorem maſculorũ, & de dote fœminæ. Mo-
dò cum condictio ex lege ad dotandum non competat niſi ab
inteſtato: ergo nec ſuum, vt ita dixerim, proportionale, ar.C.de
ſen.& interloc. om.iu.l.cum ſolutum. nam quæcunq; extrema
copulata procedunt vnum ſine altero, non ſubſiſtit: præſertim
quia vnum alterius eſt cauſa finalis, ſine qua legiſlator nõ eſſet
aliàs facturus. Quoniã igitur dos eſt quædã recompenſatio le-
gitimæ, vt no.Cyn.in l.ſancimus.C.de nup. vbi ceſſat ſtat.in do-
tando, ceſſat & in excludendo, alias poſſet contingere caſus, ꝙ
mulier nec dotẽ, nec ſucceſſionem haberet ſcilicet in cauſa te-
ſtati: ꝙ eſt abſurdũ. In cõtrariũ videtur, quia legitima eſt tertia,
vel ſemis portionis debitæ ab inteſtato, vt no.C.de inoff. teſta.
auth. nouiſſima. ſed huic mulieri ab inteſtato nihil debetur ni-
ſi dos: ergo nulla eſt legitima. Prętерea diffinitio, ſiue deſcriptio
legitimæ hæc eſt, legitima eſt tertia, vel ſemis portionis debitæ
ab inteſtato filijs, vel parentibus. A quo igitur remouetur diffi-
nitio, & diffinitũ: ſed à fœmina remouetur diffinitio legitimæ,
ergo & legitima. Item ideo repellitur à legitima ex teſtamento:
quia legitima ſuccedit loco querelæ, vel contratabulas, vt d.l.
omnimodo. ſed contratabulas, vel querela non competit huic
mulieri, vt plerunq; examinaui, vt C.de lib.præte.l. maximum
vitiũ.in lec.mea.ꝙ enim in locũ alterius ſurrogat', ſapit eandem
naturã principalẽ, & naturã ab initio ꝓductionis in eſſe, vt no.
6 ff.ſi cer.pet.l.certi condictio in prin.† Item ſurrogatio requirit
duo extrema ſcilicet ꝙ ſurrogatur, & ad ꝙ ſurrogatur: ſed extre-
mũ ad ꝙ non eſt hic: ergo non fit ſurrogatio, ergo nõ competit
actio ſurrogata, vt l.ſi cum.§ qui iniuriarũ.ff ſi quis cau. Prætere-
ea & ad iſtud eſt difficile rñdere, actio ad ſupplementũ eſt intro-
ducta principaliter fauore teſtamentorũ, ne rumpant' per que-
relã, vel cõtratabulas: ſed hic alia ratione nõ pñt rumpi ſcilicet
ratione ſexus, & dotis: ergo ſubſidiaria legis prouidẽtia de ſup-
plemento ceſſat: nõ eſſet fauor teſtamẽti, imo odiũ. Quid ergo
7 dicemus in iſta difficili quæſtione.† Præmitte ad euidentiã, ꝙ li-
cet ſtatutũ excludat filiã à legitima, nõ videt', ꝙ excludat ipſo iu-
re naturale debitũ: ſed ope exceptionis, vt inſt.de inſt.de iu.na-
tura.§.ſed naturalia.vel cuiuſdam appellationis. vel dicamus, ꝙ
nõ tollit ius naturale, ſed effectũ eius, vt ff.de don.inter virũ, &
vxorẽ. l. cum hic ſtatus. §. ſiue. vnde dicimus, tu arguis ab inte-
ſtato, nihil debet'. Rñdeo, imo attento iure naturæ, & æquitate
naturali, quę nõ poteſt in totũ abſorberi: & ad hoc commenſu-
ratur legitima, de qua quærimus, quia fictio, vel poſitio ſtatuti
nõ poteſt abolere principia naturæ, vt C.de iure dotiũ. l.in reb.
& l.cũ ratio.de bo.damna.& l.2.ff.dẽ vſufr.earũ rerũ. & ꝙ no.ff.
de iuſti.& iu.l.manumiſſiones. Ad vltimã aũt rationẽ rñdeo, ꝙ a
ẽt ſi ſtatutũ diceret, ꝙ filius nõ poſſet dicere teſtm̃ nullum, vel
querelare, tñ diſpoſitio legitimę nõ eſſet ſublata, quia eſt intro-
ducta mixta gratia teſtamẽti, & filiorũ. & licet ceſſet fauor in v-
no extremo, remanet in altero, in quo poteſt remanere, vt ff.de
cõtratab.l.ſi poſt mortem.§.fi.& iſta eſt via, per quam ſubtiliter
dicta filia poteſt defendi in petitione legitimæ, licet non ſit ſine
anxietate intellectus, præſertim cõſiderata realiter mente ſta-
8 tuti, vt C.de interd.l.1.† ſed quid eſt in ſtatutis: ponderamus ma
gis verba quã mentẽ imaginariã, & non certã, vt ff.de vſuf.leg.l.
ſi alij. Itẽ ꝓpter repugnantiã iuris cõmunis, & municipalis non
debemus ius municipale extendere quaſi ius irregulare, & ano-
malum. Præmittendũ eſt ad euidentiã, ꝙ ſtatutũ municipale nõ
tollit ius naturale, nec ius ciuile, ꝙ ius naturale in totũ ſequit',
vel in parte, ſed tollit effectũ eius, ꝙ ſic patet: nam ſi illud ſtatu-
tũ caſſetur, nõ eſt neceſſe ſecundò aliquid de nouo ſtatui, quia
immediate ſuccedit ius cõmune, ꝙ nõ eſſet, ſi ius cõmune eſſet
extinctũ per municipale, ad hoc facit gl. in ſimili. ff. de pact.l.ſi
vnus.§.ꝙ in ſpecie dot.& fuerunt verba Rica.& dñi Cy. in ſimi-
li.ff.de vſuf.ea. rerũ, quæ vſu conſu. l.1. & 2.q.2.§.1. in ſimili ma.
extra de conſue.c.cum inter. & omnia conſultè. ff. de don.inter
vir.& vxo.l. cum hic ſtatus.§. ſiue. & ideo legitima teſtati adhuc
habet exemplar, & originem ab inteſtato, cuius imago non eſt
in totum ſublata, ſicuti nec per ius cõmune eſſet in totum ſub-
lata. Item videretur dicendum ſcilicet ꝙ imago non relinque-
retur, vt C.de lati.lib. tol.l.1.in prin. & tñ veniret fœmina gene-
raliter tanquã in cauſa teſtati: cum nõ reperiretur correct. Cõ-
cludamus igitur, ꝙ legitima teſtati formatur à legitima inteſta-
ti, quæ eſſet de iure cõmuni, nam attento, ꝙ ſtatutum diſponit
contrarium in cauſa inteſtati tantũ. Nõ ob. ꝙ nõ daret' querela,
vel cõtratabulas: quia per illum modum venimus ad ius mulie-
ris ad cauſam inteſtati, vel ſtatuti, vt quando non deuenitur ad
caput, quia per legem excluſa eſt: ſed magis confirmat caput, à
quo excluſa non eſt: ſcilicet caput teſtati. Itẽ ab inteſtato, vt ita
loquar,



loquar, lex facit teſtamentũ, & prouidet ſuper eo: ſed in proui-
dentia hominis non prouidet, vt no.in ſimili.C.qui potiores in
pig.habeantur.l.aſſiduis.& ideo eſt diuerſa cauſa teſtati, & inte-
teſtati, & ideo cõcludo, ꝙ ex quo eo capite ſtatutũ nõ excludit
eã, nec ego excludo: maximè de æquitate. Ego Bal.de Peruſio.

CONSILIVM CCCCLIII.

1 *Præcedens conſilium in materia legitimæ eſt Baldi: iſtud ad eundem caſum eſt Saliceti, qui concludit pro opinione Baldi in Ciuitate Mantuæ.*
2 *Auth.ſed hodie. C.de adul.locum habet in viro accuſante, & non probante.*
3 *Excluſus an poſſit petere legitimam.*

In nomine Saluatoris Noſtri Dñi noſtri Ieſu Chriſti, de cu
ius ore omne rectũ prodijt iudiciũ, ac matris eius Virginis glo-
rioſæ, & totius cœleſtis curiæ, Amen. Viſo dicto caſu, & quæſi-
to ac etiam teſtamẽto, ac ſtatuto, de quibus ſupra in dicto quæ-
ſito fit mentio, ego ſuppono, ꝙ dicta domina Conſtantia dicto
P.auo ſuo, non poterat ab inteſtato ſuccedere propter filios di-
cti Petri ipſam excludentes ab inteſtato vigore, & diſpoſitione
ſtatuti Mantuani poſiti ſub rub.de ſucceſſ.ab inteſta.in verſ. ſo-
1 rores vero.† vbi quælibet mulier excluditur, ſeu repellitur, ne
ſuccedat, nedum cum fratribus, ſed etiam cum nepotibus, &c.
hoc ſuppoſito accedo ad quæſitum, quo quæritur, an in caſu
propoſito dicta Conſtantia poſſit agere ad ſupplementum le-
gitimæ. & primò quod agere non poſſit aliquibus medijs. Pri-
mo, quia legitima eſt triens eius portionis, quam mulier iſta cũ
fructibus fuiſſet habitura ab inteſtato, vt no.gl.in auth. nouiſſi-
ma. C. de inoff. teſta. ſed domina Conſtantia nihil eſt habitura
ab inteſtato propter nepotes, qui excludunt ipſam, vt in dicto
ſtatuto, ergo legitima nulla, nec aliqua legitima portio ei debe-
tur: cum nihilo non ſit aliqua portio, vt C.de probatio. l.actor.
cum ſi. Secundo ad idem, nam lex corrigens in vno dicitur cor-
rigere in alio conſequutiuo, & neceſſario. patet in authentica
ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl.& auth.de mona.§. illud. Tertio: quia
ſublata materia, ex qua tollitur materiandum ex ea, vt patet ad
ſenſum, & probatur.ff.de leg.3.l. quæſitũ.§.illud fortaſſe. Quar-
to, quia ille admittitur ad petitionem legitimæ, qui teſtamen-
tum præteritus, vel exhęredatus poſſet querelare, vel rumpere,
vt C.de inoff.teſt.l.omnimodo.& l.ſi quis filium. ſed ſtante prę-
dicto ſtatuto domina Conſtantia pręterita non poſſet teſtamẽ-
tum prædictum querelare, vel rumpere: cum nulla eſſet per te-
ſtatorem iniuria ei facta, ex quo ad eius ſucceſſionem nõ eſt vo-
cata ab inteſtato, & tamen ratione huiuſmodi iniuriæ ad que-
relam admittitur, & vocatur, vt d.l. omnimodo. verſi. ſi tamen.
& ff.eo.tit.l.2.3.& 4. Sed in oppoſitum facit ratio generalis: vi-
delicet quod non mutatur, ſtare non prohibetur, vt C. de ap-
pel.l.præcipimus.cum ſimilibus. Secundo: quia correctio in v-
no de correlatiuis non extenditur ad aliud, niſi dicatur, vt C.de
ind.vidui.l.fi. in principio. facit, quod not.gl.antepenult.& vlt.
in l.fi. C. de reſcind.vend. Tertio pro hac parte facit, quia legi-
tima eſt tertia totius ſubſtantię teſtatoris. vt in cor. de triente,
& ſemiſſe. §. 1. nec dicitur portionis ab inteſtato: & hoc eſt ius
nouiſſimum, quia forte cum miniſterio ſic diſpoſuit: & ſecun-
dùm hoc argumenta in oppoſitum facta non habent obſtare.
Quarto ſuppono, quòd tex.cor.debeat intelligi de triente eius,
quod habiturus eſſet ab inteſtato: tamen legitima portio, & ſic
triens non eſt inuenta per ſtatutum: ſed per ius commune, igi-
tur relata eſt ad trientem eius, quod habitura eſt iure commu-
ni, non de iure municipali: quia non erat de iure communi ſpe-
rata, nec cogitata. & pro hoc accedat. C.de teſt.l.iubemus. in fi.
& quod not.gl.in ſimili, & Iac.But. idem in auth. qui res huiuſ-
modi.C.de ſacroſ. eccleſ. Quinto pro hac parte facit, quia hæc
correctio in contrarium allegata procedit ex quadam interpre-
tatione extenſiua, & odioſa: quia cõtra ius commune, & natu-
ræ, ergo non admittenda, vt ff. ſol.matr.l.ſi vero.§. de viro. de li-
be.& poſthu.l.cum quidam. & extra de reg.iur. c. odia.† & pro
2 hoc bene facit, quod not.Iac.Butr.& Cyn.in auth.ſed hodie.C.
de adult. vbi dicunt, quod pœna illa ex iure nouo procedens,
quæ eſt hodie, vt mulier adultera detrudatur in monaſterio,
vendicat ſibi locum in marito, qui eam accuſauit, & non proba-
uit: & ſic ſimilitudine ſupplicij debet affici. & hoc dicũt proce-
dere ex æquitate, vt mitior pœna imponatur, & odia pœnarum
reſtringãtur: ſecus ſi æquitas, & fauor ſuadet oppoſitum, vt eſt
in caſu noſtro, in quo rigor, ęquitas, & fauor, per quod euitatur
odium ſuadent, vt tale ſtatutum non excludat mulieres à peti-
tione legitimæ, vel eius ſupplemento, quæ quantitatur reſpe-
ctu portionis debendæ ab inteſtato de iure communi, ex quo
ſtatutum non prohibet eis legitimam, nec ſupplementum pe-
tere. Sexto, quia propter cauſam teſtati quis excluditur à ſuc-
3 ceſſione ab inteſtato, vt l.quandiu.ff.de acquir.hæred.† tamen
excluſus non prohibetur petere legitimã, vel eius ſupplemen-
tum, vt C.de inoff.teſt.l.fi.& l.ſcimus.§.repletionem. ergo & in
propoſito excluſus à ſuccedendo per ſtatutum abſq; ſuo facto,
& alterius fauore non debet dici excluſus à petitione legitimæ.
Septimo pro iſta parte videtur quaſi caſus in authentica ſi qua
mulier, in fi.C.de ſacroſ.eccl. vbi liberi, qui excluduntur à ſuc-
ceſſione monaſterij fauore non excludantur à petitione legiti-
mæ.& idem hoc in auth.hoc amplius. C. de fideic. & in cor. de
hær.& falc. §. ſi quis autem non implens. Octauo tex. hoc pro-
bat. C. ad l.Iul. maieſt. l. quiſquis. vbi filia à matris ſucceſſione
excluſa non excluditur à petitione legitimæ. & ſi dicas ibi, in fi-
lio dicitur ſecus: Et ego reſpondeo, quod ibi filius ex ſuo facto
præſumpto, & ſic ex eius delicto pręſumpto priuatur ſucceſſio-
ne, & legitima, vt ibi probat litera. Nono, quia impubes omnis
arrogatus, qui, ſeu quando non admittitur ad ſucceſſionem pa-
tris arrogatoris, nõ prohibetur condictione ex lege ſuam legi-
timam petere, vt ff.de adopt.l.ſi arrogator. & ff. de colla. bon.l.
1.§. ſi impubere. Decimo hæc confirmatur ratio: quia iura lo-
quentia in caſu inteſtati nõ inferunt in caſum teſtati, vt no glo.
in auth.ex cauſa.C.de libe.præter. vel exhære. Et quia hæc pars
fortioribus rationibus videtur fundata quã prima, & quia ma-
gna nititur æquitate, illam ſequor. & quia ex prædictis rationi-
bus patet reſponſio ad allegata in contrarium, non expedit ali-
ter reſponderi.vel diſtingue, aut lex ciuilis, aut municipalis ex-
cludit fœminas à ſucceſſione parentum agnatorum fauore, &
tũc niſi expreſſim dicatur à petitione legitimæ, vel eius ſupple-
mento, non repellitur, vt in themate noſtro per iura ſupra alle-
gata, aut per eius delictum verum, vel fictum: & tũc etiam à pe-
titione legitimæ excluſa intelligatur, vt C.ad leg.Iuliam maieſt.
l.quiſquis.in ea parte, in qua de filio maſculo loquitur, qui pro-
pter eius delictum fictum, vel præſumptum etiam legitima pri-
uatur. & pro hoc etiam accedat. C. de epiſ.& cle. authentic. ſi
captiui. & hoc quando ratio delicti eſt vniformis ad priuatio-
nem vtriuſq;, alias ſecus, vt dicta auth. hoc amplius. & licet non
exemplis, ſed legibus ſit iudicandum, tamen non omitto, quod
audiui, quod in audientia domini cardinalis Albanenſis fratris
Vrbani quinti fuit inter quoſdam nobiles iudicatum, me legẽ-
te Paduæ, pro iſta parte, quam tenui ſupra. Et ita dico, & conſu-
lo ego Bartholomæus de Saliceto, &c.

CONSILIVM CCCCLIIII.

1 *Hæres vſurarij manifeſti an ſit mittendus in poſſeſſionem.*
2 *Qualiter intelligatur illa doctrina, hodie conſtat, hodie agatur.*
3 *Factum legis potentius eſt facto hominis.*

In Chriſti nomine. Quidã Io. deceſſit cõdito teſtamẽto, in quo
inſtituit Martinum: tempore vero mortis ſuæ in domo eius e-
rat ſoror ipſius: & etiam dictus hęres inſcriptus, & ita poſt mor-
tem remanſerunt. dicit namq; dictus Martinus, quod ipſe de-
bet confirmari in poſſeſſione omnium bonorum defuncti, quę
poſſidebantur per eum tempore mortis: præſertim cum ſtatu-
tum dictet, quod in hæredem tranſeat poſſeſſio defuncti, & o-
mnis eius effectus ipſo iure. Econtra dicta ſoror dicit, quòd di-
ctus Io. fuit vſurarius manifeſtus, & nullam cautionẽ præſtitit:
vnde dicta ſcriptura teſtamenti fuit inanis, & vacua, offerens ſe
paratã probare incontinẽti, & per teſtes præſentes in ciuitate,
ita ꝙ ſine temporis mora poſſunt teſtes recipi, & examinari: &
propterea petit dictũ Martinũ extramitti: & à turbatione ipſius
ſororis hęredis ab inteſtato prohiberi. modo quęrit', quid iuris.
1 Et † videt' procul dubio, ꝙ dicta ſoror ſit audienda. nã certũ eſt,
ꝙ teſtm̃ vſurarij manifeſti, qui deceſſit nõ pręſtita cautione, nec
nomẽ teſtamẽti meret' hr̃e: nec meret' executionẽ ad pias cau-
ſas, vt in c.q̃q̃. de vſuris.li.6. Itẽ certũ eſt, ꝙ ille, qui eſt in poſſeſ-
ſione, ſi quidẽ prætẽdit ſimilẽ tit. audit', eius iura licet nõ offerat
ſe ſtatim probaturũ, ſi aũt dicat teſtm̃ nullũ, & dicit ſe inconti-
nenti probaturũ, debet audiri, alias non, vt no.in l.2.& l.edicto.
C.de edict. diui Adria. toll. ſed iſta ſoror eſt incontinenti para-
ta probare, ergo via probationis non eſt anguſtanda, nec dene-
ganda,

ganda, vt extra de appel. c. interpoſita. In cõtrariũ videt̃, nam ius
oñdentis teſtm̃ nõ cancellatũ, &c. eſt ius probatũ: & ꝓ teſtamẽ-
to præſumitur, vt no. C. de iuris, & facti ign. l. & ſi poſt teſtm̃. Itẽ
ſicut & ſcriptus præſumit̃ hæres, ita ex forma ſtatuti præſumit̃
poſſeſſio in eum cõtinuata: & ſic in ea poſſeſſione debet defen-
di. & hic eſt aduertendũ, quia hic ſtat ſubtilitas huius puncti, nã
hæres ſcriptus cũ præſumatur poſſeſſor, tenet partẽ defenſoris,
hæres aũt non ſcriptus, cũ non prꝯſumat̃ poſſeſſor, tenet partes
2 actoris, vt in l. liberis. §. vlt. ff. de libe. cauſa. † Et ideo hæres non
poteſt excipere dicendo, hodie conſtat, hodie agat̃: ſed debet a-
gere, & agenti nõ patrocinatur illa doctrina, hodie conſtat, ho-
die agatur, ſed defendenti. nec poteſt ſoror dicere, ſi non es hæ-
res, ergo nõ poſſides: ſed ego ſoror poſſideo, & ſum hæres: quia
præſumptiua poſſeſſio hæredis ſcripti facit, ꝙ ipſa debet agere,
ſed nõ excipere, caſus eſt in d. l. liberis. §. vlt. de libe. cauſa. & ideo
partes iudicis ſunt defendere ſcrip. hæredem, & mandare ſoro-
ri, ne eũ inquietet in poſſeſſione, donec de iure ſuo probet per
oblationẽ libelli, & ordinem iudiciariũ ſeruandum, quemad-
modum agit̃ de nullita. teſtamenti, vt inſti. de interdict. C. com-
modat. & ff. de damn. infect. l. à quo fundus. Conſidera etiam,
ꝙ cum ſtatutũ faciat hæredem poſſeſſorem immediate, impoſ-
3 ſibile eſt, ꝙ ſoror in poſſeſſione concurrat: † quia factũ legis po-
tentius eſt facto hominis: & magis immediate operatur, vt no.
Innoc. extra de appel. cap. Præterea requiſiti. & eſt impoſſibile,
quod duo poſſideant inſolidum, vt ff. commod. l. ſi vt certo. §. ſi
duobus vehiculum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLV.

1 *De materia teſtium variantium, & qui dicantur conformes, & qui non.*
2 *Verbum teſtis dicentis, ad prædicta interfui, quomodo ſit intelligendum.*
3 *Varietas teſtis quid inducat.*
4 *Scribi poteſt aliquid præſente teſte, & non vidente.*
5 *Diſſonantia teſtis redditur ſingularis, & non probat.*
6 *Proxoneta ad admittatur in teſtem.*
7 *In contractu depoſiti non ſtamus confeſſioni: ſecus in mutuo.*

1 In Chriſti nomine. † Quidã nomine A. dr̃
feciſſe ſcripturã in for-
ma cõfeſſionis depoſiti in mille: & ſubſcripſit ſe, ſubſcripſerũt
ẽt, vt vr̃, tres teſtes. vigore igit̃ dictæ ſcripturæ, in qua cõtinetur
obligatio bonorũ, fuit act. hypothecaria cõtra extraneũ poſſeſ-
ſorẽ, cũ debitor principalis nõ eſſet ſoluẽdo in quo iudicio fue-
rũt examinati dicti tres teſtes ſubſcribentes: tenor aũt ſubſcri-
ptionis dicti debitoris talis eſt, ego A. ſupraſcriptus mea ꝓpria
manu ſcripſi, & ſubſcripſi. tenor aũt ſubſcriptionis primi teſtis
talis eſt, ego Salinus teſtis ſupraſcriptus ad p̃dicta interfui, & me
ſubſcripſi, tenor aũt ſubſcriptionis ſecũdi teſtis talis eſt: ego Io.
teſtis ad p̃dicta interfui, & me ſubſcripſi. tenor aũt ſubſcriptio-
nis tertij teſtis talis, ego Iacopinus teſtis ad prædicta interfui, &
me ſubſcripſi. qui quidẽ teſtes fuerũt examinati in cauſa p̃dicta,
& primus teſtis in effectu depoſuit, ꝙ dicta ſcriptura, & dictæ
ſubſcriptiones erant veræ, dixit tñ, ꝙ ipſe nõ vidit dictã confeſ-
ſionẽ dicti depoſiti ſcribi: ſed vidit eam ſcriptã, & audiuit dictũ
debitorẽ tunc cõfitentẽ, ꝙ dicta ſcriptura erat facta manu pro-
pria. hic primũ quærit̃, vtrũ dictũ ſuũ ſit contrariũ ſubſcriptioni
ſuæ? Et vr̃, ꝙ ſic: quia in ſubſcriptione appoſuit hæc verba, vide-
licet, ego Salinus teſtis ſupraſcriptus ad prædicta interfui, & me
ſubſcripſi. Poſtea dicit, ꝙ nõ interfuit ad p̃dicta ad ſubſcriptio-
nẽ dicti debitoris: ſed ad ſubſcriptionẽ dictæ cautionis ſic. Item
2 dixit, ꝙ non vidit numerari denarios prædictos. † Modo quæri-
tur, quid iuris? & videt̃, ꝙ illud verbũ, ad prædicta interfuit, re-
feratur tã ad cautionẽ, quam ad omnia præcedentia: quia illud
verbũ, ad prædicta, plenam facit repetitionẽ, vt ff. de fundo in-
ſtruct. l. Scia. §. Caio. In cõtrariũ videt̃, ꝙ verba prolata à princi-
pali debitore ita dicunt, ſcripſi, & ſubſcripſi. verbũ autẽ, ſcripſi,
eſt tẽporis præteriti, nõ enim dicit tunc ſcripſi. nec refert, vtrũ
tũc ſcripſerit, vel ante. ſi illa ſcriptura tũc fuit exhibita teſtibus,
vt C. qui teſtament. facere poſſunt. l. hac cõſultiſſima. §. at cum
humana. Item verba debitoris principalis nõ continent aliud,
quã confeſſionem, vt C. de arbi. l. ne in arbitris. ideo dictũ pri-
mi teſtis nõ reddit̃ falſum: cum interfuerit ſcripturæ: quia ſcri-
ptura habet in ſe actum permanentẽ, arg. ff. de iure codicillorũ.
l. Plotiana. & ff. de verb. ſign. l. verbum oportebit. ſed ad hoc re-
ſpondet ſapiens, cum quo ego contuli, quod dictæ reſponſio-
nes ſupradictæ non valent, quia eſto, quod de eſſentia ſcripturę
non foret, quod eſſet tunc ſcriptura, tamen debet eſſet de for-
ma teſtimonij, quia ſcrip. cum dicto debet congruere, arg. ff. de
leg. 2. l. cum pater. §. cum imperfecta. ſed hic non congruit viua
vox teſtis cum ſcriptura: quia aliud ei detrahit cum ſcriptura,
videlicet prꝯſentia ſua: nã vt elegãter dicit Bart. in d. l. 1. de auth.
tut. ſi quidẽ loquitur de præſentia propria, tunc intelligitur lo-
qui quaſi de quadam aſtantia corporali, non de ſcientia illius, ꝙ
ſic debet intelligi, videlicet de neceſſitate, ſed de præſumptio-
ne tam iuris, quam naturæ. Item à cõmuniter accidentibus ille,
qui eſt præſens, præſumitur audire, & intelligere. ff. de ver. obl.
l. ſi procuratori. præſen. puto, ꝙ dictũ Bart. non procedat in te-
ſtibus ſubſcriptis, quia ſubſcriptio de neceſſitate includit ſciẽ-
3 tiam. † Ex quib. apparet, ꝙ dictus teſtis ſubſcribendo locutus
eſt de ſua ſcientia, & intellectu, quod poſtea videt̃ in aliquo ne-
gaſſe: & varietas teſtis licet nõ ſit circa pondus cauſæ, tñ reddit
teſtẽ minori fide dignũ: ſed ſi eſſet in ſubſtantialibus cauſæ, red-
deret eum crimino ſum: quod tñ in propoſito nõ puto. ſed quin
ſit aliqua diſſonantia, nõ nego, vt acta loquuntur: nõ enim poſ-
ſumus plus, vel minus loqui de actis, quã loquantur acta, vt l. fi-
deiuſſ. magiſtratuũ. §. 1. ff. de fideiuſſ. Modo ſequit̃ ſecundus te-
ſtis, qui depoſuit, ꝙ dicta cautio fuit ſcripta. & ſubſcripta ꝓpria
manu dicti debitoris, & teſtiũ ſupradictorũ, & præſentibus di-
ctis teſtibus, qui ſe ſubſcripſerunt. Porro in eo, ꝙ dicit, fuit ſcri-
pta pñtibus teſtibus, qui ſe ſubſcripſerũt, cõtrariatur dicto pri-
mi teſtis: ſed ad hoc rñdetur, ꝙ vterq; teſtis poteſt dicere verum
4 ſcd̃m iudicium ſuum † potuit enim ſcribi pñte dicto teſte, &
tamẽ non vidente, hoc dicit gl. ord. C. de teſti. l. teſtiũ. & domi-
nus Bart. tractat hunc paſſum in l. 1. in fi. ff. de au. tut. vel dici po-
teſt, vt teſtes nõ incidant in contrarietatẽ: quia illa verba, pñti-
bus dictis teſtibus, referuntur ad illud verbũ, ſubſcripta: quia nõ
negatur, quin in ſubſcriptione cautionis fuerint omnes pñtes,
ar. extra de teſti. c. cum tu fili. Itẽ obijcitur alia cõtrarietas: quia
dictus primus teſtis dicit, ꝙ nõ vidit pecuniam numerari. ſecũ-
dus teſtis dicit, ꝙ vidit ante numerari. Sed ad hoc rñdetur, ꝙ ad-
uerbiũ, ante, ſoluit cõtrariũ, iuxta illud, diſtingue tẽpora, & cõ-
cordabis ſcripturas, vt not. C. de furt. l. apud antiquos. ſed ſi di-
ctus ſecundus teſtis dixiſſet expreſsè, ꝙ pecunia fuit numerata
in pñtia dictorum teſtium, ſiue tunc, ſiue ante dicti teſtes eſſent
contradictorij, & incompatibiles: & ideo neutri eorũ crederet̃
per viam probationis, vt ff. quemad. teſt. aperiantur. l. 1. in fi. Sed
ad hoc reſpondet dictus ſapiens: & dicit, quod verum eſt, quòd
poſſunt diſtingui, ne ſint cõtrarij, tamẽ iſta diſtinctio facit, quod
ipſi non ſint conteſtes: & ideo nõ probãt. Puta, iſte aſſerit ſe ha-
bere illum in conteſtẽ, qui non eſt: ergo inter eos non eſt con-
5 ſonantia. † & certum eſt, ꝙ diſſonãtia teſtis redditur ſingularis,
& non probat, vt extra de proba. c. licet cauſam. Itẽ aduertendũ
eſt, ꝙ dicti teſtes in ſubſcribendo proferunt vnũ, & eundẽ me-
ditatũ ſermonẽ: ſed in deponendo ſecus: quare non ſunt ſibi in-
uicem cõteſtes, & ſic non fundant, dicta eorũ aſſertã ſcripturã:
quia non conſonat, & ideo cũ dicta ſcriptura negetur, & ſit pri-
uata, nõ probat. Tertius teſtis eodẽ modo impugnatur, vel de-
6 fenditur. Porro nõ eſt vis, ꝙ duo eorũ fuerint proxonetæ; † quia
proxoneta volens admittitur ad teſtificandum, licet non cogat̃
inuitus, vt in Auth. de teſti. §. pen. & in c. mediatores. de teſti. li.
6. licet dominus Cyn. dicat, ꝙ quando teſtis eſt citatus, intelli-
gatur inuitus deponere ſecundum Bart. de Capua. quod verum
non eſt, nec conſuetudine approbatur, quia de natura iudicio-
rũ eſt, ꝙ citentur, licet aliquãdo ſine citatione valeant dicta eo-
rũ, vt ſingulariter no. ff. de his, qui. vt indi. l. poſt leg. §. is vero. &
ego pleniſſime no. C. de epi. & cle. l. preſbyteri. Ad illud, ꝙ quæ-
rit̃ de cõparatione literarũ, ꝙ non vr̃ ſolenniter facta: quia non
iudice pñte, ſed per notarios electos. dicẽdũ eſt, ꝙ ſi quidẽ par-
tibus pñtibus conſentientibus ſunt electi, vel vna pñte, & alte-
ra abſente, ſolẽniter citata, ꝙ valeat dicta electio eorũ: alias nõ.
Itẽ ſi iſti electi faciũt comparationẽ pñtib. partibus, vel ad hoc
monitis valet, alias non, arg. C. de ſecun. nup. l. hac edictali. §. is
illud. & in l. 1. in prin. ff. de ven. inſpi. & ꝙ no. in Auth. de triente
& ſemiſſe. §. qm̃ ſępe. nã (vt ita dixerim) iſti mixtim fungunt̃ offi-
cio, teſtis, & iudicis: quia teſtimonium de peritia eſt quodãmo-
do iudicare: & ideo ad id citanda eſt pars, vt ff. de re iu. l. de vno
quoq;. & C. de teſti. l. ſi quando. & ff. de dote prælega. l. Theo-
pompus. partibus pñtib. Illud non ẽt eſt omittendũ, ꝙ illud ꝙ
dicit teſtis de ſacculo, nihil probat, quia quod eſt in ſacculo in-
tus, non videt̃, nec numeratur: & in hoc requiritur teſtimoniũ
viſus,



viſus, vt ff. depoſit. l. 1. §. ſi ciſta. cõſuetudo tñ eſt in contrarium,
ꝙ creditur numeraſſe: & ſufficit ibi eſſe ſacculum cum nũmis:
& recipiens confitetur, ꝙ ibi ſunt tot nummi, & ſtat confeſſio-
ni. Sed iſta conſuetudo eſt ſatis abuſiua, licet frequentetur in
patria mea, tamen ibi notarius vadit vſq; ad cãpſorem, & nun-
quam ſcribit, ꝙ ſit numerata, niſi apud campſorem numeretur
incontinenti p̃ſentibus teſtibus. Ex hoc ſequitur, ꝙ illi qui vi-
derunt numerari, non ſunt conteſtes cum illo, qui dicit ſe vidiſ-
7 ſe ſacculum: ſed parum ad rumbũ: † qa in cõtractu depoſiti nõ
ſtatur cõfeſſioni, vt C. de non nu. pecu. l. in cõtractibus. & ff. de-
poſiti. l. Publia. §. fi. licet ſecus ſit in mutuo: quia faciliores ſunt
homines ad confitendum, nam nemo accipit mutuum, niſi im-
minente neceſſitate rei familiaris, vel maiore, & ideo facilior
eſt ad confitendum ſe recepiſſe. Sed in depoſito non eſt ita: qa
non poteſt vti pecunia: finalis concluſio eſt, ꝙ ſtare. dictæ ſub-
ſcriptioni, vt C. de non nu. pe. l. generaliter. & C. de fide inſtr. l.
ſcripturas. & in auth. ſi quis vult caute deponere. niſi eſſet in di-
ctis teſtium aliqualis varietas: tñ hic de crimine non eſt tractan-
dum: quia non reputo, ꝙ ſit aliquod crimen, nec aliquis dolus,
licet eundo per apices iuris non videatur eſſe ad publicam legi-
time comparata, ſecundum ea quæ ſuperius proponuntur: &
quæ acta loquuntur, & hoc dico ſalua veritate facti, ad quam
iudicans debet principaliter reſpicere, & eam totis viribus in-
uenire, vt C. de ſententiis, quæ pro eo quod int. proferuntur. l.
1. §. in aliis. vnde dicit decretum, iudicantem oportet cuncta ri-
mari: & ſi ſemel nõ eſt facta rite comparatio, poteſt iterum fie-
ri, quia vtile per inutile non debet vitiari, vt in cle. teſtibus. à cõ-
trario ſenſu. & ibi. no. vel breuius tria ſunt hic põderãda, ſ. ſub-
ſcriptio, depoſitio ſubſcribentium, & comparatio literarum. ſi
ponderamus ſubſcriptionem, licet ſit pura, & ſine macula, eſt
ſcriptura priuata, quæ de ſe non facit plenam. Si autem conſi-
deramus dicta teſtium, non ſunt omnino conformia cum ſcri-
ptura: nec mirum, quia labilis eſt memoria hominum: ſi autem
conſideremus comparationẽ literarum, non videtur ſeruata vſ-
quequaq; forma, q̃ requiritur in comparationibus, tñ ſi ſtatus
cauſæ patitur, poteſt fieri comparatio iterato, niſi forte varia-
ret dicta teſtium variatio: & ita teneo, ſalua ſubſtantia veritatis,
quam quilibet iudicans debet habere præ oculis, ſaluis cauilla-
tionibus quibuſcunque. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCLVI.

1 *Dos conſtante matrimonio conſtitui poteſt.*
2 *Auia materna, & ſocrui, & per ipſam poteſt donari nepoti, & filia.*
3 *Stante ſtatuto, quod inſtrumenta non ſubſcripta per duos notarios non va-
leant, ad quod ſe extendant.*
4 *Vxor cuius ciuitatis dicatur.*
5 *Origo iuris dat ius nouæ originis.*
6 *Statutum loquens de ciuibus quid comprehendat.*
7 *Dierum appellatione qui contineantur, ſtãte ſtatuto, quod arbiter debeat
laudare infra 40. dies.*
8 *Si arbiter ſubeat, quem non moleſtari ſub pœna, an pœna ſoluta poſſit mo-
leſtari.*
9 *Laudum latum pro venditore an proſit emptori.*

In Chriſti nomine. Seia origine pr̃na Mã-
tuana nupſit Titio ori-
ginario Ciuit. Parmæ, q̃ Titius cõſtante matrimonio fuit cõfeſ-
ſus ab auia materna dictæ Seiæ dotis nomine habuiſſe mille: &
q̃ ꝓmiſit reſtituere dictæ Seię in omnẽ caſum dot. reſtituẽdæ
cum obligatiõne bonorum: & renuntiauit exceptioni nõ num.
dotis, ꝓut apparet per inſtr̃m dotis celebratũ: contra qđ inſtr̃m
1 poſſeſſor conuentus hypothecaria opponit † dicens, ꝙ dictum
inſtr̃m p̃ſumitur ex cauſa donationis, q̃ inter vi. & vxo. cõſiſtere
nõ poteſt. & maxime quia non interuenit traditio, vt ff. de don.
inter vir. & vxor. l. Papi. vnde licet donator p̃deceſſerit, donatio
non confirmatur morte. Ad hoc facit ꝙ no. C. q̃ po. in pig. ha. l.
aſſiduis. ĩ gl. parua, q̃ dicit, ꝙ diſpoſitio illius legis non habet lo-
cum in dote cõfeſſata non numerata. In cõtrariũ eſt ipſa veritas:
qa dos cõſtante matrimonio poteſt conſtitui tam p confeſſionẽ
q̃ p numerationẽ, niſi cõſtituatur in fraudem aliorum credito-
rum, vt C. de do. ante nup. l. fi. & auth. ſed iam neceſſe. nec poteſt
opponi exceptio nõ numeratæ dotis: primo ꝓpter temporis la-
pſum. ſecundo quia renunciatũ eſt, vt no. C. de non nu. pec. l. ſi
ex cautione. q̃ renunciatio non fuit facta inter vi. & vxo. ſed in-
ter auiam maternam, & virum, vbi nõ præſumitur donatio, ſed
dos: qa quale eſt inſtr̃m in forma, tale p̃ſumitur in materia: ſtã-
dum. n. eſt verbis inſtr̃i, vt C. de ꝓba. l. cum precibus, & extra de
vſu c. nauiganti. nunq̃. n. præſumitur ſimulatio, niſi probetur,
vt C. plus vale. ꝙ agi. per totum. vt ff. de pact. l. iuriſgentium. §.
ꝙ fere. niſi expreſſe ꝓbaretur contrariũ. Pręterea hic nõ eſt tra-
ctandũ de dona. inter vir. & vxo. quia in contractu auia eſt illa, q̃
præſumitur donaſſe nepti, non vir vxori, vt ff. ſol. ma. l. Caius. &
C. de rei vxo. ac l. 1. §. extraneum. & C. de iu. do. l. auia. Certe nec
illud eſt dubitandum, ꝙ dos poteſt conſtitui ꝓ matrimonio iam
contracto etiam dudum ante, vt ff. ſi cer. pet. l. 2. ver. velut. ff. de
act. & obl. l. obligamur. §. alioquin. nec ante matrimonium con-
ſtituta valeret, niſi ſ. in tempus matrimonij conferatur, vt C. de
dona. ante nup. l. 1. & l. quod ſponſę. & de hac materia ſatis no. in
d. l. 1. de do. ante nup. per gl. & Cy. Concluditur ergo, ꝙ dicto in-
ſtrumento eſt ſtandum: nam & ſi animo donandi vir eſſet con-
feſſus ſe habuiſſe ab auia, duæ donationes factæ viderentur: vna
per virum in auiam maternam: alia per auiam maternam in ne-
ptem ſuam: licet celeritate actuum alter occultetur, vt ff. de
2 do. inter virum, & vxo. l. 3. §. ſciendum. & l. Sulpitius. † Conſtat
autẽ auiæ maternæ, & ſocrui poſſe donari, & rurſum ipſam poſ-
ſe donare nepoti, & filiæ, qa non ſe cõtingunt p aliquã paternã
poteſtatem, vt ff. de don. inter vir. & vxo. l. 1. cum ſi. Præterea &
ſi diceretur, ꝙ vir donaſſet mulieri, non eſſet donatio ſimplex:
ſed cauſa dotis: quo caſu non requirit̃, ꝙ vir tradat ꝓpter ipſius
dotis naturam, quæ debet poſſideri à viro, vt C. de dote cauta
3 non numerata. l. 2. licet gl. ibi ſe inuoluat. † Modo ſequitur ſe-
cundus articulus. nam ſtatuto Parmenſi cauetur, quod non va-
leat inſtrumentum, niſi interſint duo tabelliones rogati, etiam
ſi fieret extra territorium Parmæ per certum ſpacium. Modo
compromiſſum fuit factum inter dictam dominam, & quẽdam
Parmenſem, & arbiter tulit ſententiam extra diſtrictum Parmę,
de quo non apparet rogatus, niſi vnus notarius. Quæritur, vtrũ
dicto inſtrumento dicti laudi in ciuitate Parmæ detur fides? Et
videtur, ꝙ ſic: quia de iure communi ſufficit vnus tabellio cum
teſtibus. vt not. in auth. de hær. & fal. §. ſi verò abſunt. nec poteſt
ſtatutum Parmæ diſponere extra ſuam iuriſdictionem, maxime
annullando id, ꝙ extra ſuum territorium legitime fit: quia extra
territorium ciuitas Parmæ eſt loco perſonæ priuatæ: ergo nec
poteſt ſtatuere, ſicut nec poſſet ius dicere, vt in l. cunctos popu-
los. & l. extra territorium. & in c. vt animarum. de conſti. lib. 6.
In contrarium videtur: nam & ſi diceremus, ꝙ valeret tale in-
ſtrumentũ quantum ad ſubſtantiam inſtr̃i, & ꝓbaret alibi, q̃ in
Parmenſi territorio: quia Parmenſes non poſſunt extendere
radices ſuas extra fines eorum territorij: tñ quantum ad vten-
dum in ciuitate Parmæ oportet, ꝙ vtatur ſtatuto Parmenſi: nam
de his quæ aguntur in iudicio Parmenſi, ipſi bene poſſunt ſta-
tuere, vt l. 1. ff. de vſu. & ff. de teſti. l. 3. §. fi. Pręterea ſtatutum Par-
mæ ligat Parmenſes etiam quocunque loco, cum exprimit de
loco, vt ff. de decr. ab ordi. facien. l. fi. tunc conſidera, ꝙ non va-
let inſtrumentum, niſi notarius ſit rogatus, vt in auth. de tabel.
§. nos autem. Sed contrahentes, qui ſunt Parmenſes, prohibẽ-
te ſtatuto non poſſunt inſtr̃m mandare fieri, ergo non valet in-
ſtrumentum factum per dictum tabellionem vnicum, & non
matriculatum. dico igitur, dictum ſtatutum ſeruandum inter
Parmenſes in curia Parmenſi, & per conſequens non debet ei
adhiberi fides, vt C. de teſtam. l. ſi vnus ex teſtibus defuerit. Et
quia ſtatutum, quod diſponit de fide habenda per iudicem, diſ-
ponit de ſuo iudice: & ſic inſpicitur locus iudicij. hæc tantũ lex
dicitur prætoria, & arctat ipſum, conſtat autem, ꝙ p̃tor tenetur
ſeruare ſtatuta ſui loci, vt extra de iure immun. l. venientibus.
4 † Tertius articulus eſt, vtrum dicta Seia debet dici Parmenſis,
& videtur ꝙ non, etiam ſi eſſet probatura de origine: quia dicta
origo eſt caſualis & momentanea: & id quod momẽtaneum eſt,
curandum non eſt, vt ff. de iudi. l. hæres abſens. Sed contrarium
eſt verum, nam ſi mulier capta eſt ab hoſtibus. & ibi peperit, iſte
partus dicitur editus apud hoſtes, quanquam fortuito editus
ſit, vt ff. de cap. & poſtli. reuer. l. 1. Si ergo probata eſt origo, non
eſt dubitandum, ꝙ iſta Seia eſt Parmenſis origine propria: & ab
euentu dicitur originaria: & tanquam originaria ſubijciatur
legibus municipalibus, & econuerſo gaudet beneficio legum
municipaliũ: quia ſicut quis moritur ciuitati, ita ciuitas mori-
tur ſibi, vt ff. de capti. & poſtli. reuer. l. cũ duæ. quia iſta ſunt cor-
relatiua. Præterea, quia iſta Seia fuit nupta Parmenſi, vnde de-
5 bet reputari originaria Parmenſis: etiam dum eſt vidua: † quia
origo iuris dat ius nouæ originis vxori, vt ſingulariter not. C. de

municipibus & originariis. l. origine. lib. 10. quæ gl. non eſt alibi.
Præterea quia ſtatutum non loquitur per hæc verba Parmenſi,
quæ verba ſignificant originem, vt no. ff. de excuſ. tuto. l. ſi duas.
in dictione, cõmunes: ſed vtitur hoc verbo, ciuis vel diſtrictua-
lis: ſed certum eſt, ꝙ verus ciuis & verus diſtrictualis ſit quis per
domicilium, & perpetuos lares, vt ff. de incolis. l. ciues. & l. 2. C.
6 vbi ſenat. vel clari. l. 2. adeo. † quod ſtatutum loquens de ciui-
bus intelligitur loqui proprie, & vere de perpetuis habitanti-
bus, & abſq; aliqua fictione, vt d. l. ciues. in verbo, domicilium,
& in verbo, larem. & plene no. per Bart. ff. de vſucap. l. ſi is qui ꝓ
7 emptore. † Quartus articulus, ſtatuto cauetur, ꝙ arbiter de-
beat laudare. ĵ. 40. dies continuos à tempore compromiſſi cõ-
putandos: & ſi laudare infra dictum tempus neglexerit, com-
promiſſum, & laudum caſſa ſint. modo ponamus, ꝙ nihil fuerit
intimatum arbitro in prin. ſed ſolum decurſus 30. dierum. mo-
do quæritur, vtrum ſi non laudauit ĵ. 10. ſequentes dies, poſſit
poſtmodum laudare. Et ſi quidẽ conſideramus naturã conti-
nuorum dierum, videtur extincta poteſtas: ſi vero naturam v-
tilium dierum, non videtur extincta: vtiles autem dies ſignifi-
cantur per verba, neglexerit, vt ff. de excuſa. tutor. l. quinqua-
ginta. & l. ſcire oportet. §. conſequens. ad hoc reſpondeo, quod
verbum neglexerit: non requirit, ꝙ omnes 40. dies ſint vtiles:
ſed ſufficit, ꝙ aliqui dies de dictis 40. ſint vtiles, infra quos ar-
biter ſit negligens ad decidẽdam cauſam, vt ff. quib. ex cau. mai.
l. ab hoſtibus. §. fi. Quintus articulus eſt, pone, ꝙ in decreto do-
mini dicitur, ꝙ compromiſſum non duret, nec ſe extendat vltra
terminum 40. dierum vtilium à die acceptationis, factæ per
arbitrum computandorum, vtrum ſit correc. dictum ſtatutum
de diebus continuis? Reſpondeo, ſic, vt C. de dolo. l. 1. & C. in
quibus cauſis in integ. reſti. non eſt neceſſa. l. ſuperuacuam. &
ideo ad expirationem officij non labitur terminus ignoranti, vt
8 no. Bar. ff. de his, qui no. infa. l. genero. † Sextus articulus eſt, ſi
arbiter iubeat reum non moleſtari, vtrum actor poſſit moleſta-
re ſoluendo pœnam, vel intereſſe: de pœna eſt gl. ord. ſed loqui-
tur in mero arbitro, in c. quandiu. de appel in clem. ſed conſide-
rato, ꝙ ex forma ſtatuti lauda habent vim ſententiæ diffinitiuæ,
non poteſt contrauenire iuſſus non petere, vel non inquietare,
licet velit ſoluere intereſſe. ff. de rei ven. l. qui reſtituere. Et quia
hic ſumus in laudo arbitri, vbi inuito aduerſario non poteſt au-
ferri ei executio cui competit, vt ff. de pac. l. reſcriptum. §. ſi pa-
9 cto. † Vltimus articulus eſt, vtrum laudum latum pro vendito-
re proſit emptori, & in hoc dicendum eſt, ꝙ ſic, ſicut tranſactio:
nam ius excipiendi tranſit ad ſingularem ſucceſſorem, vt l. et-
iam. ff. de iureiur. & plene not. per Dy. in l. filium. §. adijciatur. ff.
de dam. infecto. Ego Baldus de Peruſio.

### CONSILIVM CCCCLVII.

1 *Contractus qui poſsint celebrari cum prælatis eccleſiarum.*
2 *Succeſſor prælati quibus contractibus ſtare debeat.*
3 *Monoſyllaba, à, quid importet.*
4 *Vbi incipit annus, ibi deſinit alius.*

In Chriſti nomine. Reuerendus pater dominus F. 1391. de menſe
Maij locauit Titio in hæc verba, à feſto S. Martini proxime fu-
turi vſque ad annos nouem ex tunc proxime ſubſequentes, ſol-
uendo quolibet anno in feſto S. Martini flor. 40. & durante tẽ-
pore dictæ locationis epiſcopus deceſſit. quæritur vtrum ſe-
1 quens epiſcopus teneatur ſtare dicto contractui. † Ad cuius in-
telligentiam præmittẽdum eſt, ꝙ quidam ſunt contractus per-
petui permiſſi, vt feudum, & emphyteuſis, & iſti ſi ſunt celebra-
ti more conſueto, tranſeunt ad ſucceſſorem locatoris, dum ta-
men cõtractus à principio tenuerit vt in c. 1. ꝗ ſucceſ. teneã. col.
10. Quidam ſunt cõtractus ꝑpetui ꝓhibiti: vt ſi prælatus vellet
de nouo infeudare, vel in emphyteuſim dare res non conſue-
tas emphyteuticari, vel infeudari, & hoc nec ipſe tenet᷑ habere
ratum, nec ſucceſſor, vt C. de ſacroſ. eccl. l. iubemus nulli. & in
c. 1. epi. vel abba. colla. 10. idẽ dicendũ eſt in locatione trãſeunte
ad longũ tẽpus: qa eſt ſpecies alienationis, vt ff. de ſuperficie. l. 1.
§. quod ait. ff. ſi ager vectig. l. 1. §. qui in perpetuum. in auth. de a-
lienan. & emphy. §. locationes. niſi interueniant illæ ſolennita-
tes, quæ requirũtur in perpetuis alienationibus. & ſi talis præ-
latus iuraſſet non alienare Romano Pontifice inconſulto, o-
portet interuenire authoritatem Papæ, ſi de nouo fit alienatio,
vt in c. ſi quis. de reb. eccl. non alie. quod tamen iuramentum
non extenditur ad res, quæ conſueuerunt alienari, emphyteu-
ticari, vel infeudari, vt extra de feu. c. ex parte. quia conſuetudo
rebus dat naturam. & qualitatem alienabilitatis. vt l. 1. §. permit-
titur. ff. de aqua quot. & eſt tex. optimus. ff. quod vi, aut clam. l.
2 prohibere. §. plane. † Modo ſequitur videre de locationibus ad
modicum tempus, quod eſt ad decem annos excluſiue, an ſuc-
ceſſor in prælatura vel adminiſtratione teneatur ſtare colono,
vel conductori. Non enim loquor de præbendario: quia præ-
benda accedit canonicatui, qui in perſona mortui finitur mor-
te: extincto actore extinguitur actus, quatenus eſt in fieri ꝓ fu-
turo tẽpore, vt ff. loc. l. ſi quis domũ. §. huic. & ff. de nou. l. quo-
ties. §. fin. ff. de pig. l. lex vec. Sed loquor in prælato, vel admini-
ſtratore legitimo, cuius dignitas etiam ſine perſona remanet in
ipſa eccleſia vacante paſtore, vt ff. de leg. 2. l. quod principi. vbi
breuiter ſic diſtingue: aut prælatus cõtraxit cum volũtate capi-
tuli, & capitulũ cum voluntate prælati, & tranſeat ad ſucceſſo-
rem, quia capitulum non moritur: & ſunt duæ auctoritates vni-
tæ & validiores. ſ. p̄lati. & c. vt no. gl. C. de ſacroſ. eccl. auth. hoc
ius porrectũ. Aut cõtraxit ſolus p̄latus, & tũc refert: aut cõtra-
xit ſup re, cuius adminiſtratio ꝑtinet ſimul ad prælatũ, & capitu-
lum, vel ad capitulũ ſolũ, & irritus eſt contractus à principio, &
nec ipſe nec ſucceſſor obligatur, vt legi. & no. extra de reſcr. c.
edoceri. & extra de his, ꝗ fiunt à prælato ſine conſen. cap. quaſi
per totũ. Aut eſt celebratus ſup re, ꝗ pertinet ad adminiſtratio-
nem ſolius prælati, & tunc refert: aut cõtraxit nomine proprio
tantum, & non tenetur ſucceſſor: aut cõtraxit nomine eccleſię,
puta nomine epiſcopatus, & tunc aut pecuniã cõuertit in vtili-
tatem eccleſiæ: & hoc cõſtat, & tenet᷑ ſucceſſor, aut in vtilitatẽ
burſalem ſuã: & hoc conſtat, & non tenetur ſucceſſor. ita dicit
Bernar. & Inno. & omnes doc. in d. c. querelam. nec prælati vi-
ces ſuas. aut eſt dubium, & tunc oportet probari verſum in vti-
litatem eccleſiæ, arg. ff. ſi cer. pe. l. ciuitas. ſed aliqui dicunt, ꝙ ibi
eſt ſpeciale in mutuo: tñ hoc ſaltem eſt probandum, ꝙ eccle-
ſiæ ex hoc prouenire potuit vtilitas, vt ff. de exerci. l. Lucius. §.
pen. Quid enim ſi multo plus reperitur, ꝗ̃ locatum ſit, vt quo-
dammodo locatio gratioſa videatur, certe nequaquam ſucceſ-
ſor tenetur ſtare locationi: quia non tanꝗ̃ hæres locatoris, ſed
tanquam ipſa eccleſia, ꝗ non moritur, ſucceſſor cenſendus eſt,
& ei ꝑ prædeceſſorem ſuum iniqua conditio auferri nõ debet,
vt ff. de iu. & fac. ign. l. iniquiſſimũ. alioquin p̄deceſſor potuiſſet
conſumere, vnde ſucceſſor habet viuere: & totum ſibi vſurpa-
ret, nihil ſucceſſori relicturus, quod falſum, & abſurdum eſt: &
maxime quia p̄latus quicqd poteſt, vi mãdati, nõ ex vi dominij,
quia mandatum eius morte finitur, vt in c. vlt. de procu. in cle.
niſi in rebus perfectis, vt ff. de inſtit. l. ſi quis mancipij. §. ſi im-
pubes. Et confirmantur prædicta per ea, quæ leguntur, & no-
tan. 12. q. 2. c. in ſumma. & c. alienationes. per Inno. Quapropter
concluditur, ꝙ locatio epiſcopi non tranſit ad ſucceſſorem, ni-
ſi contractus ſit celebratus pro vtilitate eccleſiæ, & ſub con-
grua penſione. vel niſi eſſet celebratus cum ſolennitate, vt di-
cunt prædicti gloſſatores, & doctores. Modo ſequitur videre
de alio puncto, videlicet vtrum per hæc verba, à feſto Sancti
Martini proxime futuri vſque ad annos nouem ex tunc proxi-
me futuros duntaxat, ſoluendo in feſto S. Martini proxime fu-
turi: & ſic omni anno in principio anni. Dubitatur enim, quo-
modo hæc verba intelligantur: vtrum ꝙ includant primum S.
Martinum, quia contractus fuit celebratus de menſe Octobris,
an excludant. Quæſtio namque vulgaris. † vtrum monoſyllaba
3 à, notet ſeparationem temporis, an coniunctionem, & copu-
lam. Nam primo caſu excludit, ſecundo includit, videamus i-
gitur quid iuris de iſta monoſyllaba, à, vel de ſyllaba ab. Dicũt. n.
quidã indiſtincte, ꝙ iſta dictio, à, & ab, ponitur excluſiue, vt ff.
de act. emp. l. ratio. §. fi. Alij dicunt, ꝙ ponitur incluſiue, vt ple-
niſſime no. Archi. in c. ſtatutum. de præben. lib. 6. ſed Io. And.
ibi vnum dicit in gl. aliud ꝓſequitur in nouella: ſed alibi valde
breuiloquus eſt. in c. ꝗ̃ ſit. de elect. libr. 6. in nouel. in verbo, à,
tempore. vbi ſic ait: per hoc patet, ꝙ etiam dies illa computabi-
tur: licet Franciſ. Vercellẽſis contra per decretalem pia. infra de
excep. ſed expreſſe diuerſos format caſus, & ſoluit contrarium.
Ioan. Andr. verba breuia ſunt: ſed interpretatio non eſt bre-
uis. dicendum ergo, quod aut conſtat ex verbis de intentione
legis, vel contrahentium, & ſtamus verbis declarantibus, ſi-
ue præcedant, ſiue ſequantur, vt ff. de legat. 1. l. ſi ſeruus pl-
rium



rium. §. fi. & quod not. ff. ſi cert. pet. l. cum quid. aut non conſtat
ex verbis, & tunc aut ſi poneretur incluſiue, ſequeretur abſur-
dum: & non includit, ſed excludit. Aut ſequeretur abſurdum, ſi
poneretur excluſiue, & tunc nõ excludit, ſed includit, vt no. per
Cy. C. de nup. l. à calligato, aut qualitercunq; ponatur, nulla ab-
ſurditas ſequitur. & tunc refert, aut dictio à, vel ab, iungitur in
initio, & ponitur incluſiue: dicit lex, inſtituo nepotẽ, ꝗ naſce-
tur ĵ. 10. menſes à die mortis filij mei, ꝙ dies mortis computat᷑
in 10. menſib. ff. de lib. & poſth. l. Gallus. in prin. dicit iuramen-
tum fidelitatis, iuro ab hac hora in antea eſſe fidelis. certe hæc
hora includitur: quia iungitur actus in initio ꝓprij temporis, vt
in c. 1. de noua forma fidelita. dicunt verba contractus, à die iſta
ꝓmitto. 10. certe & pręſens dies includitur: quia eſt quædã inte-
gritas temporis, quæ primum principium non excludit, vt ff.
ſi cer. pet. l. lecta. §. fin. Et generaliter vbicunque cum ſuo initio
iungitur, illud includit. ſi autem iungitur cum tempore, quod
non eſt de eius initio, tunc ponitur excluſiue: vt ſi quis citatus
eſt, ꝙ compareat ĵ. 10. dies à die hodierna, non eſt de iudicis mo
nitione: quia non eſt de iuſſa comparitione, vt l. 1. ff. ſi quis cau-
tio. ſimiliter ſi dicit epiſcopꝰ, niſi ſolueris ĵ. 8. dies, ab iſta die te
excommunico. nam mora non incipit contrahi à die excom-
municationis, ſed ſequenti incipit curſus moræ, vt ff. ſi cer. pe. l.
lecta. §. ſed cum foris. Ex iſta theorica deuenitur ad concluſio-
nem noſtræ quæſtionis: loquor per modum motiui, ꝙ dictio, à,
ponatur incluſiue. primo, quia conductor percipit fructus pri-
mi S. Martini, quos vigore alterius cõductionis percipere non
poterat: quia finita ſecunda ratione vitandæ abſurditatis, quia
non debet in eodem anno duo feſta habere, in quibus fere to-
tius anni fructus conſiſtunt. nam vnius anni vnius tantũ fructus
eſt, 12. duntaxat mẽſium complexiuus, vt ff. ſol. mat. l. diuortio.
in prin. & §. quod in ſementem. Tertio per doctrinam, quia di-
ctio, à, iungitur ſuo principio, vt declarat ſcriptura contractus
ibi, in pr. cuiuſque anni, vbi diſponentes eſſe voluerunt: vt l. 1.
C. qñ dies leg. cedat. & ff. eo. l. nec ſemel. §. ſi in habitatione. &
l. Firmio. & ff. qñ dies. l. ced. l. ſi cũ p̄finitione. & d. l. lecta. ſi cert.
pe. ex quibus cõcludo, ꝙ dictio, à, hic ponitur continuatiue, &
incluſiue, nõ ſeparatiue: tũ ex natura principij vniendi cum ſuo
ꝓceſſu temporis: tum ratione vitandæ abſurditatis, & duplici-
tatis: tũ ratione declarationis: quia (vt dixi) à poſita inter prin-
cipium & finem temporis, cõiungit de momento ad momentũ:
ſed vbi poneretur inter terminos contrarios, vel ꝗ non poſſent
inuicem coniungi, tunc poneretur excluſiue. & de primo pa-
tent multa exempla. ecce ſi dico, ab ortu ſolis vſq; ad occaſum
dies eſt. itẽ ſi dico, ab adoleſcentia ætas prona eſt ad malum, itẽ
ſi dico, à planta pedis vſq; ad verticẽ non eſt in eo macula: nam
in omnibus iſtis, & ſimilibus dictio, à, ponitur incluſiue, vt pa-
tet cuilibet intuenti, ita in propoſito cum dico à feſto S. Marti-
ni vſq; ad aliud feſtum S. Martini, ſi dictio, vſque, ponitur exclu-
ſiue, neceſſe eſt, ꝙ dictio, à, ponatur incluſiue: & ſi cõtrarium,
contrarium. Cum ergo primum feſtum iure iſtius contractus,
& non alterius pertinuerit, vt dictum eſt, ad conductorem, ne-
ceſſario ſequitur, ꝙ vltimum feſtum S. Martini non pertineat
4 ad eundem: † quia vbi incipit annus, deſinit alius, & reuoluitur
Nam ſic eſt in diebus, vt ff. de fer. l. more Romano. item in mẽ-
ſibus, ergo & in annis, qui menſurant᷑ diebus, & menſibus. vt ff.
de ſtatulibe. l. cum hæres. §. Stichus. & ff. de minori. l. 3. §. mino-
rem. & facit, quod no. C. de appel. authen. hodie. & in c. pia. de
excep. lib. 6. & ff. de vſufruct. l. defuncta. & ff. ſi cert. pet. l. ſi quis
nec cauſam. §. res pig. & in c. ſi perpetua. de reſcr. lib. 6. & inſti.
de verb. obl. §. omnis. Ego Bald.

### CONSILIVM CCCCLVIII.

1 *Contractus emptionis, & venditionis quo ad eius ſubſtantiam perficitur cõſenſu: nec intereſt, vtrum interuenerit arra modica, vel modiciſsima.*
2 *Emptione perfecta an teneatur venditor emptori facere inſtrumentum venditionis.*

In Chriſti nomine. Quidã emit quoddam p̄dium ꝓ cẽtum: & no-
mine arrę dedit vnum nummum: tandem de mandato dicti vẽ-
ditoris nomine ſ. dicto dictus emptor ſoluit creditori dicti vẽ-
ditoris decem quolibet anno duorum anno. Nunc petit dictus
emptor, ꝙ dictus venditor faciat ſibi chartã venditionis, ꝗ ven-
1 ditor dicit ſe non teneri. Quæritur, quid iuris? † Reſpondeo,
hæc quæſtio non ſolum in iure, ſed in facto conſiſtit. de iure. n.
contractus emptionis & venditionis quo ad ſubſtantiam obli-
gationis ꝑfectiuã hincinde ꝓductiuam ꝑficitur conſenſu, vt in-
ſti. de ob. ꝗ conſenſu cõtrahuntur. in pr. nec intereſt quantum
ad hoc vtrum interuenerit arra, nec ne: & vtrum interuenerit
modica arra, vel modiciſſima, an magna, qa arra eſt ar. emptio-
nis: tñ non eſt modus tollendæ, vel inducendę emptionis, vt in-
ſti. de emp. & ven. §. 1. ſed in hoc eſt cõſiderandum, ꝗd actum eſt
inter partes: nam ſi venditor non erat alias vẽditurus, niſi p̄ciũ
ſolueretur ſibi cõfeſtim ex modico interuallo, tũc emptor, qui
vadit per moras, & dilationes, & nõ offert integrum p̄cium, nõ
debet audiri, nec habet iuſtitiam aliquam. ſi autẽ inter contra-
hẽtes eſt actum, ꝙ certæ perſonæ ſoluatur precium, & de tem-
poribus in tempore, ſtandum eſt pacto conuento, vt l. 1. §. 1. ff. de
2 pact. † ſed dubium eſt, vtrum venditor emptione ꝑfecta ratione
conſenſus teneatur emptori facere inſtrumentum venditionis:
& ſecundum cõmunem opi. gl. non tenetur ad hoc, ſed tenetur
ad intereſſe, quanti intereſt emptoris rem ſibi vendi, & tradi, vt
l. 1. in pr. ff. de act. empt. ſed ſecundum opin. Martini, ꝗ eſt magis
æqua, ſi quidem quis vendit rem ſuam, quã poſſidet, tenetur p̄-
ciſe tradere, ſi autem non poteſt tradere de iure, vel de facto,
tenetur ad intereſſe, vt no. in d. ti. inſti. de cõtrahẽ. emp. & ven.
in gl. ſup verb. tradatur. ex quibus apparet quid iuris in ꝓpoſita
quęſt. nam ſi quidem emptor qui verbis emit᷑, circumuenit vẽ-
ditorem alias non venditurũ, non poteſt petere ſibi inſtrumẽ-
tum fieri: ſi autẽ de conſenſu partium ea, ꝗ p̄dicta ſunt, & ſub-
ſequuta ſunt, ꝓbent᷑, tunc cogitur, qa ſatisfieri intelligitur eo
ipſo, ꝙ pactum ſeruatur, vt ff. de contrah. emp. l. quod vendidi.
& ff. de pig. ac l. ſolutum. §. ſolutã. Si autem emptor fefellit ven-
ditorem: quia erat actum, vt ſolueret᷑ ſtatim precium, alioquin
non erat venditurus, tunc venditor non tenetur, vt C. de pact.
inter emptorem. l. cum te. ſed ſi de voluntate vẽditoris emptor
ſoluit creditori venditoris, ratificatus eſt cõtractus conſenſu: &
ideo perficiendus, & ſcriptura inde fienda, ſi venditor poſſidet,
vt dictum eſt: nam de quibus rebus cõtrahimus, de eiſdem cau-
tionem. i. ſcripturam facere debemus: ne fortuitis caſibus pro-
bationis copia ſubtrahat᷑, vt C. de lib. cau. l. ſicut datã. Ego Bald.

### CONSILIVM CCCCLIX.

1 *Legatum factum vxori legando eam dominam omnium bonorum ſuorum inſtituto hærede extraneo, quid importat.*

1 In Chriſti nomine. † Quidã inſtituto hærede extraneo legauit
vxori ꝑ hæc verba, volo vxorem meam eſſe dominam omnium
bonorum meorum, donec ipſa domina Comitiſſa vixerit, & vi-
dualem vitã duxerit, & caſte, & honeſte vixerit in domo mea, &
de dicta domo mea dotẽ ſuã nõ exegerit, cui vxori meæ lego v-
ſumfructũ omniũ bonorũ meorum, donec, &c. vt ſ. Deinde ſe-
quitur in hac forma, & ſi ſtare noluerit, aut non potuerit ꝓpter
onera cõmunis, fecit quædam aliam legata. Modo quæritur,
vtrũ ſtando in domo, & caſte & honeſte viuẽdo, vt in prima par-
te legati continetur, debeat habere integrum vſumfructum. Et
dicendum eſt, ꝙ ſic, nã cum extraneus hæres inſtituit᷑, verbum
vſusfructum plenũ habet ſignificatũ. Cum autẽ inſtituit᷑ filius,
tunc habet locum cõſuetudo ſcripta in curia Bulgari, ꝗ per vni-
uerſalẽ conſuetudinẽ eſt approbata & cõmunis vſus loquendi
habet, vt ſola alimẽta intelligãtur relicta, vt no. in l. 2. C. ſi ſecũ-
do nupſerit mulier. & per Dy. in l. Titia cum teſtamẽto. §. Titia
cum nuberet. ff. de leg. 2. Ex his apparet, ꝙ cum hic extraneus hę-
res fuerit inſtitutus, vxor teſtatoris debet hr̃e plenum vſumfru-
ctum omnium bonorum: nã non debet eſſe deterior conditio
vxoris, ꝗ̃ cuiuſlibet alterius legatarij, vt ff. de vſufru. leg. l. vxori
maritus. quinimo in legato vxoris ꝗ̃ latiſſima interpretatio fiẽ-
da eſt, vt ff. de leg. 3. l. item legato. §. parui. in honorẽ bene tranſ-
acti matrimonij, vt ff. de leg. 2. l. vnũ ex familia. §. itẽ Marcus Im-
perator. p̄ſertim qa vidua fingitur eſſe in matrimonio viri, & in
ſeruitio eius eſſe, donec p̄ſeuerat ĩ viduitate, & honeſtate, vt l.
ſicut. de ope. libe. & no. C. de rei vxo. ac. l. 1. §. exactio. Ex quibus
concludit᷑, ꝙ dicta vidua deberet habere integrũ vſumfructum,
p̄ſtita cautione de vtendo fruendo arbitrio boni viri, ſi hæres v-
niuerſalis petat eam ſibi præſtari, vt legi. & no. ff. de vſufr. leg. l.
vxori fructus bonorum. idem ſi bona fide perceperit neſciẽs ſe
teneri ad dictam ſatiſdationem, vt ibi no. & l. 1. C. de vſufr. nam
onus ſatiſdationis tacite omitti poteſt, cum non ſit de ſubſtan-
tia vſusfructus, vt no. in l. 1. ff. de vſufr. & C. vt in poſſ. leg. l. ſcire.



Et eſt

Et eſt notandum, ꝙ etiam ſi eſſet legatum aliquod particulare legatum vſusfructus dictæ vxori, puta certi fundi: tamen per prouidentiam particularem non minuitur prouidẽtia generalis, vbi nulla eſt aduerſatio voluntatis, vt ff. de fun. inſtru. l. quæſitum. §. vlti. & ibi plene no. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLX.

1 *Sorores vterinæ ſuccedunt omnibus aliis remotioribus excluſis, & per totum conſilium.*
2 *Statuta an noceant non ſubditis in ſucceſſione inteſtati.*
3 *Ciuium genera quot ſint.*
4 *Statutum diſponens, quod ſtatuta intelligantur ad literam, prout iacent, quomodo intelligatur.*
5 *Fratris appellatione an contineatur ſoror.*

In Chriſti nomine. Ioannes de Albingana, quæ Ciuitas eſt conuẽtionata cũ Ciuitate Ianuæ, nullis agnatis relictis, ſaluo, ꝙ ibi ſeqtur, relictis tñ duabus ſororibus tantum vterinis. Item relicto auunculo. Item relictis duobus filiis ex altero auunculo omnibus ciuibus Albinganæ originariis. Itẽ relicta amita cum quatuor filiis de Petra, q filij & mater ſunt forenſes, & extranei de Albingana: quia locus Petræ non ſubiacet in aliquo ciuitati Albinganæ: vnus tñ ex dictis quatuor filiis. ſ. Petrus fuit factus ciuis Albinganæ ex conuentione: ſed poſtea receſſit, & larẽ Arimini duxit in prouincia Romandiola in vxoris domicilio cum
1 ſe, & filiis. † Modo quia de iure cõmuni certũ eſt, ꝙ ſorores vterinæ ſuccedunt omnibus aliis remotioribus excluſis, vt C. de leg. hær. auth. poſt fratres, & ibi no. & de hoc nullũ eſt dubium, ꝙ ſorores vterinæ de iure cõmuni p̄feruntur non ſolum auunculis, ſed patruis, & quibuſcunq; remotioribus, & in omnibus bonis defuncti, ſublata omni differentia agnationis, & cognationis: tñ dubium oritur ex ſtatutis cõmunis Albinganæ: & iſta quæſtio diuiditur in tres partes: p̄ſuppoſito, ꝙ ſtatuta dicti cõmunis debeant intelligi ad literã, prout iacent ſine aliqua gloſſatione, vel extraneo intellectu. † Et quæſtio eſt vulgata, nun-
2 quid ſtatuta noceant non ſubditis in ſucceſſione inteſtati: nam ſiquidem talia ſtatuta intelliguntur realia, nocent in rebus territorij, non in aliis. Si autem perſonalia, in neutris. ſed iſte non eſt articulus noſter. ſed econtra, vt ꝓſint non ſubditis, vtrũ non ſubditi p̄ferantur vigore ſtatutorũ illis, qui de iure cõmuni ſuccedere debent, & poteſt ꝓbabiliter dici, ꝙ non ꝓſunt: quia ſtatuta municipiorum æquiparantur pactis, vt no. C. de decre. decu. l. 1. li. 10. ſed alteri, paciſci nemo poteſt: ergo nec ſtatuere perſonæ ꝓrſus extraneę. Item qa ſtatuta nõ debẽt claudicare: vnde ſicut non ligant non ſubditũ, ita nec ei ꝓſunt: qa cõtrariorum eadem eſt diſciplina. Et ideo obſides non vtunt̃ lege ciuitatis, niſi accepta ſint ad priuilegia ciuitatis, vt ff. de iu. fiſ. l. ſed ſi accepto vſu togæ. & tunc tandiu vtuntur, quãdiu ibi perſeuerant: & nõ ſi ad patriam redierint, qa domicilium mutari poteſt, vt legi. & no. ff. ad muni. l. aſſumptio, niſi qui ſit pactionatus ciuis, & ꝑpetuo alligatus ciuitati p pactũ, qa pactũ habet ꝑpetuã robo-
3 ris firmitatẽ, vt ff. de act. & ob. l. obligationũ fere. §. placet. † Itẽ qdam ſunt ciues honorarij, & iſti perpetuo durant. Quidã honorarij recepti, vt munera ſubeãt, & iſti non durãt, niſi munera ſubeant, arg. ff. de ſol. l. quod ſi forte. §. 1. & C. de ſacroſan. eccl. l. qui ſub p̄textu. Item ciuis intelligitur quis effectus quo ad munera publica, non quo ad ſuccedendum, & nõ ſuccedendũ priuatæ perſonę: quia ſicut naturalis filius non legitimatur ad ſuccedendum his, q non conſentiunt, nec econuerſo: ita nec, vt ita dixerim, factus ciuis per atrogationẽ p ciuem, vt in auth. quib. mo. na. eff. ſui. §. & generaliter. & arg. ff. de leg. 2. l. ſi ita quis. §. is, cui. Et quia nemo intelligitur priuilegiare extraneos contra ciues priores naturales, & veros, intelligo neq; ciuitas: quia ſubditi tanquam filij debent reputari: cum ciuitas dicatur mater, & princeps pater, vt C. de inoff. teſt. l. ſi quis filium. vnde princeps quando ſcribit ſubditis, ſcribit p verbũ filiis, vt C. de fideic. l. cum acutiſſimi. ſed iſte articulus eſſet ſatis dubius, quando qs eſſet receptus ad pleniſſimam ciuilitatem: quia iſte cõſequitur omnes fauores ciuium, & actiue, & paſſiue habetur ꝓ ciue, vt ff. ad l. Fal. l. 1. §. lex Falc. & no. per Bar. ff. de vſucap. l. ſi is, qui pro emptore. tamen hoc non obſtãte ſtatutum Albinganæ expreſſe diſponit, ꝙ ciuis electus, ſiue factus demũ habeat priuilegia ciuium, ſi non deſerit incolatus: & ideo concluſio vera, vt ff. de hær. inſt. l. ex facto. §. rerum autem. & ff. de pig. l. debitor. Modo reſtat tertium dubium veniẽdo ad verba ſtatuti, quod dubium verſatur inter ciues Albinganæ, excluſo, vt dixi, extraneo ciue à
4 beneficio, & intellectu ſtatuti. † Sciendum eſt. n. ꝙ licet ſtatuta debeant intelligi ad literã, quia ita dictat ſtatutum: tñ iſte intellectus literalis requirit etiam ciuilem intellectum: & primo à parte ſtatuentium vt poſſint ſtatuiſſe, ſecũdo à parte vtentis ſtatuto, vt includatur in ipſo: tertio à parte materiæ, vt non ſit diuerſa materia: quarto à parte formæ, vt formæ ſtatuti congruãt capitula ſui emergentia: & tunc nõ eſt recedẽdum à litera, aliàs ſecus, vt ff. qui, & à quib. l. ꝓſpexit. & ff. de acq. hær. l. ſi ſeruum. §. non dixit. Et ſimile ſtatutum eſt in regula fratrum minorum. qa tex. dicit, ꝙ non poteſt gloſſari: ſed debet ad literã ſeruari, ſicut iacet. Reuertor igitur ad propoſitum, id eſt, ad ſtatuta. dicit ſtatutum, ſi inteſtatus deceſſerit non relicto patre, auo, fratre, nepotibus vel pronepotibus, vel patruo, relicta tamen auia materna, relictoque filio maſculi patrui, vel ſororis patris defuncti, ſuccedat in totum filius patrui, vel ſororis patris, videlicet filius ſororis æqualiter cum auia. Videtur igitur, ꝙ ſtatutum deferat ſucceſſionem filio amitæ: quia verũ eſt eum non deceſſiſſe, relicto patre, auo, fratre, &c. In contrarium videtur, ꝙ illa
5 verba, non relicto fratre, debẽt intelligi neq; ſorore: quia † appellatione fratris continetur ſoror. vt ff. de lega. 3. l. Lucius. §. quæſitum. & ff. de pact. l. tres fratres. Sed certe iſta interpretatio non ꝓcedit, qa ſtatutum diſponit, ꝙ ſtatuta intelligantur ad literã: litera autẽ intelligit̃ vulgaris expoſitio, nõ interpretatio prudentum extenſiua, vt leg. & no. in l. 1. ff. de ver. ſig. per glo. & Dy. Sed mihi videtur hoc valde iniquum, ꝙ ſorores carnales excludantur à filio amitæ, qui eſt in quarto gradu: & cum filij amitæ non ſint agnati: quia inter agnatos computantur filij ſororum tãtum, q habent iura agnatorum, tñ nõ habent ſubſtãtiam agnationis, q̃ à patre proficiſcitur, vt C. de leg. hære. l. meminimus. & not. C. vnde liberi. l. qui ſe patris. & hoc probo per idem ſtatutum ciuitatis Albinganæ, cuius verba hæc ſunt. Sin autem inteſtatus deceſſerit non relicto patre, auo, fratribus, nepote, relicta tamen ſorore vterina, ſuccedat ſoror vterina in maternis tãtum: in paternis vero agnatus maſculus vſq; in quartũgradum: ſed hic non eſt agnatus, ergo habet locum ius accreſcẽdi, vt C. de teſt. mil. l. 1. imo vnum, & idem ius integraliter cenſendum non ex diuerſo capite, vel ex diuerſa cõſideratione: qa non extat pſona excludere valens. & de hoc nullo modo eſt dubitãdum in bonis poſitis extra territorium, & iuriſdictionẽ ciuitatis Albinganæ, quia ſtatuta de ſucceſſionibus ab inteſtato non extendunt̃ ad bona poſita extra iuriſdictionem ſtatuentium, vt plene dixi in l. cunctos populos poſt Cy. & Bart. Et ita teneo, ꝙ ſorores vterinæ p̄ferant̃ cum iuris diſpoſitione, cum ex æquitate naturali, & gradus prælatione, tum quia verba ſtatuti congrua adaptantur, quæ in excluſione ſororis vterinę nominatiue non ponunt, niſi agnatos tantum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXI.

1 *Obligatio ſine cauſa an valeat.*
2 *Conſuetudo an liget aduenas.*
3 *Litera officialis an faciant fidem atteſtando de conſuetudine illius loci, vbi eſt officialis.*
4 *Si pendente compromiſſo, cum inſtrumentum ſit iuratum, depoſita ſit querela coram epiſcopo, qui mandauit iuramentum ſeruari, an querelatus inciderit in pœnam.*
5 *Compromitti de iuramento an poſſit.*
6 *Verba, ſingula ſingulis, quid importent.*
7 *Ceſſio ſine expreſſione tituli an valeat.*

In Chriſti nomine. Inter Ioannẽ, & Aloyſiũ ſocios calculata ratione ſic res ꝓceſſit: quia fecerunt ſibi p̄ciſe quietationẽ generalem, & cõfeſſi fuerunt vicieſſim recepiſſe completam ſolutionem de his, quæ habuerant agere ad inuicem. Poſtea vero celebratum eſt inſtrumentum talis tenoris, dictus Aloyſius promiſit ſolenniter dicto Ioanni pro reſtauratione flore. 600. non exprimendo aliter, quæ cauſa foret, ſeu qualis: & dicta inſtrumenta facta fuerunt in ciuitate Ianuæ, vnde erat oriũdus dictus Io. ſed dictus Aloyſius erat ibi aduena: quia erat de Mediolano: eſt autem conſuetudo Ianuæ, ꝙ non obſtãte refutatione generali ſeruetur dicta promiſſio poſterior, de qua cõſuetudine poteſtas Ianuæ, & conſilium atteſtentur per eorum literas autenticas. Ex his tria ſurgunt dubia. Primum eſt, an dicta obligatio ſexcentorum valeat. Secundum, an dicta conſuetudo extendat radices ſuas ad forum Mediolani. Tertium, an literæ prædictæ faciant



1 faciant fidem probatoriam conſuetudinis. † Circa primum videtur, ꝙ dicta obligatio ſexcentorũ poſſit elidi exceptione, qa non continet certam cauſam, vt l. 1. §. circa. de doli excep. In cõtrarium eſt ipſa veritas: qa imo cõtinet cauſam. ſ. ꝓreſtaurationis, vt ff. de pac. l. emptor. §. Lucius. Præterea pacta nouiſſima ſunt ſeruãda, vt C. de pact. l. pacta nouiſſima. Item q̃ incõtinenti fiunt, vident̃ ineſſe, vt in l. lecta. §. dicebã. cum ſua materia. Item ex p̄cedẽtibus & ſequẽtibus cauſa datur intelligi, vt no. ff. ſi cer. pe. l. cum quid. Item inſtr̃m quietationis continet confeſſionẽ, non ſolutionẽ, & à cõfeſſione receditur p contrariã aſſertionẽ, vt C. de non nu. pec. l. generaliter. Item dicta ꝓmiſſio facta de certa ſciẽtia obligat efficaciter, vt ff. de verb. oblig. l. ſi diuortio.
2 & hoc de primo puncto. † Super ſecundo pũcto vr̃, ꝙ dicta cõſuetudo non attẽdatur: qa conſuetudo non ligat aduenas, ar. ff. de pig. l. debitor. per quam l. ita determinat gl. decreti. Item qa non videtur Ianuæ contractũ, vt ff. de iud. l. abſens. §. 1. In cõtrarium vr̃, qa dicta conſuetudo diſponit ſuper deciſoriis. i. ſuper validanda obligatione: ergo inſpicitur locus contractus, vt l. ſi fundus. de euic. cum ſua materia. Solutio, ſi inſpiciatur inſtr̃m, verba inſtr̃i determinãt quęſtionẽ, quia partes voluerunt, ꝙ vbi eſſet locus & cõtractus ibi ſolutionẽ cõferendo quanq̃ & plura alia loca adiecerint, & etiam ſi hoc nõ eſſet, idem iuris foret,
3 nam non eſt hic quæſtio iudicis, ſed ipſius debiti. † Super tertio puncto vr̃, ꝙ dictæ literæ faciant fidem inſpecta qualitate ſcribentium, quibus debet adhiberi multum fidei, & auth. 96. diſt. c. nobiliſſimus. Solutio, iſta q̃ſtio nõ eſt neceſſaria ꝓpterea, quę ſ̃. dixi. Modo reſtat quoddam aliud dubium: videlicet pendente compromiſſo cum inſtr̃m eſſet iuratum, expoſita fuit querela coram epiſcopo, qui mãdauit iuramentũ ſeruari, & ſoluit ꝓ-
4 miſſa. † Quæritur, an iſte querelans inciderit in pœnam: & vr̃, ꝙ ſic, vt no. in c. quandiu. de appella. in cle. In cõtrarium vr̃, qa debitor ſpreuit illud præceptum, & ſic dolus cum dolo compẽſatur, vt l. q̃uis. ff. de in ius voc. & l. fin. §. ſed ſi ſtipulator. ff. de eo, per quem factum erit. Conſidera, ſi quidem per ire ad iudicem ſoluitur compromiſſum, tunc quia fit per euntem, quominus arbiter iudicare poſſit, pœna committitur. Nam hæc regula traditur, ꝙ ille qui impedit arbitrium promulgari, vel nolendo comparere ad arbitrij inſtructionem, vel alio modo, tenetur ad pœnam, vt no. ff. de verb. obli. l. ſi quis arbitratu. ſi autem cõpromiſſum ſoluitur, tunc aut pœna fuit appoſita, ſi cõtra compromiſſum veniretur, & tunc incidit in pœnam: aut ſi contra præceptum arbitri veniretur, & tunc diſtinguendum eſt etiam, cui rei, vel particulæ pœna adijciatur, arg. eorum, quæ no. ff. de iureiur. l. ſi duo per rationem. §. 2. in gl. eiuſdem. & quod no. eo. titu. l. nam & poſtea. in fi. magnæ glo. in illa quæſtione, quando committatur ſtipulatio ꝓ rata. Nam prout illa clauſula refertur ad rem iudicatam, non committitur ante: ſed ſi refertur ad ſimplicem controuerſiam, tunc non ſoluitur, ſicut eſt, quando de controuerſia compromittitur in arbitratorem, quia tunc tranſigi videtur, ꝓut arbitrator declarauerit. vt no. in auth. vt differ. iudic. §. 1. vnde non habet locum pœnitentia, vt C. de tranſa. l.
5 quamuis. † ſic ergo non obſtat, quod de iuramento non poſſit compromitti ſecundum quoſdam: quia verum eſt, quantum ad reatum periurij: tamen quo ad vinculum debiti bene valet cõpromiſſum, vt ff. de iureiurando. l. duobus. §. fin. cum l. ſequen.
6 omnia, † & ſingula, quod eſt dictum, id eſt, omnia ſimul, & quodlibet per ſe, vt ſit ſenſus diuiſus, non compoſitus. nam dictio, ſingulis, rem cuilibet in ſolidum attribuere ſolet, vt ff. de vulga. ſubſtitut. l. vel ſingulis, vel prout compatitur, vt l. in ſingulis. ff. ad legem Falci. & in l. ſingulis. de except. rei iudica. vnde eo ipſo, quod fit mentio precij, fit mentio contractus: quia æſtimatio nominis vice fungitur emptionis, vt ff. de vſucapionib. pro empto. l. litis æſtimatio. & ff. de adminiſtr. tuto. l. cum quæritur. & ff. ſi cert. pera. l. cum fundus. §. ſeruum tuum. imprudens. in fin. §. porro. factum leg. nemo ſimulat. dicere poteſt, quia ſubſtantia legis veritas. vt C. de indict. vid. toll. l. vni-
7 ca. non obſt. † quod in ceſſione non exprimatur titulus, quia iſta eſt ceſſio neceſſaria, quæ fit mandato legis, vt plene not. ff. manda. l. Papinia. & ff. de ſol. l. Modeſtinus. & C. manda. l. per diuerſas. §. except. Item vbi eſt precium cedendarum, ibi eſt titulus emptionis nominis, vt C. de prædiis curialium. lege finali. libro decimo. Quapropter dicta ceſſio valida eſt de iure. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXII.

1 *Infeudatio moderna facta iuxta conſuetudinem retroactam, an valeat, vel ne.*
2 *Quoties eſt cauſa actionis dandæ, vel denegandæ, tempus probari debet.*
3 *Conſuetudo 100. anno. quæ procedit contra eccle. procedit etiam contra Romanam.*

In Chriſti nomine. Præſuppoſito, ꝙ poſt Lateranẽſe concilium
1 decimæ non poſſint concedi in feudum perpetuum. † Quærit̃, ſi multæ conceſſiones apparent poſt concilium factę, in quibus fit mentio, ꝙ retro conſueuerant infeudari, & non apparet, vtrum ante concilium, vel poſt, nec per teſtes eſt probata communis opinio de tanto tempore, cuius contraria memoria non exiſtit: vtrum moderna infeudatio iuxta conſuetudinem retroactam valeat, necne: videtur primo, ꝙ non valeat: quia validitas huius cõtractus fundat̃ ex tẽpore, ſ. ꝙ tales ſint decimæ, q̃ ante concilium cõſueuerint infeudari, ergo oportet ꝓbari hoc tem-
2 pus. ſ. ꝙ ante: † quia quoties tempus eſt cauſa dandæ actionis, vel denegandæ petitionis, ille debet hoc ꝓbare, cui incumbit ꝓbatio agendi, vel excipiendi, vt plene legitur, & no. ff. de neg. geſt. l. eum act. & ff. de no. ope. nun. l. non ſolum. §. ſed vt ꝓbari, vnde qui allegat tẽpus, cuius cõtrarij memoria non exiſtit, debet hoc ꝓbare, vt l. 1. in fi. ff. de aqua plu. arcen. ff. de ꝓba. l. ſi arbiter. In contrarium videtur, quia ille, qui vult probare aliquod factum contra leges, interdum debet probare tempus: ſed hic non ꝓbat qualiter infeudationes appareant poſt concilium: tñ non ſequitur, ergo non ante. Item qui vult deſtruere aliquod factum ex ordine faciendum, debet probare ordinem, vt no. in c. literas. de reſcript. in clem. Item quoniam dubium ſurgit ex tempore incerto, debemus prę̨ſumere in meliorem partem, vt C. de probatio. l. matrem ſuam. & not. in l. qui iuraſſe. §. pen. de
3 iureiuran. † Item conſuetudo centum annorum etiam contra eccleſias ꝓcedit: & nedum contra alias, ſed etiam contra Eccleſiam Romanam, vt in auth. vt Eccleſia Romana gaudeat præſcriptione centum annorum. in rubro, & nigro. & C. de ſac. ſan. eccl. l. fi. Item emphyteuta eſt in poſſeſſione, in qua debet defendi, niſi contra eum ꝓbetur, vt inſtit. de interdict. §. commodum. item debentes huic feudatario reſpondere, non poſſunt petere ab eo, ꝙ doceat de titulo: ex quo iam approbauerũt eũ, & ſibi ſoluerunt: quia ſic faciendo viderentur eum ſpoliare, vt extra de elect. c. querelam. & no. per Dy. in c. qui ad agendum. de reg. iuris lib. 6. Item non debet recedi ab ipſo, quod diu æquum viſum eſt, vt ff. de conſtit. princi. l. in rebus nouiſſimis. Item ex tribus locationibus ante præcedentibus præſumitur infinitum ante, vt C. de apocis pu. l. quicunque. Itẽ ad hoc facit. ff. de vſu. l. cũ de in rem verſo. itẽ & ſi nõ p̄ſcriberetur cõtra eccleſiã, p̄ſcribitur tñ contra reſponſales ſpacio triginta annorum, vt in c. ſi quis p 30. ſi de feu. ſuc. contro. Quare penſitarij debent cogi ad penſitationes ſoluẽdas more ſolito: & inter ſeipſos præſcriptio eſt conſeruata. l. ſi publicanus. §. in vec. de publica. p Bar. facit ꝙ no. in l. ſicuti. §. ſi quæratur. ſi ſeruitus vend. nam cum dominiũ veniat incidẽter, ſufficit primo bona fides habita. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXIII.

1 *Sententia ſyndicorum quibus ex cauſis dicantur nulla. & nu. 3.*
2 *Arbitria conceſſa à lege non durant, niſi anno.*
4 *Laudum eſt quædam tranſactio.*

1 In Chriſti nomine. † Quod ſententia ſecũda dictorum ſyndicorũ
2 non valeat, probatur primo per dictum domini Barto. † qui dicit, ꝙ arbitria conceſſa per legem non durant niſi per annum, vt ipſe plene no. ff. de ver. obl. l. ſi quis arbitratu. Nam & officium magiſtratus cõſueuit anno durare, vt in auth. de defen. ciuita. §. fi. col. 3. & in arbitrio dato à lege, non ab homine: videt̃ expreſſum in l. fi. §. 1. commu. de leg. & ſic non obſt. quod no. in l. ſed ſi compromiſſum. ff. de arbit. quia ibi loquitur in arbitro dato ab homine. Alioquin habet quis arbitrium in propoſito quod eſt abſurdum, niſi forte eſſe tale quid, quod in annum non potuiſſet expediri, vel propter arduitatem negocij, vel ꝓpter incertitudinem facti. nam non læditur ex temporis curſu, qui non fuit
3 in mora, vt no. in auth. de app. in prin. colla. 8. † Secundo non videtur valere ratione: quia calculato negocio ſuppoſito per ſententiam diffinitiuam alia diffinitiua non valet, vt plene not. in l. 1. C. de erro. calculi. Tertia ratio eſt: quia iſta ſententia ſecunda

cunda fuit lata contra tranſactionem, quæ tranſiuit in rem iu-
4 dicatam ex prima. † nam ipſum laudum tranſactio eſt, vt no. in
Auc. vt diffe.iudic.§.1.coll.9. quia vbi ſunt omnia calculata, ibi
omnia intelliguntur eſſe ſopita. vt ff. de pact.l. emptore.§. Luc.
Quarta ratio eſt: quia in ſocietate non debet quis condemnari,
niſi calculata ratione hinc, & inde, vt ff. pro ſoc.l. de illo. Et ideo
videtur in iſto calculo omne intereſſe re ductum, & ſic ſuper in-
tereſſe de nouo pronũtiari non potuit. Quinta ratio eſt locus:
vt quia in eccleſia ſententiari non potuit, vt in c. decet. extra de
immu. eccle. Sexta ratio eſt: quia nullis receptis probationibus
ſuper intereſſe ſententia lata fuit nulla, vt no. C. de ſen. & inter-
lo.l. prolatam. & extra de conſti. c. Eccleſia S. Mariæ. & de ſen.
excom. c. ſolet. per Inn. Vltimo etiam eſt ponderandum, quod
prima ſententia fuit lata de conſenſu vtriuſque partis, & ideo
eſt pro eã præſumendum. Cætera ſupplenda dimitto profun-
dius cogitanti. Non obſt. ſi dicant, quod iſtud eſt arbitramen-
tum: quia hoc non eſt verum, cum non ſit latum in forma arbi-
tramenti, ſeu declaramenti: ſed diffinitiuæ ſententiæ. De hoc
vide ſupra in conſilio 396. licet per alia verba.

CONSILIVM CCCCLXIIII.

1 *Sigillo alicuius an ſtetur in his, quæ non pertinent ad eius iuriſdictionem.*
2 *Scriptura etiam regis facta per ſe non creditur.*
3 *Si permitto alicui, vt vendat rem meam, tamen ſi non trado, non perdo do-
minium: imo hæc poteſtas morte conceſſoris re integra finitur.*
4 *Præſcriptio an permittatur in foro conſcientiæ: & an per hoc pertineat ad
iudicem ſecularem.*
5 *Iuramentum an ſit perſonale, & tranſeat ad hæredem iurantis.*
6 *Iuramentum an perpetuet obligationem.*
7 *Mala fides defuncti non nocet hæredi.*
8 *Bonum an præualeat æquo.*
9 *Malam fidem quis habere dicatur.*
10 *Contractus an dicatur vſurarius, ſi creditor gaudet fructibus.*
11 *Canones præualent legibus in materia vſurarum.*

In Chriſti nomine. Quædam ſcriptura ap-
paret ſub iſta forma,
Nos Ioannes Marchio Montisferrati, &c. Per præſentes lite-
ras notum facimus, ꝙ de voluntate noſtra, ac expreſſo conſenſu
nobilis B. Guietus Graſſellæ nomine, & vice Corradi Graſſellæ
fratris ſui ordinauit in caſtro noſtro Calliani ipſius loci Caſtri
Caſtellanum atque cuſtodes nobiles viros Vbertum & Ioannẽ
fratres de Coconato comites, qui nobiles Vbertus, & Ioannes
in noſtri præſentia, & in manibus noſtris iurauerunt corpora-
liter ad Sancta Dei Euangelia dictum locum noſtrum Calliani
cum ſolenni promiſſione bene, ac diligenter, & fideliter ſerua-
re, & cuſtodire: prædictiſque Guidoto & Corrado ſuis hæredi-
bus bonum, & verum computum reddere de fructibus, godiis,
atque prouentibus habendis, & percipiendis per ipſos Vber-
tum, & Ioannem de loco prædicto, & ipſius occaſione. & ſi per
nos prædictis de Graſſallis non fuerit ſatisfactum de prædicta
ſumma flor. ad quam eiſdem per inſtrumentum ſumus obliga-
ti, prędicto Guidoto ſuo nomine, & vice, ac nomine Corradi de
Graſſellis, aut hæredibus ſuis, prædicti Vbertus & Ioannes ſub
fide corporum eorum ac iuramento prædicto dictum locum
caſtri noſtrum, ac locum Calliani libere & abſolute ad ipſorum
Guidoti, & Corradi, aut ſuorum hæredum requiſitionem di-
mittere, & relaxare & expedire promiſerunt, vſquequo de prę-
dicta ſumma flor. fuerit per nos eiſdem plenarie ſatisfa. per T.
Gambarino de Ricobonis notarium noſtrum fieri iuſſimus: &
ſigillo nominis noſtri roborari. data Clauaſſi die &c. Agitur ſe-
cundũ tenorẽ iſtius ſcripturæ: obijciuntur in effectu duo. pri-
mum, ꝙ hæc ſcriptura non facit plenam fidem, nec de negotio,
nec de traditione cuſtodiæ. Secundo, ꝙ & ſi facerent fidem, ta-
men eſt præſcriptum ſpacio 40. annorũ. Modo quæritur, quid
iuris: lata enim eſt vna ſententia contra agentes abſolutoria, &
alia condemnatoria: & allegantur: & copioſe allegatum eſt pro,
1 & contra. † Quod enim nõ faciat fidem, allegatur regula gene-
ralis: quia nulla lex dicit, ꝙ de contractibus, qui fiunt inter pri-
uatas perſonas, non pertinentibus ad iuriſdictionem ſigillantis
ſtetur eius ſigillo. hoc enim non pertinet ad eorum officium: li-
cet ſint publicæ perſonæ in his, quæ ad ſuum officium pertine-
rent. Nunc vero rediguntur ad inſtar priuati, & ſunt omnino
priuatæ perſonæ, etiam ſi eſſent literæ Regis Francorum. non
enim concernunt ius publicum, quod in magiſtratibus con-
ſiſtit, iuxta no. per Guid. & alios in l. publicũ ius. ff. de iuſt. & iur.
& per Innocen. extra de conuer. c. qui dudum. Item nec iſtud
ſigillum apparet appoſitum de rogitu vtriuſque partis: ſed ſo-
lum de mãdato illius principis. ſimiliter nec notarius apparet
ab vtraque parte rogatus, nec vt tabellio ſe ſubſcripſit: quod eſt
neceſſe, vt auth. de Tabel. §. nos autem. & generaliter reſpon-
detur ad omnes leges, quę loquuntur de ſigillo, quia vendicant
ſibi locum, quando tale eſt negotium, quod pertinet ad publi-
cum officium ſigillantis, vt extra de proba. c. poſt ceſſionẽ. cum
ſua materia. ſecus ſi non pertinet ad eius officium publicum:
nam ex officio, & ſigillo, dicitur ſigillum authenticum: ſecus ſi
deficit alterum iſtorum, vt extra de appel. c. ſignificante. Non
ob. c. 1. de prob. in cle. qa iſtud eſt ſpeciale in literis Papę, vel im-
peratoris, ergo in contrariũ eſt ius cõmune. hoc probo alia ra-
tione, qa iſta ſcriptura cõtinet vtilitatẽ ipſius domini Marchio-
nis: & eſt factũ partim per ſe, & in cauſa ꝓpria, & eſt qd indiui-
duum ex cõtextu eius: vnde nõ poteſt ꝓ parte valere, ꝓ parte nõ
2 valere. † certũ eſt autẽ, ꝙ ſcripturæ factæ per ſe, etiã à Rege non
creditur, vt C. de proba. l. exemplum. & l. inter chartulas. de cõ-
uenien. fiſci debit. lib. 10. Et ideo fiſcus facit fieri ſcripturas per
tabelliones, & alios publicos officiales ad hoc deputatos, vt l. 1.
C. de apoc. libr. 10. Et ad regulam prædictam facit, quod no. ff.
de eden. l. quædam. §. numinularios. hoc verum eſt, niſi con-
ſuetudo aliud dictet, vt extra de fide inſtru. c. cum dilectus. Prę-
terea dicta ſcriptura non facit mentionem de traditione cuſto-
diæ, nec eã ꝓbat, cum non fuerit facta in re ipſa, ſed alibi, vt ex-
tra de fide inſtru. c. inter dilectos. §. fi. & ff. de acqui. poſſ. l. præ-
dia. ergo non tenentur reſtituere, quod recepiſſe, non proba-
tur, vt ff. ſi cer. pet. l. qui pecuniam. Concluditur igitur, ꝙ talis
ſcriptura eſt ſcriptura priuata, & ſi eſſet publica, adhuc non eſ-
ſet ſufficiens ad probandum, quia non facit mentionem de tra-
ditione, ſed de quadam verbali commiſſione, ex qua non ori-
tur repetitio. ad hoc facit c. 1. quid ſit inueſti. col. 10. Sequitur
videre de qualitate dicti inſtrumenti cuſtodię: non enim domi-
nus Marchio commiſit cuſtodiam, ſed permiſit. nec promiſit,
ſed conſenſit. nec legem impoſuit ſibi, ne poſſet reuocare cu-
ſtodiam, quę de ſui natura reuocabilis eſt, vt in c. de feudo guar-
3 diæ. coll. 10. † Præterea hoc tale eſt, quale ſi permitterem alicui,
ꝙ venderem rem meam: nam ſi ego trado, nec de volũtate mea
traditio ſequitur, non perdo dominium, imo ſoluitur hæc po-
teſtas morte conceſſoris re integra, vt ff. ſi cert. peta. l. eius, qui
in prouincia. §. quas vero. Alij tamen dicunt, & forte non ma-
le, quod quando concedo pręcedente obligatione mea, non fi-
nitur morte, vt ff. de acquir. poſſeſſ. l. fundum. §. item ſi amicus.
tamen illud eſt certum, quod ſi non eſt adepta poſſeſſio, vel de-
tentio, ergo non deſino eſſe rei meæ moderator, & arbiter: qa
nudo conſenſu iura dominij non perduntur, vt ff. de pact. l. ne-
mo. cum ergo hoc per inſtrumentum non probetur, nec per
teſtes probari dicatur, ſequitur, fruſtra petitur reddi, quod da-
tum non probatur. Modo ſequitur videre de puncto præſcri-
4 ptionis: † vnde eſt conſiderandum, quod nos ſumus in foro
Cæſaris, in quo ſeruanda ſunt iura, quæ loquuntur de præſcrip.
lon. temporis, vt no. Cy. in l. vnica. C. de vſucap. transfor. Item
ꝙ ſumus in præſcri. perſonalium actionum: quia agitur ex con-
tractu, in quo præſcribitur excep. long. tẽporis: adeo vt pręſcri-
bens ſimilis ſit ſoluen. vt l. fi. §. fi. ff. rem ratam ha. nam æquum
eſt, quod mora non petentis ſibi noceat, ne legi illudatur. ter-
mini enim legum non debent eſſe ludibrium, ſicut nec termini
miniſtrorum ll. vt l. fin. ff. rem ratam habere. & C. d inge. & ma-
nu. l. diffamari. vnde omiſſis anfractibus iuris canonici, qui diſ-
putant de apicibus conſcientiæ, nos qui ſumus in foro ſeculari,
debemus ſequi leges, in quibus viuit humanum genus in toto
mundo, vt ff. de legi. l. 2. & C. de legi. & conſt. l. leges ſacratiſſi-
mæ. de foro autem conſcientiæ non pertinet ad iudicem ſecu-
larem, qa forus iudicij, & forus conſcientiæ ſunt diuerſi fori. &
ſi quid in hoc cõtra Deũ peccatur, & nõ cõtra ll. humanas, pu-
nietur à ſolo Deo, vt C. de reb. cred. l. 2. D. Bart. in l. ſequitur. §. ſi
viam. ff. de vſuca. dicit, ꝙ in præſcrip. actionis perſonalis non re-
quirit poſſeſſio: ergo nec bona fides poſſeſ. & determinat, ꝙ ca-
pitulum qm̃ omne, de præſ. non videtur loqui in præſcriptione
actionum perſonalium. & hoc teneo in foro Iuſtinia. ſequens
dictum domini Cy. tamen in q̃ſtione noſtra iſta diſputatio eſt
ſuperuacua: quia hic non conſtat de peccato, cum nõ cõſtet de
debito. Non obſt. ſi dicatur, ꝙ hic interuenit iuramentũ per illa
verba, q̃ dicunt à iuramẽto prædicto, p c. clericus. ext. de iureiu.
† Item



5 † Itẽ iuſm eſt pſonale ex parte iurantis, vt no. Inno. extra de iu-
reiu. c. veritatis. licet hẽat aliquid realitatis, in quantũ firmat cõ
tractũ, & eo reſpũ tranſeat ad hæredem, vt c. 2. de pac. li. 6. & in
6 Auth. ſacrã puberũ. cum ſua materia. † Præterea nullo iure ci-
uili, vel cano. cauet, ꝙ iuſm perpetuet obligationẽ vltra ſuam
naturam datam à lege, alias fruſtra interruptiones præſcriptio-
num eſſent introductæ, & p illud. c. qm̃ omne. eſſent raſę, quod
eſt abſurdũ. non tñ diſſuadeo, ꝙ quis non ſequatur conſcientiã
ſuã, ſi conſcientia eũ mordet: non enim loquor de conſcientia,
ſed de iuris ciuilis ꝓuidentia. Item nos loquimur in hære. & di
cit D. Dy. ꝙ mala fides defuncti non nocet hrđi, vt ipſe no. in c.
malæ fidei, de reg. iur. li. 6. ꝙ ẽt approbat Cy. in d. l. vnica. C. de
vſuc. transformati. Item & ſi eſſet obligatio, eſt obligatio nõ li-
7 quida: † & ideo nõ cõſtat de mala fide, vt ff. de verb. ob. l. inter-
dum. finalis igitur concluſio eſt ꝙ prima ſnĩa fuit iuridica, & ſe-
cunda ſnĩa contra primã lata non fuit iuridica, nec continet ra-
tiones, vel allegationes iuridicas: quia actor deficit in radicib.
fundamentorũ. Amplius quia forte diceret aliquis, ꝙ eſſet hæ-
reticũ tenere contra conſiliũ dicti. c. qm̃ omne. ꝙ ẽt in foro ſe-
culari eſt õĩno vitãdũ: & ex hoc infertur, ꝙ d. c. eſſet ſeruandum
in foro iuſtitiæ, & in rebus laicorũ; quia de eccleſiaſticis rebus
nõ eſt dubiũ: qa oẽs tales res ſunt ſanctũ ſanctorũ dño, & de fo-
ro eccle. vt no. in c. verũ, de foro cõpe. & ſicut ipſę eccleſiæ dẽnt
conſeruari, vt C. de ſac. ſan. ecc. l. iubemus. & ſicut ſunt in ptãte
Papæ, & canonũ, nõ obſtãnte, ꝙ lex ciuilis dicat, ꝙ qđdã eſt ius
bonũ, & nõ æquũ: † & ꝙ bonũ pualet æquo, vt no. in l. j. ff. de iu-
8 ſti. & iur. & C. de iud. l. placuit. qa ad hoc canoniſtæ rñdent illud
verũ eſſe in hñtibus bonã fidẽ. ſed non in habentib. malã fidem.
† Quæritur ergo, qs dicat hẽre malam fidẽ: & dicit lex, ꝙ ille, q
9 non cogitat ſe dñm, ſed alium credat eſſe dñm rei, vt C. de fur. l.
apud antiquos. ſed ſi ego ſcio me teneri ad rẽ meã dãdã, nõ poſ-
ſideo. itẽ ſi ſum debitor in genere, genus non poſſideo. quia ge-
nus non eſt res in corpore cõſtituta, vt no. ff. de peti. hær. regu-
lariter. & iſta eſt ſubtilitas Bar. ſed ſimplicitas canoniſtarum ad
hoc reſpondet, ꝙ non ideo pecco, qa poſſideam, ſed ideo quia
non ſatisfacio conſcientiæ meæ: & quia pecco in fratrẽ meũ, vt
l. dolus. ff. mandati. Sed omiſſis iſtis anfractibus venio magis ad
10 medullã negocij: † & dico, ꝙ dictus contractus ex forma ſui eſt
vſurarius, quia actũ erat, ꝙ creditor gauderet fructibus: & lucra
retur, vt apparet ex conuentione inſtrĩ mutui, & inſtrĩ pfati cõ-
ſecutiuẽ veniẽtis ad primum, & de ipſo corpore ſumptũ. Quod
autẽ tale inſtrm̃ ſapiat vſurariã prauitatẽ ex forma ſui, eſt expreſ
ſum in l. lecta. §. ſi ff. ſi cer. pet. ibi dicit, idẽ de fructibus poteſt ex
primi. ex quo habemus rectam concluſionẽ in via fori, & poli,
ꝙ dicta ſcriptura tanquã legibus, & canonibus contraria, & illi
cita contractũ continens non patrocinatur agẽti. Præterea vſu
ræ per longiſſimũ tps nõ petitæ vident eſſe remiſſæ, vt ff. de vſu.
l. q remiſſes. idem quantũ ad reſtitutionẽ cuſtodiæ, q̃ ordinaba-
tur ad vſurariã prauitatem, & ad fouendam pecuniã vſurarũ, ar.
eorum, q̃ no. Inno. extra de filijs pſby. c. conſtitutus. & ff. depo-
ſiti. l. bona fides. & facit ꝙ no. ff. ſi cer. peta. le. rogaſti. §. ſi tibi. nã
fructus adiuncti pacto ſunt vſura, p regulã gñalẽ traditam ibi in
glo. ſed ſi ex diſpoſitione legis extenuarent ſortẽ, nõ eſſet vſura.
quantum ad fructus, & gaudimenta, libellus tanquã iuri cõtra-
rius eſt repellendus, & p conſequens prima ſnĩa fuit vera, & iu-
ſta ſecundũ deũ, ſecundũ canones, & ſecũdũ leges ciuiles, vt no.
in l. cunctos populos. & ff. p ſocio. l. ſociũ, q eo. quia † canones
11 pualent legibus in materia vſurarũ: tanto n. altiores ſunt cano-
nes legibus in hac materia, quanto cœli gubernacula diſtant à
mortalibus, vt not. C. de vſuris. auc. ad hæc. & hinc eſt ꝙ dr̃, ꝙ l.
non dedignant ſacros ca. imitari. Itẽ tantũ diſtãt ſacri canones à
legibus mũdi, quantum diſtat perpetuum à corruptibili.

CONSILIVM CCCCLXV.

1 *Statuta ſicut non poſſunt fieri contra libertatem eccleſiæ, ita etiam nec cõ-
tra loca pia, vt hoſpitalia.*
2 *Pauperes pupillis æquiparantur.*
3 *Differentia inter reductionem, & reſtitutionem.*
4 *Congregationes, ſeu confraternitates, & pia loca an habeant reſtitutionẽ
in integrum.*

In Chriſti nomine. In Ciuitate Brixiæ ſunt
duæ congregationes li-
citæ: vna ad adiuuandũ oppreſſos, & ad alimentandũ pauperes:
alia appellatur cõgregatio ſancti Franciſci, ſub cuiꝰ cura eſt ho-
pitale Miſericordiæ de Brixia. iſtæ duæ congregationes fuerunt
hæredes inſtitutæ, vel eis relictũ: contra quas obijcitur ſtatutũ
Brixiæ, quo cauet, ꝙ nullus audeat, vel præſumat facere aliquã
alienationẽ inter viuos, vel in vltimis volũtatibus: p quã trans-
ferat poſſeſſio, vel dominiũ de aliqua re ĩmobili, q̃ ſit in ciuita-
te, vel diſtrictu Brixiæ alicui collegio, vel ſingulari pſone, q̃ non
ſuſtineat onera communis: & non ſit ſubiecta iuriſdictioni cõis
Brixiæ in ciuilibus, & criminalibus. & ꝙ dictũ ſtatutũ ſit, & eſſe
intelligatur in rẽ ſcriptũ: & ipſas res afficere vitio reali, vt præ-
1 ſcribi nõ poſſint. q̃ritur, quid iuris. † Et in hoc ſic dico: aut dictæ
congregationes ſunt fundatæ aut. epiſcopi: & tunc cẽſentur pia
loca, quibus poteſt relinqui non obſtante ſtatuto: præſertim
pp annexionẽ hoſpitalis: qa ſicut non valent ſtatuta facta cõtra
libertatẽ eccleſiæ, ita nec contra libertatẽ hoſpitaliũ, vt C. de e-
piſc. & cle. l. oĩa. ſed deinde ſtatutũ nõ valeret contra libertatẽ
eccleſiæ: quia ꝙ poſſit relinq eccleſiæ, nõ ſolũ eſt ius cõe, ſed ẽt
eſt priuilegiũ in hoc, & ad hoc, ꝙ non poteſt ſtatui contrarium
p ius municipale ſecundũ Oldra. p l. vlti. C. de ſac. ſan. ecc. tales
2 igitur congregationes noĩe pauperũ, † qui æquiparantur pupil
lis: Nam pauperes in gñe pupillis æquiparantur, vt C. de epiſ. &
cler. l. orphanotrophos. poſſent cõtra ſnĩam petere reſtitutio-
nẽ in integrũ, etiã ſi non poſſet mero iure peti reductio ad arbi-
3 triũ boni viri † nã illa reductio eſt ſpecies diuerſa cõtinens que-
relã iniquitatis, ſed reſtitutio in integrũ eſt miſerorũ ſuffragiũ,
vt ff. de mino. l. præſes. & l. 3. in prin. ff. rẽ ra. ha. Aut iſtæ vniuer-
ſitates, ſiue congregationes ſunt prophanæ: & cõſiſtũt de facto,
non in priuilegijs, vt extra de religioſis domibus. c. de xenodo-
chijs. & tunc ſuppoſitæ communi Brixiæ in ciuilibus & crimi-
nalibus. nã pp delictũ poſſunt deſtrui, & diſſolui, quæ pena quo
ad corpus intellectuale vniuerſitatis eſt pœna criminalis, et ac-
4 cedat, quod no. Inno. extra de no. ope. nun. c. cũ ex iniuncto. †
dubiũ tñ eſt videndum, vtrum de iure communi habeant bene-
ficium reſtitutionis in integrũ. & quidẽ habẽt; quia non regũt,
niſi p curatores. i. miniſtros: cum per ſe regi nõ poſſunt, vt no. in
l. ciuitas. ff. ſi cer. pet. ſicut reſtituuntur abſentes indefenſi, vel
male defenſi, vt l. vltima. ff. de in integ. reſti. l. pen. ti. generali. Nã
ex fine, & opere iſta collegia ſunt ſancta; quia deſeruiũt eleemo
ſynis, & pietati, & auctoritate, & vſu publico habentur ꝓ talib.
vt not. in l. 1. quod quiſque iuris. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCLXVI.

1 *Feudatarius, qui non poſſidet feudum, an teneatur petere inueſtiturã in-
fra annum.*
2 *Feudatarius, qui infra annum inueſtituram non petit, an à iure ſuo cadat
ipſo iure, vel per ſententiam.*
3 *Et an illa ſententia habeat vim ſenten.*
4 *Iudex competens in cauſa feudali quis ſit. & nu. 5. & 6.*
7 *Dominus feudi non põt trahi per vaſallos extra ciuitatẽ in quã moratur.*

In Chriſti nomine. Andreas feudatarius E-
piſcopat. Veron. renũ-
tiauit in manibus Petri Epiſcopi Veronen. cuidã feudo ſuo, qđ
recognoſcebat ab Epiſcopatu Vero. anteq̃ inueſtiretur Philip-
pus; q̃ renuntiationẽ dictus Epiſcopus acceptauit, & inueſtiuit
d. Philippum. ſed poſſeſſionẽ dicti feudi dictus Philippus nun-
quam potuit habere pp potentiã laicalẽ dñi dictæ ciuitatis Ve-
ronæ: ſuccedente tpe creatur nouꝰ Epiſcopus Iaco: quo creato
dictus Philippus cõparuit infra annũ & diẽ, à creatione dicti e-
piſcopi Iacobi corã Vicario, & alijs gerentibus negotia dicti Ia-
cobi, petens ſe inueſtiri tanquã rectus vaſallus Epiſcopatus de
ſupradicto feudo. reſponderunt Vicarius, & alij, ꝙ ipſum non
poterant inueſtire; quia non habebant poteſtatẽ, & Epiſcopus
erat abſens. tempore ſubſequente Epiſcopus venit ad ciuitatẽ,
& fecit fieri edicta, ꝙ quilibet deberet comparere ad accipien-
dũ inueſtituras ſuorum feudorum, alias ex tunc proferebat in
ipſos ſententiam priuationis. comparent omnes excepto iſto
Philippo, qui non comparuit infra annũ, & diem, nec etiã vſ-
que ad tres annos: tandem Epiſcopus dictum feudum alteri cõ-
1 tulit. † Quæritur in primis, nunquid vaſallus, qui non eſt in poſ
ſeſſione, teneat infra annũ & diẽ petere inueſtiturã, & videtur,
quod nõ, quia nondum eſt vaſallus, cũ nondum fuerit corpora-
liter inueſtitus, vt in c. j. quid ſit inueſt. col. 10. Item iſta compa-
ritio fit per debitum fidelitatis exhibendæ, & offerendæ, vt
in c. 1. quo tempore miles, ſed inueſtitura debet præcedere



fidelitatem,

ſidelitatem,vt in c.j.q̃d pręcedere debeat inueſtitura,vel fideli-
tas.vnde cum nondum ſit adeptus beneficium, non tenetur ad
fidelitatis obſequium,vt ff.de act.emp.l.Iulia.§.offerri. In con-
trarium vr̃, quia Ep̃s proponendo edictum denuntiauit ei ſaltē
tacite,ꝙ peteret inueſtituram: cum & ipſam poſſet facere cor-
poralem.ſi ergo vaſallus non paruit debet perdere ius,quod ha
bebat.nam ſi perditur ius in re;ergo multo fortius ius ad rē,arg.
2 ff.de optione leg.l.mancipiorum. † Secundo quæritur, nunq̃d
ille,qui non petit inueſtituram,cadat à iure ipſo iure,an per ſen
tentiam: &videtur,ꝙ per ſnĩam:vt in d.c.j.quo tpe miles.in ver-
bo,damnetur.&eo.tit.c.ſancimus.in verbo,laudata.In contra-
rium videtur, nam ille qui excluditur tpe, excluditur ipſo iure
ſaltem per exceptionem,ſi excluſus agit: nam ſufficit ſcientiam
ferri per modum exceptionis, quia renuntiare videtur ille qui
non paret terminis à lege ſtatutis, vt C.de iure emphy.l.2.ff.ad
Treb.le.facta.§.ſi quis bonorum,& no.ff.de neg.geſt.le.ſi ego.
quod verum puto; quia ſiue ſit priuatus, ſiue priuandus, obſtat
3 ei exceptio.† Tertio quæritur, nunquid illa ſententia fulmina-
ta hẽat vim ſnĩæ:& dico,ꝙ non, q̃a non fuit lata cum ordine iu-
ris,vt C.cõmina.vel epiſtolas l.interlocutio.&C.de pac.l.ſi pa-
4 cto,quo pœnã† Quarto quæritur,nunquid illa cõparitio facta
corã Vicario fuerit ſufficiẽs,& excuſet cõparentẽ;Rñdeo,non,
ex quo non habebat auctoritatem, neque mandatum. genera-
les enim Vicarij Ep̃orum non poſſunt inueſtire ex generali Vi-
cariatu,ſicut nec alienare, vt ff.quod vi,aut clam.le.prohibere.
§.plane.Itẽ hic caſus eſt ſimilis ei, qñ citatus à lege, vel à iudice
comparet coram iudice incompetenti,probatur hæc ſimilitu-
5 do per legem.ff.de iuriſd.om.iudicum.l.& quia.† Quinto quæ-
ritur,vtrum iſta controuerſia ſit determinãda per pares curiæ:
& vr̃,ꝙ ſic, q̃a iſta eſt diffinitio gñalis in materia feudorũ, quod
quando eſt q̃õ de feudo inter dñm, & vaſallum, pares curiæ.
i.alij vaſalli debent iſtam controuerſiam determinare, vt in c.j.
de controuer.inter vaſallum,& Ep̃m.& in c.j. de milite vaſallo,
qui contumax eſt.& plene no.extra de iud.c.cæterum.in c. Im-
perialem.§.ſi vero inter dñm, & vaſallum.de prohibi.feu.alie.
per Fede. In contrarium videtur: quia iſte eſt proprie vaſallus,
qui non fuit corporaliter inueſtitus. & in c.1. de conſuetu. rec.
feu.ſed eſt magis quidam creditor Ep̃atus. & in cauſa Epiſcopa-
tus cognoſcit Ep̃s,vt in c.Guilliſarius.prima opi.cõior eſt.† Sex
6 to quæritur ſine præiudicio, quod debeant pares cognoſcere:
ecce, quod iſte Philippus non vult pro parte ſua eligere pares,
qualiter procedetur?Reſpondeo, ſi quidem Philippus non poſ
ſidet,repelletur à limine iudiciorum, vt ff.qui.ex cau.ma. lege,
ſed & ſi per prætorẽ.§.ſed ſi dum decreto.ſed ſi eſt in poſſeſſio-
ne & ſic non curat de audientia,debet propter ſuam contuma-
ciam Ep̃atus in poſſeſſionem mitti,donec ille contumaciã pur-
get,& reficiat ſumptus. & forte cogendus eſt ad cauendum de
non moleſtando, donec de iure ſuo probet:quia feudũ eſt quæ-
dam ſeruitus,vt no.ff.de vſufr.l.ſi auus.ſed hoc modo procedi-
tur in ſeruitute.ff.de no.ope nun.l.ſi prius.ff.de dam.infec.le.à
quo fundus.ff.ſi ſerui.vẽdi.l.is,cuius.poteſt enim dici, quod di-
ctus vaſallus debeat ad curiam vocari, ad quam etiam vocabũ
tur pares per generales proclama. & ſi ad tertiam vocationem
non venerit,hoc ipſo debet feudum amittere,niſi intra annum
moram purgauerit, vt in d.c.1.in prin.de mili.vaſal.qui contu.
eſt ad cõueniendum.ergo in vnum dico,ꝙ citabuntur per gene
rale proclama;q̃a omnes vaſalli Ep̃i ſunt quaſi vniuerſitas quæ-
dam,in qua non citantur ſinguli,ſed vniuerſi,vt no.in lege.non
poteſt videri dolo carere.ff.de reg.iur. & per Innoc.de maio.&
obe.c.humi.Inn.in d.c.cæterũ. dicit, quod ſufficit requiri duos
7 pares:ſed vbi debẽt eſſe iſti duo?† certum eſt,ꝙ in ciuitate,vel
Ep̃atu, quia non eſt æquũ, ꝙ dñs feudi trahat per vaſallos extra
ciuitatem,in qua moratur,vel Ep̃atum eius.hoc enim debetur
honori,& reuerentiæ dñorum. iſte eſt textus ſingularis, & vni-
cus in iure in c.in nomine.§.illud.de pace Conſtantiæ.

CONSILIVM CCCCLXVII.

1 *Renuntiatio feriarum an faciat tempus feriarum vtile.*
2 *Teſtes an ſint cogendi tunc ad deponendum, & iudex ad ſententiandum.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, ſi eſt renũ-
tiatum ferijs,vtrum tẽ-
pus meſſium dicatur vtile,vel continuum:& videtur,ꝙ vtile;q̃a
iudex poteſt dicere ius his diebus,vt not.l.j.ff.de fer.&ff.de arb.
2 l.ſi feriatis. In contrarium videtur, ꝙ non eſt vtile; † quia ſicut
renuntiatio partium non poteſt officere teſtibus, quin poſſint
allegare ſuas ferias,vt not.in d.l.1.ita non debet poſſe impone-
re neceſſitatem iudicis,vnde iudex nõ tenetur procedere, ſi nõ
vult.& ſic nõ eſt tps vtile.de teſtibus no.glo.in d.l.j. de ferijs. de
iudice autem nullus doctor tangit aliquid. Ego credo iudicem
non poſſe ferias allegare:& ſic tps eſt vtile,per dictam.l. ſi feria-
tis.quia iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta,cum ne-
ceſſitate iuris dicendi congruo loco, & tpe. Sed iſtud congruũ
tps,ex quo eſt renuntiatum ferijs ad procedendum, & decidẽ-
dum cãm:ergo habet locum ſtatutum, ꝙ loquitur de tpe vtili.
ſi tamen interuenerit impedimentũ rõne teſtium, q̃a non po-
tuerunt cogi,iſtud tps impedimenti ſubduceretur de medio, vt
l.2.ff.quando app.ſit &l.j.ff.de diuer.& tempo.præſcrip.& leg.
non eum.ff.qui.ex cau.maio.

CONSILIVM CCCCLXVIII.

1 *Inſtitutus hæres vniuerſalis in primo capite inſtitutionis, ſi poſtea eſt iuſ-
ſus in poſteriori capite eſſe contentus de tali re tantum, non videtur re-
uocatus ab inſtitutione prima: ſed grauatus fideicommiſſo.*
2 *Fideicom.tacitum cui veniat reſtituendum, an venientibus ab inteſta.an
vſufru.an pauperibus.*
3 *Quomodo intelligantur hæc verba, dominam, & vſufructuariam.*

In Chriſti nomine. Quidã Titius baſtar-
dus Sẽpronij fecit te-
ſtamentum,in quo ſic ait, inſtituo hæredes in bonis meis duos
pauperes Chriſti eligendos per meam vxorem, & executores.
Item ſubſequenter ſic adiecit,ordino,quod dicti duo pauperes
Chriſti ſint hæredes in 11.ſolidis pro quolibet, quibus ſint con-
tenti,& nihil vltra debeãt habere. Item ordinauit,ꝙ vxor ſua ſit
dña,& vſufructuaria omniũ bonorũ ſuorum, donec vixerit. Itẽ
1 reliquit quoſdam executores ad prædicta:& deceſſit. † Quæri-
tur, vtrum prædictum teſtm̃ contineat aliq̃ hæredis inſtitutio-
nem vniuerſalem. & videtur, ꝙ ſic: quia in primo capite teſta-
menti ita cauetur, inſtituo hæredes duos pauperes. In contra-
rium videtur;quia ſtatim ſubiunxit,lego,& ordino,ꝙ habeant.
11 ſoli.tantum,&non vltra:& ſic iſti duo pauperes legatarij ſunt
cenſendi:vt C.de hæred.inſti.l.quoties.& ſi dicatur,imo totum
habent ius accreſcendi,vt ff.de hære. inſtit.le.quoties.§.ſi duo.
Reſpondetur,quod hæredi inſtituto in re certa, vel certa quan
titate,qui ex diſpoſitione legis non erat neceſſe inſtitui, poteſt
ius accreſcendi prohiberi:vt ff.de hære.inſti.l.quoties.§.ſi duo.
quare videtur dicendũ, quod iſtud teſtm̃ non contineat hære-
dem vniuerſalem:& ſic iſte deceſſit inteſtatus; quia non poteſt
dici teſtamentum,quod hæredem non habet,vt l.proxime.ff.d
his,quæ in teſtamento delẽter. Iſta quæſtio eſt mihi ſatis dubia:
tamen determinari vr̃ per l. prudẽter allegatam per aduocatos.
ff.de leg.3.l.peto.in princip.vbi primo, quando aliquis eſt hæ-
res inſtitutus vniuerſalis, licet in poſteriori capite teſtamẽti ſit
iuſſus eſſe contentus certis rebus, tamen per hoc præceptum
non tollitur inſtitutio: ſed grauatur inſtitutus onere fideicom-
miſſi, & hoc teneo propter diuerſas orationes verborũ,&pro-
2 pter diuerſas clauſulas. † Sequitur videre de iſto fideicõmiſſo
tacito,cui videatur eſſe relictus:vtrum vxori per illa verba,dña,
& vſufructuaria in vita ſua, an venientibus ab inteſtato ipſi te-
ſtatori:& ſimiliter de hoc ſatis poteſt dubitari: & videtur, quod
venientibus ab inteſtato; quia iſti pauperes non habent aliquẽ
cohęredem vniuerſalem, vel quod poſſit intelligi ſcriptum cir-
ca reſtitutionem fideicommiſſi, vt d. lege,peto.ver. ibidem di-
cemus.vbi dicit litera, quod dicta verba intelliguntur appoſita
gratia legitimi hæredis.i.eius, qui deberet venire ab inteſtato,
ergo iſtud fideicommiſſum debet reſtitui venientibus ab inte-
ſtato.In contrarium videtur, quod tales pauperes intelligantur
per fideicom.ſubſtituti: quia quando executor dat in teſtamẽ-
to non determinato modo,intelligitur relictus executor ad di-
ſtribuenda bona pauperibus:vt extra de teſta.c.cum tibi. So.in
vita vxoris vxor debet habere legatum ſuum, ſalua trebelliani-
ca:vel forte non detrahitur trebellianica, quia non hẽt ꝓprie-
tatem:& vſusfructus per ſe non tranſcendit dodrãtem in valo-
re:quia nõ minus eſt in valore ꝓprietatis,q̃ vſusfructus, vt not.
3 ff.de vſufruc.leg.l.vxori meæ. † & illa verba, dominã, & vſufru-
ctuariam. exponuntur & dominã vſusfructus ſecundũ cõmu-
nem intellectũ vulgari.proprietas ergo debet reſtitui ꝑ fideicõ-
miſſum,ſed dubito cui, nã veriſimile eſt, ꝙ teſtator voluerit te-
ſtari



ſtari ad pias cauſas de tota hæreditate quo ad genus pauperum,
vt in dicto c.cum tibi.non enim videtur teſtator habuiſſe affe-
ctionem venientibus ab inteſtato: ſed ad piam cauſam: tamen
difficile eſt reſpondere ad dictam.l.peto.Non ob.c.cũ tibi.quia
hic ſenſus verborum prolatorũ nullo mõ poteſt adaptari pau-
peribus in genere: qm̃ teſtator ſub vno ſtructu verborum ita
dixit, inſtituo hæredes duos pauperes, quos elegerit vxor, &
cõmiſſarij:de pauperibus autem in genere nihil locutus eſt, iõ
nõ poſſumus recedere à determinatione dictæ legis,peto. quæ
dicit,ꝙ iſta verba vr̃ adiecta fauore venientium ab inteſtato,
& ita tenent:niſi de mente teſtatoris ſaltem ꝑ duos teſtes aliud
probaretur,ſuper quo ẽt ipſi executores, & vxor poſſent teſti-
ficari,ſi alia ratio eis non obſtat: vt inſti. de teſtamentis.§.lega
tarijs. & ſi dicta vxor eſt proximior ab inteſtato, videndum eſt,
vtrum recipiendo ceſſionem à pauperibus videatur renuntiare
ſucceſſioni ab inteſtato:& dicendum eſt,ꝙ iſti, qui venirent ab
inteſtato,non capiunt tanq̃ venientes ab inteſtato, ſed tacite fi-
deicõ.ex teſtõ:ac ſi teſtator nominatĩ dixiſſet, rogo, vt reſtituas
venientibus ab inteſtato: quia hæc verba non ſignificant cãm
inteſtati,ſed perſonas,quibus deferuntur ab inteſtato: nunc e-
nim non habet totam cãm inteſtati:quia valet teſtm̃, vt dictum
eſt.q̃q̃ igit̃ hæres ſcript. ceſſerit iura ſua fideicom. vniuerſali, ꝑ
hoc non dr̃ fideicommiſſarius renuntiare fideicõ. ſed vlterius
acquirere ius,ſi quod cedendi competebat ex teſtamẽto, vt ff.
ad Treb.l.j.§.inde Neratius.& eo modo non refert,ſi ceſſerunt
iura tanq̃ executori, quia propterea non ruit fideicommiſſum.

CONSILIVM CCCCLXIX.

1 *Proximior agnatus quis dicatur.*

1 In Chriſti nomine. † Statuto cauet̃, quod
bona defuncti ab inte-
ſtato perueniant in agnatos paternos proximos,&eis deficien-
tibus ſuccedant proximiores ex linea materna:contingit,quod
quædam dña Catharina deceſſit relictis filiabus ſororis carna-
lis,& relictis filijs cuiuſdã ſui auunculi; & relicto quodam To-
nolino conſanguineo ex parte patris, cognatoq; ſuo. quæritur,
quis ſuccedat. Et vr̃, ꝙ ꝓximior, vt in auth. defuncto. Præterea
filius ſororis ingreditur gradum agnatorum, vt C. de leg. hære.
l.meminimus.§.j.ergo ipſe,vel ipſa ſuccedit tanq̃ proximior a-
gnatus.Præterea filius ſororis attinet per ſtipitem matris: & ſic
per paternam lineam,quia cum oriatur à matre,ſapit originem
matris ſuæ:qm̃ medium, per quod peruenitur ad conſideratio-
nem conſanguinitatis,fundatur in agnato .Sed contrarium di-
co:& præmitto,ꝙ ille dr̃ ꝓximus agnatus,quem nemo agnatus
præcedit, non enim hic accipitur proximus cõparatiue ad cog-
natiuam lineam,ſed electiue: q̃a præfertur, vt inſti. de legi. ag-
na.ſuc.§.proximos.& ideo tam filiæ ſororis, q̃ filiæ auunculi in
iſta hr̃ditate nullũ ius hñt; ſed ſolummodo dictus Tonolinus,
conſtito,quod ſit de pr̃no gñe,& verificatis verbis ſtatuti: por-
ro agnati dñr vſq; ad 10.gradum agnationis computando gradũ
ſecundum ius ciuile. Caſus ſummarium facit.

CONSILIVM CCCCLXX.

1 *Stante ſtatu.de quo hic in prin.an arbitramentum latum in termino, vel
tempore feriarum lato valeat.*
2 *Die dominico poteſt tranſigi.*
3 *Arbitri ex neceſſitate electi an dicantur iudices.*

1 In Chriſti nomine. † Statuto cauetur, ſi vlti
ma dies alicuiꝰ termini
iuris,vel hominis ceciderit in diẽ feriatam, ſequens dies non fe
riata pro illa debeat reputari.accidit, ꝙ compromiſſum fuit fa-
ctum duraturum,ponamus per 10.dies.mõ dies 10. fuit feriatus
in honorem dei:& ſimiliter 11.duodecimus non fuit iuridicus:
accidit,quod iſte arbiter, & arbitrator non tulit arbitramentũ
die 10.quæ erat dies vltima termini,feriata tamen : ſed tulit ip-
ſum die 11.feriata tamen,die vero 12.nihil pronuntiauit. Quæri-
tur,an valeat dictum arbitramentum?Reſpondeo nõ, quia aut
erãt feriæ quo ad hoc, videlicet ad arbitramentum,&non valet
propter diem feriatam in honorem dei,vt ff.de arbi.le. ſi feria-
tis.aut non erant feriæ,& tunc non valet; quia extra terminum
compromiſſi.C.quando prouo.non eſt neceſſe.le. cum non eo
die.Si autem tu quæras à me vtrum ſint feriæ, nec ne?Reſpon-
deo diſtinguendum:aut ſtatutum expreſſe indicit ferias in arbi
tramentis: & tunc ſunt feriæ, aut nõ indicit ferias:& tũc refert:
aut pronuntiat vt arbiter;& ſunt feriæ. aut vt arbitrator de par-
2 tium concordia,vel proprio arbitrio,& non ſunt feriæ: † quia
ſicut poteſt die dominico tranſigi, ita & arbitramentari, vt C.
de fer.l. ſi per But. Nam arbitramenta magis accedunt contra-
ctui,quam iudicio,vt no.in Auth.vt diffe.iudi.§.j. Aut pronun-
tiauit complexiue ex vtroque capite: & tũc valet,vt valere põt:
nam interdum aliquid fit vno modo tm̃, & tunc non valet illo
modo,vbi de obligatione contrahenda,vt l.j.§ j.ff.de conſti.pe
cunia.aut aliquid fit duplici: & tunc ſi non valet ex vno capite,
valet ex alio,ex quo valere poteſt:vt C.de codic.l. ſi quis argen-
3 tarius.† amplius conſidera,ꝙ iſti arbitri, qui eliguntur ex neceſ
ſitate,dicuntur eſſe iudices quaſi delegati,vt C.de priuil.l.pen.
quamquam ratione arbitrij,quod hñt, excedant naturam iudi-
cum: quia iudices non pñt componere partes, niſi de partium
voluntate:iſti ſic etiam partibus inuitis,vt ff.de no.ope.nũ.l.j.§.
& poſt operis.tamẽ quancunque qualitatem arbitrij hñt,ad in-
ſtar iudicum rediguntur: & ideo videtur,ꝙ debeant obſeruare
ferias in honorem dei,ſi ſimpliciter pronuntiant: non per mo-
dum meri arbitrij. Breuiter concludendo, quicquid dicatur,
veritas eſt ꝙ dictum laudum non tenet: aut quia extra terminũ,
ſi ad hoc non erant feriæ,aut ſi erant feriæ : quia eſt dies feriata.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXI.

1 *In dote exigenda quod forum debemus attendere, an hæredis defuncti ma-
riti, an ipſius quondam mariti.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrum hæ
res, qui habet propriũ
domicilium Mediolani poſſit conueniri ad reſtitutionẽ cuiuſ-
dam dotis olim viro defuncto, qui defunctus non erat de iuriſ-
dictione Mediolani; motiuum iſtius q̃õnis non ſtat in regula gẽ
nerali: q̃a ſecũdũ regulã gñalẽ hæres põt cõueniri tã in domici-
lio ipſius hæredis, q̃ in domicilio defuncti, vt ff.de iud.le.hæres
abſẽs. Sed cõſiſtit dubiũ in cã dotis; q̃a in dote forũ metimur ex
ꝑſona mariti,vt ff.de iudi.l. exigere dotem.So.br̃ dico, ꝙ quan-
tum ad deciſionẽ cauſæ inſpicitur forũ mariti, quantũ ad inten-
tionem libelli bene poteſt agi in foro ipſius hæredis:ſi igitur q̃-
ratur, quantum ſit reſtituendũ nomine dotis: quia iſtud perti-
net ad deciſionem,inſpicitur forum mariti:ſed ſi quæratur, an
iudex domicilij hæredis ſit iudex, necne, & quo ordine proce-
datur:dico quod eſt competens iudex: & procedit ſecundũ ſta-
tuta, quæ loquuntur de ordine iudicij in ciuitate Mediolani,
vt in l.j.C.de emancipa.libe. & l.cunctos populos. cum ſua ma-
teria.nec examino hic aliter,quod no. Ioan. in c.j. de ſponſalib.
in nouella decretalium.& Archi.12.diſt.c.illa. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXII.

1 *In datiarijs attenditur tempus, quo dies obligationis, & ſolutionis ceſſit.*
2 *Obligatio gabellæ an contrahatur in portu, an in porta, cum res intromit-
tuntur in ciuitatem.*
3 *Obligatio gabellæ an contrahatur in ſuburbijs, an in intromiſſione portarũ.*
4 *Practica eſt attendenda.*
5 *Proceſſus agitatus coram iudice ſuſpecto allegato, licet non ſic ab eo appel-
latum, an valeat.*
6 *Quæ ſint iuſtæ cauſæ ſuſpicionis contra iudicem.*
7 *Qui ingreditur ceſpitem terræ, vbi incepit gabella deberi, totam terram in
greſſus videtur; licet gabellarij ibi non eſſent præſentes.*
8 *Potior eſt conditio inuentoris, quam eius, qui rem perquirere neglexit.*
9 *Quando quis in articulo iuris ſuccumbit iuridice ſine vlla exceptione, vi-
ctus victori venit condemnandus in expenſis: nec excuſat eum opi. doct.
nec iuramentum calumniæ.*

In Chriſti nomine. Statuto communis Pa-
piæ cauetur quod quã-
do ducerentur aliquæ res intus, & extra ciuitatem Papiæ, ſi re-
perirentur in ſtratis publicis ſuburbiorum, & corporũ ſancto-
rum &c.vel recõdi, ſeu gubernari, & reponi in dictis ſuburbijs,
de quibus rebus dictorum ſuburbiorũ fiat ſcript. colligãtur, &
colligi deãnt, ſeu poſſint de prædictis omnibus certũ datiũ, ſiue
gabella, deinde hoc additur per pactum, ꝙ quilibet ſoluere de-
bens ipſa pedagia ſecundum prædictos modũ & formã teneat,
& debeat ſoluere ipſa pedagia, antequam ipſæ res intrent ciui-
tatem, ſi in ciuitate ducere voluerint: & hoc ad portas: ſed ſi qs
repertus fuerit ducere de ipſis rebus in ſuburbijs, q̃ voluit diſ-
carcare ibidem, bene poſſit compelli ad ſolutionẽ, anteq̃ intret
aliq̃ domum ipſorum ſuburbiorũ: q̃ ſolutio ſimiliter valeat in-
certa, q̃ poſtea contigerit fieri per illos emptores in dictis ſub-
urbijs. Mõ ꝓponit, ꝙ q̃dam res fuerũt in dictis ſuburbijs diſcar-
catæ

catæ tempore primorum emptorũ 7. menſiũ: & ab ipſis empto
ribus fuit accepta ſolutio, & factum bolletinũ ſolutionis cõuẽ-
tum, vel promiſſum ea occaſione. Nunc gabellarij poſteriores
quinque menſium volunt facere arcam, & exigere iterato di-
ctam gabellam. Item domini rerũ volunt introducere in ciuita
tem ſine ſolutione alterius gabellæ. Quæritur, quid iuris. Et eſt
aduertendũ, ꝙ cauſa fuit cõmiſſa relationi cuiuſdã ꝓbi viri: cui⁹
relationi fuit ꝓmiſſum ſtari tam per iudicem, q̃ ꝑ partes. tandẽ
anteq̃ dictus relator referret, fuit accuſatus ipſe relator ſuſpe-
ctus tanquam agnatus, vel affinis vnius ex partibus dictæ ſecũdę
gabellę; & hoc fuit aſſertũ ꝑ ꝓpriũ iurm̃ dicti recuſantis: deinde
iſte relator retulit, & declarauit in hac forma, videlicet, ſolutio-
nes datij dictarũ rerũ, lignorũ, lapidum, & mercimoniorũ, q̃ in-
trare debent, & duci intra ciuitatem Papiæ, puta q̃a diſcarcati,
& diſcarcatæ fuerunt ad aerem, de iure ſpectare, & fieri debere
poſterioribus datiarijs 7. mẽſiũ, & non priorib. 7. menſiũ, ſolu-
tiones vero dictarum rerum quæ diſcarcatæ fuerunt in burgis.
& intra corpora ſanctorum, vt ibidem remanerent, Puta quia
fuerunt diſcarcatæ in aliqua domo dictorum burgorũ, & intra
corpora ſanctorum cõſtituta, ſpectare, & fieri debere datiarijs
primorum 7. menſiũ, & non datiarijs vltimorũ quinq; menſiũ.
Itẽ eſt ſciendũ, ꝙ contra iſtã relationẽ ꝓbatũ eſt ꝑ quoſdã teſtes
de contraria practica: non tñ tãti tpis, ꝙ ſit ꝓbata cõſuetudo p̃-
ſcripta. Mõ ex his omnib. quærit̃, quid iuris. Et hoc thema diui-
dit̃ in tres quæſtiones. Prima quæſtio eſt, q̃s eſt ſenſus ſtatuti. Se
cunda, an dictus recuſatus potuerit referre, & an debeat ſtari e-
ius declarationi. Tertia, an dictũ relatoriũ ſit reꝓbatũ ꝑ dictã cõ
1 trariã practicã, inſpecta cõmiſſione ſibi facta. † Ad euidentiam
conſiderandũ eſt, quorũ datiorũ tpe contracta ſit obligatio ga-
bellæ. contracta dico, ita ꝙ dies obligationis, & ſolutionis ceſ-
ſerit: nam prout in pſona cuiuſq; cedit dies, ita debet fieri ſolu-
tio, ſic videlicet, ꝙ vnus alteri⁹ cõmoda nõ vſurpet, nec habeat
godimẽta tpis alieni: tantũ n. vnicuiq; acquiritur, quantũ iuris
dictat ratio, & forma contractus, vt ff. de ſtip. ſer. l. ſi ſeruus cõis
Meuij, & caſt. peculij. ff. de iu. fiſ. l. Valerius. ff. de vſufru. l. defun-
cta. l. quoties. ff. ſolu. ma. l. diuortio. ff. quemad. ſer. amit. leg. & ſi
ſic. ff. ſi cert. pet. le. ſi quis nec cauſam. §. res pignori. Ad hoc autẽ
vidẽdũ oportet ſcire, vtrũ iſta obligatio, vt ita dixerĩ, contrahat̃
2 in portu, an in porta, (loquor per ſimilitudinem.) † nam ſi por-
toriũ dẽt ſolui in portu Ianuæ ſtatim, ꝙ res ſint in portu, cõtra-
cta eſt obligatio, ſi aũt obligatio contrahitur in porta, cũ res in-
tromittunt̃ in ciuitatẽ Ianuæ, tũc obligatio nõ prius contrahit̃,
q̃ ad portã ſit ventũ, vt ff. de verb. ſig. l. in l. cẽſoria. & ff. loca. l. pe.
§. nauem. † Mõ ego facio comparationẽ ſuburbiorũ ad portũ,
3 & portæ ciuita. ad portã: vnde videamus, vbi, & quando cõtra-
hatur obligatio gabellæ: vtrũ in ſuburbijs, an in intromiſſione
portarũ. & vr̃ diſtinguendũ: Nam aut veniendo ad ſuburbia ꝑ-
uenit ad locum deſtinatũ, & ad terminũ motus, & tunc debeat
ſoluere in ſuburbijs, aut nõ ꝑuenit ad locum deſtinatũ, licet. n.
tranſeat per ſuburbia, tñ non contrahitur tũc obligatio in ſub-
urbijs: q̃a nõ inſpicitur locus, per quẽ tranſitur, ſed locus ad quẽ
vaditur vt conſueuit notari. C. de ædificijs priuatis. l. ſi quis poſt
hæc. ad hoc optime facit. ff. de pigno. le. debitor. & ff. de hæred.
inſtit. l. ex facto §. rerum aũt. Si aũt dubitetur qua mente fuerit
deferens merces, tũc dicere debemus ꝙ ille locus p̃ſumit̃ locus
deſtinatus, vbi merces diſcargat, & recedit mercib. diſcargatis,
arg. ff. de furt. l. quod deſtinauerat. nec vr̃ diſtinguẽdũ, vtrum in
ſuburbijs, vel ſimilibus locis dimiſerit res ad aerem, nec nõ: q̃a
ſiue ad aerem, ſiue non, ex quo ꝓpoſitũ ducentis non erat ꝑ tũc
vltra ꝓgredi: ſed extra portam erat terminus motus, ibi debet
fieri ſolutio tanq̃ locus deſtinatus. ex hoc apparet, ꝙ ius fuit q̃-
ſitũ primis datiarijs & eis potuit recte ſolui, & non dẽt ſolui po-
ſterioribus: quia dictat ſtatutum, ꝙ ſufficiat vna ſolutio facta de
bito mõ, & cui debet fieri. Sed contra hoc obijcitur de relatio-
ne dicti probi viri, cui relationi videtur ſtandũ. Primo de iure:
Secundo de conuentione: ꝓbat primum ꝑ l. Theopompus. ff.
de dote prælega. ſed caue tibi, quia l. illa requirit iurm̃ referen-
darij, ſicut requiritur iurm̃ teſtis, concor. C. de ſecundis nupt. l.
hac edictali. §. is illud. & in Auth. de nõ alienan. §. quod autem.
Non. n. erat iſte relator deputatus à iure, ſed electus eſt tanquã
teſtificator practicæ, & conſuetudinis. Secundo non videtur ei
4 debere credi: † quia probatũ eſt per teſtes de contraria practi-
ca, quæ maxime debet attendi referendo ſe ad proxima tpa, vt
ff. de alimen. leg. l. Mela. §. j. licet iſti teſtes non probẽt ius. i. con-
ſuetudinem præſcriptã; tñ probant factũ. i. obſeruantiam quã-
dam, ſeu practicam, q̃ non bene conſonat cum relatione dicti
5 ꝓbi viri. † Tertio dicitur elidi dicta relatio; quia dictus referẽs
fuit recuſatus ſuſpectus. ſed ſuper hoc videamus; quia multum
inſiſtitur ꝓ & contra, & tamen non tangitur medulla quæſtio-
nis. Nam ſi quidem iſte relator eſt potius teſtis, q̃ iudex, conſtat
ꝙ licet teſtis allegetur ſuſpectus, non tñ ſuũ teſtimoniũ eſt nul-
lum: ſed eſt in arbitrio iudicis examinare qualitatẽ ſuſpitionis:
& ſi eſt leuis, non repellitur, vt C. de teſti. auth. ſi dicat̃. Si vero
dicimus, ꝙ iſte ſit quidã arbitrator, tunc non eſt opus ꝙ ipſe iu-
ret, vt C. de arbi. auth. decernimus. & non põt recuſari niſi pro-
pter grauem cauſam, vt ff. de arbi. l. licet, & l. nõ diſtinguemus. §.
cũ q̃dam: iudicẽ aũt merũ appellare non poſſumus, vt C. de iu-
riſdiom. iudi. l. priuatorum. Et ideo leges, q̃ loquuntur de alle-
gatione iudicis ſuſpecti, nõ faciunt ad rumbũ: tñ nõ tranſeamus
ſicco pede; quia Inn. dicit, quod recuſatus nõ deſinit eſſe iudex,
nec impeditur procedere, niſi appelletur. Bar. autem dicit cõ-
trarium, ꝙ poſt recuſationẽ eius ꝓceſſus ipſo iure nõ tenet: ſed
diſtinguendũ eſt, nã aut cã recuſationis eſt notoria, & tunc ipſo
iure non valet eius proceſſus, vt l. 1. C. ſi quacũq; prædi. poteſta.
aut cã ſuſpitionis non notoria, & tunc aut loquimur de iure ci-
uili, & non tenet proceſſus: q̃a de iure ciuili ſufficit allegare ſuſ-
pitionem, vt legitur, & no. C. de iud. l. apertiſſimi. aut loquimur
de iure canoni. & tunc aut ſunt electi arbitri, & non tenet ipſo
iure proceſſus iudicis recuſati; quia iuriſdictio ſpectat ad arbi-
tros tãquam ad iudices prorogatos loco recuſati; vnde interim
mortificata eſt iuriſdictio, quia ſucceſſionem habet, vt C. de iu-
dicijs. l. pe. in fi. aut non ſunt electi arbitri, nec in cã principali,
nec in cauſa ſuſpicionis: & iſte articulus eſt dubius: quia ergo iu
dex videtur dicere: quia non poſſit procedere, ẽt ad delegandũ,
ſed Inn. dicit contrarium, ſuper hoc dico, quod aut procedit in
negotio iuriſdõnis, puta pronunciando ſe iudicem, vel aliũ de-
legando: & hoc non poteſt. ſi autem ꝓcedit in negotio princi-
pali, valet proceſſus, niſi appelletur, ſecundũ Inn. Sed mirũ eſt,
qũo valet, ſi non põt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio: hoc enim
eſt contra l. quacunque. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. nam q̃õ iu
riſdõnis eſt de fundam. vt no. Inn. in c. innotuit, de eo, qui ordi-
nem furtiue ſuſce. & ſecundũ hoc fortius elidit iuriſdõnem ſuſ-
pitio, q̃ appellatio ab interlocutoria: quia magis afficit perſonã
iudicis, & ꝓhibet litem cõteſtari, vt C. de ſen. & interlo. omniũ
iudicum. l. cum ſolutum. Finaliter concludo, ꝙ quicquid ſit de
iure canonico, ſeu iure ciuili, quod eſt ſeruandũ Papiæ, proceſ-
ſus iudicis recuſati non tenet, ſi tenemus, ꝙ de iure ciuili nõ ſit
probanda cã ſuſpitionis, nec ẽt allegandа de neceſſitate: tñ con-
ſidera, ꝙ plus valet recuſatio ſine cã, q̃ cũ inepta cã: quia inep-
titudo vitiat libellum recuſationis propter errorẽ expreſſum,
vnde magis valet vniformiter dictum q̃ inepte aſſertum. † & ꝓ-
6 pterea eſſet videndum, vtrum cã: quia cognatus, ſiue affinis, ſit
iuſta cã ſuſpitionis: & non habemus in iure legem de affinibus,
niſi de viro, & vxore, & eorum liberis, vt ff. de iuriſdictione om.
iud. l. qui iuriſdõni, niſi ex moribus contraheretur ſuſpicio: pu-
ta propter nimiam conuerſationem l. br̃. quædam cauſæ ſuſpi-
cionis ſunt expreſſæ in iure tanq̃ legitimæ; quædam reprobatæ
à iure tanquam non idoneæ; quædam mediæ inter has, & iſtæ
relinquuntur arbitrio arbitrorũ, qui debent eligi in hac cã. ar.
ff. de teſti. l. 3. §. tu magis. & l. j. §. j. ff. de effracto. & expilato. fina-
liter reducendo ad concluſionem oĩa ſupradicta, concludo pro
veteribus, & non pro nouis, ſecundum ea, quæ proponuntur.
7 † Conſiderandum ẽt eſt, quod ille, qui ingredit̃ vnum ceſpitẽ
terræ, vbi incipit gabella, deberi totam terram ingreſſus vr̃, vt
l. 3. §. l. ff. de acq. poſ. gabella quoq; ante initiũ ingreſſus in nul-
lius bonis eſt: quia nulli debetur, ſed poſtea efficitur occupan-
8 tis, occupari etiam dr̃ ipſe locus, licet ibi gabellatores nõ eſſent
p̃ntes, vt ff. quemadmodũ ſeruit. amitta. l. quæſitũ. eſt verũ, † ꝙ
vbi requiretur circa, ſiue inuentio, tunc potior eſſet conditio
inuentoris, q̃ eius, q perquirere neglexit, vt C. de fideiuſſorib. l.
ſi barſatoram. non enim dicitur inueniſſe, qui nõ perſcrutauit,
vt inſtitu. de rerum diui. §. item lapilli. Et eſt notandum, ꝙ iſta
9 q̃õ eſt magis iuris, q̃ facti, † & ꝙ q̃ñ quis in articulo iur. ſuccum-
bit iuridice ſine vlla exceptione, victus victori condemnatur in
expenſis: nec excuſant eum opiniones doc. ſecundum ſol. mo-
dernorum. C. de ingenui. manu. l. ſi auiã. vnde iurm̃ calũniæ nõ
excuſat



excuſat ab expen. nec aliquis color litigandi, vbi quis ſuccũbit
ſup articulo iuris, nõ ob. p̃dictis, c. cũ in veteri. & Bar. cũ. gl. ſua.
& Bar. in l. ſi conuenerit. ff. de re iu. q̃a ſuſpicio tollit cõtrariũ, vt
no. ĩ Auth. de triẽ. & ſemiſſe. §. & ꝙ ſæpe. col. 3. Ego Bald. de Peru.

Conſilum 473. & 474.

In Chriſti nomine. Quidam emerũt ad incantum certas gabellas
ciuitatis Ianuæ per hæc &c. vide in 5. parte conſilio 411. incip. q-
dam emerunt &c.

CONSILIVM CCCCLXXV.

1 *Succeſſor an teneatur ſtare locationi prædeceſſoris ſui.*
2 *In alienatione rerum eccleſiæ an ſufficiat, quod interueniat auctoritas epi ſcopi ex interuallo.*
3 *Contractus alienationis eccleſiæ nullus an poſſit conſenſu partiũ cauſa cognita per epiſcopum confirmari: & quid in donatione requirente inſinuationem.*
4 *Decretum interpoſitum rectè præſumitur & rite.*
5 *Alienatio vtilis dominij eccleſiæ ſine auctoritate ſuperioris an valeat.*
6 *Conceſſa emphyteuſi eccleſiaſtica ad centum annos ſaltem valent vſque ad nouem. & nu. 8.*
7 *Vtile quando per inutile vitietur, & quando non. & nu. 10.*
9 *Eccleſia ſi nõ eſt habilis an reſtituendũ expenſas emphyteutæ, põt renouare.*
11 *Abſentes an ſint vocandi in alienatione rei eccleſiaſticæ.*
12 *Tempus contractus an attendatur, an emergens.*

In Chriſti nomine. Quidam Ioan, Abbas cuiuſdã monaſterij vna
cum capitulo factis prius certis tractatibus inueſtiuit ad fictum
vſque ad annos nouem A. de quadam poſſeſſione, & iurib. pol
ſeſſionis, quæ ſpectat, & pertinet ad prædictum monaſterium
pro certo annuo canone cũ pact. & conditionib. ꝙ omnes ex-
pẽſæ, & omnia melioramenta fierent ꝑ ipſum emphyteutam in
reficiendo domos, quæ multũ dirutæ erant: & terras gerbidas,
& incultas ad culturam ponendo, & alia neceſſaria faciendo fi-
nito termino ipſius locationis ſibi emphyteutæ reſtituerentur,
& reſarcirentur per præfatos Abbatem, & capitulum: aliter ip-
ſe emphyteuta retineret & gauderet p̃dictam poſſeſſionem, &
iura ipſius, quouſq; ſibi ſatis factum foret de prædictis meliora
mentis, ſoluendo nihilominus annuũ canonem ſolit. deinde fi
nito tempore præfatæ locationis ipſe dñs Abbas, & capitulum
nõ ſolu. nec ſatisfact. expenſis ipſis, ipſi. q. A inueſtiuerat ad fi-
ctum vſq; ad annos 9. L. & P. fratres ipſius. q. A. cũ certo cano-
ne annuo: cum pactis, & conditionibus in prima inueſtitura cõ
tentis. Poſt dictam aũt inueſtituram finitam ipſe prædictus Ab-
bas cum conſenſu monachorum in ipſo monaſterio reſiden-
tium factis prius certis tractibus ſolenniter inueſtiuit ad fictum
vſque ad annos 29. ipſum L. fratrem ipſius. q. A & C. filiũ ipſius.
q. A ſub annuo canone in prima locatione contẽ. non ſatis fa-
ctis expenſis, nec melioramentis factis ꝑ ipſum. q. A primũ cõ-
ductorem, & per ipſos. L. & P. ſecundos conductores: tã pactis
& conditionibus in præcedentibus contentis: nulla tñ facta mẽ
tione de expenſis præteritis, nec reſeruatione melioramento-
rũ, cui vltimæ locationi, ſiue emphyteuſis dationi impoſita fuit
auctoritas ſine decretis poſt contractum celebratũ iam per mẽ
ſemper Vicarium domini epiſcopi Placentini hñtem ad hoc
mandatum à præfato domino Epõ, cui ſubditum eſt ipſum mo
naſterium. Ex prædictis, primo quæritur, an iſta prima locatio,
ſeu in emphyteuſim datio potuerit fieri vſq; ad años 29. poſito,
ꝙ non conſueuerat locari ad tantum tps. Secundo, an ciuitas,
ſiue decretum ſuperioris, q̃ vel ꝙ interuenit poſt contractum
iam celebratum per menſem habeat vitiare ipſum contractũ:
an vero ipſi contractui præſtet robur, & firmitatẽ. Tertio q̃rit̃,
an ſit neceſſe, ꝙ interſint talibus cõtractibus monachi non re-
ſidentes in ipſo monaſterio, licet ſint eiuſdem monaſterij, an ve
ro ſufficiãt reſidẽtes adeſſe. Quarto, an talis contractus poſſit re
ſcindi: ſed q̃a aſſeritur eſſe fact. ꝓ minori precio, q̃ valeat ad pñs
poſſeſſio p̃dicta pp melioramenta facta ꝑ ipſos conductores, li-
cet ante locationes p̃dictas plus nõ valebat. Quinto q̃rit̃, an ipſi
emphyteutę tã prim⁹, q̃ ſecũdi, & tertij poſſint p̃dictã poſſeſſio-
nẽ, & iu. tenere, & gaudere ſoluẽdo canonẽ ſolitũ, donec ipſis ſa
tis factũ fuerit de expẽſis, & melioramẽtis, ꝓut in actis apparet.

1 In Chriſti nomine. Ad † euidentiam præmittendũ eſt, quod an-
teceſſor prælatus interdũ contrahit noĩe proprio: & tũc nunq̃
põt immittere falcem in meſſem ſucceſſoris, vt ff. loca. l. ſi quis
domũ. §. 1. nõ ob. ff. ſolu matri. l. diuortio. vbi tenet̃ vxor ſtare lo-
cationi mariti; quia illud debet intelligi, q̃ñ ad non modicũ tps.
Item quia ibi maritus habuit cauſam ab vxore, vt ibi no. & C. lo
ca. l. emptorẽ. per Cy. interdũ p̃latus contrahit noĩe eccleſiæ ꝙ
eſt, q̃ñcũq; non ſolus p̃lat⁹, ſed p̃latus & capitulũ contrahũt: q̃a
in ipſorũ perſonis repreſentatur eccleſia. Itẽ q̃ñ ſolus prælatus
tanquã p̃latus, in eo, quod tangit eum ſolum; quo caſu diſtingu
endũ eſt: nam interdũ loquimur in alienatione proprietatis: &
hoc etiã cum capitulo non põt facere, niſi ſeruatis debitis ſolẽ-
nitatibus, vt in c. j. de reb. eccle. non alie. lib. 6. & in cle. monaſt.
& 12. q. 2. c. ſi qua, de reb. & extra de reb. eccle. nõ alienan. c. ſi q̃s
2 presbyterorũ. C. de ſac. ſan. eccl. iubemus nulli. in Auth. de non
alien. §. vult n. & §. q̃a vero Leonis. † & de ſolennitate ſubſtãtiali
eſt, ꝙ interueniat auctoritas Epi: ſed circa hoc dubitatur, vtrum
iſta aucto. poſſit ſequi ex interuallo: & vr̃ dicendũ ꝙ ſic, ſi eſt vti
litas eccleſiæ; quia non debemus curare de iuris apicibus, dum
modo eccleſia faciat conditionẽ ſuã meliorẽ, vt no. ff. de trãſa. l.
cũ hi. §. eam. & ibi glor. In contrariũ vr̃: q̃a vbi eſt defectus for-
mæ, ibi de qualitate materiæ nõ curamus. ſed hic auctoritas re-
quirit̃ ꝓ forma, ergo ſi deficit auctoritas, non valet contractus:
& iſta eſt veritas; q̃a contrahentes non ſunt habiles, niſi habili-
tentur, ꝑ auctoritatẽ, & ꝑmiſſionẽ ſuperioris, ſeu licentiã. non
3 n. iſta reſpiciunt initiũ, vt ff. de in fam. ib. l. ꝙ ergo, in princ. ſaluo,
ꝙ j. dicã. † Quarto igitur, ſi celebrato contractu ſine auctorita
te ſuperioris vtraq; pars accedit corã Epõ, & petit contractum
confirmari, & Epiſcopus cauſa cognita confirmat, nunquid ta-
lis confirmatio tenet: Reſpondeo ſic, vt C. de decurio. l. ſi quos.
li. 10. & extra de iure patrona. c. cura. & l. 1. §. ſolent. ff. quando ap
pellandum ſit. q̃a tunc partes vident̃ denuo contrahere in p̃-
ſentia epi: quia quoties aliquid ſubſtantiale adijcitur cõtractui,
contractus vr̃ denuo renouari, vt ff. de contrahen. emp. l. pacta
conuenta. §. Paulus. & ff. de pac. l. iur iſgentium. §. adeo. & habe-
mus ſimile in donatione, quæ non valet vltra legitimam ſum-
mam, niſi ſit inſinuata coram iudice præſente, & auctoritatem
interponente, vt no. Gui. de Cu. C. de ſac. ſan. eccle. leg. illud &
tñ ſi præcedit donatio, & vtraq; pars p̃ſentat eã iudici, conua-
leſcit, vt ex nunc, quia retroFactum trahit̃ ad p̃ſens, vt ff. de offi.
ꝓcon. l. obſeruare. §. ſi. & hoc tenet Bar. ff. de dona. le. Modeſtin.
ſecus eſſet, ſi vna pars tãtũ peteret cõfirmationẽ altera parte ab
ſente: quia ꝙ inutiliter factum eſt, vnius conſenſu non conua-
leſcit. Et no. ſecundũ Specu. in titu. de emp. & vẽdi. † ꝙ vbi de-
4 cretum ẽ interpoſitũ rite, p̃ſumit̃ iĩ recte, cõcor. ff. de acqui.
poſ. l. iuſte. & eſt tex. no. in l. 1. C. de p̃ di. curia. lib. 10. Explicitum
eſt primũ mẽbrũ de alienatione proprietatis, & non ꝑtinet ad
materiã noſtram. † Sequit̃ videre de alienatione vtilis dominij:
5 puta feudi, vel emphyteuſis: & hic diſtingue, aut iſte contractus
eſt celebratus ſecundũ cõſuetudinẽ eccleſiæ: aut cõtra conſue-
tudinẽ: aut præter, primo caſu valet contractus, nec req̃rit̃ ſu-
perioris auctoritas, vt extra de feudi. s. c. ex parte & in c. 1. q̃ feu-
dũ dare poſ. coll. 10. ꝙ ẽ verũ, ſi feudũ ſit apertũ, vel emphyteu-
ſis ſit aperta: alias non valet conceſſio, ſi interĩ prælatus morit̃,
vt in c. 1. q̃ ſucceſ. tene. eadẽ compilatio. Secundo, & tertio caſu,
quando præciſe eſt contra conſuetudinem, vel præter, non te-
6 net conceſſio, quam conſuetudo, vel legis ſtatutum reprobat,
de conſti. c. eccle. ſanctæ Mariæ. † ſed hic dubitatur, ꝙ ſi quæ-
ritur concedi ad 9. annos, & cõceſſa eſt ad 100. an. nunquid va
leat ſaltem pro 9. an. & videtur, quod non, q̃a regula eſt, vbi agi-
tur de obligando, quod ſi non valet, quod ago, vt ago, non va-
let, vt valere poteſt, vt ff. de conſti. pe. l. j. §. eum qui. ergo idem
in alienatione rerũ eccle. quæ magis eſt odioſa, quam obligatio
perſonalis. In contrarium, quia vtile per inutile non vitiatur,
7 vt Cod. de dona. lege ſancimus. † Solu. cõſiderandum eſt, quod
quandoque inutile venit ad adijciendum, quandoque ad mi-
nuendum, quandoque ad ſpecificandam ſpeciem contractus.
primo caſu ſi non valet, quod ago in totum, valet in parte; in
qua poteſt, vt ff. de precario. leg. cũ precario. Secundo caſu non
valet in aliquo. dixit lex, ꝙ ſi cõpromittitur in liberũ, & ſeruũ,
q̃a adiectio collegæ tendit ad minuẽdũ ius alterius collegæ, nul
lo mõ valet compromiſſum, vt ff. de arbit. l. Pedius. §. in ſeruum.
Tertio caſu, q̃a non conſentitur in ſpecie cõtractus, non valet
actus, vt ff. ſi cer. pet. leg. ſi ego. fallit aliquando ad excipiẽdum,
vt ff. de dona. lege ſi tibi dederim. † Quia quæſtio noſtra ꝑtinet
8 ad primũ mẽbrũ, tñ in eo ſic debet diſtingui: aut cõceſſio fuit fa
cta ꝓ vnico precio, & tũc nõ valet in aliquo: vt verbi gratia, ꝓ
mille

mille pro toto tempore, quia propter vnitatem precij non pōt
contractus diuidi, vt l. cum plura. ff. de ędi. edi. & iſte non eſt ca-
ſus nr̃. aut per ſingulos annos ſoluitur ſingula penſio illius anni,
& tunc vtile per inutile non vitiatur, ſed eatenus valet, quate-
nus iuris ratio patitur, vt ff. de ſtipu. ſeruo. l. ſi ſeruus communis
Meuij. §. fi. & ff. loca. l. ſi quis domum. §. huic. & l. ſi quis fundum.
extra de tranſac. c. de cætero. extra de p̃ben. c. niſi eſſet. extra de
inſti. c. cum veniſſent. & per hoc determinatᷣ quæſtio nr̃a, ꝙ di-
ctus contractus vſq; ad 9. an. etiam ſine aliqua aucto. Ep̃i, quia
locatio modici tēporis dicitur adminiſtratio, non alienatio. vl-
tra autē 9. an. non valet, niſi interuenerint ea quæ requiruntur
in plena alienatione, inter q̄ eſt auctoritas Ep̃i non perfuncto
rie interpoſita, nec ex abrupto. vt ff. de tranſac. leg. cum hi. §. ſi
prætor. † Notandum tñ eſt, ꝙ ſi eccleſia non erat habilis ad poſ
9 ſendum reſtituere expenſas, quæ ex pacto debebant refici, vt ff.
de mino. l. intra vtile. §. vendentibus. & l. 1. C. de alluuio. & palu-
di. ꝙ tunc pp pondus æris alieni licitum eſſet eccleſiæ renouare
vſque ad 29. an. vt in Auth. de aliena. & emphy. §. locationes. be-
ne enim geritur vtilitas eccleſiæ, ſi rem, q̄ oneratura eſt eccle-
ſiam, potius relocat quā reuocet, vt ff. de ne. geſt. l. ſed an vltro.
§. fi. hoc tñ ſpectat ad facti inquiſitionem: vnde eſt quæſtio facti
10 potius, quàm iuris. † Sciendum eſt, ꝙ eſt quidam alius contra-
ctus, qui non pertinet ad directum dñium, nec vtile, ſed eſt cō-
tractus meræ locationis, de quo no. ff. de leg. 2. l. codi. §. inſti. per
Bar. Cy. & Dy. & veritas eſt, ꝙ in eo, qui non pōt alienare, non
hr̃ pro aliena. tñ non valet, niſi ad modicum tp̃s. & ita dēt intel-
ligi, ꝙ not. Inn. & Io. And. extra ne p̃la. vices ſuas. c. querelam. &
Archi. 12. q. 2. ca. alienationes. & in iſto contractu non viciatur
vtile per inutile; quia ſeparata ſunt. tres enim ſunt caſus, nā qñq;
vtile ab inutili eſt ipſo principio ſeparatum, qñq; ſeparabile:
qñq; nec ſeparatum, nec ſeparabile. de iſta materia plene ſcri-
pſi. C. de ſacroſan. ecc. aut. ingreſſi. in lectura mea. & licet ſit via
brocardica, tñ hæc, quæ dixi, ſunt valde vtilia. Et ex his apparet
rñſum ad omnia quæſita, ſaluo, ꝙ ad illud, † vtrum extra exiſtē-
11 tes debeant vocari. & dicendum eſt ſic, in alienatione, ſecus in
alio contractu. vt no. in c. præſentium. de teſti. lib. 6. & in c. cum
in eccleſijs. de præb. & probatur. C. de decurio. l. obſeruare li. 11.
& C. de venden. reb. ciui. l. fi. & in Auth. de defenſo. ciui. §. inte-
rim. & C. de legatio. l. ſi quod extraordinarium. & C. de ſacroſa.
eccle. auc. hoc ius porrectũ. in verbo, ibidē ſeruientiũ. † Item ſi
quæratur, vtrum inſpiciatᷣ tp̃s contractus, vel emergēs poſtea di
12 cendum eſt, quod initiũ cuiuſcunq; renouationis debet inſpici
pro tota renouatione: illa quantitas enī precij, vel mercedis at
attenditur ſecundum tempus cōtractus, vt ff. loca. l. hominē C.
de reſcind. ven. l. 2. & l. quiſquis. ff. de noua. l. fundũ Cornelianũ.
.ff. de mino. l. intra vtile. §. vendentibus. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCLXXVI.

1 *Confitens ſe recepiſſe certas pecuniæ quantitates cum renuntiatione non numeratæ pecuniæ, & promittens eas implicare, ſeu implicari facere infra mēſem in vno nauigio, ad quid teneatur vigore talis promiſſionis.*
2 *Verbum, promitto, qualiter intelligatur.*
3 *Imperſonalitas ex parte ſtipulatoris non vitiat ſtipulationem.*
4 *Stipulatio pœnalis nouat præcedentem.*
5 *Allegans caſum tenetur ipſum probare.*
6 *Scriptura priuata confeſſata an faciat fidem. & nu. 8.*
7 *Inſtrumentum contra ſe de manu propria, quod faciat fidem contra ſe, & non pro ſe, quis facere poteſt.*

In Chriſti nomine. Factum tale eſt, 1384. in
dictione 7. die 15. menſis
Aprilis. ego Iannes filius q. ſer Nicoximi olim Iacopucij de Ser-
zana habui, & recepi, & habuiſſe, & recepiſſe cōfiteor ab īſcri-
ptis perſonis infraſcriptas pecuniæ quantitates cauſa eas impli
candi, ſeu faciendi implicari in vno nauigio cum officialibus in
ipſo opportunis, & eorum ſtipēdijs in præſentia teſtium infra-
ſcriptorũ. Primo habui à magiſtro Petro Phyſico q. D. Ioan. de
Serzana floren. 100. auri, à Franciſcolo. q. Do. Petri de Serzana
flor. 200. auri, à Federico. q. ſer. Grigoli de Serzana floren. 300.
auri, renuntiando excep. non habitæ, non receptæ, & non nu-
meratæ ſupra ſcriptæ quantitatis pecuniæ: promittens dictas
quantitates implicare, ſeu implicari facere in vno nauigio, aut
eas dictis magiſtro Petro, Franciſcolo, & Federico dare infra
vnum menſem proxime futurum ſub pœna duplici totius e-
ius, de quo contra fecerim: volens ex pacto expreſſo pro
infraſcriptis quantitatibus ad inſtantiam infraſcriptorum non
ſeruatis promiſſis poſſe cōueniri realiter & perſonaliter Ianuæ,
Piſis, Saonæ, Lucæ, Florentiæ, & vbique locorum, & ſub
quocunq; magiſtratu tam eccleſiaſtico, quam ſeculari, mihi au
ferens auctorita. poſſe allegare aliquem locum, aut iudicem ſu-
ſpectum. Sed ſub, & in eiſdem conueniri velle poſſe realiter, &
p̃ſonaliter, ac ſi locus ille foret ſolutioni ſpecialiter deputatus:
vel præſentem promiſſionē feciſſe renunciando omni iuri, &
legũ auxilio contra infraſcriptos, vel infraſcriptorum aliquid
introductum: in quorum omniũ præmiſſorum teſtimoniũ ſig-
num meum tabellionatus hic appoſui conſuetum, Actum Ser-
zanæ in apotheca ſpeciariæ, quam tenet Iaco. q. ſer. Thomei de
Serzana, præſente ipſo Iacobo Franchinelo Vanni de Serzana;
Iacobo. q. Leui, de caſtro Serzanæ teſtibus ad hæc vocatis, roga
tis, & domino Iacobo. q. Cibaldini iudice &c. Ex prædictis quę-
ritur, ad q̄d teneatᷣ dictus Io. vigore dictæ ſcripturæ dictis perſo
nis à quibus confeſſus fuit dictas q̄titates pecuniæ habuiſſe, vel
hæredibus ipſorum: & quid iuris in prædictis. Circa † thema p̃-
1 dictũ dđm eſt, ꝙ dictus Io. ad hoc, vt liberaretur à quantitatibus
in dicta ſcriptura expreſſis, eſſet neceſſe, ꝙ dictum nauigium de
diſſet dictis magiſtro Petro, Franc. Fede. & ad vtilitatē eorũ in-
fra vnum menſem à die confectæ dictæ ſcripturæ, vt ipſe promi
ſit, vt patet in dicta ſcriptura ibi dũ dr̃, p̃mittens dictas q̄titates
implicare, ſeu implicari facere in dicto nauigio. † nam iſtud ver
2 bum, promittens; intelligitur ſtipu. interueniente ipſorũ nume
rantium pecunias; & ſic præcedente interrogatione, vt l. ſcien-
dum. ff. de verbo. obl. & ꝙ ibi no. nam quoties reperitur ſcriptũ
in aliquo inſtr̃o publico, vel priuato verbum; p̃miſit, vel fide-
iuſſit, vel promittens &c. ſemper intelligunᷣ omnia ſolenniter
acta: & interrogationē p̃ceſſiſſe: & p̃miſit ſecurā fore inter cō-
trahentes, & erant hic dicti numerantes dictam pecuniā dicto
Ioanni. iſte eſt tex. ad literam in l. j. C. de contrahen. & commit.
ſtipu. & probatur in §. fi. inſti. de fideiuſſ. & in §. ſi ſcrip. inſti. de
inuti. ſtip. & d. l. ſciendum. ibi dũ dr̃, oĩa ſolenniter acta & c. &
dato, ꝙ non exprimatᷣ in dicta ſcriptura, promittens dictas pe-
cuniæ quantitates implicare, ſeu implicari facere in vno naui-
gio in perſona dictorum magiſtri Petri, Franciſcoli, & Federici,
tñ hoc non vitiat ſtipulationem: cum perſona extrinſecus non
intelligatur, vt l. ſi ſtipu. §. Griſogonus. de verb. obl. ſed ſemper
intelliguntur perſonæ quibus promiſſio fit, quæ hic non pote-
rat eſſe, niſi magiſter Petrus, Franciſcolus, & Federicus contra-
hentes: vt in ipſa perſona continetur. † & imperſonalitas ex par
3 te ſtipulatoris non vitiat ſtipulationem, cum ſemper ſubintel-
ligatur perſona contrahen. in ſtipu. vt eſt tex. no. in l. ſtipulatio
iſta. §. ſi q̄s ſtipulatus. ff. de ver. obl. & no. per Bar. in l. fi. in prima
opi. ff. ſi cer. pe. in caſu ergo, ꝙ hoc, ꝙ ſupradictum eſt, non ap-
pareat factũ per ipſum Ioannē, dictæ pecuniæ p̃ dictos magiſtrũ
Petrum, Franciſcũ, & Federicum, & ipſis mortuis per eorũ hæ
redes poſſunt repeti per conditionē ob cām, cũ data fuerit cā
implicandi in dicto nauigio, ꝙ factum non fuit; ergo ex defectu
cauſæ dictis repetitio cōpetit, vt l. dedi. §. ſed ſi tibi. & l. ſi pecu-
niam. & fere p̃ totũ tit. ff. de cond. cā data cā non ſe, & maxime
cum hoc exprimatᷣ in dicta ſcriptura ibi, cũ dr̃, aut eas dictis Ma-
giſtro Petro, Franciſcolo, & Federico dare infra vnum mēſem
proxime futurũ ſub pœna dupli, & totius eius, de quo contra fa
4 ctũ fuerit. poſſunt ergo dictæ pecuniæ ēt peti in duplũ vigore il-
lorum verborũ, ſub pœna dupli &c. q̄ pœna fuit cōmiſſa elapſo
primo mēſe, nō apparente dicta implicatione in dicto nauigio
facta p̃ Io. p̃dic. † nam dicta ſtipulatio pœnalis nouauit p̃ceden-
tem, & transfuſa eſt in ipſam, vt eſt tex. in l. obligationũ fere. §.
1. ff de act. & oblig. & in l. ſi pacto, quo pœnā. C. de pact. ergo di
ctæ pecuniæ per dictos poſſunt peti in duplum, nō ob. ꝙ dictus
Io allegat ſe emiſſe dictũ nauigiũ: quia de hoc nihil apparet nec
docet: & paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere, vt l. in l.
ff. de contrahen. emp. l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tu. cũ ſimi. ergo
prædicti, vel eorum hæredes, prædictam pecuniam petere poſ-
ſunt ab ipſo Ioan. vel ipſo mortuo ab eius hr̃d. & ſi dictus Ioan-
nes doceret ſe emiſſe, debebat poſt emptionem conſignare di-
ctis emptoribus, vt l. ſi pecuniam. §. item ſi quis. de condi. ob
cauſam. & in caſu, quo dicat ſe poſſediſſe vtendo, & per mare
ducendo contra voluntatem prædictorum, tanquam prædo te
netur ad æſtimationem dicti nauigij, & ad omnes pecunias,
quas prædicti dictum nauigium locare potuiſſent, vt lege ſi vr-
bana. de condi. indebi. & ꝙ ibi no. circa vecturas nauiũ & leg. ſi
nauis



nauis, de rei vendi. & l. Iul. de peti. hære. ſi vero dicat ſe vſum fu-
iſſe de voluntate ipſorum, & ratione quæſtuum dicat reddidiſ-
5 ſe, doceat, & in caſu, quo † dicat ſe perdidiſſe, caſum probet,
inſtitu. qui. mod. re con. ob. §. fina. & ibi no. & in caſu, quo di-
ctum caſum non probet, indubitanter tenetur reddere dictum
nauigium cum omnibus emolumentis, & vtilitatibus, quas, &
quę p̃dicta potuiſſent locare, ſeu trahere de dicto nauigio, vt in
iurib. ſtatim allegatis. & per Bar. in d. l. ſi vrbana. in prima p̃te
ipſius legis. Sed inſurgit hoc dubium, an dicta ſcriptura faciat
fidem, & probet contra dictum Ioannē. & hic eſt videndũ, an
dicta ſcriptura fuerit publica, vel priuata. & in caſu, quo eſſet
priuata, nō eſt dubium, ꝙ dictus Ioannes eſſe prius interrogan-
dus, an dicta ſcriptura eſſet de manu ſua. & ita conſulerē, & an-
6 te omnia eſſet fiendũ ad euitandũ omne dubium. † & in caſu,
quo cōfiteatur dictam ſcripturā eſſe de manu p̃pria, tunc indu-
bitanter faceret fidē ſup contentis in ea, vt in auth. contra qui
p̃priam. C. de non nu. pecu. & q̄d no. in l. ſcripturas. C. qui pot.
in pigno. hab. in caſu vero, quo negaret, tunc eſſet fienda p̃ba-
tio, ꝙ eſſet de eius manu p̃ ſignũ ibi appoſitũ, p̃ cōparationem
literarũ ſecundum formā. l. cōparationes. & auth. ibi poſita. C.
de fide inſtr. quæ p̃batio facta facit fidē ſecundũ determinatio-
nem ibi poſitā. Sed, ꝙ eſt plus, dico, ꝙ dicta ſcriptura nō eſt pri-
uata, ſed publica: & facit fidē contra Io. p̃dictum, eo q̄a inſtr̃m
publicũ eſt cōtra eum. nam ibi adſunt omnia, q̄ requiruntur in
inſtr̃o publico, videlicet annus, indictio, dies, & menſis, locus,
in quo fuit factũ inſtr̃m, vt teſtes tres ibi deſcripti: q̄ requirun-
tur ſecundũ formā textus in Auth. de tabellionibus. in prin. in
§. nos autē. ſed hic nō deficit, niſi q̄a non apparet rogatus de di-
cta ſcriptura. Sed dico, ꝙ in tabellione hoc non eſt neceſſe re-
quiri: q̄a rogatus p̃ſumitur, vt no. per gl. in Auth. de tabell. in §.
nos autē. licèt ſecus ſit in teſte ſecundũ cōmunē intellectũ, in l.
hæredes palā, §. in teſtamentis. & ibi per Dy. & per Cy. in l. hac
7 conſultiſsima. in prin. C. de teſta. † ſed hic eſt ſolũ dubiũ, an di-
ctus Io. potuerit facere inſtr̃m cōtra ſe manu p̃pria. Et dico, ꝙ
ſic, per ea, q̄ ponit Bar. in l. 2. ff. de ſtipu. ſeruo. in prima, & ſecun-
da colũ. Concludens igitur tabellionē poſſe facere inſtr̃m con-
tra ſeipſum, & vt faciat fidē contra ſeipſum, & nō pro ſe, ita fuit
in p̃poſito, igitur &c. Ex quibus concludendo dico, & conſulo,
prædictos magiſtrũ Pet. Fran. & Fede. vel aliquo ex eis mortuo
eorũ hæredes duplũ dictę quantitatis flore. quingentorũ pete-
re poſſe à dicto Ioan. de iure, ſeu eo mortuo ab eius hæredibus:
niſi doceatur dictā pecuniæ quantitatē implicatā fuiſſe in vno
nauigio infra mēſem à die confectæ dictæ ſcripturæ ſecundum
formā in dicta ſcriptura cōprehenſam: quo caſu tunc ipſe Ioan-
nes dēt condemnari ad ipſum nauigium: & executio eſt fienda
in ęſtimatione ipſius nauigij, & ad omnes pecunias, quas p̃dicti
dictum nauigium locare potuiſſent: & dictā ſcripturā tanquam
publicā contra dictũ Ioannē, & eius hr̃des fidē facere. Vbertus
de Lampugnano ita conſuluit. Mihi vr̃, ꝙ duo deficiant: primũ
quia nō apparet, ꝙ ſubſcriptio fuit manu tabellionis. ſecundũ,
quia ibi non eſt ſignum, q̄d requiritur in inſtr̃o, vt C. de aſſeſſo-
ribus. l. fina. & inſtitu. de publi. iudi. in gl. ordina. pp quæ videtur
8 dđm, ꝙ dicta † ſcriptura non p̃bat tanq̄ ſcriptura priuata; niſi
iuuaretur per cōparationē literarum ſolenniter factā, licèt gl.
in l. admonendi. ff. de iureiur. dicat, ꝙ per cōparationē non fit,
niſi ſemiplena p̃batio: ſi autē eſſet ſignum eius, & ſubſcriptio,
dictum conſilium eſt ipſa veritas. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXVII.

1 *Diſpenſatio an poſsit fieri in matrimonio fiendo inter conſanguineos ſine cauſa per Papam.*
2 *Dubitans de poteſtate Papæ dubitat de fide catholica: & eſt tanquam ſacrilegus cenſendus.*

1 In Chriſti nomine. † Quæritur, vtrũ Pa-
pa nulla cauſa adiecta
poſsit diſpenſare, quod conſanguinei in quarto gradu poſsint
matrimonium contrahere ſalua conſcientia? Et dicendum eſt,
quod ſic, quia iſte non eſt de gradibus lege diuina prohibitis;
vt extra de reſtitutione ſpoliatorum, capitulo literas. Nec ob-
ſtat, quod ſine cauſa diſpenſet; q̄a ſuprema auctoritas Papæ eſt
loco cauſæ: cum ipſe ſit lex animata in terris, & quodcunq; ſol-
2 uerit ſup terrā, ſolutũ erit & in cœlis. † vnde dubitans de p̃tāte
Pa. dubitat de fide catholica, & tanq̄ ſacrilegus eſt cēſendus. C.
de crimine ſacri. l. diſputari. ibi, inſtar ſacrilegij, & facit. ff. de ri-
tu nup. l. qui in prouincia. §. diuus. & credo, ꝙ hoc poſsit fieri
per illum Papā, qui p̃ maiori parte mundi reputatur pro Papa.
arg. ff. de officio præto. l. Barbarius. & etiam ſi eſſet error, filij ex
tali errore nati eſſent legitimi, vt de ince. nupt. l. q. cōtra. & ideo
Italici impetrant à Romano: alij autē indifferentes impetrant
ab vtroq;, ꝙ eſt permiſſum ſecundũ Io. And. in addi. Specu.

CONSILIVM CCCCLXXVIII.

1 *Conditio appoſita in vltima voluntate, vel in cōtractu an impediat eſſentiam contractus, quando venit ad traditionem.*
2 *Traditio qualiſcunq; ſufficit ad tranſlationem dominij.*

In Chriſti nomine. Quidam Franciſcolus
condidit teſtamentũ,
in quo reliquit filiæ mille, & vxori quadringenta: tandē idem
Franciſcolus eadem die conditi dicti teſtamēti fecit quandam
donationē inter viuos dominæ Antoniæ eius ſorori de certis
prædijs: hac tamē conditione adiecta, quod dicta domina An-
tonia non poſſit vti rebus donatis vſquequo filia, & vxor fue-
rint conſecutæ legata prædicta. deinde dictus Franciſcolus per
duos annos poſt fecit aliud teſtamentũ, in quo teſtamento caſ-
ſauit, & irritauit primũ teſtamentũ: ſubſequenter legauit dictæ
eius ſorori iure inſtitutionis lib. 10. Imperiales: & contentam
eam eſſe iuſſit contēplatione donationis p̃dictæ factæ in eam
de bonis p̃dictis, quam donationē iuſſit in ſuo robore perma-
nere: & deceſſit dictus Franciſcolus relicta vxore, relicta filia,
& relict. agnatis, qui agnati fuerunt hæredes vniuerſales inſti-
tuti in vtroq; teſtamento. Quæſtio vertitur inter ſororem do-
natariam ex vna parte, & matrē, & filiam prædictas ex alia oc-
caſione bonorum contentorum, in donatione. petit namq; ſo-
ror ſibi relaxari bona in donatione declarata: ex aduerſo ma-
ter, & filia dicunt, ꝙ non debet habere, niſi prius ſolu. florenos
quatuor centũ, de quibus fit mentio in dicto primo teſtamen-
to: ſoror namq; replicat, & dicit, ꝙ primum teſtamentum fuit
reuocatum per ſecundum. ita quod conditio adiecta in inſtru-
mento donationis fuit adempta de ipſa donatione; & ꝙ dicta
donatio remanet pura, ita ꝙ ipſa petit nedum res donatas, ſed
etiam fructus p̃ceptos à die mortis teſtatoris per vxorem, & fi-
1 liam ex rebus donatis, ex prædictis quæritur, quid iuris. † Et vi-
detur prima facie, quod deficiente conditione dictæ donatio-
nis dicta donatio non ſubſiſtat: & hoc per regulam generalem:
quia quoties conditio apponitur in contractu vel legato, niſi
exiſtat conditio, deficit contractus, & legati diſpoſitio, vt ff. ad
Trebel. l. iubemus. §. 1. ff. de verb. ſig. l. cedere diē. ff. ſi cert. pet. l.
pecuniam. & no. eo. ti. l. lecta, in magna gl. C. de conditio. inſer.
l. legatũ, & no. ff. de pactis. l. itē quia. ff. de actio. & obliga. l. non
ſolum. ſed hic deficit conditio: quia dicta mille quadringenta
non poſſunt per vxorē percipi, nec eis p̃ſtari, vt teſtamentum,
cum ſit reuocatũ per poſterius teſtamentum, vt inſtit. quibus
modis teſtam. infir. §. poſteriore. l. ſecunda. §. 1. ff. de condictio.
indebi. ff. de iniuſto teſtam. l. eum in ſecundo. ff. de adimen. le-
ga. l. quod iterum. In cōtrariũ credo, ꝙ ſit ipſa veritas. & con-
ſidero, ꝙ interdum conditio apponitur ad producendum di-
ſpoſitionē in eſſe: & tunc loquuntur iura prædicta. interdum
conditio apponitur non ad principium eſſe, ſed ad executio-
nem eſſe, & tunc licèt deficiat conditio facta obligati. tamen
actio, q̄ iam nata eſt, pōt efficaciter intentari: & hoc ſubtili ra-
tione; q̄a talis conditio pendens parit exceptionē, ſed remotio
conditionis parit replicationē. oportet igitur reum excipere:
ſed contra exceptionē replicatur. pone exceptionē in l. cōmiſ-
ſoria, vt C. de pac. inter emptorē. l. cōmiſſoriæ. & ff. de pact. l. ab
emptione. & ff. de don. l. 1. in mag. gl. Modo ſic eſt in p̃poſito:
q̄a p̃dia fuerunt donata, & tradita p̃ conſtitutionē p̃carij, vt ff.
2 de acq. poſ. l. cum eo. Nā † qualiſcunq; traditio ſufficit ad tranſ-
lationē dominij, ſiue transferatur naturalis, & ciuilis poſſeſſio,
ſiue ciuilis tantũ, ſiue naturalis tantũ, etiam clādeſtina, nedum
iuſta, quando traditio fit à dño, vt dicit. l. illa ſingularis ſi fundũ.
ff. de fundo dotali. & inſuper conſidera, ꝙ nulla cōditio impe-
dit principium eſſentiæ contractus qñ venitur ad traditionem,
vt in l. ꝙ niſi. ff. de iure do. & ff. de ſolut. l. ſub conditione. & ff.
de vſucapio. pro dote l. 1. §. 1. niſi conditio ſit inſerta ipſi tradi-
tioni, vt dictis iuribus patet: p̃terea aduertendũ, ꝙ in caſu no-
ſtro conditio non fuit appoſita obligationi, ſed fruitioni, & fu-
it appoſita poſt contractum p̃fectum quantũ ad primordialem

eius eſſentiam: & ideo conditio deficiens facto eius, qui eam in
ſuum fauoré appoſuit, nõ habet vitiare, vt C.quando dies lega.
ced.l.ex his verbis.& ibi no.ſic ergo res ſe habet:qa dictæ ſoro-
ri fuit acquiſitũ dñium à principio,ſed ſuperſedere debebat in
agendo, vſquequo poſt morté dicti teſtatoris dicta legata ſol-
uerentur: & ſi non eſſent legata reuocata, ſoror bene hẽt ipſo
iure actioné,ſed obſtaret exceptio.ſed quia illa conditio eſt ad-
empta, datur ſorori replicatio: & iſta ſubtilitas procedit ex gl.
quæ eſt in d.l.lecta.iungendo cõtrarias opi. & cõcordando eas.
Amplius conſiderandũ eſt, ꝙ quandoq; conditio apponitur in
contractu per relationé ad contractum: & tunc loquitur d.gl.
quandoq, ponitur in vltima voluntate per relationé ad vltimã
voluntaté: & tunc non eſt dubium, ꝙ conditio poteſt adimi, vt
ff. de adimen leg.l.3. §. conditio. quandoq; ponitur in cõtractu
per relationé ad vltimam voluntaté.verbi gratia: promitto tibi
decem, ſi Stichum dederis Seio hæredi meo: vel ſtipulor Titio
hæredi meo, & poſtea alius eſt hæres: nam nõ eſt neceſſe, quod
aliquid detur Titio, vt ff. de pactis.l. tale pactum.§.fi. Præterea
conſiderandũ eſt, ꝙ quandoq; conditio ponitur vt quidé euen-
tus ſimpliciter, quandoq; loco finalis cauſæ:& tunc ceſſante fi-
nali cauſa ceſſat conditio, non auté expirat diſpoſitio, vt ff. ad
Trebel. l. à filia. §. alumno. Cum igitur hic fuerit appoſita iſta
conditio fauore filię, & vxoris, ſi hunc fauoré non poſſunt con-
ſequi, nõ ꝓpterea vitiatur cõtractus, arg.ff.de leg.2.l. Lucius.§.
quiſqs.ff.de contrah.emptio.l.Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothe-
cam. ff. de condi. & demon. l. ſi qs eum. Sed nec illud eſt omit-
tendũ, ꝙ in ſecundo teſtamento fuerunt hæc verba, tacitam, &
contentã contéplatione donationis. quę verba exprimunt ſen-
ſum teſtatoris, vt ff. de hære. inſtit.l. qui volebat. expreſſe ſub-
dit, quã donationé iuſſit in ſuo robore pmanere. Dicet aliquis,
iſta verba in ſuo robore, magis officiunt ſorori, ſi officere poſ-
ſunt, quã ꝓficiunt: nam ſuum robur nõ eſt, niſi per antecedens
conditionatũ, ergo videtur conditio repetita, vt C. de collat.l.
vt liberis. in fin. ſed ad hoc reſpondeo, ꝙ dicta conditio eſt im-
poſſibilis reuocare legato:& ideo nõ dr̃ repetita iſta impoſſibi-
lis conditio in teſtõ, vt ff. de manu. teſta.l.fi.ff. de verb.obli. l.ſi
ita ſtipulatus.§. Griſogonus. imo plus dico, quã ſi eſſet expreſsè
reperita, qa impoſſibilis non vitiaret vltimam voluntaté, quæ
fuit, vt dicta ſoror perciperet res donatas.vt inſti.de hære.inſti.
§. impoſſibilis, & plenè legi. & no.in l.1. ff. de condit. inſt.& in
l.1.C.de his, quę pœn.nomine.Ex quibus infero concludenter,
& firmiter, quod dicta ſoror poteſt dictas res donatas vendica-
re cum fructibus iniuſtè perceptis de rebus dictis donatricis:
nec hic morari deſideratur, qa fructus pertinent ad agenté iure
dominij, vt ff.ſolu.mat.l.ſi mora.& ibi per Iacob.de Are.& ff.de
rei vend.l. ſolum.§. meum. tamen bonæfidei poſ.non tenetur,
niſi ſecundum diſtinctionem notatam.ff.de rei vendi.l.fructus.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXIX.

1 *Do tibi centum, vt des mihi decem pro alimentis ſingulo anno, quis contra-
ctus ſit iſte: & an ſit vſurarius, vel ne.*
2 *Dies an interpellet pro homine, ita quod à die mora veniat intereſſe.*

In Chriſti nomine. Factũ, ſuper quo con-
ſilium requiritur, ſe-
quitur in terminis infraſcriptum. Et primo pro informatione
veritatis caſus, ſupponitur quoddã ſtatutũ ciuitatis Mediolani,
diſponens in effectu, ꝙ in caſibus, in quibus venit intereſſe de
iure canonico, ſacr̃m peten. habeatur ꝓ plena ꝓbatione vſq;
ad certã ſummã. Suppoſito p̃dicto ſtatuto, ſupponitur factum,
ſeu narratio q̃ſtionis. Et verum eſt, ꝙ quidã do. Maſiolus dictus
Niger de Aliprandis. & q̃dam do.Ioan. de Caſtelliono fuerant
vir, & vxor legitimi, ex quibus orti ſunt in lucé quidã Ambro-
ſius inſenſatus, do.Orſina, Perolus, & Maſiolus dictus Petere-
nus, omnes eorũ filij legitimi, & naturales. deceſsit dictus Ma-
ſiolus cõdito teſtõ, in quo inter cætera legauit dictæ dñæ Ioan.
certas quantitates bladorũ, lignorũ, & certarũ aliarũ rerũ pro
ſuis; & dicti Ambroſij filij inſenſati alimen. annuatim p̃ſtandis
durante vita ipſorum mr̃is, & filij. & poſt hmõi teſtm̃, & lega-
tum ſupraſcripta dña Io.ſuo, & curatorio noĩe ipſius Ambroſij
inſenſati eius filij ex vna parte.& ſupraſcripta Orſina, Perolus,
& Maſiolus ex altera per cõpromiſſum deuenerunt ad certos
arbitros, qui inter ipſas partes eorum ſñiam arbitralé protule-
runt, condénatoriam ipſorũ Orſinæ, Peroli, & Maſioli, ad præ-
ſtationem certæ pecuniæ quantitates annuales eidem dominæ
Io.ſuo, & dicto curatorio noĩe vigore p̃dicti legati toto tépore
vitæ ipſorum dñæ Io.& Ambroſij.Præſuppoſito ſtatuto ciuita-
tis Mediolani diſponente in effectu, ꝙ in caſibus, in quibus ve-
nit intereſſe de iure canonico, ſacramẽtum petentis habeatur
pro plena ꝓbatione vſq; ad certã ſummã. ꝓponitur, ꝙ quidam
Thomaſellus de voluntate eiuſdem Maſioli ſuſcepit in ſe ani-
mo nouandi debitum cuiuſdam annualis præſtationis fiendæ
cuidam dñæ Ioan. & proinde recepit centũ ducatos auri cauſa
ſuſtinendi onus dictæ annualis p̃ſtationis: cuius obligationé in
ſe ſuſceperat animo nouandi, vt p̃dicitur, quos flore.100. p̃di-
ctus Thomaſellus eidé Maſiolo ſoluere, & reſtituere promiſit,
quandoq; mortua dicta alimentaria, q̃ alimentaria poſtea de-
ceſsit, iam ſunt viginti anni. Modo q̃ritur, nunqd à tp̃e mortis
dictæ alimentariæ poſsit peti aliqd̃ intereſſe, & nunqd de ipſo
intereſſe credatur ſacr̃o ipſius Maſioli ſecundũ formã dicti ſta-
1 tuti. † Circa hanc qõnem eſt cõſiderandũ, qs contractus fuerit
iſte, do tibi 100. vt 10. des quolibet anno dñæ Io. ꝓ ſuis alimen-
tis: & ea mortua mihi reſtituas totã quantitaté dictorum 100.
nam ſi iſte eſt contractus mutui, dicta 10. ſoluta quolibet anno
extenuant ſorté: qa hoc videt̃ factum in fraudé vſurarũ, vt no.
ff.ſi cer. pet.l. rogaſti.§.ſi tibi. Si vero iſte eſt contractus depoſi-
ti, idé iuris eſt, cum fuerit tranſlatũ dominium, vt ff.depo.l.die
ſponſaliorũ.nam licet verba dicant, mutuum dantes, nihil inde
ſperantes: tamen idé eſt in quolibet cõtractu ſimili, vt extra de
vſu.c.nauigãti. ꝙ auté iſte cõtractus fuerit cõtractus mutui, vel
depoſiti, vr̃ gl. or.ff.ſi cer.pe.in l. cũ qd. Ex hoc ſequitur, ꝙ cum
iſta 10. annua conuerſa fuerunt in vtilitaté dicti Maſioli, qui te-
nebat̃ ad dictã annuã quantitaté, ꝙ dicta annua quantitas déat
cenſeri vſuraria prauitas: nam quicqd accedit ſorti, eſt vſura, &
nõ refert, vtrũ ſoluatur mihi, vel alio mea voluntate, vt l.ſolu.§.
ſolutũ. ff.de pig.acti. Ex hoc infertur, ꝙ ex iſto contractu facto
in fraudé vſurarũ non debetur intereſſe de iure canonico, quia
non eſt cõtractus licitus. In cõtrariũ videtur qa etiã in cõtractu
mutui venit intereſſe de iure canonico, & ciuili.iſta eſt gl.or.in
l.1.C.de ſumma trini.quæ dicit, ꝙ Papa ſub hoc intereſſę dat li-
teras. nec mirum, qa mora debitoris non dẽt nocere creditori,
vt ff.de in li.iur.l. nũmis. nã, vt ibi patet, ſpãle eſt in pecunia, ꝙ
ꝓpter morã veniat intereſſe extra rem: qa intereſſe intra ré non
cadit in quantitate: nec reperitur, ꝙ decretalis diſponat con-
trarium, ergo ſtandum eſt illi legi. Præterea iſte cõtractus non
eſt cõtractus mutui, neq; depoſiti, ſed eſt cõtractus innomina-
tus, ex quo oritur actio ei, qui numerauit, qa ex parte ſua con-
tractũ impleuit, vt ff. de cond. ob cauſam.l.ſi pecunias.§.2.cum
ſequentibus. & ꝙ iſte fuerit cõtractus innominatus, apparet ex
forma, quia do, vt des, vt ff.de præſcr.ver.l.naturalis.Sed poſito
hoc, ꝙ iſte cõtractus valuerit etiam de iure canonico, illud hic
dubiũ eſt, vtrũ debitor teneat̃ ad intereſſe, nã intereſſe non ve-
nit, niſi ex tp̃e morę, vt ff.de vſu.l.mora.§.ſi quidé.ergo debitor,
nõ fuit interpellatus:& ſic nõ fuit in mora, ergo non p̃t peti in-
tereſſe, vt l.vinũ.ff.ſi cer.pe.ſi auté fuit interpellatus, tenédo, ꝙ
contractus iſte fuerit iuſtus cõtractus, arg.ff.de vſu.l.ſi deic.§.cũ
Pollidius. tunc veniret intereſſe, & ſtandũ eſſet ſacr̃o inſpecta
qualitate perſonarũ, & conſuetudine loci, vt ff.de eo, qd̃ cert.
lo.l.3.§.fi. ſuper quo ꝓbando ſufficeret ſacr̃m ſecundũ formam
2 ſtatuti. † Modo ſupereſt videre, vtrum ſine alia interpellatione
tépore mortis alimentariæ interpellet pro hoĩe, & vr̃, ꝙ ſic, qa
dies interpellat ꝓ hoĩe, vt C. de contrah. & cõm.ſtip.l.magnã,
ſiue ſit dies certa, an, & qñ, ſiue incerta, vt no. Cy.in d.l. magnã.
in vlt.q.ſed do.Bar.in l.ita ſtipulat⁹.la grãde.ff.de ver.obl.dicit,
ꝙ dies cõditionalis nõ inducit morã; qa nõ dẽt vna dies induce-
re obligationé, & morã, qa exiſtentia cõditionis hẽt purificare
obligationé.vñ ſicut obligatio pura non interpellat, ſic nec exi-
ſtẽtia cõditionis.Sed ad hoc poſſet r̃nderi, ꝙ dictũ Bartoli intel-
ligit̃ in conditione incerta, an, & qñ:ſed qñ obligatio eſt ab ini-
tio certa an, ſed nõ qñ, tunc à prin. eſt orta obligatio, & poſtea
declarata die talis dies interpellat ꝓ hoĩe.arg. ff. de cond. ind.l.
nam & ſi cũ moriar. & qd̃ ibi no. dũmodo debitor ſciat, vel ſci-
re déat diem extitiſſe, qa requiritur ad cõtrahendã morã ex caſi-
bus incertis, vt ff.ſi cer.pe.l.qd̃ te.Iſta qõ eſt multũ dubia tam in
primo pũcto, vtrũ iſte cõtractus ſapiat vſurariã prauitaté, q̃ in
ſcdo pũcto de mora, & à talib.cõtractib.tutius eſt abſtinere, tñ
de iure ciuili nõ eſt dubiũ, ꝙ cõtractus valet, vt ff.de verb.ob.l.
qui



[...]mæ. in prin. ad quod etiam facit extra de do. inter vir.&
[...]per vſ̃as.ſed illud c.põt aliter intelligi, vt ibi no. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCLXXX.

1 *[Pro]hibitione facta inſtitutis in re certa ne plus petant, cum non habeant
[q]uam legitimam, an ſit teſtamentum nullum.*
2 *[Ius] accreſcendi in hæreditatibus inuito teſtatore habet locum, & an tale
ius accreſcendi poſſit prohiberi per teſtatorem.*
3 *Teſtamentum vſurarij an de iure valeat.*
4 *Hærede iuſſo de reſtituendo hæreditatem non capaci quis opponere poſſit.*
5 *Hæredes an ſint priuandi, ſi legatum capellæ conſtruendæ nõ fuit adimple-
tum? & cui accreſcat hæreditas.*

In Chriſti nomine. Teſtator inſtituit ex-
traneos, & iuſſit quã-
dam capellã conſtrui, & inſtituit nepotes ex filia in certa quan-
titate. Ité dicit̃, ꝙ rogauit dictos hæredes vniuerſales in ſecreto
de reſtituendo nõ capaci: & ꝙ ita fidé accõmodauerunt teſta-
tori, mortuo teſtatore. ĩ. annũ capella nõ fuit conſtructa. ex his
1 inſurgunt quatuor dubia. † primũ dubium eſt, an teſtm̃ value-
rit, & allegatur, ꝙ ſic, quia nepotibus ex filia fuit relictũ iure in-
ſtit. in contrarium allegatur, quia fuit relictũ minus legitima,
& prohibitos plus petere, vnde dicta inſtitutio ſingularis, quæ
prohibet ius accreſcendi, redigitur ad inſtar ſimplicis legati: &
ſic teſtm̃ non valet, vt in §. aliud quoq; capitulum. in Auth. vt
cum de ap.cogn. & no.C.de inoffi.teſta.auth.nouiſſima.& ff.de
vul.ſub.l.cum ex filio.in prin.& in l.filium.ff.de leg.præſt.Solu.
non ſtando in ſermone, veritas eſt, ꝙ dictum teſtam̃, valet, qa
licet teſtator inſtituiſſet etiam in vno nummo, valet teſtm̃, nec
põt dici filius, vel nepos præteritus. & iſta gl. ſing.ff.ad Treb.l.
ſi quis priore. & eſt ratio: quia ſicut teſtator non põt in debito
bonorum ſubſidio grauamen apponere, ita nec aliquã prohi-
bitioné, vt C. de inoffic. teſta.l. qm̃ in priorib.& l.ſcimus.item
eſt ratio demonſtratiua: quia ius agendi ad ſupplementũ ſuc-
cedit loco antiquæ querelæ inofficioſi, vt C.de inoffi.teſt.l.o-
mnimodo, & l.ſi quis filium.§.ſicut.ergo teſtator non põt pro-
hibere q̃relam inoffic. ita nec ius ſupplementi. Ex hoc ſequun-
tur duæ concluſiones: prima, ꝙ qui inſtituit filium in legitima,
nõ dicit̃ decedere inteſtatus: qa hærede vniuerſali repudiante
totum ei accreſcit. ſecunda concluſio eſt, ꝙ ex quo decedit pro
parte teſtatus, de neceſſitate decedit in totum teſtatus: qa non
põt teſtator ex aliqua ſui ordinatione decedere ꝓ parte teſta-
2 tus ꝓ parte inteſtatus. † Et ideo in hæreditatib. inuito teſtatore
hẽt locum ius accreſcendi, iſta eſt gl.ord.ff.de acq.hære.l.ſi ſer-
uus cõmunis ab extero. ſed in legatis, & fideic. bene põt ꝓhibe-
ri ius accreſcendi, vt no. in l.diuus.§.fi.ff.de vſufru. ſane in hr̃de
ſingulari inſtituto in re certa ſic diſtinguitur, aut eſt talis, qui
nõ p̃t querelare teſtm̃ iure veteri, & tũc põt prohiberi, vt ff.de
hęredi.inſt.l.quoties.§.ſi duo. Aut põt querelare, & tunc ſecus.
iſte eſt caſus notabilis in Auth. vt cum de ap. co. §. certũ. & iſta
eſt allegatio mea antiqua, & ſatis põt iri per ambages, iſta eſt
3 veritas: † Secundò q̃ritur, dr̃ enim teſtm̃ nõ valuiſſe, qa erat v-
ſurarius manifeſtus, nec cõſtat, ꝙ ſolenniter fuerit cau. de reſti-
tuendis vſuris: nam licet dicatur, ꝙ cautio fuerit p̃ſtita D. Vica-
rio epi, tamé non conſtat de vicariatu, licet notarius ponat iſta
verba qa dẽt aliter cõſtare de manifeſto, quã p iſta verba enun-
tiatiua, vt in capitulo ſi Papa. de priuile.li.6.& in capitulo cum
in iure. de offic. deleg. ſed in hoc articulo dico, ꝙ p̃ſumitur pro
inſtr̃o, vt nota.in l.1.C.de fide inſtrum.& iure haſtæ fiſca.lib.10.
& maxime tali ratione, qa iuriſdictio vicarij eſt ordinaria iuriſ-
dictio, & ꝓ ordinaria iuriſdictione p̃ſumitur, licet aliter nõ pro
betur, quãuis ſecus ſit in delegato ſecundũ Io.And. Ad hoc.ff.
de offi. p̃to.l. Barbarius. & qd̃ no. in l.1.qui, & aduer.quos.pru-
dentiſſimè allegata per dñm Giliolum. facit, ꝙ legit̃, & no. 97.
diſtin.c.nobiliſſimus. Præterea non ꝓcedit iſta exceptio, nõ eſt
vicarius, niſi adijciatur, nec in poſſeſſione vicariatus ſecundum
Compoſtella. Nam exceptio nõ eſt ſufficiens, cum ſufficiat ſola
quaſi poſſeſſio officij, vt in capitu. cõſultationibus, de iure pat.
item ſciendũ eſt, ꝙ tam de iure, quã de cõſuetudine ſufficit ali-
quam quantitaté exprimi, adiecta clauſula generali, omne, &
quicqd: & maximè de incertis, vt l. ſtatulibe. ff.de ſtatuliberis.
aliàs oporteret vſurarium deſcribere in cautione totum codi-
cem rationum, ꝙ eſt ridiculũ, & inſuetum, & quodãmodo im-
poſſibile: & maximè in articulo mortis, vt C. qui teſta. facere
4 p̃nt.l. hac conſultiſſima.§. at cum humana. † Tertia qõ, vtrũ ac-
cõmodata tacita fide de reſtituendo nõ capaci poſſit obijcerę
alius, quam fiſcus, puta venientes ab inteſtato: & dicendum eſt,
ꝙ non. iſta eſt gl. ſingularis. ff.fami.erciſ. l.his cõſequenter.§.1.
& ratio eſt: qa deducunt ius tertij, ideſt fiſci. ꝙ eſt impoſsibile,
cum nõ habeant mandatũ à fiſco. item cum nõ ſimus coram iu-
dice fiſci, nec ſit p̃ſens fiſci patronatus. Præterea non ſufficit, ꝙ
teſtator dixerit, reſtituatis nõ capaci: niſi ad hoc ſtipulatione,
vel chirographo ſe aſtrinxerint; qa non poſſunt facere, ꝙ teſta-
tor non loquatur, vt le. in l.Lucius.§. inteſtato, ff. de leg.1. & l.
in tacitis. & ff. de prob. l.cum taci.& ff. de iure fiſci.l.non intel-
5 ligitur.§.tacite.† Quartũ dubium eſt; qa capella nõ fuit cõſtru-
cta. ĩ. annũ à die monitionis cõſtitutionis epalis. Sed hic conſi-
derandum eſt in primis, ꝙ dicta conſtitutio nõ arctat hæredes
non habentes ſcientiam teſti, vnde de dicta ſcientia dẽt ꝓbari,
vt C.de epiſ. & cler.l.nulli.in verbo, pro ſua cõſcientia. hoc te-
net Bart. ff. de infa. in l. genero. & ꝓbatur expreſſe in l. vl.ff. de
decre. ab ord. fa. ſecundo ſciendũ eſt, ꝙ requiritur monitio iu-
dicis, cum quo durius agitur, quã cum munitione ſtatuti, vt ex-
tra de teſta. §. ſi hæredes. & in Auc. de hære.& fal.§.ſi qs autem
non implens. Tertio conſiderandũ eſt, & ſubtiliter aduerten-
dum, ꝙ ſi non pp conſtructã capellã deberet hæres priuari, de-
berent bona applicari ipſi capellæ vt l. pen. C.de leg. ſed certè
alia ratione bona nõ deberent applicari dictis nepotibus, quia
teſtator diſponendo circa eos limitate, & cum ꝓhibitione, ne
plus peterent, eos à beneficio p̃dictæ autenticæ excluſit, & ex-
cludere potuit. nam notabile eſt, ꝙ ꝓuiſio dictæ autenticæ non
habet locum in his pſonis, q̃ veniunt contra voluntaté teſtato-
ris, vt in Auth. de hær.& fal.§. exhæredatos. cõiuncta.l.qui vo-
lebat.ff.de hęre.inſt.& ar.ff.de cond.& demon.l.mulieri, & Ti-
tio. ex quibus infertur, quod conſilium egregij doctoris domi-
ni Gilioli de Cautelis de Cremona verificatur in qualibet ſui
parte, & vltra prædicta ex rationibus ſuis prudentiſsimè alle.
Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXXI.

1 *Commiſſo articulo ſuper omnibus, ita quod nulla lis amplius remaneat, ſi
conſultor ſuper aliquibus conſuluit, & ſuper nonnullis reſeruauit ius
litigandi, an valeat tale conſilium, & ſententia ſuper eo lata: & nu.4.*
2 *Sententia ſuper poſſeſſorio quando pro actore, & quando pro eo ferenda
ſit, vtroq; ſuam poſſeſsionem probante.*
3 *Teſtes de vniuerſitate quando in cauſa vniuerſitatis admittantur, vel
non.*

In Chriſti nomine. Vertente quęſtione iu-
riſdictionis cuiuſdam
territorij, necnon dñij, & poſſeſsionis, & quaſi inter nobiles de
Gabiano, & cõmunitaté Gabiani ex vna parte, & cõmunitaté,
& homines Fontaneti ex altera: ſuper quibus, quidé qõnibus
ꝓprieta. & dñij, & poſſeſsionis, & quaſi fuit diutius litigatũ: &
teſtes vtriuſq; partis recepti, & ꝓ, & cõtra ꝓbatũ, ſiue aſſertum
per teſtes vtriuſq; partis. finaliter cauſa fuit cõmiſſa cõſulenda
quibuſdã magnis viris, & articulus cõmiſsionis cõtinebat cau-
ſas, & lites occaſione finium, & territorij &c.& omnia, & ſin-
gula ita, & taliter, ꝙ ſuper lata ſententia amplius nõ interueni-
at aliqualis dubitatio. verũ dicti cõſultores cõſuluerunt ſub hac
forma, parté conuentam, videlicet cõmune Fontaneti debere
abſolui à petitione dictorũ nobilium, quantũ eſt reſpectu iu-
riſdictionis territorij poderij diſtrictus Gabiani, de quo, & in
quo dicebantur eſſe loco, de qbus agitur, ſaluo tamé iure ipſius
partis agentis, videlicet, p̃dictorum de Gabiano quo ad domi-
nium, & poſſeſsioné rerum de quibus agitur, & ita fuit lata ſen-
1 tentia. † Modo q̃ritur, an dictum conſilium valet de iure, an ve-
ro ſit extra formam cõmiſsionis: & qd iuris de ſententia ſuppo-
nente dictum cõſilium pro fundamento: hoc etiam p̃ſuppoſi-
to, ꝙ dicta ſententia fuit lata à iudice delegato, & quid iuris, ſi
eſſet ordinarius. Et quanquã dictũ conſilium poſſet infringi de
iure: dicit enim ꝙ ideo reus debet abſolui: qa non ꝓbatur. tres
enim ſunt caſus, aut actor nihil ꝓbat: & tunc reus dẽt abſolui,
vt in l. qui accuſare. & l. actor. de ꝓba. aut vtraq; pars æqualiter
probat. ſ. actor pro, & reus cõtra: & tunc aut loquimur in peti-
torio, aut loquimur in poſſeſſorio. primo caſu reus abſoluitur;
qm̃ pro ipſo facit poſſeſsio, vt inſt. de interdic.§.cõmodum. aut
loquimur in poſſeſſorio, vel quaſi poſſeſſorio, & vtraq; pars
probat de poſſeſsione, & quaſi, & æqualiter probat. tunc aut
probationes ſunt aduerſatiuæ: quia vnuſquiſq; probat, ꝙ ſolus
poſſedit, & idé, niſi poſſeſsio actoris ſit de iure cõmuni, & poſ-
2 ſeſsio, & quaſi poſſeſsio rei ſit contra ius cõmune, † quia tunc
Aa 2 eſſet

eſſet ferenda ſententia pro actore propter iuris adminiculum,
vel econtra pro reo, ſi reus haberet iuris adminiculum, & non
actor, vt extra de cauſa poſſ. c. cum eccleſia. & in c. ad decimas.
de reſtit. ſpo. lib. 6. Si vero ꝓbationes non ſunt aduerſatiuæ; &
hoc p̃t eſſe dupliciter, vel in rebus corporalibus, & tunc iudex
debet, & pōt ferre ſn̄iam pro qualibet parte dicendo, ꝙ vterq;
poſſidet ꝓ diuiſo: qa in poſſidendo faciunt ſibi partes per con-
curſum, vt ff. de acq. poſ. l. 3. §. ex cōtrario. & hanc opi. tenet Bar.
aut in rebus incorporalib. puta in iuriſdictione, quæ pōt com-
petere pluribus inſolidum, vel in ſeruitute, & ſi. vt in l. fi. ff. vti
poſſi. & tunc iudex nō debet ꝓnuntiare pro quolibet pro par-
te, ſed pro quolibet ꝓmiſcue: dicendo vti ꝓmiſcuè poſſediſtis,
ita ꝓmiſcuè poſſidete, vbi vna pars non ꝓbat melius quā alte-
ra, nam ſi ꝓbaret melius actor quā reus, vel econtra, pro eo eſ-
ſet ꝓnunciandum, vt C. de edicto diui Adriani tollendo. l. fi. §. 1.
Alij dicunt, ꝙ iudex poſſet gratificare ſecundum conſcientiam
ſuam. hoc dicit glo. notabilis. ff. de re iudica. l. duo iudices dati.
cum igitur ſecundum acta, quæ vidi, nobiles, & comites de Ga-
biano melius ꝓbauerint tam de poſſeſſione antiqua, quam de
continuata, & noua, pro eis debuit ferri ſententia, vt extra de
ꝓbationibus. c. licet cauſam, ꝙ autē teſtes eorum ſint fide di-
3 gniores, apparet, † qa licet homines de vniuerſitate aliquando
admittantur in cauſa vniuerſitatis, ꝙ tamen nō eſt verū, ſi com-
modū cauſę diſtribuitur inter ſingulos; qa non ſunt idonei iure
ꝓprio, vel cōi ea ratione, quæ ſapit ꝓprietatē cōmodi, ſicut nec
ſocius in cauſa ſocietatis; tn̄. quando admittuntur cum qualita-
te affectionis, vnde meliores teſtes ſunt illi, qui nec re, nec affe-
ctione ſunt participes cauſæ: & ita in ꝓpoſito, vt ff. de teſt. l. ob
carmen. & etiā ipſi cōſulentes dn̄t, ꝙ minor fides eſt adhiben-
qua ꝓpter de neceſſitate ſequitur, ꝙ ſi maior fides eſt adhiben-
da teſtibus actoris, quā rei, debuit ferri cōſilium ꝓ actore non
pro reo, & de hoc nō poſſum non admirari. tamen ꝓpter reue-
4 rentiam tantorū, qui cōſuluerunt, non ꝓſequor vltra, † ſed ſe-
quitur aliud, an dictū cōſilium valuerit. nam ſi nō valuit, itera-
to debuit cauſa cōmitti alijs cōſultoribus, qui forte melius exa-
minabunt acta, vt ff. de iureiu. l. qui per ſalutē. & l. ſi vt ꝓponis.
C. quō, & quan. iudex. dico autē firmiter, ꝙ dictū conſilium fuit
ipſo iure nullū: qa p̃ter, & contra formā cōmiſſionis. nam ſicut
apparet, cōmiſſio fuit facta; vt de omnib. ſimul cōſuleretur, ita
ꝙ de vno nō poſſet eſſe aliqualis: ſed ipſi nō conſuluerunt ſuper
poſſeſſorio iuriſdictionis, nec ſuper poſſeſſorio, vel petitorio
rerum corporalium, imo reſeruauerunt litē ſuper p̃dictis, vt in
l. cum fundū. §. fi. ff. de vi, & vi arma. & ff. de cond. in d. l. elegan-
ter. §. ſi poſt. vnde nō valuit cōſilium; quia cōſultor aſſimilatur
arbitro, qui nō p̃t diuidere iudicium ſuum vt ff. de arb. l. qui ta-
men. ad hoc ff. fami. erc. l. in hoc iudicio. & C. de iudi. l. nulli. ſi-
militer de ſententia dicendum eſt, quæ venit conſequutiuè ad
cōſilium, vel ſaltē debet per appellationē reſcindi: quia fuit la-
ta ex conſilio irrito, ſic ex nulla cauſa, & per conſequens eſt in-
iuſta. vt C. de appel. in l. 1. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCLXXXII.

1 *Pacto fieri an poſſit, quod quis non poſſit acquirere de parte alterius, & an ſi valet, poſſit permutare.*
2 *Contrafacere quis dicatur an acquirens, an transferens.*
3 *Pacto an poſſit annulari contractus, vel peti pœna. & nu. 4.*
5 *Contra pactum faciens aut vi, aut timore an teneatur ad pœnam.*
6 *Penitentia an in permutatione locum habet.*
7 *Stipulatio eſt contractus nominatus, & quomodo cognoſcatur contractus nominatus.*
8 *In contractibus innominatis non habet locum pœnitentia, ſi interuenit iuramentum.*
9 *Feudatarius amiſit feudum, & fecit ſe reinueſtire domino inſcio, an valeat talis inueſtitura.*
10 *Qui ſe conſtituit pro aliquo poſſidere, non poteſt vendere alij, & transfert ciuilem, & naturalem poſſeſſionem.*
11 *Plus eſt dicere, pro te poſſideo, quam precario poſſideo.*
12 *De caſtris inuaſis an poſſit inueſtitura fieri.*
13 *Licentia data domino feudi an excuſet à pœna legis, ſi quis in tantam.*
14 *Pars, quæ non deponit, non auditur.*

**In Chriſti nomine.** Magnifici viri Domini
Marchiones Ceuæ ve-
nerunt ad diuiſionē nonnullorum Caſtrorū ſuorum, videlicet
pro medietate pro indiuiſo, quæ obuenit patruo, & pro alia
medietate, quæ obuenit duobus eius nepotibus ex altero fra-
tre præmortuo hoc pacto, quod aliqua dictarum partium non
poſſit acquirere aliquid in parte alterius: & ſibi inuicem per ſe,
& ſuos heredes promiſerunt, & iuramento firmauerunt. Modo
contingit, quod vnus de vna parte permutauit, quoddam ca-
ſtrum, & partem caſtri ad ſe pertinentē cum altera parte con-
ſentiente altero ſuo conſorte. ille conſors, qui non conſenſit,
& in cuius iniuriam, & damnum facta eſt dicta permutatio, di-
cit dictam permutationē non valere, quod alia pars non potuit
acquirere aliquam partem pro indiuiſo in dicto Caſtro in eius
1 præiudicium. † Quæritur, vtrum in dicto Caſtro pro indiuiſo,
vel alijs locis acquirere potuerit. Et dicendū eſt breuiter, quod
per dictum pactū non potuit impediri acquiſitio dominij; quia
non poteſt quis paciſci, ne ſibi acquirere liceat, nec etiam valet
pactum de non alienando, niſi interſit paciſcentis conſenſus:
& tunc bene valet alienatio, ſed agit ad intereſſe, vt C. de cond.
ob cauſam. l. ea lege. & ff. de ver. ob. l. ſi ita quis. §. ea. l. & ff. de
pac. l. nemo. & C. de pac. inter emptorē. l. fi. & ff. de ver. ob. l. qui
Romæ. §. cohæredes. & not. in l. fi. ff. de cond. ob cauſam. poteſt
autem intereſſe, forte quia ille, qui acquiſiuit, eſt homo rixo-
ſus, ita quod intereſt cum eo cōmunionem non habere, vel eſt
homo iniurioſus, cū quo oportet tota die venire ad rixas; nam
expedit tales conſortes non habere, vt ff. de ſerui. vrban. præ-
dio. l. in re cōmuni. C. quando, & quibus quarta pars debetur.
l. 2. nā cōmunio pro indiuiſo ſolet excitare diſcordias, vt ff. de
leg. 2. l. cum pr̃. §. dulciſſimis. & §. libertis. Et quia nemo inuitus
cogitur ad cōmunionē, vt ff. de condi. ind. l. eleganter. §. ſi cen-
tum. hoc autē intereſſe æſtimabitur hoc modo, videlicet quan-
ti intereſſet nobilium eiuſdem conditionis non habere talem
conſortem cōmunionis, vt ff. pro ſocio. l. ſi cōuenerit. & l. idem
eſt. & C. de ſenten. quæ pro eo. l. vnica. §. in alijs. imo certe qui-
dam ſunt, quos non expedit habere vicinos confinantes. nam
propter eos minus res valet, & minus emitur, & venditur, vt ff.
de contrah. emp. l. quid tamen. & alienatio valet, ſed debetur
intereſſe, pro quo intereſſe eſt ipſa res obligata. nam in obliga-
tione veniunt omnia præſentia, & futura, vt C. quæ res pign.
ob. poſſ. l. fi. Item pro pacto, & precio vidimus rem obligari, vel
quaſi, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri. & hoc dico de iſto
proprio puncto. Alij igitur, qui non alienauerunt, nec conue-
nerunt, pn̄t agere ad intereſſe, vt ff. de leg. 2. l. cū pater. §. liber-
tis. ſed ſi omnes contraueniſſent, nullus poſſet agere, vt C. de fi-
2 deic. l. quoties. † Modo poteſt dubitari, qs veniat contra, vtrum
acquirens: & de iſto non eſt dubium, quia verba loquuntur,
an etiam trāsferens, vel quod vterq; veniat contra; quia prohi-
bito aliquo ne emat, videtur prohiberi venditori, ne vendat,
vt in l. 1. C. de cupreſſis ex lucro Daphnis. li. 11. Tutius eſt tenere
quod ſolus acceptor; quia verba prohibitionis in eum directa
ſunt, vt C. ne fideiuſſores dotium dentur. in l. 2. Secundo pro-
ponitur, ꝙ inter eos, qui poterant inter ſe vendere, & alienare
viciſſim, fuit facta quædam alia diuiſio cum pacto, ꝙ nulla pars
poſſit alienare, niſi de conſenſu aliarum duarum partium, & ſi
contra fieret, quod ex nunc, prout ex tunc, dicta alienatio, ſiue
contractus ſit nulla, & nullius valoris, & pro non facto, & non
facta habeatur. & ꝙ pars ſic alienata applicetur, & ſit aliorum
prædictorum dominorū ipſo iure, ſaluo ꝙ ſi aliqua dictarū par-
tium, quando eſſet in poſſeſſione, vellet vendere iura ſua alij
parti, hoc facere poſſit, & teneatur ad idem tanti precij: & fuit
3 appoſita pœna quinq; millium flore. ſi quis cōtrauenerit. † Hic
primum quæritur, verum per pactum poſſit annullari contra-
ctus. & dicendum eſt, ꝙ non, niſi quis retinuerit ſibi poſſeſſio-
nem, vel tranſtulerit dn̄ium cum conditione ꝙ non alienetur
ideſt vſquequo non alienabitur. nam tunc facta alienatione de
facto res incidit in cōmiſſum ſecundum formā pacti, vt elegan-
ter, leg. & no. ff. de acqui. poſſ. l. qui abſenti. §. ſi qs. In iſto autem
contractu nō apparet retentio poſſeſſionis, nec apparet, quod
aliqua conditio fuerit appoſita dominio: & cum ſit ſpeciale in
pacto legis cōmiſſoriæ, & adiectionis in diem, quod ipſo iure
dn̄ium reſoluatur, ſequitur, ꝙ in alijs contractibus ſecus eſt; qa
ſine traditione dn̄ium non transfertur, vt ſubtiliter legitur, &
no. in l. 1. in magna. gl. ff. de dona. porro de pœna nō eſt dubium,
quod peti p̃t, & cōmiſſa eſt, etiam ſi non intereſſet: qa ſic cōtra
verba, & mentē cōtractus, & expreſſè, nō tacite venitur cōtra,
vt ff. de arbi. l. aduerſus. & ff. de verb. oblig. l. 2. §. fi. & l. ſtipula-
4 tio iſta. §. alteri. † Secundus paſſus eſt iſte, tres erant, qui pote-
rant inter ſe vendere. A. B. C. contingit ꝙ A. vendidit B. Item
C. vendidit B. Modo iſte B. permiſſus vendidit B. prohibito.
Quæri-



Quæritur, vtrum A. & C. poſſint petere pœnam à B. nam cum
A. & C. nullum ius retinuerint, facto eorum deſinit intereſſe:
ergo non cōmittitur ſtipulatio pœnę; qa regula eſt iſta, ꝙ quan-
do facto creditoris deſinit intereſſe, imputet ſibi, vt ff. de cond.
furt. l. ſiue manifeſtus. §. tandiu. Sol. ſi. B. vendidiſſet partem A.
& partē C. non incideret in pœnam, ſed vendendo partē ſuam
prohibito, incidit in pœnam. iſtud ponitur quaſi ad literam. ff.
5 de leg. 3. l. pr̃. §. quindecim libertis. † Titius paſſus eſt; quia ille,
qui permutauit, fuit compulſus ad permutandum, & erat ita
cuſtoditus à gentibus armorum, quod non poterat aliud face-
re ſine periculo vitæ. Modo quæritur, quid iuris. Reſpondeo,
non valet in effectu, quia inuitus permutationē fecit, vt C. de
tranſa. l. interpoſita. & l. ſi quis maior. à contrario ſenſu, & ple-
ne legitur, & not. ff. quod me. cā. l. qui in carcere. & ff. de teſta.
l. qui à latronibus. nec incidit in pœnam, vt l. nouiſſimè. ff. ꝙ fal-
ſo tut. auctore. nec eſt neceſſaria pœnitētia, vbi interuenit vio-
lentia, dūmodo poſtea ſponte ſua non confirmauerit contra-
ctum: vt ff. de condi. ob tur. cauſam. l. ſi ob turpē. & ibi no. & l.
2. C. qd̄ me. cauſa. ſed ſi per. l. impreſſionē. & l. 1. C. ſi quacunq;
prædi. poteſta. ſi vero permutatio, & traditio, vel quaſi eſſet
ſponte facta, vel interueniſſet ſtipulatio, non haberet locū pœ-
nitentia, vt C. de rerū permu. l. ex placito. nam ſi interuenit tra-
ditio, vel quaſi, fuit tranſlatum dn̄ium, nec habet locum pœni-
tentia, ſi altera pars obſeruauerit contractū: ſed ſi nollet obſer-
6 uare contractum, tunc refert, † aut fuit facta permutatio nudo
facto, & haberet locum pœnitentia cauſa non ſecuta: qa per-
mutatio eſt contractus innominatus, aut interuenit hincinde
ſtipulatio, & non habet locum pœnitentia, & in contractibus
innominatis nō habet locum pœnitentia, vt ſubtiliter legitur,
& no. in l. vlti. ff. de cōdi. ob cauſam. l. ſi pecuniam. eo. ti. in prin.
7 & C. de act. & obli. l. ſicut. & ff. de pac. l. iuriſgētium. §. 1. † quod
autem ſtipulatio ſit cōtractus nominatus, apparet per hanc re-
gulam; quia ſine aliquo rei interuentu parit actionē. ſed con-
tractus innominati non pariunt actionē, niſi interuentu, vbi
rei interuentus ponitur pro finali cauſa, vt C. de rerum permu.
8 l. ex placito. vt tex. tradit hanc doctrinā. vnum † eſt ſciendū, vbi
in contractibus innominatis interuenit iuramentū, non habet
locum pœnitentia, vt C. de tranſa. l. ſi quis maior. & eſt gl. parua
9 de hoc in d. l. ſi pecuniam. † Quartus paſſus eſt, iſte nobilis, qui
permutauerat caſtrum feudale ſine ꝑmiſſione domini timens
ne per hoc perdidiſſet ius ſuum, fecit denuo ſe inueſtiri à do-
mino feudi. Modo quæritur, quid iuris. Reſpondeo, ſi non tra-
diderat, non eſt dubium; quia niſi vaſallus tradat ſola venditio-
ne, vel permutatione verbali, non amittit feudū, vt ff. de verb.
ſig. l. alienationis verbum. & ibi per Dy. Si autē tradidiſſet, tunc
diſtingue, aut dominus ex certa ſententia inueſtiuit denuo, &
valet inueſtitura; aut per errorem, & non valet, vt ff. de cond.
10 ob cauſam. l. 2. §. ſubtilius. & C. de do. l. nec ignorans. † Quin-
tus paſſus eſt, ſi ille, qui permutauit, & conſtituit ſe poſſidere
pro permutante ſecum, nec dixit precario poſſidere, ſed ſim-
pliciter poſſidere: vtrum poſſit poſtea alij vendere, & dicēdum
eſt, ꝙ non: quia per hæc verba, tranſtulit omne ius ſuum, & poſ-
11 ſeſſionem ciuilem, & fortè etiam naturalem; † quia plus eſt di-
cere, pro te poſſideo, quā precario poſſideo. ff. de acq. poſſ. l.
12 quod meo. & eſt gl. ſing. ff. de pac. l. ab emp. † Sextus paſſus eſt,
peruenerunt ad quendā Magnificum, & Illuſtrem. d. dominum
Chriſtophorum, & fratrē, timentes de alijs eorum cōſortibus,
& ab ipſo Magnifico habuerunt quædā pacta, & ab eo recepe-
runt inueſtituras caſtrorum ſuorum de feudo nomine ciuitatis
Aſtenſis; qui Magnificus dictam ciui. cum omnibus iuribus in
dotem dedit Illuſtri filiæ ſuæ. Accidit poſtea, ꝙ quia dictus dn̄s
Chriſt. fuit à cōſort. ſuis inuaſus, ipſe recepit per vim duo eorū
caſtra, de quibus petitur inueſtitura ex pac. habi. cum dicto Ma-
gnifico. Quæritur, nunqd de dictis caſtris vi inuaſis poſſit inue-
ſtitura fieri. Rn̄deo, ea quæ ſunt per violentiā vſurpata, inueſti-
ti non pn̄t, vt C. vnde vi. l. authoritate. niſi illa vſurpatio fuiſſet
à lege licita, & facta autho. ſuperioris, vt l. 1. §. fi. ff. de mil. vaſal.
qui cōtumax. & quicqd ſeruatur cōtra vnū, ſeruatur cōtra ali-
13 um, vt C. reſcinden. ven. l. ratas. † De vno q̃ritur, nunqd à lege ſi
qs in tantā. excuſetur qs ꝓpter ſn̄iam ſibi datā à ſuperiore dn̄o
feu. & dicendum eſt, ꝙ ſi illa ſn̄ia fuit rite data, & cum cauſæ co-
gnitione, & in caſu veritatis; qa aliter nō poterat ſibi cōſuli, niſi
armata manu, ceſſat. vt in §. fi. c. 1. de mili. vaſal. qui cōtu. eſt alias
non valet licentia, vt ff. de re. iu. l. non eſt ſingulis. & incidit in
14 pœnam. l. meminerint. C. vn̄ vi. † Vltimo q̃ritur, quidā nobiles
agunt inter ſe de diuerſis caſtris ꝑ viam cōuentionis, & recon-
uentionis coram dn̄o gubernatore Aſten. qui dn̄s gubernator
vtriq; parti mādauit, ꝙ deponeret ſequeſtrū caſtrū, ꝙ tenebat,
ad hoc ne eſſet poſtea impedim. in executione rei iud. & à dicto
præcepto neutra pars appellauit: quinimmo vna pars depoſuit,
altera non, nunquid illa pars, quæ non depoſuit, debeat audi-
ri, ſi petit ꝓcedi in cauſa. & dicendū eſt, ꝙ non tribus rationi-
bus. Prima; quia contumax repellitur à limine iudicij, vt C. de
iudi. l. ſancimus. Secunda: qa inter litigatores dēt ſeruari æqua-
litas, vt C. de fruc. & lit. expen. l. ſi. & C. de proximis ſacro ſcri.
l. in ſacris. Tertia; quia in cauſa conuentionis, & reconuentio-
nis, quod ex ordine facit vnus; ſtatim dēt facere alter, nec de-
bet cogi vnus, quin cogatur alter vt legitur, & not. ff. de iudi-
cijs. l. qui prior appella. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCLXXXIII.

1 *Pactum, quod ſuperior non poſſit reddere ius ſubditis, an valeat.*
2 *Propter defectum iuſtitiæ ſuperioris aditur maior poteſtas.*
3 *Marchiones an poſſint inter ſe facere guerram ſine licentia domini.*
4 *Dominus an poſſit præcipere ſubditis, quod obediant ei in exercitibus, & caualcatis.*
5 *Si duo marchiones habent guerram, an poſſit alteruter mandare ſuis ſubdi. ne accedant ad terram ſui aduerſarij, vt tollatur materia ſuſpitionis, & proditionis.*
6 *Subditi an poſſint mittere alios loco ſui.*

**In Chriſti nomine.** Magnificus dominus
Nānus Marchio Ce-
uæ vendidit nonnulla Caſtra, villas, & homines ciuitati Aſten.
pro pretio 100. millium libra. & deinde per aliud inſtrumētum
recepit à dicta ciuitate Aſten. in feudum dicta caſtra, & villas, &
homines, & iuriſdictiones, promiſitq; ſolenniter fidelitatem:
& inter cætera fuit appoſitum vnum pactum, ꝙ ſi aliqua perſo-
na agere vellet contra dictum dominum Nannum, vel eius de-
ſcendētes, ꝙ dictus dominus Nannus, vel eius ſucceſſores non
poſſint, ſeu debeant vllo modo compelli, vel cōſtringi per po-
teſtatē, officium, vel per aliquē capitaneum, ſeu rectorem præ-
dictæ ciuitatis Aſten. & ꝙ non teneatur ſtare iuri, ſeu reſpon-
dere de iure in ciuitate Aſten. in aliqua cauſa ciuili, vel crimi-
nali. modo cōtingit, quod aliqui Marchiones de ſucceſſoribus
prædicti domini Nanni multa committunt contra iuſtitiam in
perſonas, & bona hominum dictorum Caſtrorum, & villarum,
de quibus ipſi volunt habere recurſum ad gubernatorē Aſten.
dicti Marchiones dicunt, ꝙ hoc facere non poſſunt propter di-
1 ctum pactum. † Modo quęritur, quid iuris. & videtur, quod di-
ctum pactum ſit ſeruandum. Primo per regulam generalē, quia
ait prætor, pacta ſaluabo: & quia graue eſt fidem fallere. Secun-
do; quia pactum habet vim legis, vt C. de donationibus inter
virum, & vxorē. l. penultim. & ff. de pub. l. Cæſar. ergo de com-
miſſis alibi, quam in territorio Aſten. non poſſunt in ciuitate
Aſten. conuenire. Item per priuilegium poteſt ampliari iuriſ-
dictio, vt extra de iud. c. nouit, & in c. primo. de priuileg. lib. 6.
& etiam quia pactum, vt no. ff. de iudi. l. hæres abſens. §. primo.
Item iſtud pactum fuit appoſitum in rei traditione, ergo eſt ſer-
uandum, vt ff. de pac. l. in traditionibus. In contrarium eſt veri-
tas, & probatur tali ratione, nam vniuerſitas dictorum Caſtro-
rum, & villarum, & homines ipſarum ante dictam infeudatio-
nem erant ſubditi ciuitati Aſten. vigore dictæ venditionis: &
ex hoc ſicut ciuitas Aſten. erat eorum domina, ita econuerſo
tenebatur eis iuſtitiam exhibere, & iura reddere: quia iſta ſunt
correlatiua, arg. in c. 1. de for. fi. vbi dicitur, ꝙ dominus debet
reddere vicem ſubdito, & iura ſubditi conſeruare, alias mere-
tur nomen dn̄i amittere. Item iuriſdictio eſt poteſtas de publi-
co introducta cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatu-
endæ, vt no. ff. de iur. om. iud. l. 1. Et hoc præmiſſo arguo ſic de-
monſtratiue, ſubditi habuerunt recurſum ad magiſtratū Aſten.
& illud non perdiderunt per illud pactum, vt ꝓbabo, ergo re-
tinet illud; qa iuriſdictio, & dominium æquiparantur, vt ff. de
ſta. ho. l. qui furere. Item non pōt ille, qui hēt iuriſdictionē, non
audire quærelas debitas, vt d. c. nouit. Non ob. dictum pactum;
qa in dicto pacto non conſenſerunt ſubditi, quibus erat quæſi-
tum ius implorandæ iuriſdictionis Aſten. vnde merito eis tale
pactum nō nocet, vt ff. de pac. l. fi. & ff. de contrat. l. ſi poſt mor-
tem. §. vltimo. Item quando feudatarius grauat ſubiectos, cer-

tum eſt, quod debet recurri ad ſuperiorē magiſtratum, & for-
tius ſi delinquat in eos, vt ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l.
2. & no. extra de iudic. cap. cæterum. alias ſequeretur, ꝙ iuſtitia
periret; quia vbi deeſt magiſtratus, iuſtitia eſt mortua, vt ff. de
orig. iu. l. 2. §. poſt originē iuris. Præterea pactū, ꝙ ſuperior non
poſſit reddere ius ſubditis ſuis, non valet, qa eſt contra ius pub-
licum, & contra vim, & authori. legū, vt ff. de pactis. l. ius publi-
cum. & l. iuriſgentium. §. ait prǽtor. & §. ſi paciſcar: ſicut non va-
let pactum, ne maleficia puniantur, vt ff. de fideiuſſoribus. l. ſi à
reo. Præterea omne, ꝙ non transfertur in alium, remanet pe-
nes transferentē, vt ff. quibus ex cauſis maiores. l. nec vtilē. Sed
non potuit transferri in dictos marchiones poteſtas dicendi
ius in ꝓpria cauſa, vt l. 1. C. ne qs in ꝓpria cauſa. ergo remanſit
penes Aſten. Item alij per alium non dēt iniqua conditio affer-
ri, cum ipſe non conſenſerit, vt ff. de pactis. l. ſi vnus. §. ante om-
nia. & C. loca. l. ſi cum Hermes. ff. de iuris, & facti ignorā. l. ini-
2 quiſſimū. † Item omnia iura clamant, ꝙ propter defectū iuſti-
tiæ ſuperioris aditur maior poteſtas; hoc expreſsè no. in l. 1. §. vl-
timo. de mil. vaſallo, qui contumax eſt. quapropter ſubditi, qui
grauantur ab immediato eorum ſuperiore, poſſunt recurrere
ad ſuperiorē mediatum gradatim ꝓcedendo ſecundum ius ci-
uile: licet aliquando de iure canonico aliud permittatur, vt no-
tatur in Spec. de appella. §. reſtat. in princip. Et ex hoc tria con-
cluduntur, quod ſi dicti Marchiones ſunt debitores eorū ſub-
ditorum, & volunt ſoluere, vel in eis delinquunt, licet in ipſo
Marchionatu, & non in poſſeſſione Aſten. tamē poſſunt in ipſa
Ciuitate Aſten. conueniri coram eorū præſide: caueant tamen
ſubditi, ne fingant caſus, vbi non ſunt cauſæ contra dominos
ſuos: quia ex hoc deberent puniri magis, quam alij, qui non eſ-
ſent ſubditi tam per ictum fuſtium, quam per alias pœnas arbi-
trarias tanquā hoſtes, & rebelles ſuorum dominorum, vt C. de
his, qui ad eccleſiam confu. l. ſi ſeruus. & argu. in Auth. de quæ-
ſtore. §. ſuper hoc. & etiam ipſi Marchiones poſſent eos corri-
pere in domo, & in iudicio, vt ff. ad Syll. l. ſi percuſſor. §. fi. & ff.
3 de fur. l. ſerui, & filij. in prin. & C. de pat. pote. l. congruentius.
& C. de his, qui ad ſtatuas confugiunt. l. 1. † Secundo quæritur,
nunquid dicti Marchiones poſſint inter ſe guerram facere ſine
licentia domini Aſten. vel eius gubernatoris. & dicendum eſt,
ꝙ non tribus rationibus. prima; qa armorū vſus debet à princi-
pe concedi, & non ab alio, vt C. vt armorū vſus inſcio principe.
l. 1. lib. 11. Secunda; quia guerræ ſunt contra ius naturale, niſi ne-
ceſſitas defenſionis immineat, vt ff. de iuſti. & iu. l. vt vim. idcir-
co omnium iudiciorum vigor, iuriſq; publici tutela eſt in me-
dio conſtituta, ne liceat ſibijpſi capere vltionē, vt C. de iudæis.
l. nullus. lex tales vocat latrunculos, vt ff. de teſta. l. qui à latro-
nibus. & hoc no. per Moder. in c. olim. de reſti. ſpo. & in c. ſicut.
de iureiu. Tertia ratio eſt manifeſtiſſima: quia guerræ deſtru-
unt territoria, quæ ſunt domini feudi quo ad directum domi-
nium: ſed hoc non poſſunt facere vaſalli: quia eſſet in præiu-
dicium domini, imo ex hoc poſſent priuari feudo, ſicut emphy-
teuta poſſet priuari emphyteuſi, quando euidenter facit rem
4 deteriorē, vt c. de ſacroſan. eccl, auth. qui res iam dictas. † Ter-
tio q̄ritur, vtrum dictis Marchionibus liceat p̄cipere ſubditis,
quod obediant eis in exercitibus, & caualcatis. & dicendū eſt ꝙ
non, quando guerra, vel caualcata eſt iniuſta, & hoc conſtat, vt
in c. domino guerrā. in titul. hic finit. lex. deinde incipiunt con-
ſuetudines regni, nam ſubditus in maleficijs nō debet eſſe obe-
diens domino ſuo, vt ff. de actio. & ob. l. ſeruus nō in omnibus.
Sed ſi eſſet guerra licita, tenerētur ſubditi iuuare dominos ſuos
tam de pſona, quā de patrimonio in caſu neceſſitatis, eo ſaluo,
quod poſſint ſeruire per ſubſtitutū æqualē, vt no. C. de epiſc. &
cle. l. quiſqs. p̄ſertim vbi agitur de periculo vitæ, & finaliter di-
co, ꝙ in hoc debet ſeruari conſuetudo, & ꝙ ire in exercitum eſt
munus publicum, & neceſſarium iuſtitia ſuadente, ſicut anga-
5 ria, & perangaria. Quarto quæritur, † ſi duo Marchiones ha-
bent guerram, vtrum poſſit alteruter mandare ſuis ſubditis, ne
accedant ad terrā ſui aduerſarij, vt tollatur materia ſuſpitionis,
& ꝓditionis. nam nō debet quis habere familiaritatē cum ho-
ſtibus domini ſui, vt legitur, & no. in l. 1. §. cum patronus. de of-
fi. præfe. vrb. & 10. col. quot teſtes ſint neceſſarij ad ꝓbandum
ingratitudinis cauſam. c. 1. & nota. in titu. quibus modis feud.
amit. in prin. & C. de inoffi. teſta. l. liberi. facit lex ſciendū. §. 1. ff
de leg. ſine cauſa autē non poſſunt vetare: quia licet ſunt ſubdi-
ti, ſunt ingenui, & etiam libertis non poſſunt interdici loca, &
commercia, vt ff. de oper. lib. l. libertus negotiator. Ex prędictis
apparet, quod dicti Marchiones quando habent guerram li-
citam, & indigent aſſiduo conſilio ſubditorum, poſſunt com-
6 pellere eos, vt vadant ſecum pſonaliter, & præciſè. † Sed ſi non
indigent eorum conſilio, vel præſentia perſonali, dicti ſubditi
poſſunt pro ſe mittere alios acceptabiles domino, argu. ff. de
duobus reis. l. nemo eſt, qui neſciat. & ff. de operis libertorū. l. ſi
libertus artē. & l. quod niſi. §. ex prouincia. & l. operæ in rerum.
§. fabriles. licet in vſibus feudorum contineatur, quod princi-
pales perſonæ debeant bellare per ſeipſas, vt legitur, & notatur
in c. ſi miles ruſticū. de pace tenenda, & eius violatoribus. Sed
ibi loquitur, quando dimicatur loco probationis, vt pro eo fe-
ratur ſententia, qui vicerit, & ſic alio caſu loquitur: nā ibi prin-
cipales perſonæ debent etiam iurare, vnde illa materia eſt val-
de diuerſa materia à præſenti. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXXIIII.

1 *Non promotus ad ordines monitione non præmiſſa an veniat priuandus præbenda.*

In Chriſti nomine. Quidam in minoribus cōſtitutus geſſit quan-
dam præpoſituram per ſeptennium ſine aliqua diſpenſatione,
nec fuit promotus ad ordines ſacros, nec tamen fuit monitus
à diœceſano, vel ab alio ſuperiore, quod ab ipſis deberet ꝓmo-
ueri. quæritur, an ſit ipſo iure priuatus, vel ſaltem priuandus.
1 † hæc quæſtio pendet ex intellectu capituli ſtatutū. de elec. lib.
6. & ex intellectu c. cum ex eo. eo. ti. & in c. cum in cunctis. de
ele. §. inferiora. in antiqua decretali. Et videtur dicendū, quod
non ipſo iure: nam in eccleſia collegiata non imminet pœna, de
qua in dicto capitulo. cum in cunctis. niſi interueniat monitio,
vt plene not. in d. c. cum ex eo. & ita mihi videtur ſaluo meliori
conſilio. Ego Baldus de Peruſio.

CONSILIVM CCCCLXXXV.

1 *Stante ſtatuto, de quo hic, an habentes expreſſas hypothecas poſterioribus creditoribus ſimiliter habentibus expreſſas hypothecas; præferantur, tanquam tempore potiores.*
2 *Species poſt genus poſita habet reſtringere genus prædicationis.*
3 *In hypotheca proponitur actio realis, ſicut rei vendi. & publi.*
4 *Conuentus reali non eſt proprie debitor.*
5 *Nulla legum diſpoſitio videtur tollere expreſſam hypothecam.*

In Chriſti nomine. Statuto ciuitatis Cu-
marū cauetur in for-
ma, quæ ſequitur. Item ſtatuerūnt, ꝙ quicqd repertum fuerit,
& cōſequi vel haberi poterit, ex bonis alicuius fugitiui, vel quę
tenebat, & poſsidebat tempore fugæ, vel per ſex menſes ante,
compartiatur ęqualiter inter omnes creditores, ſiue ſint credi-
tores, vel eſſe appareant per chartam publicam, vel condēna-
tionē quantū ad bona fugitiuorū inter tales creditores non ſit
cauſa, vel temporis priuilegium. & hoc ſtatutum locum habeat
ſolummodo inter mercatores publicos, & vſitatos exercentes
mercantias, & non alios mercatores, qui non ſunt publici, &
1 vſitati mercatores exercentes mercantias. † modo eſt in q̄ſtio-
ne, nunqd habentes hypothecas expreſſas poſterioribus cre-
ditoribus, ſimiliter hypothecas expreſſas habentibus, præfe-
rantur tanq̄ tempore potiores: an vero omnes ſint pares vigo-
re dicti ſtatuti. vbi conſiderandū eſt, ꝙ duplex eſt p̄latio: vna im-
perſonalis, & iſta non cōtingit niſi ex cauſa, vel priuilegio: nam
ex cauſa præfertur cauſa depoſiti, vt l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de
priui. cre. Item cauſa dotis, vt C. qui potio. in pig. hab. l. aſsidu-
lis. ex priuilegio autē inducitur prælatio, quando perſona facit
locum priui. ꝙ idem eſt, qđ iuris cōmunis priuatio, & cōtra ius
cōmune inducta prælatio, vt plenè legitur, & notatur in l. 1. C.
de priui. do. & in l. 1. ff. ſol. mat. & in l. priui. dę priui. credi. & in
capitulo priuilegium perſonale. extra, de regulis iu, lib. 6. Se-
cundo eſt cōſiderandum, ꝙ dictum ſtatutū remoto priuilegio
reducit omnes creditores ad æqualitatē. modo cōſiderandum
eſt, quid eſt hoc dictum: lege enim cauetur, ꝙ remoto priui-
legio reducuntur priuilegiati ad ius cōmune, vt ff. de excu. tu-
to. l. ſed & milites. in princip. & alia lege cauetur, ꝙ facilius tol-
litur priuilegium, quam ius cōmune, vt ff. de teſta mili. l. eius
militis. §. militia. Item alia lex dicit, ꝙ fortius eſt ius, quod ſit
noſtro facto, quā aliena prouidentia, vt ff. de fideicom. libe. l. ſi
filius. §. erit rubriano. Item hoc eſt, quod dicitur, ꝙ lex ſuum,
non



non tuum tibi denegat auxilium, vt plene no. C. qui po. in pigñ.
ha. l. aſſiduis. §. exceptis. Sed nec vnum eſt omittendum, ꝙ illa
verba; quantum ad bona fugitiuorum inter creditores, non ſit
cauſa vel temporis priuilegium, habent reſtringere legis bene-
2 ficium, † quia ſpecies poſt genus abſolute poſita habet reſtrin-
gere genus prædicationis. iſte eſt tex. notabi. ff. de verb. ſign. l. ſi
cum fundum. ex quo ſequitur, ꝙ ſtatutum de virtute ſermonis
nihil aliud tollit niſi priuilegium cauſæ, vel perſonæ. Sed præ-
ſertim expreſſa hypotheca non eſt priuilegium cauſæ, vel per-
ſonæ, vt expreſſe apparet. ff. de pact. l. reſcriptum. & in ea legi. &
no. in l. fi. C. qui bon. cede. poſſ. quare iſtud ſtatutum non tollit
hypothecam expreſſam, nec eius prærogatiuam. Præterea & ſi
dubia ſit mens iſtius ſtatuti, in dubio debet interpretari ſcđm
ius commune, ne alteri fiat iniuria: quia in dubio ſtatū. non in-
telligetur abſorbere ius alterius, vt extra de conſuetu. capitulo
cum dilectus. & C. de noxali. l. ſi ſerui veſtri. quapropter ſic di-
cendum eſt, quod in perſonali omnes ſunt pares. Sed in hypo-
thecaria, quando bona expreſſe ſunt obligata ille præfertur in
iur. qui potior tempore. & quod hoc ſit de mēte ſtatuti, & non
3 contra mentem ſtatuti, ſic probo; † quia in hypotheca propo-
nitur actio realis, ſcilicet hypothecaria, vt ff. de pigno. l. ſi fun-
dus. §. in venditione. quæ non conſiſtit in obligatione, ſed iure
reali, vt C. de luitione pignorum. l. intelligere. & ff. de exceptio.
rei iudic. l. ex ſextante. §. Latinus. & not. ff. ad Trebel. l. ſi hæres
pecuniam. licet gloſ. dicat, quod hypothecaria habet aliquid
perſonalita. vt not. ff. de pact. l. ſi tibi. §. de pignore. & ff. ad Tre-
bellian. l. debitor. tamen veritas eſt, ꝙ eſt mere in rem, ſicut rei
vendicatio, & publiciana, cū proponitur cōtra quemlibet poſ-
ſeſſorem extraneum, qui nullo mō eſt obligatus, vt d. §. in ven-
dicatione. vt Inſtitu. de actio. §. item ſeruiana. quapropter agens
hypothecaria non venit, vt creditor eius, qui poſſidet, vt ff. ad
exhiben. l. tigni. §. fina. & ideo hypotheca expreſſa dictum ſtatu-
4 tū non vr̄ loqui: quia creditor dr̄ reſpectu debitoris. † Sed con-
uentus reali non eſt proprie debitor, vt Inſtitu. de actio. §. om-
nium. & no. per doct. in l. 1. ff. ſi cer. per. ne igitur ius commune
in dubio corrigamus, & vt vim verborum teneamus, & vt ab-
ſurditatem vitemus, & vt ſtatutum ad ius commune trahamus,
& vt ſpecies poſt genus aliquid operetur, eſt concludendum, ꝙ
in expreſſa hypotheca prior tempore potior ſit in iure, vt in di-
cta regula iu. qui prior. ſed contra hoc faciunt duo verba ſtatu-
ti. primo, quia dicit, tenebat, & poſſidebat, quod paſſiue vide-
tur concernere hypothecariam. Item illud verbum, per char-
tā publicam: quia in chartis publicis ſemper apponitur hypo-
theca. ſed iſtę duæ rationes nō concludūnt de neceſſitate: quia
contrarium pōt eſſe verum; & non ſequitur, eſt debitor inſtru-
mentalis, ergo interuenit hypotheca; nam hypotheca eſt adie-
ctio, quæ non præſumitur conſtit. niſi probetur: licet de perſo-
nali debito ſit factum inſtrumentū publicum. de iuris ergo ſub-
tilitate, & etiam æquitate ſtandum eſt, vt dixi ſuperius, vt C. de
iure deli. l. fi. §. & ſi præfatam. valde enim abſurdum eſſet, ꝙ per
debitorem afferretur p̄iudicium creditori, qui ſibi diligenter
5 proſpexerat, † ideo nulla legum diſpoſitio videtur tollere ex-
preſſam hypothecam, tex. eſt no. in d. l. reſcripto. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXXVI.

1 *Aſſignatio rei facta per patrem filio, & confirmata in morte an tranſeat ad filium iure prælegati.*
2 *Sufficit filio probare patrem dominum, vt habeat pub. vel rei vendicationem.*
3 *Quæ requirantur in pub. rei vend. & l. commiſſo.*
4 *Dominium quomodo probetur, & an ex poſſeſſio. præſumatur dominium: & nu. 5.*
6 *Si teſtes dicant patrem & filium poſſediſſe, an probent pro dimidia, vel quomodo.*

In Chriſti nomine. Quidam dn̄s Braſianus
habuit duos filios, ſcili-
cet Bartholomæum & Ioann. quibus in vita ſua aſſignauit certa
bona, quam aſſignationem poſtea teſtamento confirm. defun-
cto dicto domino Braſiano ex prædicto Ioan. nati fuerunt do-
minus Aloiſius, & Antoniolus. deinde mortuo ipſo domino Io.
dictus dominus Aloiſius, & Antoniolus vendiderūnt quandam
petiam terræ cuidam Bernardo pro certo pretio cū facto, quod
ipſe Bernardus teneretur, & deberet quibuſdam creditoribus
dictorum venditorum ſoluere certa debita, quibus olim dictus
dominus Ioannes erat cum certis alijs obligatus cuidam Sem-
pronio cum pacto, & promiſſione; quod ipſe emptor faceret i-
pſis fratribus cedere iura dicti crediti per dictum creditorem.
& in caſu, quo prædicta non attenderentur, conuentum eſt, ꝙ
prædicta venditio eſſet nulla, & pro infecta: cum alias facturi
non fuiſſent dictam venditionem. Deinde dictus emptor non
adimpleuit pacta prædicta, imo fecit ſibi cedi iura pro ſe, & ſuis
hæredibus. Poſtea deceſſit ſupradictus dominus Antoniolus,
& ei ſucceſſit dictus dominus Aloiſius; qui quidem dominus A-
loiſius concernens, quod dictus dominus Bernard. primus em-
ptor non obſeruauit pacta conuenta venditionis, egit rei ven-
dicatione contra dictum Sempronium ſecundum emptorem,
& probauit dictam proprietatem fuiſſe in bonis dicti domini
Braſiani, & per ipſum, vel alium eius nomine tentam, & poſ-
ſeſſam pluribus annis; & ipſam ſimiliter fuiſſe tentam, & poſ-
ſeſſam per præfatum dominum Ioannem patrem ipſius domi-
ni Aloiſij viuente dicto domino Braſiano, & ſucceſſiue vſque ad
tempus mortis ipſius domini Ioan. modo quæritur, quid iuris?
1 Et ad euidentiam pręmittendum eſt, † quod dicta aſſignatio vi-
uente dicto domino Braſiano valuit iure peculij, videlicet, quia
fuit in teſtamento confirmata; & tranſiuit ad vim, & naturam
prælegati, vt plene legitur, & no. C. fami. erciſc. l. filium, quem
2 habentem. cum ſua materia. † Secundo præmittendum eſt, ꝙ
id, quod eſt in bonis patris, ſiue ſit dominium, ſiue quaſi, conti-
nuatur in filium ei ſuccedentem: & ſufficit filio probare, pa-
trem fuiſſe dominum; vel quaſi, vt habeat rei vendicationem;
vel publicianam, quemadmodum patet, vt C. de probat. l. ſiue
poſſidetis. de petitione enim hæreditatis hic non eſt tractan-
dum; quia nō daretur contra prorſus extraneum poſſidentem
rem ſingularem, & titulo ſingulari, vt plene legitur, & not. in l.
cogi. C. de pet. hære. & in l. hæreditatem. C. quibus non obijci-
tur longi temporis præſcriptio. & ff. de pe. hæredi. l. nec vllam.
3 cum ſua materia. † Tertio præmittendū eſt, & inueſtigandum,
an pactum appoſitum in dicta vēditione ſit pactum legis com-
miſſoriæ, nec ne. & videtur, ꝙ nō ſit pactum legis commiſſoriæ
duabus rationibus. prima: quia lex commiſſoria habet locum,
qñ non ſoluitur precium, ſed hic nō fuit dictum, ſi pretium non
ſoluatur venditori, ſed cuidam alteri, vt ff. de verbo. obligat. l.
liber homo. §. fi. Item in l. commiſſoria ſolet apponi certa dies
ad ſoluendum, vt ff. de l. commiſ. l. poſt diem: quaſi per totum:
ſed hic nō fuit appoſita dies certa, vel incerta, ergo proprie non
eſt pactum legis commiſſoriæ; tunc arguo, ſi non eſt proprie
pactum legis commiſſoriæ, ergo non tranſit dominium ipſo iu-
re, & ſic non competit rei vendicatio, vt ſubtiliter legitur, & no.
ff. de donat. in l. 1. in magna gl. & ff. de pact. l. ab emptione. & C.
de condi. ob cauſam. l. ea lege. In contrarium videtur: qa quod-
libet pactum appoſitum pro venditore, & in eius fauorem in i-
pſo contractu venditionis dicitur eſſe pars pretij, vt ff. de con-
trahen. emptio. l. fundi partem. ergo ſi eſt appoſitum pactum,
quod res ſit inempta, pacto ſeruato lex commiſſoria exercetur;
& ipſo iure fit res inempta, & ſic rei vendicatio, vel publiciana
competit. & licet nouus ſecundus emptor habeat titulum, talis
titulus non iuuat eum propter malam fidem venditionis, vt C.
de præſcrip. long. temporis. authen. malę fidei. Nec obſtat, ſi di-
catur; quod in lege commiſſoria requiritur appoſitio diei: quia
imo dico, quod ſufficit dies tacita, quę idem operatur, quod ex-
preſſa, iuxta regulam notatam. ff. de pact. l. item quia. Quapro-
pter concludo, ꝙ dictum pactum fuit pactum legis commiſſo-
riæ, & quod eo non ſeruato poteſt fundus vendicari. nec puto,
ꝙ emptor primus poſſit referre quæſtionem dominij, niſi pro-
baret ſe emiſſe rem propriam: quia tunc contractus eſſet nul-
lus, & quæſtio dominij poſſet referri. ſed ſi hoc non obijciatur;
probatio dominij non p̄t exigi ab agente, iuxta notata. ff. com-
mo. l. ita vt ſi furt. ff. de cond. inde. l. indebiti. §. fi. ff. de don. cauſa
mor. l. ſi alienam. & l. quia alienum: quia petenti poteſt refricari
qō dñij. ſed non repetenti, vt C. ſi cer. pe. l. non vn̄ originē. ſcđus
emptor non habet plus iuris, quam primus, cui ſucceſſit cū ſua
cauſa, ſuiſq; vicijs, vt ff. de acq. poſ. l. Pomponius. §. cum quis. di-
4 cta auth. malæ fidei. † Præterea & ſi eſſet probandum de dñio,
vel quaſi, qđ quaſi dominium pertinet ad publicianam cōſide-
randū eſſet; vtrū teſtes deponentes de proprietate nullam red-
dunt rationem: & tunc non probant eam; an reddant ratio-
nem: & tunc oportet videre, per quid reddant rationem: verum

ſolam poſſeſſionem, an per conſequentiam titulorum cum
ſſeſſione adiuncta. primo caſu non probant dominium, nec
quaſi: quia nihil habet cõe poſſeſſio cum proprietate, vel qua-
ſi. fallit, vbicunq; lex ex poſſeſſione preſumit dominium, vt ple-
5 ne legitur, & no. C. de proba. l. cum res. Porro † per legitimam
cõſequentiam titulorum, & poſſeſſionis continuatæ bene pro-
batur dominium, vel quaſi, vt no. in l. pen. C. cõi diui. & in l. pe.
ff. de condi. inſti. in hoc igitur acta loquantur. vnum tñ ſingula-
re dicit D. Bar. in iſta materia, ꝙ cum ꝓbatur de antiqua poſſeſ-
ſione, & non apparet, ꝙ alius ante poſſederit, ille poſſeſſor prę-
ſumit fuiſſe dominus, & per conſequens qui ex eo deſcendunt:
nam à poſſeſſione, quæ prius in nullius bonis fuerat, inceperũt
rerum dominia de iuregentium, vt ff. de acquiren. poſſeſ. l. 1. in
princip. & l. rem, quæ nobis. & ibi per Bar. & per Nico. de Ma.
in dicta l. cum res. quæ opinio multas dirimit ambiguitates, &
difficultates probationum dominij. Ex his igitur, quæ præmiſ-
ſa ſunt, apparet ratione legis commiſſoriæ rem ipſo iure reuer-
ſam ad dñium agentis, in quẽ confluxit integrum ius amborum
fratrum. Sed hic eſt aduertẽdum, an poſſeſſio fuerit de aſſigna-
tis dicto dño Ioanni, nec ne: nam ſi fuit de aſſignatis, eſt clarum,
quod dixi: ſi autem nõ fuit de aſſignatis, probatio dominij non
concludit, niſi pro dimidia parte: quia dictus dominus Braſia-
nus, qui proponitur fuiſſe dominus, duos habuit filios, & hęre-
6 des: ergo dominium non deueniſſet ad dictum dominum † Io-
annem, niſi pro dimidia parte rei venditę, vt ff. de acq. hęr. l. duo
fratres. & ideo videndum eſt, vtrum in actis appareat, ꝙ dictus
dominus Braſianus habuerit duos hæredes, nec ne: quia ſi agẽs
formauit articulum de duob. hæredibus, inferret de neceſſita-
te contra ſeipſum vendicantẽ, & non poſſet vendicare niſi par-
tem dimidiam: niſi appareret de aſſignatione rei. & licet quis
poſſit vendere rem alienam, & apponere pactum legis commiſ-
ſoriæ, non tamen poſſet rem vendicare, ſi conſtaret, ꝙ res eſſet
aliena: ſed deberet forte agere condictione triticaria, vel inde-
biti ad ipſam poſſeſſionem. ſed hoc vltimũ nõ determino; quia
non expedit, ſed dimitto ſpeculantibus ſubtilitates iuris. Vlti-
mo ſciendũ eſt, ꝙ ſi teſtes dicunt, ꝙ poſſedit pater, & filius, non
intelligitur, id eſt, quilibet ꝓ dimidia, ſed intelligimus, ꝙ pater
habuerit poſſeſſionem, quæ iuris eſt, & filius quoddam ire, &
agere. ff. de lib. & poſthu. l. in ſuis. & in illa lege notabi. ff. qui. ex
cauſis maiores. l. cum miles. & quod notatur in l. 2. C. qui ætate.
& ff. de dolo. l. cum quis. & l. cum ſcimus. C. de agrico. & cenſi.
lib. 11. & ff. de acq. poſ. l. qui iure familiaritatis. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCLXXXVII.

1 *Contractus quibus modis, & pactis, & clauſulis inconſuetis præſumatur fi-
ctitius, ſimulatus, & vſurarius: & maxime ex modicitate pretii.*

**In Chriſti nomine.** Apparet quoddam in-
ſtrumẽtum, quo caue-
tur, quod vendidi Titio fundum pro decem: qui Titius promi-
ſit mihi reuendere pro eadem quantitate, retento fundo per
triennium hoc pacto, quod iſta promiſſio non duraret niſi per
poſtea ſequens biennium, & nõ vltra, & proponitur, qđ res va-
lebat duplum, vel circa. Mõ ego dico contractum fuiſſe pigno-
ratitium, & in fraudem vſurarum. & probo pluris valentiam per
teſtes factam per inſtrm̃, tamen non probo, quod Titius eſſet
1 conſuetus fœnerari. † Quæritur, vtrum iſte contractus debeat
fœneratitius iudicari? Et videtur, quod non; quia in dubio me-
lius eſt verbis contractus ſeruire, vt ff. de fideiuſſoribus. l. fide-
iuſſores magiſtratuum. quia inſtrm̃ præſumitur verum, & non
falſum, vt C. de probationibus. l. cum precibus. Item decretalis
vr̃ requirere, ꝙ probetur, qđ talis emptor cõſueuerit exercere
vſuras, vt extra de emptione & venditione. cap. ad noſtram. hoc
videtur tenere Iac. de Are. & Cy. C. de proba. l. 1. In contrarium
videtur: quia pacta poſita in contractu indicant eius proprie-
tatem, & qualitatem, vt ff. de dona. cauſa mortis. l. vbi ita. & l. fi.
ff. de condictione ob cauſam. ſed pacta hic appoſita habẽt ma-
iorem ſimilitudinem cũ contractu pignoratitio, quam cũ con-
tractu verę venditionis, ergo per locum, & ſigna, iſte contractus
debet fœneratitius cenſeri. pactum enim de fructibus triennij
percipiendis, antequã teneatur reuendere, non eſt aliud, quam
quædam vſura ſaluo capitali. Item pactum, quod non poſſit lui
res niſi poſt biennium, nõ eſt aliud quam pactum. l. commiſſo-
rię in pignoribus, igitur ratione pactorum, quę non cadunt ve-
riſimiliter in vera venditione, debemus iudicare contractum
fraudulentum, vt legitur, & notatur in l. 6. ff. de conditio. inſtit.
Item patuitas pretij eſt argumentum fraudis, vt C. mandati. l.
per diuerſas. & maxime ſi inſtrumentum dicit, & ſi plus valeat,
dono eodem titulo. l. ab Anaſtaſio. & nota. per Guliel. ff. de pa-
ctis. l. ſi tibi. in principio. quanto enim plus cautelæ adijcitur in
contractibus ſuſpectis, tanto magis præſumitur fraus, & dolus.
Præterea & hic conſidera, ille contractus præſumitur fœnera-
titius, qui communiter apud bonos, & graues non eſt in vſu, &
quem cõmuniter fœneratores facere conſueuerunt. vnde idem
operatur probare conſuetudinem fœneratorum in generali
ad probandum contractum fœneratitium, ſicut ſi ſpecificè ꝓ-
baretur de illa perſona, cum qua cõtrahitur, vt ff. de act. & obl.
l. fi. hoc probatur per dictum c. ad noſtram. in verbo, præſertim,
& Inno. hoc tenet ibi. & in c. illo vos. extra de pign. & hæc eſt i-
pſa veritas, qa dicta pacta, & dictum pretium non conſonant
cum realitate veræ venditionis, nec cadere poteſt in intellectu
iuſti iudicis, quòd iſte contractus ita bifurcatus ſit mundus à
lepra peccati vſurarum. Ego Bald.

### CONSILIVM CCCCLXXXVIII.

1 *Statutum requirens conſenſum, vel præſentiam alicuius in contractu in-
telligitur, ſi haberi poteſt præſentia illius, & aliter non.*
2 *Abſens quomodò quis dicatur.*
3 *Mulier quia credens virum mortuum propter eius longam abſentiam an
poſsit alium accipere virum ſine crimine adulterij.*
4 *An præſcribat, ſi acceperit inſolutum pro dote ſua de bonis mariti abſen-
tis, quem credidit mortuum: & an iſta præſcriptio dicatur inter præſen-
tes, an inter abſentes, & num. 5.*

1 **In Chriſti nomine.** Sequens quæſtio eſt. †
Statuto Papię cauetur,
ꝙ vxor non poſſit contrahere ſine præſentia, & conſenſu ma-
riti: maritus abſentauit ſe, & neſcitur, vbi ſit. Quæritur, vtrum
poſſit cõtrahere. Reſpondeo, ſi diu maritus peregre abfuit, &
neſcitur, vbi ſit, contrahere põt: quia vir ſic ſe abſentãdo facit
ſe à præſentia alienum, vt ff. de fideicõ. libertatibus. l. ſi alieno.
§. j. Itẽ hoc ideo, vt euitetur abſurditas: ſtatutum. n. debet intel-
ligi de eo viro, cuius poteſt haberi præſentia: quia in eodẽ do-
micilio, vel in loco, in quo poſſit requiri ad præſentiam ſui ex-
hibendam. Præterea iſtud ſtatutũ eſt factũ in fauorem mulierũ,
ergo non debet in earum damnum retorqueri, vt l. 2. ff. de lege
cõmiſſoria. & C. de legibus l. quod fauore. Abſurdum enim eſ-
ſet, ꝙ ſi imminet vtilitas, vel neceſſitas, iſta bona mulier nõ poſ-
ſet contrahere. ſimile nos habemus in alia materia, vt patet. ff.
ſi certũ pet. l. cum filius. C. de annali exceptione. l. vt perfectius.
C. de ſñiam paſſis. l. fi. ff. de iure doti. l. profectitia. in principio.
ff. de iudicijs. l. ſi lõgius. C. de epiſcopali audientia. l. tã demen-
tis. ſi aũt maritus eſſet in loco propinquo, deberet eius præſen-
tia expectari, vt in capit. ſciendum. i. in fine. de conſuet. recti feu-
2 di. † Secũdo quæritur, iſte maritus ſtetit abſens longo tempo-
re, & reputabatur mortuus, vxor repetijt dotẽ, vel habens cau-
ſam ab ea, & lata fuit ſententia, vtrum valeat. Reſpondeo, ſic:
quia ſatis erat dos in caſu reſtitutionis, cum vir non ſuſtineret
3 onera matrimonij, vt C. de iure dotium. l. vbi adhuc. † Tertio
quæritur: quia iſta mulier iuſto errore ducta nupſit alteri, & an-
tequã mulier aſſumpſerit tutelam cõis filij certum eſt, ꝙ matri-
monium non valet, excuſatur tñ crimine, vt ff. de adulterijs. l.
miles. §. penultimo. Et idem dicendum eſt de tutela, quia cum
filius eſſet in poteſtate patris, non potuit habere tutorem, nec
hæreditas viuentis adiri potuit, vt C. de captiuis, & poſtliminio
4 reuer. l. nec nos. Præſupponitur etiam, † ꝙ iſta accepit inſolutũ
de bonis mariti, vel alius habẽs cãm ab ea, nunquid propter iu-
ſtum errorem iſte vſuceperit? Et vr̃, ꝙ non, vt ff. de vſucapioni-
bus. l. iuſto. §. filius. Contrarium eſt verum per legem Celſus. cũ
ſua materia. eodem tit. nam iuſtus error accedens titulo quali-
5 quali inducit præſcriptionem ex eo. † ſed dubitatur, vtrum iſta
præſcriptio debeat dici inter præſentes, aut inter abſentes, nã
ſi conſideres factum, eſt inter abſentes, vt l. j. ff. quibus ex cau-
ſis maiores. ſi autem cõſideras, ꝙ ſunt eiuſdem domicilij, eſt in-
ter præſentes. vt C. de præſcriptio. longi temporis. l. fi. & hæc
vera, quia ille abſens debuit dimittere procuratorem: & ſi non
dimiſit, imputet ſibi, vt in Auth. qua in prouincia. C. vbi de
cri. & in l. j. & ibi plene notatur. ff. de diuerſis, & tempo. præ-
ſcri. & in l. quædam. §. j. ff. de legationibus.
Ego Baldus de Peruſio Iuris Vtriuſque doctor.

CONSI-



### CONSILIVM CCCCLXXXIX.

1 *Libellus quomodo ſit formandus in remedio interd. vnde vi, recuperandæ,
ſeu reintegrandæ.*
2 *Si intentetur ſpoliatio facta ab vno, nunc autem poſsidet quidam alius nõ
habens cauſam à ſuperiore, nec ab aliquo, qui ſucceſſerit in vitium, an
iſte teneatur condictio. ex cano. ſæpe. vel reintegrandæ.*
3 *Stante ſtatuto, quòd ſi poſt querelam productam aliqua iura erunt quæſi-
ta reo, quòd ei non proſint, quomodo interpretetur.*
4 *Poſſeſſoris condictio in pari cauſa melior eſt.*

**In Chriſti nomine.** Proponitur, quòd qui-
dam Hector Rectarius
tempore vitæ ſuæ, & vſque ad mortem poſſedit vnam petiã vi-
neæ, & prati, & quod poſt mortem dicti Hectoris poſſederunt
dictam petiam vineæ, & prati Antonius, & fratres filij dicti He-
ctoris. & ipſis tenentibus deſtituti fuerunt à poſſeſſione dictæ
rei indebite, & iniuſte: & poſt dictam amiſſionem, & perditio-
nem dictæ poſſeſſionis poſſeſſio ipſius petiæ vineæ, & prati de-
uenit ad Ioannem Borgognonum, & ad Hectorem filium dicti
Ioannis. qui Hector Borgogonus dictam petiam vineę, & prati
tenet, & poſſidet. quare petiit dictus Antonius nomine ſuo, &
fratrum ſe reintegrari, & reſtitui ad poſſeſſionem dictæ vineæ,
& prati: & aduerſarium condemnari ad eam reſtituendam. In
1 primis quæritur, an dicta petitio procedat, necne. † & indubi-
tanter dicendum eſt ſecundum ea, quæ proponuntur, quod di-
cta petitio nõ procedit; qa nihil proponitur, propter quod re-
ſultet aliquod iuris remedium in dicta reintegratione petenda:
non enim reſultat interdictum vñ vi: quia non proponunt ſe
per vim expulſos. vnde ſi ẽt argueretur factũ certæ perſonæ, &
ageretur contra illum, nõ competeret interdictũ vnde vi: quia
non ꝓponitur id, quod eſt de forma, & ſubſtantia illius interdi-
cti, vt in l. 1. in principio, vnde vi. Item illud interdictũ vnde vi,
eſt perſonale: quia verba prætoris dicũt, vnde vi, tu vi illum de-
iecisti. cum enim oriatur ex maleficio non ſequitur poſſeſſorẽ:
quia maleficium non commiſit, vt ff. de vi, & vi armata. l. cum à
te. maleficia. n. ſuos tenent auctores, non alios, qui nõ delique-
runt, vt C. de pœnis. l. ſancimus. Item non ꝓponitur tale quid,
per quod habeat locum capitulũ ſæpe. de reſtitutio. ſpoliatorũ.
quia illud capitulum intẽdit hoc, quod vbi deficit interdictum
vnde vi, res tñ cum vitio peruenit ad alium: ille, ad quem ꝑuenit
cum vitio, teneatur condictione ex illo canone: ſecus ſi ꝑuenit
ſine vitio, vt ibi plene notatur. extra de iudic. quia V. Item qa
non habet locum condictio, ex capi tulo reintegrãda. quia illud
capitulum requirit ſpoliationem in principio, videlicet, ꝙ quis
fuerit ſpoliatus, vt ibi patet. dicit enim, reintegrãda ſunt omnia
ſpoliatis. Item requirit in ſucceſſore vitium, quòd ſucceſſerit in
illo vitio, vt no. in dicto capitulo, quia. V. Sed hic non propo-
nitur aliquod vitium fuiſſe à principio in poſſeſſione euadẽda,
nec in proceſſu in ea, quæ per conuentum conſequenda, ergo
libellus non procedit, vt ff. de dolo. l. item exigit. & ff. quod me-
tus cauſa. l. ſi cum exceptione. §. in hac. & l. 2. ff. de tritica. & C.
de agric. & cenſi. l. ſi coloni. poteſt ergo dici, petitionem tuam
incompetentẽ cognouimus, & ineptã, vt extra de iudicijs. capi-
tulo examinata. nec etiam habeat locum condictio. l. cũ quære-
batur. C. vnde vi. quia illa conſtitutio requirit alia, quæ hic in-
tentata non ſunt, vt ibi patet, & notatur. ff. quod metus cauſa. l.
2 extat. † Sequitur videre de ſecundo puncto. pone, ꝙ eſſet in-
tentata ſpoliatio facta ab vno, nunc aũt poſſidet quidam alius
non habens cauſam à ſpoliatore, nec ab aliquo, qui ſucceſſerit
in vitium: nunqd iſte tenetur condictione ex canon. ſæpe. vel
ex canon. reintegrãda. dico, ꝙ non: qa hẽt cãm ab actore acto-
ris. & ita eſt in propoſito: quia hẽt cãm a dña Clemondina, quæ
fuit filia, & legataria Hectoris Rectarij: per q̃ quidẽ cauſam ex-
cluditur quodlibet poſſeſſoriũ agentis, vt ff. ad Trebellianum.
l. filia fratribus. & not. C. de edic. diui Adriani tollẽdo. l. edicto.
nã dicta domina Clemondina habebat hypothecam ex teſta-
mento paterno, vt C. communia de leg. l. prima. & ſi ceſſat actio
perſonalis, cedit hypothecaria, vt C. de actio. & obligatio. l. ſi
in ſolut. & ex quo ipſe ceſſionarius eſt in poſſeſſione, debet in
ea tueri; quia cui datur petitio, multo fortius datur retentio, vt
ff. de ſuperficiebus. l. prima. §. qđ ait. & ff. de regulis iuris. l. in-
uitus. §. cui damus. & hic aduerte, ꝙ iſtud ius defenſiõis eſt pro-
batum in iudicio, & liquidum, quo caſu in quolibet poſſeſſo-
rio obſtat exceptio, dolo facis, ex quo eſt liquidatum: & maxi-
me in poſſeſſorio, qđ intentat ex dicto capitu. ſæpe. & capitulo
reintegranda. quia illa capitula fundantur ſuper æquitate: ſed
nulla æqtas eſt pro agente, ex quo defenſio rei eſt liquida. hæc
probantur in dicto capitulo ſæpe: à contrario ſenſũ in rõne li-
teræ, & eſt expreſſum eodem tit. cap. 1. & not. ff. de iudicijs. in l.
ſi de vi. & per Inno. extra de filijs presbyterorum. cap. conſtitu-
3 tus. † Porro non ob. ſtatutum, quo cauetur, ꝙ poſt depoſitam
querimoniam, ſi qua iura reus acquiſiuit, non proſit ei talis ac-
quiſitio: qa illud debet intelligi, niſi acquiſiuerit iura ab aduer-
ſario, vel eius actore. certum eſt. n. ꝙ actor põt cedere reo iura
ſua lite pendente. Item ille, qui prætendit cãm ab actore, ſic ita
eſt in propoſito: quia ceſſionarius prætendit cãm à legataria, &
legataria prætendit cãm à patre, & ab hærede: quia adeundo
hæredita. confirmauit lega. & quaſi contraxit cum legataria, ita
ꝙ oẽs cenſentur vna, & eadem perſona, vt ff. de verb. obli. l. ſti-
pul. iſta. §. 1. & ibi per Bar. notabiliter. nimirũ igitur ſi hæres re-
pellitur, qui contra factum ſuum veniti non poteſt, nec contra
pactum factum defuncti, vt C. de ſer. pigno. dato. l. ſi creditori-
bus. & ff. de euicti. l. fundum meum. & (vt dixi ſuperius) ſic eſſet
in edicto diui Adriani. & in quolibet poſſeſſorio. Item certum
eſt, quod quis quærit facto agentis lite pendente, prodeſt ſibi:
præſertim ad defenſionem, ſiue ſit factum ſuũ immediate, ſiue
mediante ſuo actore, vt ff. de condi. fur. l. ſiue manifeſtus. §. tan-
diu. & l. ſi ſeruus. in prin. ad prædicta etiam facit optime. ff. de
euic. l. ſi rem. in prin. & C. manda. l. per diuerſas. §. exceptis. &
4 ff. de condi. inde. l. ſub condi. Item facit ad prædicta: † quia in
pari cauſa bonæ fidei melior eſt conditio poſſeſſoris. nam hoc
ipſo, quod præſentialiter poſſidet, plus iuris habet eo, qui non
poſſidet, vt ff. vti poſſi. l. 1. in fin. & not. C. quib. non ob. longi.
temp. præſcri. l. hæredita, & ideo concludo reum abſoluendũ,
ſecundum ea quæ proponuntur. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXC.

1 *Aſſecuratio facta per dominum delinquenti, quod poſsit venire libere, &c.
qualiter interpretetur, & ad quæ delicta ſe extendat: & ſi mixtim lo-
quatur de delinquente, & condemnato, an intelligatur de delinquente
tantum, & de condemnato tantum.*
2 *Caſus omiſſus in diſpenſatione an habeatur pro omiſſo.*

**In Chriſti nomine.** Proponitur, quòd qui-
dam Nicodemus ha-
bet ſaluum conductum ſub hac forma: Nos &c. Nicodemo de
Franconibus ciui noſtro Alexandrino præſentium tenore ple-
num, & liberum ſaluum conductum, & fiduciam concedimus;
ꝙ de quibuſcunq; partibus fuerit, ad nos venire poſſit; ibiq; ſu-
per noſtro territorio, ſtare, ire, & redire, libere, tute, & impune,
non obſtãtibus aliquibus per ipſum hinc retro contra nos, no-
ſtrumq; ſtatum, & honorẽ, factis, dictis, vel commiſſis, quæ ſibi
poſſint quouis mõ impingi; & non obſtãtibus aliquo bãno da-
to occaſione homicidij, vel alia condemnatione de ipſo facta
quauis occaſione, vel quouis crimine mandantes quibuſcunq;
officialibus, & ſubditis noſtris, quatenus has noſtras obſeruẽt,
& faciant inuiolabiliter obſeruari. da. &c. Modo dictus Nico-
demus commiſit aliquod maleficium, videlicet, furtum, & vio-
lationem nemorum, de quo non fuit cognitum, & condemna-
1 tus. † Quæritur an dicta ſecuritas ſibi proſit, & videtur quod
non: quia dicta ſecuritas habet duas clauſulas, ſiue partes, &
nõ plures. prima. n. pars loquitur, de non obſtantibus cõtra ſta-
tum & honorem domini factis, quæ verba intelligũtur, quãdo
principaliter eſſet factũ contra ſtatum, & honorem domini. ſed
maleficia, de quibus quæritur, nõ ſunt huiuſmodi. ſecunda pars
loquitur de maleficijs, de quibus eſt facta cõdemnatio, vel datũ
bannum. & prouiſio facta in vnum caſum non cõprehendit a-
lium, præſertim contrarium in facto, vt ff. de liberis, & poſthu-
mis. l. cõmodiſſime, & ff. de ſeruitu. vrbanorum prædiorum. l. ſi
domus. Præterea id, quod verbũ non ſonat, certe nec ſentit, &
hoc quia virtus ſermonis nõ porrigit ſe ad illud. vt C. de tranſa.
l. ſi de certa. Itẽ bãna, & condẽnationes poterãt eſſe notæ Prin-
cipi, ſed occulta delicta nõ erant nota: & ideo non vr̃ diſpenſa:
ſuper incerto, vt ff. de pac. l. tres fratres. & ff. de trãſactio. l. cum
aqui. Item iſta gratia eſt quædã diſpenſatio, q̃ nõ porrigitur ad
defectus ſuppreſſos, argumen. de leg. 2. l. omnia. Item caſus ex-
primens vnam inhabilitatem non continet aliam inhabilita-
tem, vnde ſi Papa dicit, ꝙ poſſit quis ad ordines promoueri nõ,
obſtante defectu natalium: non tamen poterit promoueri, ſi
habet

habet defectum ætatis, † quia caſus omiſſus in diſpẽſatione habetur pro omiſſo, & redditur diſpenſatio nulla tanquam ſurreptitia, vt in c. 1. de filijs presby. lib. 6. & in c. ſuſceptum. de reſcri, eo. li. Item iſta clauſula, non obſtante. vr̃ declarare intentionem reſcribentis, & reſtringere eam ſolum ad caſus expreſſos: præſertim cum videatur eſſe de ſubſtantia, vt no. in l. fi. C. ſen. reſcin. non poſſe. In contrarium videtur: quia dicta ſcriptura tres habet partes. ſecunda ibi, non obſtantibus aliquibus. tertia ibi, & nõ obſtantibus. Modo prima pars eſt generalis, & generaliſſima, ergo & tota gratia vr̃ generalis, vt ff. de iuris & fac. igno. l. regula. §. fi. Præterea iſta gratia neminem lædit, nec etiam crimen indulget: quia igitur nemini nocet illa clauſula, non obſtantibus, non eſt de ſubſtantia, ſed eſt potius de quodam ſtylo, & ad ampliationem, & non ad diminutionem gratiæ, vt C. de preci. impe. offe. l. quoties. Item clauſula, de fac. cõtra honorẽ domini. ſatis eſt generalis, nam non eſt dubium, ꝙ ille, qui facit contra ſtatuta domini, non honorat dominũ, nec timet dominum, ſicut ſcriptum eſt, qui non timet Principem, morte moriatur. ſupple vel alio mõ, prout iuſdicenti videbitur, cuius læſa maieſtas iudicatur, vt ff. de iuriſd. om. iu. l. ſi familia. Item per illa verba, ꝙ poſſit venire ad dominum. videtur conceſſa gratia fauore domini: qa forte dominus volebat ſe informare ab eo de multis, & ideo dicta gratia eſt amplianda, & non reſtringenda, vt ff. de conſt. princip. l. beneficium. Itẽ ex quo data eſt ſecuritas per Principem, debet ſeruari, nec debet quis decipi, qui confidit de literis principalibus, vt no. ff. de publi. iudic. l. is, qui reus. & in l. 1. C. de his, qui ve. æta. impetr. & hanc partem puto humaniorem, & ad honorem Principis magis pertinere, & maxime, quia ſi princeps dat ſecuritatem pleniorem delinquentibus, & damnatis, qui quidem damnati ſunt magis odioſi, multo fortius de illis, qui minori odio ſunt digni. argu. C. de lib. præter. l. maximũ vitium, §. pen. Item diſpenſatio in duobus defectib. comprehendit caſum, in quo non eſt niſi vnus defectus, vt ff. de lib. & poſth. l. ſi ita ſcrip. vnde dicunt doc. ꝙ ſi quis poteſt legitimare ſpurios, & inceſtu. multo fortius ſpurios tantum, vt no. doct. ff. de ver. ob. l. 2. & l. eadem. §. Cato. ſic in ꝓpoſito, ſi datur ſecuritas delinquentibus, & damnatis, comprehendit ẽt quemlibet caſum per ſe, id eſt, delinquentes tantũ & damnatos tantũ: quia iuſta, & mixta diſpoſitio fauorabilis, diſponit non ſolum de mixto, ſed de quolibet extremorum diſponit. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXCI.

1 *Si quis impetrauit vt familiaris Papæ expectatiuam alicuius beneficij, & tamen tempore impetrationis non ſit familiaris, licet poſtea efficiatur, an talis gratia impetrationis noceat tertio.*
2 *Tempus datæ in gratiam attenditur.*
3 *Pronomen, eis, ſignificat ſubſtantiam, & qualitatem.*
4 *Gratia ſpecialis maior eſt, quam generalis.*
5 *Generalis diſpoſitio nõ tollitur in totum, licet per ſpeciem minuatur genus.*

**In Chriſti nomine.** Petrus de Seſſa impetrauit gratiam de canonicatu ſub expectatione præbendæ eccleſiæ ſancti Ambroſij, ſub data 5. Idus Nouembris, Põtificatus dñi noſtri anno primo Itẽ Ioannes de Nargete impetrauit generalem de vno, duobus, trib. & pluribus, &c. in ciuitate, diœ. & prouincia Mediol. ſuper dicta data, & tempore impetrationis ipſe Ioannes non erat familiaris, nec etiam tempore declarationis factæ 3. no. Ianuarij anno primo. Sed tpe alterius declarationis factæ 6. Calend. Iulij, anno 6. erat familiaris. contingit, ꝙ de anno 3. Pontificatus domini noſtri vacauerunt canonicatus, & præb. dictæ eccleſiæ. S. Ambroſij per obitum Iacobi de Barnagerio, quos vtroq; ꝑdictorum Petri, & Ioannis acceptauit, & de illis obtinuit ſibi prouideri ĩ. tps debitum. Et prædictus Ioannes eos poſſidet, vnde prædictus Petrus obtinuit committi cãm cõtra dictũ Ioannem ſuper dicto canonicatu & præbenda, certo auditori, corã quo ſeruati ſunt omnes termini. modo quæritur, quis iſtorum habeat melius ius in dicto canonicatu, & prębenda. videtur Ioannes ꝓpter prærogatiuam familiaritatis. & hoc duplici ratione.
1 † Prima; quia ſufficit, ꝙ qualitas reperiatur in eſſe tpe, quo cedit dies diſpoſitionis, vt ff. de reb. dubijs. l. ſi cognatis. ſed hic erat familiaris tpe, quo ceſſit dies, ergo pp qualitatem familiaritatis eſt præferendus. Secunda ratio eſt: quia dicta declaratio Papæ eſt vniuerſalis, & ideo vr̃ intelligendum etiam in familiaritate adepta poſt datam literarum, vt no. ff. de fundo inſtructo. l. Lucius. & l. fi. C. quæ res pigno. obliga. poſſunt. In contrarium vr̃;
2 quia dicta declaratio loquitur per hæc verba, † in gratijs expectatiuis per ipſum eis factis in data concurrenti, vbi nota. duo.
3 † Primo nota verbum eis, quod ſignificat ſubſtantiam, & qualitatem, vt ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi extraneus. Secundo nota illud verbum, factas, in data concurrenti. nam quia dixit factas, in data, ad initium ſe retulit, vt ff. de teſtamen. mili. l. Titius. & l. quid ergo. in princip. de his, qui not. infami. qua propter familiaritas poſt datam ſuperueniens non auget datam, nec inducit datæ prærogatiuam, vt ff. de ſeruis exportan. l. ſi minor. & in ca. ſi ex tempore. extra de præbend. lib. 6. ex quibus concludo ratione familiaritatis dictũ Ioannem non præferri: quia non erat familiaris tempore datæ. Præterea dicta declaratio eſt quædam Papalis interpretatio, quæ non habet addere in gratia extendenda, ſed præferenda, vt ff. de libe. leg. l. Aurelius. §. teſtamento. & in authent. de filijs ante dotalia inſtrumenta natis. §. fin.
4 † Conſidera præterea, ꝙ gratia ſpecialis maioris eſt efficaciæ, quam gratia generalis, per regulam, quæ ponitur in ca. generi per ſpeciem. extra. de reg. iu. lib. 6. ff. de alimentis. leg. l. alimenta. §. baſilicæ. & l. ſtichus nutricis. & C. familiæ erciſ. l. quo. & eſt ratio; quia ſi genus derogaret ſpeciei, prouidentia ſpecialis redderetur inutilis. Non obſtat. ff. de lega. 1. l. ſi domino Stichus. qa ibi loquitur, qñ poteſt vtraq; ſaluari per cõcurſum: ſed in præbendis, & canonicatibus hoc eſt impoſſibile, vt extra de ꝑben-
5 dis. c. maioribus. econtra vero † licet ſpecies minuat genus, vt l. ſi optio. ff. qui, & à quibus. tñ generalis diſpoſitio nõ tollitur in totum, quia remanet in alijs ſpeciebus, in quibus nõ inuenitur derogatum, vt ff. de condictione indebiti. l. cum is, qui Pamphilum. §. qui hominem. & iõ dico, ꝙ in caſu noſtro cęteris alijs paribus Pet. qui habet gratiam ſpecialem, dẽt anteferri; quia qui ſpecialiter prouidet, ipſe idem eligere vr̃, vnde hæc electio eſt Papalis, & ideo potior, de materia no. in ca. duob. de reſcriptis. lib. 6. & in c. 1. de reſcriptis. in antiqua decretali. Ego Baldus.

### CONSILIVM CCCCXCII.

1 *Si plures fecerunt inſultum contra vnum, & vnus, vel duo ex eis cum maxima ſanguinis effuſione percuſſerunt, alij vero ſine ſanguine, vel cum modico, qui tamen percuſſus mortuus eſt, an omnes veniant puniendi tanquam homicidæ.*
2 *Dictio, tanquam, quid importet.*

1 **In Chriſti nomine.** † Dicitur, quod certi fecerunt inſultum contra vnum: & vnus, vel duo ex eis cũ maxima ſanguinis effuſione percuſſerunt: alij vero ſine ſanguine, vel cum modico ſanguine, & finaliter percuſſus mortuus eſt, q̃ritur, vtrum oẽs veniant puniendi tanq̃ homicidæ, & vr̃, quod ſic; qa illi, qui ſine ſanguine percuſſerunt, vel cũ modico ſanguine, & appello modicum, qđ per ſe non induceret mortem, nec grauem paſſionem: certe & ſi non tenerentur tanq̃ facientes, tenerentur tanq̃ opem ferentes. nã dicit Inn. ꝙ ille, qui cum alio ſtat armatus, quandã opem ferre videtur, vt ipſe no. in c. continentiam. de cle. percuſſo. ſed contrarium eſt verum, nam in ope præſtanda reperiuntur tres gradus: nam quidam præſtant paruam opem, & multum remotam ab actu, vt in eo, qui commodat ſcalas: quidam præſtãt mediam opem, vt in eo, qui ſtat armatus, tñ ipſe non vult homicidam ſequi. & iſti non puniuntur tanquã interfectores, ſed media pœna, hoc eſt pœna relegationis, & non pœna vltimi ſupplicij, vt no. Dy. & omnes antiqui doc. ff. de fur. l. eius, qui opem. & extra de homi. c. ſicut dignum. vbi eſt caſus. Quidam vero ſunt, qui præſtant ſubſtantialem opem, vt ſunt percuſſores, qui lætaliter vulnerant, & cãm conſubſtantialem morti præſtant: & hi
2 puniuntur tanq̃ interfectores, † nam tunc dictio, tanq̃, eſt nota veritatis, vt ff. de verbo. ſigu. l. ſæpe. ff. ad l. Aquil. l. item Mella. §. ſi plures. ff. de iuriſd. omnium iudi. l. ſi familia. cum ſimilib. cum igitur proponatur à percuſſionibus ſine ferro, vel cum modico vulnere, non verget naturaliter, nec à cõiter accidentibus in mortis exitium, vt extra de homic. c. ſignificaſti. merito præfati percuſſores, quorum facta ſunt diſcręta, & per conſequens animus implicitus factus, ſimiliter eſt diuiſus, & ſeparatus ab aĩo occiſoris: nullo modo poſſunt pœnã vltimi ſupplicij pati, nec in toto corpore, nec in membro, ſed aliam pœnã aliquantulũ grauiorem pp conſortium occiſoris, vt ff. de his, qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. & ff. de pœnis. l. aut facta. §. fi. & ff. de iniu. l. ſi plures. & ff. vi bonorũ rapto. l. prætor. §. docere. porro etiam ex qua-



litate inſtr̃i animus declaratur, vnde dicit Iac. de Aret. ꝙ ſi quis habeat lanceam, & noluit percutere cum ferro, ſed cum haſta: cum æque facile eſſet ſibi vnum, ſicut reliquum, non tenetur pœna legis Corneliæ. ſecundũ Iac. de Aret. in l. 1. §. ſed & ſi claua. ff. ad l. Cornel. de ſicarijs. & propter hoc eſt datum arbitrium à iure ſcđm facti qualitatem pręſidibus puniendi, vt ff. de pœnis. l. hodie. Præterea mitius agitur, quando in rixa, & ſic, vt ita dixerim, ab inaduertente animo, quam qñ ex præmeditato, & inito conſilio, vt ff. de pœnis. l. reſpiciendum. §. delinquunt. maxime ergo huius rei arbitrium in pectore ptãtis ſedet, vt tñ inclinet in mitiorẽ partem. fallit in l. 1. C. de rapto. virgi. in qua l. cum ſit ſpeciale, ergo in contrarium eſt ius commune, vt ff. de legi. l. ius ſingulare. & l. vtrum. ff. ad legem Pompeiam de parricidijs. & l. & ſi amicis. ff. de adulter. &c. Ego Bald. de Peruſio.

### CONSILIVM CCCCXCIII.

1 *Quid operentur illa verba, & condemnauit ad ſoluendum cõmuniter, nec dicat cui.*
2 *An qui tenetur conferre mecum ad aliquam ſolutionem, poſſit à me conueniri, vt contribuat, vel vt contribuat mihi, ſoluendo mihi.*
3 *Participare debitum an ſit datio, vel factum.*
4 *Pecunia an recipiat intereſſe intrinſecum, vel extrinſecum.*
5 *Intereſſe intrinſecum an in petitione veniat.*

1 **In Chriſti nomine.** † In primis videamus, quid operẽtur illa verba, & condemnauit ad ſoluendum communiter: cum imperſonaliter ſint prolata, nec dicant ad ſoluendum cui. nam ſi intelligatur directe ad ipſum creditorem, laudum eſſet nullum: quia extra compromiſſum non poteſt formari ſententia arbitri, vel arbitratoris. ff. de arbitris. l. arbiter intra certum. Si autem intelligant ad ſoluendum communiter, id eſt, ad conferendũ pro communi collatione, tunc conueniri, alias conferri debet ſoluendo ſocio, vt ipſe ſoluere poſſit ſuo creditori: & tunc non eſ-
2 ſet dubium, quod libellus procedit. † Nam ſocio, qui eſt obligatus, pure conferre debet, vt ſoluat ſuo creditori, & apte agit hoc petendo, vt ff. pro ſocio. l. cum ſocij ſumus. ibi dum dicit, quemadmodum præſens debet. & l. cum duobus. §. fi. verſiculo, per contrarium: ibi dum dicit, ex communi conſequatur, vt præſtet. Et licet ibi præmiſerit de eo, qui proximus eſt ſoluenti, & de neceſſitate quaſi præciſa cogitur ſoluere: aliter enim luit in corpore, dum detineretur in carcere, & ꝙ ille, qui tenetur conferre mecum ad aliquam ſolutionem, poſſit à me conueniri, vt contribuat, nullum dubium eſt: ſed an poſſit conueniri, vt mihi cõtribuat ſoluẽdo mihi, iſta eſt qõ noſtra ſatis ſubtilis, & hic conſiderandũ eſt, ꝙ laudum ſine vitio intelligi dẽt, ita vt valeat, vt ff. de verb. ob. leg. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. verſi. ſequens ſtipulatio. ff. de leg. 1. l. huiuſmodi. in prĩn. cum gl. & melius facit, qđ not. ff. fami. erciſ. l. & puto, ergo dẽt intelligi
3 condemnatus, ꝙ conferat frater ad debitũ perſoluendum. Sermo. n. iſte non potuit dirigi in alium, d. l. arbiter. † Scđo eſt conſiderandum, an participare debitum ſit datio, vel factum. qđ. n. arbiter cõdemnando ad ſoluendum cõiter, voluit eiuſdem debiti eos eſſe conſortes. ff. de duob. reis. l. reos. §. cum in tabulis. cum ergo originale debitum eſſet dandi, ergo & hic vr̃ datio, & nõ factum. Sed ad hoc rñdetur, ꝙ conſiderandæ ſunt tres perſonæ: ſc. primi debitoris, ꝓut ſolutio dẽt procedere ab ipſo: & tunc eſt dandi. & primi creditoris, prout ſolutio dẽt fieri ipſi: & tunc ſolutio ſimiliter datio eſt. Item põt conſiderari noua perſona adiuncta per arbitrum huic obligationi ad agendum. Et hoc dupliciter, vel prout ſua intentio ordinatur, vt alteri, quam ſibi ſoluatur, id eſt, primo creditori. & tunc factũ dicitur deberi. ff. de verb. obl. l. liber homo. §. fi. & ibi per Bart. ff. de ſolut. l. ſi res. §. qui ſtipulatus. per Bart. vel ꝓut intentio ordinatur ſecundario ex mora, ꝙ ſoluatur ſibi tanquam intereſſe. & tunc datio verſatur in obligatione, verbi gratia, quod alteri detur intereſt mea, quo ad me ſcm̃ dicitur, ſi do tibi decẽ, vt des Sticho libertatem, qui Stichus eſt filius meus naturalis, & ſic intereſt mea: tñ iſte contractus inter me, & te non dicitur contractus, do, vt des: ſed dr̃, vt facias, licet extremitas ipſa in dando conſiſtat. ff. de præſcrip. verb. l. naturalis. coniuncta. l. manumiſſiones. ff. de iuſ. & iur. ff. de verb. obl. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. nã cum ex hoc in ipſum paciſcentem nõ transferatur dñium, ergo quo ad ipſum datio non eſt. & idem eſt, ſi do tibi decem, vt des creditori meo, vel cui ego donare volo: quantum ad verborũ ſuperficialem reſonantiam eſt do, vt des: ſed quantũ ad iuris ſub-
4 tilitatem do, vt facias per dictã regulam: vt patet ex eo, † ꝙ vbicunq; alteri extra contrahentem eſt ſoluendum, conſideramus intereſſe, vt patet, & legitur, & no. ff. de dona. C. ſine ſenſu, vel reliq. l. 1. in 2. gl. in fi. & ff. de pactis. l. 1. in glo. dandum, vel faciendum. Sequitur ex hoc, ꝙ poſt morã ſuccedit obligatio ad intereſſe, in quo includit tota hmõi rei æſtimatio. Tertio eſt aduertendum, ꝙ interdum pecunia eſt in præſtatione à principio, interdũ in liberatione, ſicut eſt hic. Nam per collationem ſi facta fuiſſet, eſſet liberatus iſte à parte debiti, qđ cõtraxit. dico, quod quantitas, ꝓut eſt in liberatione, recipit omne intereſſe intrinſecum, & extrinſecum. vnde me non teneri in decem, vel me liberari in decem, vel pro me ſolui decem, intereſt formaliter in decem, vt ff. ad l. Falcidiam. l. quærebatur. & ideo libellus bene concludit formaliter ad decem tanq̃ ad intereſſe. & de hoc eſt gl. ordi. ff. rem rat. habe. l. ſi ſine. §. cum autem. in fin. magnæ glo. verſic. vt firmius probo. & ſic non obſtat. ff. de in litem iuran. l. nummis. conſidera ergo duas obligationes, ſc. primitiuã. & hoc concludit vt facti. & ſecundariam rõne moræ, & hoc cõcludit, vt dandi, & qa factum hẽt certam quantitatem, & naturam, iõ hoc caſu intereſſe eſt liquidũ: & per hoc ſequitur, ꝙ optime fuit conſultũ per ſapientẽ virum dñm Catelanum: qa libellus fuit bene formatus: nam cum fuerit actum pp moram, recte fuit intereſſe petitum. C. de exceptio. rei iudic. l. ſi longius. quæ ꝓprie loquitur poſt ſñiam, de act. empt. l. 1. in prin. & l. Celſus. cum ſimil. primariæ namq; obligationi rñdet iſte libellus, ago, vt ſoluas creditori meo, & me indemnem præſtes, vt l. ſi mandato. ff. manda. C. de pactis. l. ex conuentione. in fi. ſecundariæ nota obligationi, in quã eſt facta digreſſio propter moram, rñdet iſte libellus: quia debuiſti ſoluere pro me decem, & non ſoluiſti, ſed fuiſti in mora, intereſt mea me fuiſſe, & eſſe liberatũ in decem, & ideo peto nomine intereſſe, & ſic abſque circuitu petitio expedita patet. & facit ad hoc optime gl. ordin. ff. ad legem Rhodiam de iact. l. 2. in gl. quæ incipit, ſcilicet magiſter. verſi. melius tñ eſſet. & ꝙ ſenſus illorũ verborum cõiter perſoluantur, ſi iſte, probat aperte. ff. de leg. 2 l. fi. §. Lucius Titius. Concludo ergo, quod libellus fuerit apte formatus, & querelantes male querelati ſint contra dictũ doctorem conſulentem: quia rite, recte, & optime conſuluit. Et hæc dico addendo alij conſilio alias per me lato in hac cauſa, & allegationibus contentis in eo credens, & aſſerens iſtam eſſe ſubſtantiam veritatis, & confirmo noua ratione. Quoties debetur res, vel factum, & poſt moram deſijt extare, ita ꝙ ſolui non põt, certũ eſt, quantitatem peti poſſe. ff. de condic. furti. l. in re fur. ff. de confeſſis. l. Iulianus. item cũ certum eſt, ꝙ poſtquam quis ſtetit in carcere, non põt quis ab eo liberari, ꝙ non ſteterit. C. de oblig. l. 2. C. de appellatio. l. prouocatione. cum ergo qui debet curare indemnitatem meam, & ſe ponere in carcere, animo hoc facere non põt: & ſic hoc factum peremptum eſt, cũ fieri poſſe deſierit, merito ad intereſſe agitur. ff. de vſufru. lega. l. ſi vſufr. mihi in biennium. dico ad intereſſe totale; quia indiuiduum eſt factũ iſtud iuxta naturã factorum, quæ regulariter diuiſionẽ non recipiunt. ff. de verb. obli. l. ſtipulationes nõ diuiduntur. & l. eadem. §. Cato. Nam ſtare in carcere eſt perſonam quaſi loco pignoris detinere: & liberatio pignoris non diuiditur. ff. de verb. oblig. l. in executione. §. cum quemadmodum. Non obſtat, quod allegant aduerſarij huius conſultoris. ff. de neg. geſt. l. ſi quis mandato. Nam tex. facit pro ipſo. gl. non debet intelligi, ſi quis nititur ex obligatione primitiua, id eſt, ex contractu propter contractum. Si quis aũt nitatur ex obligatione ſecundaria, ſi ex contractu pp moram nõ loquitur illa gl. aliquid de hoc, ſed loquuntur aliæ leges ſupra allega-
5 tæ. † Non obſtat, quod allegat Bart. in l. liber homo. §. fi. vbi dicit, ꝙ pecunia non põt peti, vt intereſſe intrinſecum ipſiuſmet pecuniæ: quia in pecunia nõ venit intereſſe intrinſecum. Nam vult dicere, quod ſi tibi debeo pecuniam, puta decem, iſta decem non poſſunt æſtimari, niſi decem, immo non cadit ęſtimatio, quæ requirit duo extrema, ſcilicet rem, & precium. hic aũt non eſt niſi vnum extremum: quia eſt idem per idem intereſſe: ergo conſideratio per æſtimationem non cadit in pecunia pro pecunia: ſed in caſu noſtro nõ petitur pecunia, vt æſtimatio pecunię: ſed vt ęſtimatio cuiuſdã facti: nam ſoluere alij pro me factum eſt quo ad me, quod intereſt mea fieri in tota ſumma, quã obſtrictus ſum. Et ſic iſtud factũ recipit intereſſe intrinſecum, & ex-

& extrinſecum: quia factum eſt quædam res, quæ æſtimari poteſt. ff. de verbo. oblig. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ibi dum dicit, iuxta facti æſtimationem dandam petitionem, ſimiliter me ab obligatione liberari, eſt quoddam factum: quia liberatio eſt facti, de curato. furio. in conſilio. no. ff. de tranſact. l. ſiue apud acta per doctores, & eſt caſus in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ibi dum dicit, in pactis. l. in pactionibus, liberationibus, ſeu pactis de non petendo factum verſatur. licet ergo obligatio, alias liberatio debeat fieri ab aliqua quantitate, tamen quantitas eſt iſta, quæ eſt in liberatione, id eſt, liberatio ab iſta quantitate recipit omne intereſſe, ſcilicet intrinſecum, & extrinſecum, ſcilicet æſtimationem ſecundum naturam facti, quæ vocatur intrinſecum intereſſe, id eſt, excuſſum à propria qualitate rei debitæ, & intrinſecũ, ſcilicet actione tali, & ſuper emergens ex alio accidenti intereſſe intrinſecum, ſed extrinſecum eſt ſeorſum à principali conſiderandum, & non naſcitur ex re, ſed extra rem, ita deſcribo, vt ſit facilior intellectus. ergo concluditur, quod iſta ſolut. alij facienda, eſt quoddam factum æſtimabile, cuius æſtimatio ex debiti quantitate conficitur, vt dixi. Et illi, qui dicunt contrarium, ſi interrogarentur, quomodo ergo formabunt libellum ſuper iſto intereſſe totali, aut habebũt fateri prędicta, aut dicere, quod intereſſe liberationis nõ poſſit peti; quod eſt contra omnem veritatem. & ſi dicunt, quod ſi ſoluiſſent, poſſet agere, quia ſoluit, & tantum intereſſet ſua: ſecus ſi nõ ſoluit. Sed ego dico, quod ſi ſoluit, poſſet agere, & non facta intimatione in libello. Si autem nondum ſoluit, tamen altera pars eſt in mora liberandi, tunc cõcludat in libello per modum moræ, & aliter non poſſet concludere ſibi dare, ſi debeat concludere ad liberationem, & conſeruationẽ identitatis. cum ergo in libello ſit hæc expreſſe intentata mora, apparet optime conſultum. Et vbi factum debetur poſt morã & contumaciam, fieret miſſio in poſſeſſionẽ pro intereſſe prædicto, ergo intereſſe prædictum debetur, in Spec. de primo decreto. §. videndũ. verſi. actionum autem. & eſt gloſ. ordina. hoc tenens ad literam per d. l. ſi quis mandato. C. de reſcin. vend. l. 2. in gl. magna.

Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio vtriuſq; iuris doctor Paduæ ordinarie legens: & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei nominis ſignaui. ſuper quibus ſapientiſſimus vir dominus Egidius de Riparijs habuit plenum colloquium cum infraſcriptis excelſis doctoribus, & mecum: & examinauimus omnia iura vtriuſq; partis plene, fideliter, & veraciter nobis oſtẽſa per eum. Ego Angelus de Caſtellione Aretino vtriuſq; iuris doctor actu legẽs in ſtudio Paduano per omnia dico, & conſulo, vt ſupra ſcriptum eſt, & in huius rei teſtimonium manu propria me ſubſcripſi, & meum ſigillum appoſui cõſuetum. Et prout vltra, ſeu ante ſcriptum, dictum, & conſultum eſt per egregium vtriuſque iuris doctorem dominum Baldum de Peruſio, Ego Paganinus de Sala legum doctor dico, firmo, & conſulo indubitanter, & ad maioris roboris firmitatem mei cõſueti ſigilli ſignum appoſui conſuetum, & ſuper præmiſſis cum dicto domino Baldo contuli, concorsq; ſecum per omnia fui.

Et ita dico, & conſulo ego Argentinus domini Raynerij legum doctor, & ad maioris roboris firmitatem meum cõſuetum iuſſi apponi ſigillum, cuiuſlibet melius ſentientis ſaluo iudicio ſp.

CONSILIVM CCCCXCIIII.

In Chriſti nomine. Sciendũ eſt, quod moneta dicitur falſa ex tribus cauſis, &c. vide in tertia parte conſ. 376. incip. caſus talis eſt.

CASVS.

Punctus, ſuper quo ſunt infra ſcripta ſtatuta. Item quod ſi aliquis rancurator, vel officialis aliquorum datiariorum tam in ciuitate Vincentina, quam in Vincentino diſtrictu deceperit aliquem datiarium in officio, ſiue rancurraria ſua, incidat in pœnam decem ducatorum pro quolibet denario, quo deceperit ipſe datiarium, & compellatur ad reſtituendum illud, de quo ipſum deceperit: quæ pœna ſit ipſius datiarij. Item quod nullus homo, ſeu aliqua perſona audeat, vel præſumat conducere, vel conduci facere vinum, vel vuam extra Vincentinum diſtrictum ſine licentia, & bulla communis Vincentiæ, ſeu cõductoris dicti datij in pœna, & banno ſexaginta ducatorum pro quolibet plauſtro, & ratione plauſtri, & in amiſſione plauſtrorum, nauium, & beſtiarum, cum quibus conduceret dictum vinum, etſi non forent conducentis. Item quod quilibet intelligatur ire contra bannum, ſi repertus fuit conducere ſine bulla, & licentia prędicta eundo verſus confinia per vnum miliare longe à ciuitate Vincentiæ, & per duas tornas longe à villa, de qua extraherent dictum vinum eundo verſus confinia, eo ſaluo, quod ſi quis faceret conduci vinum, vel vuam tempore vindemiæ de pertinentijs alicuius villæ confinis ad aliam villam, vel de cultura ciuitatis ad burgos, vel ad ciuitatem cauſa faciendi vinum, & hoc de poſſeſſionibus, quas colit, & coli faceret per ſe, vel per laborantes ſuos, libere poſſit conducere ſine aliqua bulla, & licentia, ſaluo quod in qualibet villa poſita in cõfinibus præſumatur conducere contra vetitum. ſi conduxerit extra dictam villã eundo verſus confinia ſine bulla, & licentia prædicta. Item quod conductores dicti datij teneantur, & debeant facere bullettam cuilibet ciui ciuitatis Vincentiæ volenti conducere vinum de ciuitate Vincentiæ ad villam aliquã Vincentini diſtrictus, ſeu de villa ad villã ſine aliqua ſolutione, & illud idem intelligatur de habitatoribus villarum Vincentini diſtrictus, ſub pœna viginti ſolidorum par. pro quolibet, & qualibet vice, quæ fuerit requiſita aliqua bulletta. & ſi acciperetur aliqua ſolutio, quod incidant in pœnam ſexaginta ſolidorum den. paruorum, & de denunciatione facta conductoribus, ſeu eorum nuncijs, vel eorum alicui, & ſolutione reperta per ipſos ſi ſtatim non fecerint, creditur conducere volenti ciui, vel habitatori bonæ conditionis cum vno teſte, & licitum ſit ei conducere ſine bulletta, eo ſaluo, quod ſi qua perſona conduxerit, ſeu conducere voluerit vinum de ciuitate, vel burgis, vel cultura Vincentina ad aliquam villam Vincentinam, alias Vincentini diſtrictus, vel de villa ad villam cauſa vendendi ad minutum, vel per modum mercadantariæ, aut cauſa reuendendi ipſum vinum, teneatur, & dẽat ſoluere conductori dicti datij, vel officialibus pro communi Vincẽtino decem ſoli. pro quolibet plauſtro vini noſtrani, & viginti ſolidorum imper. pro quolibet plauſtro ſclaui, & in amiſſione plauſtri infra tertiam diem, ex quo conduxerit ſub pœna ſexaginta ſolidorum paruorum pro quolibet plauſtro, & in amiſſione plauſtri, & nihilominus ſoluendi dictum datium. Et teneatur accipere bullettã dicti vini à dicto officiali, vel conductoribus, ſeu eius nuncijs, & rancuratoribus ſub pœna applicanda conducenti vinum contra deuetum. Ex ſupradictis ſtatutis ponitur talis caſus. Quidam Ioannes in villa de la coſta Vincentini diſtrictus vendidit Petro vnum maſtellum vini noſtrani precio viginti ſolidorum paruorum cum pacto menſurandi, & conducendi dictum vinum cum ſuis bobus, & ſuo plauſtro ad domum dicti Petri poſitam in villa de la Mota diſtante à dicta villa de la coſta per vnum miliare, & ibidem precium à dicto emptore recipiendi facta conductione, & menſuratione dicti vini. Qui Ioannes iuxta dictam conuentionem cõduxit dictum maſtellum vini ſic vẽditi in villa de la coſta ad domum dicti Petri ſuo plauſtro, & cum duobus ſuis bobus ſine aliqua requiſitione bullæ, & licentia alicuius officialis communis Vincentini, ſeu alicuius datiarij, ſeu ſuorum rancuratorum, dicto Petro dictum vinum mẽſurauit, & ab eo dictum precium ibidem recepit. poſtea elapſis bene duobus menſibus, & vltra innotuit Bartholomæo rancuratori, & officiali in dicta villa de la coſta, & de la Mota: pro datiarijs communis Vincentini de prædictis venditione, & cõductione dicti vini facta per dictum Ioannem dicto Petro abſq; aliqua bulla, & licentia, & requiſitione dictorum datiariorum, & ipſis rancuratoris. Qui Ioannes venditor timens puniri, & accuſari poſſe vigore dictorum ſtatutorum, vel alicuius ipſorum à dictis datiarijs de dicta vẽditione & conductione dicti vini facta per eũ dicto Petro ſine bulla, & licentia ipſorum datiariorum, vel dicti ſui rancuratoris donauit dicto Bartholomęo rancuratori tres ducatos auri, vt prædicta reticere deberet, & ea ipſis datiarijs non propalare. Qui Bartholomæus rancurator prædicta ſibi in notitiam deducta, vt ſupra, reticuit, & nunquam propalare voluit ipſis datiarijs, quorum erat rãcurator. demum prædicta omnia ad ſcientiam dictorum datiariorum peruenerunt. Ex quibus contra ipſum Bartholomæum rancuratorẽ ipſi datiarij procedunt, & petunt eum puniri ordine, modis, & pœnis infraſcriptis. ipſe vero rancurator ſe defendit, vt omnia clarius inferius explicantur dubijs eliciendis. & quæ inſurgunt ex dictis ſtatutis, ſuper quibus petitur conſilium, ſeu conſuli debere ſecundum rectam veritatem. Et primo namq; dubium ſit, an dictus Bartholomæus rancurator dictorum ſtatutorum vigore inciderit in aliquam pœnam. Secundò ſi incidit in aliquam pœnam, in quam, & inquantum veniat puniendus. Ego Baldus.



CONSILIVM CCCCXCV.

1 *Stante ſtatu. quod ſi quis aſportauerit aliquid cauſa mercantiæ, incurrat tantam pœnam, & ille, qui portat, perdat currum, & equum, & rancurator datiarij teneatur ad totum, ſi colluſerit. modò quidam vendidit vinum, & aſportauit, poſtea colluſit cum rancuratore, an teneatur ad pœnam, & æſtimationem.*

2 *Mercadantaria ex vnico actu non dicitur.*

3 *Vendere aliud eſt, quàm reuendere, ſicut aliud eſt dare, aliud reddere.*

4 *Statutum non procedit extra caſus taxatos à ſtatuto.*

In Chriſti nomine. Ex nullo capite ſtatuti venditor incidit in legẽ commiſsi beſtiarũ, & plauſtri. Nam quoties ſumus in proprijs, & veris terminis ſtatuti ſpecialiter loquentis, non arguimus ex alijs ſtatutis, vt ff. de verb. obl. l. ſtipulationes commodiſſimum eſt ita. Sed nunc ſumus in proprijs terminis illius. §. Itẽ ꝙ cõductores. Sed aduertendũ, quomodo ſumus ſub terminis prohibitiuis, & pœnalibus, an ſub permiſſiuis, & non pœnalibus, an ſaltem ſimus in caſu non punibili: quia non comprehenſo ſub
ſtatuto, ſatis eſt enim ceſſare ſtatutum, vt ceſſet pœna ſtatuti. ff.
1 ſol. mat. l. ſi verò. §. de viro. & l. fi. C. de interdicto matr. † Et certè non ſumus concluſi ſub l. pœnali, quæ tres caſus tantum enumerat, cum conducitur de villa ad villam Vincentini diſtrictus. primus caſus eſt, quãdo cauſa vendendi ad minutum, ſcilicet ad menſuras minimas, & paruas. vnde vendens ad maſtellum non vendit ad minutum, & ita vulgus intelligit, & probatur per id, quod dicitur minutatim, & fruſtatim, & quaſi per bolos lupus comedit agnum, extra de præſcriptio. c. tranſmiſſa. extra de pœ-
2 nit. & remiſ. c. Deus qui. & vtrobiq; no. † Secundus, quãdo cauſa mercadantariæ vbi no. quod vnicus actus non dicitur mercadantaria, gl. eſt. ff. de tribu. l. 1. in prin. in gl. quæ incipit, rerũ, ſcilicet vbi eſt gl. ord. in proprijs terminis. cõſidera enim, quod in pœnalibus ſtatutis non habet locum actio vtilis, quia non recipiunt interpretationem odij, & quando ſic, nec dicatur mercator, nec mercadantaria ex vno actu, determinat clarè, & plenè
3 Bart. in l. leg. ſeruis. in prin. ff. de leg. 2. Tertius caſus, † quando cauſa reuendendi, & iſte non eſt caſus noſter. ff. de leg. 2. l. cũ pater. §. fidei tuæ committo vxor. in fi. Namq; aliud eſt vendere, aliud eſt reuendere, ſicut aliud eſt dare, aliud reddere: quia verbum replicatiuum ſignificat plures actus, non vnum actum. ff. de pact. l. ab empt. in fi. cum igitur ſimus extra caſus ſpecialiter prohibitos, videtur à contrario ſenſu caſus noſter eſſe permiſ-
4 ſus, † & ſic videtur pro nobis eſſe tex. ſtatuti à contrario ſenſu, qui naſcitur ex ipſo tenore ſtatuti propter caſus taxatos, & naturam taxationis. ff. de teſtamentis. l. qui teſtamento. §. mulier. & ibi gl. ord. C. de fur. l. apud antiquos. de iure autem communi iſta pœna non imminet, facit, quod not. C. de nau. fœnor. l. cum proponas, per Cy. Nec enim aliquid illicitum vehitur, vel venditur, & ſic non confiſcantur currus, & animalia, quia nulla lex hoc dicit. ex prædictis patet, quod ſi principalis non tenetur ad prædictas pœnas, nec curator, ſeu acceſſorius nõ tenetur, quia in pœna relatiua deſtructo prin. ceſſat pœna. ff. de fur. l. ſi is, qui. §. ſi tu Titium. & l. fullo. §. ope. Non enim in hoc poteſt dici deceptio, ſeu captio ſuper iure impertinenti, arg. l. qui autem. in prin. quæ in fraud. credito. in ratione ſui. cum ſi. C. de in integr. reſtit. l. fi. multa alia ſunt tacta ſubtiliter per allegantes, quæ ad præſens examinare vlterius non oportet. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCXCVI.

1 *Si pater ſibi ſoli ſtipulatus eſt dotem reſtitui ſol. matr. cui acquiratur actio de dote: & quid ſi reſtituta fuerit ſoli filiæ.*

2 *Reſtitutio dotis filiæ, cui actio ex ſtipulatione competere non poterat, quomodo vera, & irreuocabilis fieri poſſit.*

3 *Reſtitutio dotis conſtante matri. quotuplex, & quæ ſit licita, & quæ iuſta, & quæ non.*

4 *Confeſſio filiæ an noceat patri.*

5 *Iuramentum quid operetur.*

6 *Vbi eſt prohibita obligatio, ibi eſt prohibita confeſſio.*

In Chriſti nomine. Tenor literarum mihi tranſmiſſarũ per infraſcriptos viros egregios talis eſt. Chariſſime domine, inter Dominicum Angeli de Ancona ſuo nomine, & procuratoris nomine dominæ Piſanellæ ſuæ filiæ vxoris quondam Thadæi Nicolæ, ſeu Tolutij Blancutij de Ancona, ſeu Loctorellum Pelegrini de Ancona procuratorẽ, & procuratorijs nominibus eorundem Dominici, & dominæ Piſanellæ ex vna parte, & dominam Contam vxorem quondam Colutij, & matrem, & hæredem, vt ipſa aſſerit ab inteſtato, & cum beneficio inuentarij dicti quondam Thadæi ſui filij, ſeu Thomam Antonij de Ancona procuratorio nomine dominæ Contæ ex altera parte: corã nobis tanquam arbitris, & arbitratoribus de iure, & de facto in procedendo; & arbitris de iure tantum in ſententiando à dicto Dominico dictis nominibus, & dicta domina Conta ſpecialiter aſſumptis, quædam lites, accuſæ, & quæſtiones vertuntur, quæ tales ſunt, videlicet, quod dictus Loctorellus dictis procuratoribus nominibus petit dictam dominam Contam hæredẽ dicti Thadæi condemnari per nos ad dandũ dictis Dominico, & dominæ Piſanellæ res, & arnenſia corredi dictæ dominæ Piſanellę habitas à dicto Dominico per dictum quondam Thadæum, & dictum quondam eius patrem, & quendam Bonellum Blaututij contentas, & declaratas in inſtrumẽto dotali dictæ dominæ Piſanellæ, cum dicti Colutius, Bonellus, & Thadæus, & quilibet eorum apparent inſolidum obligati. Item in alia parte omnes res, videlicet pannos lanæ, & lini cum fulcimentis, & ornamẽtis ipſorum exiſtentes intus cameram domus dictæ dominæ Piſanellæ habitationis dicti Thadæi: & hoc vigore legati facti eidem dominæ per dictum quondam Thadæum in teſtamento, quod vobis tranſmittimus. itẽ in alia parte 400. lib. relictas per dictum quondam Thadæum dictis quondam Piſanellæ, & Dominico, vel alteri eorum in teſtamento prædicto pro parte (vt dicitur) mille. & 400. lib. dotis dictæ dominæ. Item ad dandum, & ſoluendum dicto Dominico viginti ducatos auri ſibi relictos in teſtamento prædicto. Item in alia parte, quod dicta domina Conta permittat dictam dominã Piſanellam pacifice poſſidere quandam domum, quandam terram vineatam. Item quandam aliam terram vineatam. Item quandam terram campi, quas dicit ad ſe pertinere vigore dationis inſolutũ factæ pro dictis mille libris dictæ dominæ Piſanellæ per dictos quondã Colutium, & Bonellum. item petijt expenſas, vt plenius conſtat in petitione dicti Loctorelli procuratoris prędicti, quãm vobis tranſmittimus. eidẽ pro parte dictæ dominæ Contæ refertur, quod ipſa non tenetur ad ea: & impugnatur, & obijcitur cõtra dictum teſtamentum, & dationem inſolutum, prout conſtat per acta. Et ex aduerſo dictus Thomas procurator dicto nomine petijt per vos condemnari dictam dominam Piſanellam ad dandũ, & reſtituendum dictæ dominæ Contæ hæredi certas res peruentas, vt aſſerit, ad dictam dominam Piſanellam de bonis hæreditatis quondã Thadæi cõtentas, & declaratas in petitione dicti Thomæ, ſuper quibus reſpõdetur pro parte dictæ dominæ Piſanellæ ſe nõ teneri negãs in petitione eſſe vera, vt plenius cõſtat per acta, ſuper quibus ſunt productæ, & factæ coram nobis petitiones, reſponſiones, exceptiones, probationes iurium, inſtrumẽtorum, ſcripturarum, cõſtitutionum, ſtatutorum, actitatorum, & allegationum productiones, prout videre poteritis particulariter, & diſtincte. & per nos eſt ꝓceſſum ſuper prædictis ſummarie de iure, & de facto mixtim, pro commoditate partium, conſiderata poteſtate nobis tradita in procedendo. quæ omnia per latorem præſentium ad conſulendum nobis ſuper diffinitione prædictorum, & prolatione noſtræ ſententiæ, quæ dari debet de iure: cum nos ſimus mercatores, & iuris ignari, veſtræ ſapientiæ deſtinamus, vos inſtantiſſime deprecantes, quatenus arbitrio nobis conceſſo à petitionibus, reſponſionibus, probationibus, allegationibus, conſtitutionibus, ſtatutis, ac omnibus actis actitatis, & factis in cauſa, ſeu cauſis, & productis, & allegatis: ac omnibus, quæ mittimus diligenter viſis, attentis, & conſideratis, nobis per veſtrum conſilium clauſum, & ſigillatũ clarè, & aperte conſulere, & declarare velitis: & placeat, quid ſit iuris ſuper prædictis petitis, & in qua forma & tenore ſentẽtias dare, & proferre debeamus, & dictas cauſas terminare. inſuper nobis in forma clara diuiſim, & ſeparatim à dicto conſilio reſcribere velitis formam, & tenorem dictarum ſentẽtiarum, incipiendo à Chriſti nomine inuocato vſq; ad finem. & ſi condemnemus aliquam partium in expenſis, tranſmittentes nobis omnia bene clara, & aperta, vt & bene poſſimus intelligere in effectu abſq; auxilio alicuius iudicis, & ipſas notas ſententiarũ in dicto cõſilio interclusas mittere velitis, vt vos, & nos de prædictis honoris cumulum acquiramus. & ne poſſitis habere du-

bium aliquod de actis, vtrũ ex parte noſtra ſint facta minus legitimè: ex nunc vobis ponimus pro conſtanti, quod acta ſint facta in locis debitis, & citationes per nuncium debitũ, & ſacramẽta exacta à partibus, & à teſtibus per perſonam debitã. Nam omnia fecimus de conſenſu partiũ, quia ſumus arbitri, & arbitratores in procedendo. inſuper quia teſtamentũ, de quo ſupra fit mentio, fuit ſcriptum manu cuiuſdã ſcribani nauigij non benè apertè ſcribẽtis, ſed confuſe: teſtamentum ipſum pro minori veſtro labore in quodã folio chartæ vltra inſtrumentũ, vbi propalatum eſt per quendam alium in meliori forma literarũ, mittimus ad vos, cum dicto conſilio, & ſententiarum notis remittere velitis, & latorem præſentium expedire, quam citius poteſtis. cæterum mittimus vobis per eundem latorẽ pro veſtro ſalario decem ducatos auri, rogantes vos, ꝙ non ad modicitatem ſalarij reſpiciatis, ſed ad affectionem erga nos potius tranſmittentiũ parati ſemper ad omnia grata vobis. Scrip. Anconæ die 3. Aug. Et inter ſtatuta eſt quædã conſtitutio Romanæ eccleſiæ, & quædã ſtatuta, quæ nõ ſunt publicata, nõ attendatis, quia nõ ſunt publicata, quia vera nõ ſunt. Veſtri Iacobus Bartoli, & Bonaiuncta Petroli mercatores Anconitani ſapiẽti, ac egregio legum doctori domino Baldo de Peruſio Paduæ commoranti.

In Chriſti nomine. In primis oportet videre de effectu dotalis inſtrumenti. ſecundò de datione inſolutũ factæ dominæ Piſanellæ, & de eius effectu. tertiò de teſtamento Thadææ quo ad perſonam teſtatoris, an potuerit teſtari, & quo ad perſonã ſcriptoris an eius ſcriptura valeat. Quartò, an ea, quæ petũtur pro parte Dominici, & dñæ Piſanellæ, ſint rite, & recte petita, & probata, necne. vltimo de petitione dominæ Contæ, & iſta ſunt ſa-

1 tis intricata. † Circa primũ punctum de inſtrumẽto dotali certum eſt, ꝙ ſtipulatus fuit pater ſibi non adiuncta perſona filiæ; item certum eſt, ꝙ ex quo matrimonium fuit ſolutũ viuo patre, ſolius patris eſt actio contra hæredes mariti tenore ſtipulationis hoc faciente. C. de pac. conuen. l. ex morte. C. de iure do. l. auia. C. cõmunia vtriuſq; iud. l. fi. licèt teneatur ſeruare dotem filiæ in ſequens matrimonium conuertendam. C. de rei vx. act. l. rem in præſenti. & auth. ſed quamuis. cõſidera ergo in prædictis contractum dotalem, & cui loquitur, quia patri, & nõ filiæ in caſu reſtituendæ dotis, ſed patrẽ vocat, licèt ſi pater interim deceſſiſſet, actio dotis legis poteſtate in filiã ambularet, d. l. rem in præſenti. §. videamus. ſecundum gl. licet in hoc alij dicant cõtrariũ: tñ cum hic pater viuat, certũ eſt, ꝙ ſolius patris eſt actio.

2 & hoc de primo puncto. † Verùm quia à cõtractu dotali debet deſcendere dotis reſtitutio, videamus, quomodo potuerit fieri vera, & irreuocabilis reſtitutio dotis filiæ, cui dotis actio ex ſtipulatione competere nõ poterat. Certum eſt enim ꝙ id, quod debetur ſoli patri, nõ poteſt ſolui ſoli filiæ. C. de pac. l. filius. ergo dicta datio inſolutũ in perſona filiæ non valuit patre nõ conſentiente à prin. Nũc enim ratificando pater nihil agit, quia nõ fuit nomine patris geſtũ. ff. de neg. ge. l. ſi pupilli. §. nã & ſi ſeruũ. Et ſic dicit̃, ꝙ datio inſolutũ non tenuerit in perſona filiæ, cum ſtipulatio eſſet concepta in perſona patris: quia ꝙ vni debet̃, alij ſolui nõ poteſt, itẽ conſtante matrimonio dos nõ poteſt reſtitui niſi ex cauſa permiſſa. ff. de iure do. l. mutus. §. 1. vel ex cauſa iuſta, & quãdo vir male vtit̃ ſubſtantia ſua nõ caſu, ſed culpa: quia ratione culpæ debitoris accelerat̃ petitio creditoris. ff. de pig. l. quæſitũ. ff. ad Treb. l. Imperator. Item quando vir vergit ad inopiam caſu, vel culpa, vt l. ſi conſtante. in prin. ſol. mat. quia tunc fauore dotis recedit̃ à iure cõmuni, ne mulier remaneat indotata. Nec tamẽ tũc ſi ſolui poteſt, res nõ ſit dotalis, ſed mutatur dominium, & adminiſtratio, ſed non eius qualitas; quia vir erat dñs, & adminiſtrator, nũc vxor eſt dña, & adminiſtratrix. tamẽ fundus eſt dotalis, & nõ poteſt alienari, & deſeruit onerib. matrimonij, vt l. vbi adhuc. hoc eſt enim introductũ fauore dotis, quæ conſtante matrimonio debet eſſe cõmunis viro, & mulieri quo ad onerũ ſupportationẽ. ſi ergo cõſtante matrimonio alio modo fit reſtitutio ſcilicet ꝙ fundus ſit libere mulieris, & nõ remaneat affectus oneribus matrimonij, talis reſtitutio in ſocerũ, & virum, & vxorem non valet, quia ſpecies eſt donationis prohibitæ inter eos, vt l. 1. C. ſi dos conſtante matrimonio. Cõſiderato igitur inſtrumẽto dationis inſolutum, ꝙ excedit permiſſos terminos iuris, ſeu legis; tũc quia pater viri ſe obligauit ad penſionẽ, & cõſtituit ſe iure dotali inquilinum ac colonũ: tunc quia inſtrumentũ dicit ad vendendũ & alienandũ cum debuerit dicere ad habendũ, & firmiter poſſidendũ pro ſecuritate & cõſeruatione dotis. dico dictã dationẽ inſolutum de iure nõ valuiſſe, nec etiã creditur viro vel eius patri, qui habet in poteſtate confitenti, quòd ipſe malè vtitur ſubſtãtia, ſeu vel vergit ad inopiã: quia inter prohibitos adinuicem donari eſt prohibita cõfeſſio alterius cauſæ, niſi vera probetur, vt ff. de prob. l. qui teſtamentum. Sed hic occurrit dubitatio: quia non tantum ſocer, ſed etiã frater ſoceri dedit inſolutum, qui non prohibetur donare. ergo pro parte eius. ſ. Bonelli, valuit donatio, alias datio inſolutũ. Sed reſpondetur, & primò, quia non habuit cauſam, vel quia datio inſolutum non poteſt diuidi, vt pro parte valeat, pro parte non, vt ff. de condi. inde. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. item & ſi præcedat cauſa, non ſeruatur forma, quæ eſt, vt deſeruiat oneribus matrimonij, Et ideo omnib. inſpectis videtur mihi, quòd arbitri debeant præſcindere dictã donationem alias dationem, quia inefficacẽ inſolutum vbi conſidero, quòd nõ fuerunt arbitri, & arbitratores electi ſuper petionib. formatis; quia tunc non poſſent iudicare extra formã petitorum. & ſuper poſſeſſorio ꝓbata poſſeſſione debent iudicare pro poſſidente, quicquid eſſet de cõtractu, vel de cauſa proprietatis: ſed fuerunt electi ſuper diſcordijs & litibus, quæ ex ipſis inſtrumentis & rebus poſſent oriri. Et ideo debent ſequi tanquã arbitratores finalem effectum veritatis: quia arbitrator non arctatur ad formam ſtricti iuris, ſ. petitionũ; ſed ad formã amplæ veritatis & æquitatis, quã debent habere ante oculos. Et hoc de ſecundo puncto, quod fuit multipliciter tenebroſum ꝓpter facti & perſonarum implicationẽ.

3 vnde etiã conſiderandum eſt, † ꝙ triplex eſt cõſtante matrimonio reſtitutio dotis, videlicet neceſſaria ſeu iuſta, probabilis ſeu permiſſa, & temeraria ſeu prohibita, probabilis eſt illa, de qua loquitur d. §. manẽte. & ff. ſol. mat. l. ſi ideo. & l. quãuis. & poteſt fieri, & excluditur pater & filia, ff. ſol. mat. l. ſi cum dotem. §. 1. Et eſt mirabile: quia pater debet habere ratũ, quod factũ eſt ſecundum naturã dotis, & fingitur nuntio conſentire. Cũ ergo omne neceſſe de iure ſit etiam probabile de iure, ergo videtur, quòd prædicta reſtitutio tenuerit etiam in præiudiciũ patris & filiæ, cuius cõtrarium ſupra dixi. cauſa enim reſtitutionis in caſu noſtro fuit probabilis & neceſſaria, ergo tenuit inſtrumentum da-

4 tionis inſolutum. Et illa verba, alienandum, &c. † ſunt appoſita ad ampliandum: vnde non habent infringere contractum: quia quod ordinatur ad augendum, non minuit, nec perimit, vt ff. de pecu. legato. l. ſi peculium. in prin. Item vitiata iſta clauſula, quæ dicit, ad alienandum, &c. quæ eſt contra naturam actus, non debet propterea vitiari actus: quia iſta eſt clauſula acceſſoria: & acceſſorium non vitiat principale, niſi quando habet ſe per modũ cauſæ fina. Sed notandum eſt, quòd hic agit pater & filia: & ſic adiuncta perſona vtriuſque, immo coniuncta; quia non eſt hæc actio communis, ſed quilibet mittitur de per ſe, licet eodem libello nomina ſint deſcripta, tamẽ cauſa agendi eadẽ non eſt. Et ideo conſiderandum, nam primum, videlicet inſtrumentũ dotale eſt in perſona patris, medium videlicet datio inſolutum in perſona filiæ; vltimũ, videlicet teſtamentũ patris: quia patri conſcriptum eſt legatum. Quomodo ergo vadant iſta inuoluta, & in iure, & in facto. quomodo poteſt pater diuidere legatũ ſuũ, & petere 400. libras ex eo, & ſic acceptare pro parte, & ꝓ parte non. Nam dictæ 400. libræ alio iure, quàm ex legato non poſſunt peti: quia non apparet de contractu in ipſis, vt ff. de libe. lega. l. Aurelius. §. vlt. ergo aut contractui, aut teſtamẽto debent ſtare contenti, ff. de leg. 2. l. neminem. ff. de lega. 1. l. legatarius. Et ſi eligunt contractum, non poſſunt petere 400. lib. quia non continetur in inſtrumẽto dotali, nec in probationibus teſtium, & confeſſio facta per modum legandi non probat debitum; quia vltima voluntas non probat contractum, dicto §. fin. Et ideo omnib. conſideratis, vt euitemus omnes ambages, quæ ſequerentur teſtamentum, ex quo eſt inſtructus tanquam arbitrator, dico, nõ attendi modum agendi, ſed modũ eſſendi, quomodo ſi eſt veritas iuris & facti, & ſic iudicarem contenta in teſtamento eſſe ſeruanda quo ad ipſum patrem agentem ex teſtamẽto. Itẽ in cohærede debet ſententia ferri pro parte, aliàs pa-

5 tre, quia agit pater ex ſua ſtipulatione, † vnde confeſſio filiæ nõ nocet patri. C. de pac. l. filius. tamẽ q̃a cõſtat ex confeſſione filiæ ipsã habere penes ſe dictas res, & veriſimile eſt, ꝙ exportauerit arbitrator mandare ei debet, quòd exhibeat dictas res, immo etiam reſtitueret, & iſtud eſſet verum, niſi delatum eſſet ſacra-

6 mentum, & iuratum contrarium. † Sed notandum eſt, quòd an iuramentum deferatur hoc acto, ꝙ ſit deciſiuũ litis, & tunc decidit litem, & nil aliud quæritur, niſi an iuratum ſit, ff. de iureiur. l. non erit. §. dato. an non eſt actum, quòd ſit deciſiuum, ſed defertur ad releuationẽ oneris probandã, & tunc ſecus. vnde reſponſio ſuper poſitionibus non habet vim veritatis, niſi contra reſpõdentem, vt plene no. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iureiu. propter tal. non perquiſiui in actis, ꝙ iuramentũ fuerit delatũ

7 in forma deciſiua. Item iſtud eſſet de iure cõmuni, † ſed per formam conſtitutionũ credo, ꝙ nihil valeat confeſſio, vbi eſt prohibita obligatio; quia confeſſio tendit ad eundem finem: vnde ſicut filius non poteſt ſe obligare in mutuo, ita nec confiteri. Et idem de reliquis perſonis prohibitis; quia prohibito actu obligationis videtur prohibita, & eius confeſſio, ff. de leg. 3. l. cum quis. §. codi. & ſic finaliter concludo in via iuris ſcripti & ſtricti; etiam in dicto caſu condemnandam ream ſaluis rebus, quæ pro parte ſunt iam reſtitutæ, & idem in rebus cameræ: & idem in viginti florenis: & idẽ in petitione partis contrariæ, vt fiat condemnatio de rebus potius probatis, & nõ de alijs. de his autem omnibus habetis iuris effectum. Faciatis autem ex iſto conſilio, cum ſit clarum, dictari vobis laudum; quia non poſſum vacare omnibus. Sufficit, ꝙ in puncto iuris veritatis & æquitatis conſuluerim vobis, & quæ obijciuntur teſtamento, quia iniuſta reputo, nõ curo: ſeruetur enim hominis ſani volũtas, & ſicut barbari poſſunt apud nos teſtari, ita & nos apud eos, ſi nõ ſimus captiui, C. de epiſcopis & cle. l. nulli. perſonam etiam ſcribani habilem puto, quia non erat publicè excõmunica. ff. de teſtamentis. l. cum lege. & quia nõ rite exceptum, & quia ſuum officium non eſt propriè publicum, & ſi ſeruus eſſet, valeret ſcriptura ex forma ſtatuti. Ego Bald.

## CONSILIVM CCCCXCVII.

1 *Confeſſioni cõtra tertium delinquentem an ſtetur ſtante ſtatuto, quòd ſtetur confeſſioni delinquentis: & generaliter an confeſſio vnius præiudicet alteri, & ſic an probet, vel ſolùm valeat ad inquiſitionem contra alios, & num 2.*

1 In Chriſti nomine. † De acceſſorio delicto non poteſt cõſtare, niſi conſtet de principali delicto vel facto, ff. de fur. l. is, qui opem. §. ſi tu Titium. ff. ad Silleya. l. 1. §. item illud ſciendum. item nõ ſufficit de principali delicto conſtare per conuictionem vel cõfeſſionem, vel condemnationẽ principalis rei, niſi probetur contra acceſſorium in iudicio contra ipſum acceſſorium inſtituto. vnde ſi, ver. gratia, Petrus accuſatur de furto, Martinus de ope, contra Martinum nihil nocerent teſtes producti contra Petrũ, nec Petri confeſſio nocet Martino: quia iſta ſunt æqualia teſtimonia, confeſſio, & res iudicata. & cui extraneo, qui in eadẽ inſtantia non interfuit, non nocet vnum, nec reliquum: ſed certũ eſt, quòd res inter alios acta, &c. C. res inter alios acta. per totũ. & hoc etiam patet. quid enim magis eſt cõnexum in adulterio, quàm adulter & adultera? tamen certe confeſſio vnius alteri nõ præiudicat. ff. de adulte. l. denunciaſſe. §. quæritur. & l. nihil. §. ſi. item quid magis coniunctum, quàm duo hæredes eodem teſtamento ſcripti? tamen ſi vnus confitetur teſtamentũ falſum, non nocet alteri, C. de fide inſtr. l. 2. item quid eſt magis colligatũ adinuicem, quàm producens, & teſtis productus? & tamen ſi producens confitetur teſtẽ falſum dixiſſe, non præiudicat teſti, arg. ff. de infa. l. Lucius. & econtra ſi teſtis ex interuallo confitetur ſe ſubornatum falſum dixiſſe, non præiudicat producenti ſecundum Bart. in l. generaliter. C. de non nu. pec. facit quod no. Cy.

2 in l. 1. in fi. C. qui accuſa. non poſſunt. † Oportet ergo contra iſtũ procuratorem aliter probari principale delictũ, quàm per confeſſionem eius, qui dicitur principaliter deliquiſſe. nempe confeſſiones eorũ, qui confitentur, niſi ad inquiſitionem, non valẽt in alios ad veram probationem. ff. de pœnis. l. qui vltimo. ſecundum Oldra. non obſt. ſtatutum, quod iubet ſtari confeſſioni delinquentis: quia verum eſt contra reum confitentem, non contra ipſum tertium. nam extraneus à iure communi intellectus non cadit in ſtatutis, quæ poſſunt ſane interpretari ſecundum ius commune, quod eſt regula generalis directiua omnis actus humani. C. de noxa. l. ſi ſerui veſtri. Et ad prædicta optime facit, quòd ille, qui confitetur ſe baratariam cum aliquo amiſiſſe, debet id probare. Nam ſuæ confeſſioni non ſtatur, licet ſuper communi delicto in alium non credatur; niſi ille alius conuincatur, C. de pœnis. in authen. nouo iure. vbi eſt expreſſum, quòd confeſſio nõ nocet alteri, etiam in crimine baratariæ. & ſic propriè facit ad caſum noſtrum: & hoc docet Bar. in dict. §. ſi tu Titium. & iſta eſt ipſa veritas, ſi omnis condemnatio, ſi qua fundaretur vigore dictæ cõfeſſionis, abſq; dubio eſt iniuſta, & debet omnimodo reſcindi tanquam iniuſta. Ego Bald.

## CASVS.

In Chriſti nomine. Factum, ſuper quo conſilium petitur, tale eſt, videlicet quidam dominus Alexander de Negaria ciuis & habitator Veronæ tempore eius vitæ duas habuit vxores; ex quarũ prima quatuor habuit filios, videlicet, Ioannem & Bartholomæum maſculos, Sapinã & Elenam fœminas. ex ſecunda quinque, videlicet, Iacobum maſculum, Cõteſſam, Ioannam, Liberam, & Catharinam fœminas. & veniens ad mortem, ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo inter cætera, quæ fecit, legauit iure inſtitutionis prædictis Sapinæ & Elenæ, eius filiabus, vt ſupra dotes, quas eis, & cuilibet earũ dederat tempore, quo ipſe ab eo nupſerint: & vltra ipſas dotes eis, & cuilibet earũ lib. 50. dena. paruorum. iubens & mandans eas tacitas eſſe & contentas, &c. vt in dicto teſtamento continetur. Item legauit prædictis Conteſſæ, Ioannæ, Liberæ, Catharinæ eius filiabus, vt ſupra iure inſtitutionis 600. ducatos auri pro qualibet, & 50. lib. dena. ſiue Rochatis, pro qualibet ſibi dandis tempore, quo ipſæ ſiue aliqua earũ ſe maritauerit. iubens & mandans eas, & quamlibet earũ eſſe tacitas, & contentas, vt in dicto teſtamento continetur. Suos autem vniuerſales hæredes in dicto teſtamẽto inſtituit, & eſſe voluit prædictos Ioannem, Bartholomæum, & Iacobum æqualiter, & pro æqualibus portionibus. & inter alias ſubſtitutiones, quas fecit prædictus cum ſuis hæredibus, & cuilibet eorum in dicto ſuo teſtamẽto, talem ſubſtitutionem prædicto Ioanni eius filio & hæredi, ac maiori 25. annis fecit, videlicet: & ſi dictus Ioannes decederet quandocunq; ſine filijs legitimis, & de legitimo matrimonio natis, tunc, & eo caſu ſibi hæredes inſtituit dictos Bartholomæum & Iacobum, ſeu alterum eorum ſuperuiuentem vulgariter, & per fideicommiſſum, prohibens inſuper vetans, & mandans in dicto ſuo teſtamento dictus teſtator eidem Ioanni eius filio, & hæredi, vt ſupra, ꝙ ipſe Ioannes nunquam poſſit vendere nec alienare, ſeu in aliquam perſonam quoquo titulo transferre aliquam rem, ſiue res immobiles ſibi de hæredi. dicti teſtatoris tam iure inſtitutionis, q̃ alicuius ex ſupraſcriptis ſubſtitutionibus in partem peruenientis, vel pro his, quæ in dicto teſtamento continentur executioni mandandis. Et ſi aliquam rem, ſiue res immobiles venderet, vel alienaret, ſeu in aliquam perſonam aliquo titulo trãsferret, exceptis, vt ſupra, & eo caſu voluit, diſpoſuit, & ordinauit dictã rem, ſiue res ſic alienatas, vel tranſlatas deuenire in dictos Iacobum & Bartholomæum, vel in eorũ hæredes: ex eo quia voluit ipſam rẽ, vel res ipſas in poſteros, vel liberos ſuos ex eis in perpetuum deſcendentes peruenire debere. poſt mortem autem dicti teſtatoris prædicti hæredes inter ſe omnia bona mobilia & immobilia, ac hæreditaria diuiſerunt: excep. fructibus anni dictæ diuiſionis pendentibus, quos inter ſe communes diuiſerunt: & excepta etiam quadam domo, & quadam poſſeſſione, quæ contingeret in partem prædictis Ioanni & Bartholomæo pro indiuiſo, qua diuiſione ſic facta, & tranſactis quam pluribus diebus, prædictus Ioan. d. Barthol. confratri, vt ſupra donationem inter viuos fecit de omnibus bonis, iuribus & actionibus ad ipſum Ioan. in bonis & hæreditate dicti quondam patris ſpectantibus & pertinentibus, ſeu quæ ad ipſum ſpectant, & pertinere poſſent in dictis bonis, & hæreditate tam occaſione legitimæ ſibi in dictis bonis debitæ iure naturæ, q̃ occaſione Trebellianicæ ſibi debitæ, ſeu debendæ ratione fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, &c. Retentis tamẽ vſufructu, & exercitio omniũ dictorum bonorum, & iurium ſic donatorũ in ſe toto tempore vitæ ſuæ: ac etiã ſub tali cõditione, videlicet, ſi contigerit ipſum decedere ſine liberis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, vt plenius in inſtrumento dictæ donationis continetur. & facta dicta donatione tranſactis pluribus annis deceſſit dictus Ioannes nullis ſibi ſuperuiuentibus liberis, alias filijs le-

lijs legitimis & naturalibus. Modò ex ſupradicto facto ſiue the-
mate quæritur primo, an dicta donatio valuerit in totũ, videli-
cet tam in legitima debita iure naturæ dicto Ioanni in dictis bo-
nis hæredit. quam in Trebel. ſibi debita iure dictæ fideicom-
miſſariæ ſubſtitutionis, non obſtante prohibitione in dicto te-
ſtamento per dictum teſtatorem dicto Io. facta, vel nõ valuerit
in totum, vel in partem, obſtante dicta prohibitione, &c. ſecũ-
dò, an vigore dictæ donationis dictus Bartholomæus donata-
rius poſſit, primo de bonis omnibus hæreditarijs non obſtante
prædicta legitima debita iure naturæ dicto Ioa. & quæ ſibi ſine
aliquo onere debebat detrahere: ſecundo de parte reſtituenda
vigore fideicommiſſariæ ſubſtitutionis prædicto Treb. iure fi-
deicommiſſo dicto Io. debitã etiam detrahere, & ſic duas quar-
tas habere, & detrahere poſſe, vel ſolum poſſit debitã iure na-
turæ detrahere non obſtante dicta prohibitione, & non Treb.
obſtante dicta prohibitione, ſeu obſtãte, quod duæ quartæ de-
trahi non poſſint. Tertio ſi dicta donatio aliquo modo, vel cau-
ſa de iure infringi poſſet, ſeu non valeret, cui, ſeu quibus ex ſu-
pradictis filijs, & filiabus, ac fratribus, & ſororibus dicti Ioa. di-
cta legitima debita iure naturæ: & quanta Trebell. vbi de iure
detrahi potuerit ab inteſtato debeatur.

CONSILIVM CCCCXCVIII.

1 *Rogatus purè, ſiue conditionaliter an poſſit detrahere duas quartas.*
2 *Donatarius poteſt ex iure donationis, ſi nõ excedit legitimum modum, vel ſi fuit inſinuata, detrahere legitimam, & Trebellianicam.*
3 *Legitima filiarum quanta erit, ſi ipſæ filiæ excluſæ per ſtatutum agnoſcant legitimam, & ſic faciant partem.*
4 *Dos an dicatur legitima filiorum.*
5 *Prohibitio alienationis in aliquam perſonam non comprehendit filios inter ſe.*

1 In Chriſti nomine. † De detractione dua-
rum quartarum diuerſę
ſunt opinio. Aliqui dicunt, vnam falcidiã tantũ detrahi: alij am-
bas, alij maiorem, alij diſtingunt, & dicunt, ꝙ purè rogatus vnã,
ſed ſub conditione rogatus plures, quia nõ cõfunduntur, cum
nõ incidunt in idem tempus defalcationis, vt hæc tangũtur per
gl. & alios. C. ad l. falc. l. quanquã. ff. de inoff. teſt. l. Papi. §. memi-
niſſe. in Auth. de reſt. & ea, quæ pa. §. quamobrem. in Auth. de
hær. & fal. §. ſi quis aũt nõ implens. ff. ſi cui pluſquã. per l. fal. l. li-
cet. §. interdũ. C. fa. er. l. filiũ, quem habentẽ. Sed per decretales
determinatũ eſt, ꝙ filius de reſtituẽdo grauatus poſſit detrahe-
re legitimã, & Trebel. imo legitimam detrahit lex, Trebel. de-
trahit hæres, falcidia debita iure naturæ detrahitur ex corpore
bonorũ deducto ære alieno. ſed Treb. ex ipſa vniuerſitate, quæ
eſt vniuerſitas, alias hæreditas abſq; æris alieni ſeparatione. & ſi
ſubtiliter inſpiciamus, quaſi non ex eadẽ vniuerſitate, ſed ex di-
uerſis detrahuntur: quia alia vniuerſitas eſt bona, puta, alia hæ-
reditas onuſta, & ſic eſt duplex vniuerſitas, & minor: ſed tamen
minor includit ſub maiori. Et ideo in effectu ambæ defalcatio-
nes reuoluunt de eodẽ ſubiecto, id eſt vniuerſali, & intellectua-
li corpore patrimonij. Quicquid ſit vſus mũdi, ſtat in hac parte
canonibus, nam Papa poteſt interpretari leges, cũ, & interdũ:
puta vacante Imperio poſſet Papa condere iura ciuilia vice Im-
peratoris, ar. extra de re iu. c. paſt. in fi. in cle. vnde opiniones do-
ctorũ debẽt cedere authoritati B. Petri, non præcedere. ſequi-
mur ergo in hoc dubio decretalẽ extra de teſta. c. Ray. & c. Ray.
& in c. ſi pater. de teſta. lib. 6. & ita ſæpe cõſului eſſe de facto ſer-
2 uandũ, & ita ſeruatur. † Et hoc præmiſſo dico, ꝙ donatarius po-
teſt ex iure donationis, ſi nõ excedit legitimũ modum, vel ſi fuit
inſinuata, detrahere legitimam, & Trebel. quia ius legitimæ, &
Trebel. poteſt cedi, & donari. ff. ad Treb. l. 1. §. inde Nerat. Sed
quãta ſit legitima. nam ſi nouem filios connumeramus, eſt me-
3 dietas nonæ partis, ſi verò tres, eſt tertia tertiæ. † Sed videtur fi-
lias connumerandas: nam licet nõ admittantur ſub nomine le-
gitimæ, admittuntur tamẽ ſub nomine dotis, quæ ſubrogat lo-
co legitimæ. Et ideo in numerũ legitimã habentium connume-
rantur fœminæ hic. Item Bart. ff. de inoff. teſt. l. pater filiũ. & ita
audiui eum tenentẽ in ſcholis: nam quæ ad aliquid admittitur,
nõ poteſt dici defecta, nec eſſe in cauſa caduci. & licet eius legi-
tima ſit diminuta, nõ tamẽ auget legitimã alterius, ꝙ nõ eſt lo-
cus iuri accreſcendi, niſi quãdo quis in totũ excludit. & maximè
inter coniunctos ſola coniunctione legali, ar. ff. de leg. 2. l. Pro-
culo, ſed alij dicunt, ꝙ legitima eſt tertia, ſtatuta perſonæ ab in-
teſt. delatæ, ac ſi eſſet delata per ius cõmune: quia regula legiti-
mæ partis habet relationẽ ad cauſam inteſtati, vnde non refert,
an ex veteri lege, an ex noua l. videlicet ex ſtatuto, vel conſuetu-
4 dine deferat. ff. ad leg. fal. l. 1. §. lex fal. † Quæſtio ſtat in hoc, an
dos dicatur legitima filiarum, an vero non dicatur legitima: ſed
aliud quoddam, primo caſu eſt vera opinio Bart. ſecundo caſu
habet locũ alia opi. pro quo facit. C. de hær. inſt. l. quoties. Ric.
Mal. vocat eam ſubrogatam loco legitimæ in quæſtione, quam
diſputauit, ideo opi. Bart. eſt vera, quod credo verum, tamen Ia.
Butr. diſputauit; & multa inuoluit, & eſt de apicibus iuris: per
mortem autem maſculi non augetur legitima filiarum in bonis
5 patris, vt no. Cy. C. de adult. l. publico. dico inſuper, † quod pro-
hibitio alienationis in aliquam perſonam non comprehendit
filios inter ſe. C. de fideic. l. voluntas, & ideo frater fratri donare
potuit ius, & ſpem. C. de don. l. ſpem apparet. enim teſtatorem
ſenſiſſe, ne in extraneos alienaretur, nõ inter ſeipſos. ff. de leg. 2.
l. pater. §. 15. nam iſtã prohibitionẽ fecit cõſideratione perſona-
rũ, ne extranei has res poſſiderent, non autẽ odio ſuorum. & ſic
prohibitio habet perſonalem cauſam prohibitionis realem, &
ſic non obſtaret de tranſact. l. cum hi. §. ſed ſi in plurib. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCXCIX.

1 *Moneta antiqua an ſit inſpicienda, an noua.*
2 *Conſuetudo habet oculos retro.*

Coram vobis Reuerẽdo in Chriſto patre, & do-
mino, domino Petro de Mathafa-
ris Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia archiepiſ. Iarderẽ. & venera-
bili patre d. Io. Abb. S. Griſogoni de Iarda, iudicib. delegatis per
Reuer. in Chriſto patrem, & dominũ do. Io. Dei, & Apoſtolicæ
ſedis gratia archiepiſ. Strig. Regniq; Dalmatiæ Vicariũ genera-
lem: inter me Simonẽ de Auria de Ianua Regiũ Armiratum, &
Comitem inſularũ Farræ, & Brachiæ, & Curzone ex parte vna:
& homines, ſiue cõmunitates inſularũ Ferræ, & Brachiæ ex al-
tera parte: conqueror, & expono ego præfatus Simon de Auria
cõtra, & aduerſus homines, ſiue cõmunitatẽ inſulę Farræ in eo,
ꝙ prędicti homines, ſiue d. cõmunitas dictę inſulæ Farrę, me di-
ctum Simonẽ tanquam comitẽ inſulæ prædictę, imo verius Re-
giã Maieſtatẽ de ſalario mihi dato dictæ cõmunitatis per ipſam
cõmunitatẽ debito defraudarunt, & defraudare conant. vtpote
quia præfata cõmunitas, quo tempore ipſa perueniens alias per
Venetos, licet indebite, & tyrannice regebat, & poſſidebat, ſin-
gulis comitibus, ſeu rectorib. qui tũc per ipſos Venetos ad in-
ſulã prædictã regendã mittebãtur, ſingulis annis pro eorũ ſala-
rio ſoluebat, ſiue ſoluere tenebatur lib. 640. de. paruor. antiquę
monetæ tunc currentis: ratiocinando ſingulũ groſſum Venetũ
32. paruos. & à tẽpore, quo præfata Regia Maieſtas mihi iam di-
cto Simoni comitatũ dictæ inſulæ Farræ cõceſſit, ſoluit ipſa cõ-
munitas mihi ſolũmodo ſingulis annis. li. 623. de. paruo. mone-
tæ nũc curren. ſaluo iure calculi: quæ ſunt multominus, quã aſ-
cendũt prædictæ lib. 640. den. paruorũ dictæ antiquæ monetę,
ratiocinando groſſum, vt ſ. & hoc in mei damnũ non modicũ,
& iacturam, imo verius prædictæ regiæ maieſtatis. Quare peto
ego Simon præfa. inſtanter per vos dominos iudices delegatos
ſ. ſcriptos homines, ſiue cõmunitatẽ dictæ inſulæ Farræ conde-
mnari, & per veſtrã ſententiã condemnatos pronũciari ad dan-
du, & ſoluendum, ac reſtituendum, alias reſarciendũ mihi præ-
dicto Simoni illud, quod me dicto nomine hucuſq; inſolutio-
ne dicti ſalarij defraudauerũt pro toto tempore, quo ipſam in-
ſulam Regia conceſſione tenui, ratiocinando monetam, vt ſ. ac
etiam ad dandũ, & ſoluendũ in ſingulis annis, quib. Regia ma-
ieſtas cõmunitatẽ dictę inſulæ Farræ mihi conceſſerit, tenendo
tm̃ ſalariũ quantũ ipſa cõmunitas ſoluere tenebat dictis comiti-
bus, qui mittebant per dictũ cõmune Venetiarũ, ratiocinando,
& multiplicãdo monetã ſ. cũ expenſis legitimis factis, & fiẽdis.
Et præmiſſa omnia, & ſingula peto omni via, iure, modo, vſu, &
forma, quibus melius de iure fieri poteſt. ſaluo mihi iure ad-
dendi, minuendi, corrigendi, declarandi, interpretandi, & aliàs
petit vnã, & plures, quotieſcunq; expedierit dandi, ac ẽt omni
alio iure petendi damna, iniurias, expenſas, iacturas, intereſſe,
& expenſas, quæ & quas hucuſq; dicta occaſione ſum paſſus, &
quæ, vel quas me pati contigerit in futurũ, de quibus proteſtor
expreſſe. Copia cedulæ intercluſæ in literis ducalibus Venetia-
rũ. Ego poteſtas inſularũ Farræ, & Brachię iuro, & ſtabo in regi-
mine ipſo à die, quo intrauero, vſq; ad duos annos cõpletos, &
tãto plus, quãto ſucceſſor meus ſteterit ad veniendũ, quem dñs
dux miſerit, habendo integrũ ſalariũ, de tanto tempore, quanto
plus ſtetero pro rata temporis, quod ſalariũ meum eſt lib. mille
Venetorum paruorum, recipiẽdo groſſum verum, aliàs vnum
pro 30. paruis. in quo quidem regimine tenere debeo duos ſo-
cios Venetos, quorũ cuilibet dare debeo lib. 30. duas robas con
uenientes in anno. & propterea hic debeo etiam habere vltra
li. mille li. 100. in anno de denarijs, qui cõſueuerunt dari conſi-
liarijs dictæ terrę, & non debent eſſe ibi conſiliarij: verum tamẽ
faciam vnũ de dictis ſocijs meis ſtare in Brachia continue, ſicut
mihi videbitur. item teneor & habere debeo vnum notarium,
octo ſcutiferos, & ſex equos meis expenſis, cui notario dare te-
neor ſolidos 20. in ann. Pręterea 1326. indi. 11. die 7. Iulij captum
fuit in conſilio Regni, & 40. quòd commiſſio poteſtatis Farræ,
& Brachiæ corrigatur in tãtum, quòd vbi dicit, quòd debet re-
cipere ſuum ſalarium ad rationem de paruis triginta duobus,
ſicut moneta currit.

1 In Chriſti nomine. † Quæſtio iſta, an inſpi-
ciatur moneta antiqua,
an noua, tangitur per doct. iuris ciuil. in l. cum quid. & in l. vinũ.
ff. ſi cer. pet. & in l. in minorum. in qui. cau. in inte. reſti. non eſt
neceſſaria. per Cy. & l. vxorem. §. vxorem. de le. 3. per Dy. Et fuit
quæſtio veterum Piſanorum diſputata per Iac. Bu. qui determi-
nauit, quòd debet inſpici moneta, quæ erat tẽpore promiſſio-
nis, non quæ currit tẽpore ſolutionis, & ſic tempus cõtract. in-
ſpicitur ſecũdum eum hac potiſſima ratione; quia obligatio eſt
à prin. certa ſecundum quid, ſecundum quale, ſecundum quan-
tum, l. certum. ff. ſi cer. pet. ergo tractu temporis non mutatur;
quia tempus non eſt modus mutandæ obligationis, neq; animũ
obligatiõis. ſtatus, qui à prin. certus fuit, ex poſt facto mutatur,
ar. ff. de ver. ob. l. inſulã intra biennium. Et idem eſt, vbicunq; a-
gitur ex diſpoſitione hominis: quia tẽpus diſpoſitionis nõ tem-
pus incidentis ſolutionis attenditur, vt ſciamus quid, quãtum,
quale vendebatur: quia (vt dixi) certitudo attenditur penes ori-
ginem & principum contractus, vt ff. de ver. ob. l. ſtip. quædam
certe ſunt. ſecundo reſpõſo. ibi, dum dicit, quod ipſa prouincia.
Sed iſta non videtur facere ad caſum noſtrum; quia hic non agi-
tur ex promiſſione, ſed conſtitutione vel cõſuetudine, vnde di-
cit Spec. quod quando agitur ex diſpoſitione legis, attendatur
moneta currens tempore ſolutionis, non tempore quo lex fuit
edita, vel conſuetudo introducta. & videtur hoc expreſſum in
c. vlt. de deci. in cle. ſed hoc non obſtante dicendum eſt, quòd
tantum debet ſolui domino comiti inſulatum in moneta noua,
quæ valeat, quantum valebat antiqua, ſecundum taxam ſibi da-
tam ad rationem 30. duorum paruorũ pro quolibet groſſo. nã
quãdo lex taxata remanet firma, remanet firma, donec reuoce-
tur per illam l. ſicut aureus legalis taxatus eſt in 75. pro lib. auri,
etiam ſi nunc de moneta lex loquitur, tamen de taxata moneta
intelligitur, vt l. ſi aliquid. & l. quoties. de ſuſce. & archa. & no. in
2 l. quicunq;. C. de ſeruis fug. & l. fi. cõmunia de leg. † Præterea à
conſuetudine non eſt recedendum, & conſuetudo habet ocu-
los retro. ff. de alimen. le. l. Mela. §. 1. ad hoc. C. loc. l. licet. nã taci-
tè videtur conuentum de ſalario antiquo & cõnſueto ſecundũ
Ia. & Ro. ar. de fideiuſ. l. fi. in fi. Pręterea hoc apertè probatur ex-
tra de cenſi. c. ex parte Compoſtollani. & c. olim cauſam. primũ
loquitur in menſura veteri attendenda. Secundum in pondere,
& numero veteri attẽndendis. Et econtra ſi moneta parua eſſet
ingroſſata, non propterea creſceret præſtatio, vt extra de cenſi.
in c. cũ canonicis. Non ob. c. vlt. de deci. in cle. quia ibi erat cau-
ſa lucratiua, hic oneroſa. Quare enim hic minueretur honor;
videlicet ſtipendiũ, cum labor & ſumptus comitis non ſit dimi-
nutus: porrò correlatiuorum vno modo mutato, nec reliquum
mutandũ eſt, aliàs totum viciaretur, ff. de contrah. emp. l. pacta
cõuenta. §. Paulus. ff. de accep. l. fi. Et ideo ſentiò pro dño comi-
te inſularum, & no. ꝙ verbum, ſicut moneta currit, & non dicit
ſicut curret in futurũ, valde facit pro domino comite. Bald.

CONSILIVM D.

1 *Solutio monetæ an ſit fienda ſecũdum extimationem antiquæ, an nouæ: & conſilio præcedenti.*
2 *Solutioni monetæ an præſcribatur 40. an.*
3 *Quando iuridicè ſit taxatio à lege, ſemper intelligitur de moneta ſemel taxata.*

In Chriſti nomine. In quæſtione qua quæ-
ritur, vtrum cõmunita-
tes Farræ & Brachiæ teneantur ſoluere eorum comitibus per
maieſtatem Regiã ibi deputatis, quantitatẽ ſalarij monetæ nũc
currentis, vel tunc, cum regebantur per Venetos. Dico primò,
quòd factum, ſuper quo petitur conſilium, fuit mihi tranſmiſ-
ſum multum obſcurum: nihilominus quia recolo me ſuperio-
ribus annis in huiuſmodi cauſa conſuluiſſe, & illud conſilium
1 quæſiui in notulis meis, & inueni. † Et propterea illi inhærẽdo,
& addendo dico, quòd pro dictis comitibus ibi deputatis facit
glo. in verbo, duos ſolidos. in c. conquerente. extra de off. ordi.
ibi gl. tenet ſolutionem eſſe fiendam ſecundum æſtimationem
illius monetæ, quæ antiquitus, & ab initio ſolui conſueuit: niſi
per ſolutionẽ minoris monetę: quę modo eſt in vſu, ſit pręſcrip.
vt in c. olim. de cenſi. ſiue maior moneta ſit in vſu tempore ſo-
lutionis, ſiue minor, facit c. cum canonicis. & d. c. olim. de cenſi.
& quod no. Hoſti. in ſumma tit. de cenſi. §. ex quibus. verſi. quid
2 ſi moneta mutetur. † dicens, quòd ſi ſolutio facta eſt de aliqua
moneta, & ſingulis annis fuit ſolutum ad illam monetã, ſi poſt-
ea elapſis 40. annis mutetur moneta, nihilominus ad æſtimatio
nem primæ fienda eſt ſolutio, niſi pręſcriptio ſolutionis mone-
tæ ſecundi generis ſit completa. & ſic dicit debere intelligi d. c.
olim. & c. cum canonicis. pręallegatum. quod tamen dixi de an-
nis 40. intellige in eccleſia, ſed in priuato de annis 30. vt not. in
d. c. olim. Adde, quod dicit gl. in l. fi. in prin. C. cõmunia de leg.
in verb. 20. ſolidis. & qđ ibi dixi in lectura mea, quòd ſi aureus,
vel moneta augeatur, vel minuatur, quandiu eſſent, reduci de-
bent ad intellectũ valoris veteris monetæ, l. ſi aliquid. & l. quo.
3 C. de ſuſce. & archa. & l. 1. C. de veteris numiſma. li. 11. † & quan-
do iuridicè ſit taxatio à lege, ſemper intelligitur de moneta illa
ſemel taxata, ſicut dicimus in aureo legali, qui taxatus eſt vt 72.
conſtituant libram auri, vt d. l. quo. C. de ſuſcep. & archa. lib. 11.
Et per hæc concludo pro dictis comitibus, ſolutionem ſalarij
fieri debere de moneta tunc currente, cum regebatur per Ve-
netos: & ſic de moneta, quæ antiquitus, & ab initio ſolui con-
ſueuit. Et ita dico, & conſulo. Ego Bald.

*D. Baldi de Peruſio Conſiliorum Voluminis I. Finis.*